RENATI CHOPPINI ANDEGAUI I.C. ... DE LEGIBUS ANDIUM MUNICIPALIBUS...

René 1537-1606 Choppin,
Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

13
2 F
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13—2.g.4.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RENATI

CHOPPINI

ANDEGAVI I. C.

Et in Primario Francorum Senatu

ADVOCATI.

DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS

LIBRI III.

Cum præuio Tractatu, De ſummis Gallicarum Conſuetudinum Regulis.

Τεία ἐστί, δι' ὧν ἄνδρα γίγνεται, ἢ χὴ Νόμοις, ἢ παῖς Ἀνάγκης, ἤγε πείσαι Ἐ'ϕη πιεῖ. Menand.

TERTIA EDITIO.

PARISIIS,
Apud Laurentium Sonnium, via Iacobæa,
in Circino aureo.
M. DC. XI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

RENATVS CHOPPINVS. ANDEGAVVS I. C.

Ciuilis Doctrinæ Alumnis.

S.

IAMPRIDEM A CATENATIS hiſce ſcribendi laboribus Miſſionem petenti mihi obtruditur noua recognoſcendi iſtius Operis cura: cogentibus amicis, iterum antiquo me includere ludo. Pugnaci certè, & quaſi bellico orandi in Senatu ſtylo nuncium remiſi abhinc quinquennium: ſiue ex Pliniano ad Fuſcum ſuum conſilio, ſeu potiùs in ſtatiuo ſanctioris Sophiæ præſidio conſeneſcendi deſiderio. Vnde & animo decretum fuit ſenſim, tollere manum de Tabula, ac lucubrandis denuò ingenij Monumentis prorſus abſiſtere. Verùm, ſecunda iam vrgente noſtri Tractatus ANDEGAVÆ LEGIS editione, Vicit amor patriæ genitalíſque Sedis: cui, tantulum noſtræ fructum induſtriæ non modò debitum acceptúmque ferimus Nos, ſed Exteri pariter alij, ſi quos, per illam, tantillus is forſan fructus adiuuerit. Quali etiam mentis inſtinctu, Natales lares casámque Romuli Quirites coluêre. QVANTVLVM igitur, à Forenſi diurna Conſultorum clientum deliberatione, ſuperfuit Nobis otij nuperrimè, impendimus carptim reuiſendo huic & recoquendo noſtratium Legum Volumini: ad ſingula ipſarum Capita, perpenſo dietim Ciuilium rerum Vſu interprete, illuſtranda, amplificanda. Fatalem ita ſenectutis noſtræ Nidulum Seceſſúmque iſtum ſortiti ſumus pro Alſienſi Villa Rufi Verginij: qui in ea, poſt ſemel aſſertum Patriæ Imperium, Vindice pulſo, conſenuit. Ne quis autem deinceps noſtris in Commentariis acriùs notet ſtyli obſcuritatem, aduertat, Nos doctis ſimul & attentis Lectoribus vbique ſcriptum voluiſſe, non craſſioris Muſæ gnaris modò Pragmaticis, quique obiter Auctores

Lib. 7. Epiſt.

Plinij Epiſtol. ad Albinum, Lib. 6.

Digitized by Google

Alia item veremur, in Libr. noſtris poſtea recudendis, errata Typographica: quorum ſcilicet diurnæ emendationis laborem ſenilis noſtra imbecillitas ferre, vt antea, non poterit.

voluendo delibant, canum Niliacorum ritu, Amnem currendo lambentium. Menda tamen Librorum noſtrorum, (quæ plurima eſſe non diffiteor (meæ ipſius culpæ: recta & vtilia, ſi qua ſint, NVMINIS benignitati vnius adſcribo. QVOD pium denique NVMEN obteſtor, obſecro, quaſi Cycnea voce, ita pauxillum reliquùm Vitæ noſtræ curſum moderari, vt, emenſis Terrenæ huius peregrinationis ſpatiis, vera ſolidáque fœlicitate in Cælo perfruamur. Valete. Pariſiis 12. Kalend. Octobres, Salutiferi Partus An. M. D. IC.

HENRICO

Digitized by Google

HENRICO III. FRANCORVM, ET POLONORVM REGI AVGVSTISS. AC INVICTISS.

RENATVS CHOPPINVS SVI OBSEQVIVM PERPETVVM, AC SALVTEM.

VT REX, ita LEX regiis vnius auſpiciis condita Gallicum hoc moderatur Imperium. (Chriſtianiſſ. PRINCEPS.) Ac veluti populare etiam Municipiorum Jus vel inſtituendi nouum, vel priſcum inſtaurandi auctor eſt Princeps: ſic ipſum pariter interpretandi ac illuſtrandi. Exin de Moris Prouincialis interprete Vſu quærere, eſt Regium prorſus, ſeu Senatorium, hoc eſt, Ordinis illius Ampliſſ. qui Regiam Maieſt. graphicè exprimit iure dicundo, ac in Regij corporis parte cenſetur. Quare in patrios Andium meorum ciuiles Ritus, quos proauus tuus reſtituit Ludouicus. 12. Notas quaſdam M. T. nuncupo, vti non modò Francicarum Conſuetud. auſpici, ſed tutrici quoque ac vindici noſtrarum in eas Commentationum.

ANDENSIA verò cùmprimis Inſtituta vetera, ſummi tui ſunt Auguſtique patrocinij, quòd Regia Capetianorum ſtirps tua inde ducat origines, & à Roberto Andegauo Comite, Hugonis Capeti Regis proauo paterno, Magnique Hugonis auo Comitis Pariſiorum. Ne dicam obiter, te, priuſquàm ad Regium Galliæ faſtigium peruenisſes, Andium Ducem, fuiſſe auſpicatò Sarmatiæ Regem ſalutatum, gentilitio velut Andenſium Ducum Inſigni, Ann. 1573. Sic Fulco-

De Roberto hoc Comite Andegauorum, eiúſque liberis, Lib. 5. De Geſt. Franc. Cap. 41. Aimoyni Appendice.

Poloniæ Regi.

Digitized by Google

Hieroſolym. Rex Fulco.

Gottofredus Pulcher, Mathildis filiæ Regis Angliæ maritus: ex quo Henricus filius, Angliæ rex.

Karolus Martellus, Caroli 1. Siciliæ regis filius.

Aragoniæ Regnum.

Pariſien. & Britonũ Conſuet. regio iuſſu reformatæ an. 1580. Andegauę autem reformandæ ſpes non leuis apud me diu ſuſpenſam tenuit noſtrorum, in eandem, Commentariorũ abſolutionem, vel editionem, ſecutam domum an. 1591.

nem Andegauenſem Solymorum proceres Regem appellarunt. an. 1131. Ita Fulconis Gottofredus filius Anglicum regnum iunxit Andegauæ Ditioni, ſub annum 1140. Exacto dehinc ſeculo, Karolus D. Ludouici frater, Andium dominatum quem regia fiducia tenebat, Siciliæ vtriuſque Sceptris adauxit an. 1265. Ex eo ſeriatim prognatus Karolus 3. regios adipiſcitur Pannoniæ faſces an. 1310. A Karolo viciſſim, Lodoïcus Andegauus ornatur Polonico diademate, an. 1371. Subdo his Tarraconenſis regni Titulos Karolo Valeſio impoſitos Andium Comiti à Martino 4. Pontif. an. 1282. Tum poſteris Andium Regulis, Lodoico 2. 3. ac Renato, ex Iolantide Aragonia Ludouici 2. coniuge.

QVEMADMODVM *ergo Franciæ tuæ matrici Vrbi, armoricis item Andium vicinis reſtituiſti ciuiles ſuos Mores anno ſuperiori, ſic Andegauis tuis, Maiorúmq; adeo tuorum primariis Ciuibus, interea dum Ciuica ſua Iura reponi emẽdarique iubeas, permitte hanc breuem in ea* Παρέργων, *& camœnis Quiritium tuorum natum Opus: vt à T. Celſit. receptum iſtud probatúmque ſimul amplectantur illi, & vſu Fori excolant quaſi Legem quandam, aut Legis appendicem abs te ſancitam. Mihi certè poſt lucubrationes alias vltimus eſt hic ſuſceptus pro Patria mea labor, & Andes*; vti Brunduſium longæ finis Chartæque viæque: *Ne relicto ſcilicet patrio, commune iamdiu quùm petiiſſem Gallorum domicilium Lutetiam, Natiui ſoli obliuione in Lotophagis Homericis numerarer. Aſt tibi, (Regum Rex Max.) qui ciuitatem illam tuam cæteráſque Legibus, tanquam firmiſſimo muro, præmunias,*

Tibi quæ poterit pro tantis Ciuica reddi
Mœnibus, aut quantæ penſabunt facta Coronæ?

Vale.

Nono Kalend. Sextiles
Ann. 1581.

AD FRAN-

Digitized by Google

AD FRANCISCVM ANDIVM DVCEM MAGNVM, REGIS FRATREM,

REN. CHOPP.

ANDEGAVVM quæ Rex ſanxit, Dux Iura tuêre
Fraternis animis, in Plebem mente Paterna:
Communi populi quùm natus & ipſe parente
Rege, parem diſpar ſumas in Publica curam.
Hoc cum Fratre igitur, quod porrigo, diuide Munus.
(Municipum propria Notulas de Lege tuorum)
Principe eo, Duce te, Mores vt ſeruet auitos,
Andegauúſque domi tum Pace foríſque fruatur.

Digitized by Google

RENATI CHOPPINI PEREXIMII IVRECONSVLTI, ET IN SVPREMO PARISIORVM SENATV CONSVLTISSIMI & longe clarissimi Patroni,

VITA,

PAPIRII MASSONII OPERA ET STILO CONSCRIPTA.

PRECASVM iureconsultum excellenti memoria rerum & verborum fuisse traditum est: nec vero imparem illi, Renatus cognomine Choppinus nostra ætate se præbuit, cuius memoriam Senatus Parisiensis admirari, & in cœlum ferre, cum viueret, postque exitum vitæ laudare amplissimis verbis, ac posteritati commendare testarique visus est. ac fermè inauditum, vt qui memoria plurimum valent, iidem quoque acri iudicio polleant, quod natura rerum parens, has dotes in vno eodemque æquales raro esse patiatur. Quas in Pegaso tamen propter antiquitati debitum honorem, fuisse concedimus; at in hoc experti sumus prodigiosam memoriam iudicio præponderasse. Natus erat in agro Andegauēsi amæniſſio Galliæ sub finem Maij. 1537. patre Francisco, Renata Gossinia genitrice, incolis fundi Chastonij nobiliter viuentibus de suo, in parrochia agri Andegauensis Balliolo dicta, nec procul à fixa celebri oppido, in militari via ad Ledum flumen posito. de auo materno nobili quidem viro ac iudice Castri Gunteriani loquitur in iuris municipalis interpretatione: quo vtitur Andegauensis prouincia, eique Petri Maunij nomē tribuit, & à duce Alenconio Regiæ stirpis, magistratu illo donatum prædicat. Andegaui autem, quam vrbem Meduana flumen interluit, nobilis academia est, in qua de iure Pontificio Cæsareóque respondit publicè in auditorio. 11. Kal. Iunias. 1554. Id est anno ætatis ferè decimo septimo, vt tantum profeciſſe tam breui mirabile omnino esse videretur, tametsi Neruam filium eadē ætate publicè de iure respondisse legimus, rediit postea Lutetiam Parisiorum, qua in vrbe humaniores literas didicerat, vbi prima causarum actio in auditorio Palatij inaurato, coram celebri Senatu illi fuit, disceptatúque est de appellatione

ne

Digitized by Google

ne ex abuſu, vt forenſes loqui conſueuimus, facto à iudice eccleſiaſtico, ſuper lite mota à muliercula de dote & alendo partu à ſtupratore; reſque illi fuit aduerſus Nicolaum Hamelium collegã, adhuc ſuperſtitem, at ſenio prope confectum decanumque Aduocatorum fori, virum frugi, & inſignis modeſtiæ: quas quidem virtutes hodie pauci colunt, iuuentute ad impudentiam planè controuerſa. Reliquum vero tempus dedit partim libris ſcribendis, quos plurimos edidit, partim actionibus priuatorum, partim conſilio partibus exhibendo: quibus rebus præſtandis maximam gloriam nomini ſuo & opes parauit non quantas affines & amici quidem optaſſent. Ipſe enim queritur eos ſibi ſuadere conatos, vt ab editione librorum abſtineret, lucrum quippe quaſi perennem pluuiam maius acceſſurum. ſi literas minoris faceret, aut omnino negligeret, vt plerique Iureconſulti faciunt, illo nomine prorſus indigni. Vxorem habuit Mariam, filiam Petri Baronij, emeriti procuratoris litium, duxitque 1564. quam eſſe ait ex poſteritate Odonis illius, qui ex agro Stampenſi nuſquam exutis armis aut depoſitis pro Philippo primo Francorum Rege templum Hieroſolimitanum adiit, rediitque ſuperſtes in Galliam, tanto itinere confecto: vnde proles eius & poſteri priuilegia ſunt adepti. Ex ea vxore plures quidem liberos mares fœminaſque progenuit, Auguſtino filio, eiuſdem ordinis quo pater, præ cæteris dilecto. Nihil autem ab eo ſcriptum eſt verius, quam quod ait, Plinium iuniorem in epiſtolis imitatus, libro de ſacra politia, in hũc modum: Tam rara in amicitiis fides, tã parata obliuio mortuorum, vt ipſi nobis debeamus conditoria extruere, omniaque hæredum officia præſumere: quod quidem reuera preſtitit, moriens enim templo D. Benedicti aureos quadringentos numerari iuſſit, & Gunteriano in quo piè pater ſepultus eſſet, redditu annuo aureorum 50. iam relicto. erga pauperes vero inopeſque liberalis, & vir probus vbique habitus eſt. Ab Henrico tertio Rege noſtro ius nobilitatis adeptus eſt, quod ei ſcripſiſſet libros de Domanio, ſic enim appellat voluminis illius materiam, quo nomine & pluribus aliis interdum vtitur ex vſu forenſi ſumptis, quæ recti Latinique ſermonis curioſos ſane terreant. Idem Henricus mille ad eum aureos miſerat ob editos in primam partem conſuetudinis Andium commentarios. In eo etiam laudandus eſt, quod clientes non ambire & prehenſare ſoleret: ſubeſſe enim aduocatos nobilibus viris indecorũ putabat. illud quoque memoria dignum erit, quod vir doctiſſimus, ac peritiſſimus iuris in quo verſabatur annis 52. iam elapſis, nulli occultum eſſe ſcire ſuum volebat. Statura quidem erat mediocri, ſed quadrato corpore, oculis cæſiis, vultu ſubruſtico, fronte lata, incurioſus cibi & potus, ac plerumque minimò contentus, ſomnique exigui, vt quàm citò ad libros ſuos rediret, quorum aſpectu delectabatur. Ciuitas Andegauenſis vt alumnum de ſe benè meritum publico decreto honorauit, Scabinum ſeu defenſorem perpetuum iuris publici eum eligens.

Religioſorum quoque ordines aliquot, preces illi ſuas ſpopondere, quod monaſteriorum ſuorum honorificam mentionem feciſſet; idque etiam à Caſſinenſi conuentu in Italia factum ſcimus. Deceſſit poſtridiè Kal. Februarij 1606. Henrico IIII. Rege, ex ſuppreſſione vrinæ, meatu penitus occluſo, & inciſione facta, per quam lotiũ aliũdè flueret. ſepultus vero eſt in templo cuius mentionem fecimus, magno comitatu, & aduocatorum ordine, vt æquum erat, in pulla veſte mortuum proſequente.

Epitaphium Antonius Oiſellius collega alludens ad ea quæ de Pegaſo iureconſulto dicebantur hoc illi adſcripſit vno verſu,

Mnemoſyne iacet hoc non homo, ſarcophago.

Et eodem nomine Mornacius quoque collega Latinum quidem poſuit in hunc modum,

Te pereunte, ferat vix Gallica terra ſecundum,
Vnde petat leges, omniſque oracula ſæcli.

Idem aliud Græco ſermone ſcripſit.

Πεμμέγα θαῦμα πάσοι, ὃ μύνυς ἐνθάδε κεῖται,
Ὥτ' ἰδιδασκομένοι πᾶσαι ἐπ' αἶαν ἔβη·
Πᾶς γὰρ ἀκουσταίδμος, παμμήκεα εἰ πτ Χοππῖνον,
Μήτε πολ' ἐν τομικοῖς ἐς αὔριον ἀνήρ.

Sebaſtianus quoque Rolliardus eiuſdem ordinis viro incomparabili ſupremum hoc Aue atque Vale mœrens meritoque ſcripſit in eius pompa funebri,

Si quis honos lachrimis, pietas quas fundere cogit,
Preſſus & humani cordis amore dolor:
Ecce: TOGATORVM te flens ac flebilis ordo,
CHOPPINE! examines luget ad inferias.
Occiderit præluſtre tuo quod veſpere ſidus,
Cuius ab Aurora fulſit vbique nitor.
Rurſus at indigentem cui ſtat manſura per ævum
Gloria, ſi tacito vix capit Vrna ſinu.
Tollere iure tuum certamus ad æthera Nomen:
Et tibi cœligenas conciliare choros.
Quum nihil è tantis deceat nos quærere votis,
Quam bene mœrentes: ſic bene poſſe mori.

Hoc & Nicolaus Richeletus Pariſienſis, cauſarum patronus deſiderium Iuriſconſulti clariſſimi contexuit.

Hactenus illuſtres pulſa caligine leges
Litibus aduerſis occurrere poſſe, maliſque
Fraudibus heu nimium ſperaui: deſine, vanis
Mens eluſa bonis, & ſideris igne cadentis,
Venturam iuris tenebris promittere lucem:
Deſine, CHOPPINO fas iſta ſuperſtite, caſſo,
Tanta nefas ſperare tibi eſt. vt plurima clades
Ingruerit, fatique furor veſanus, acerbo
Funere, cauſidicos & rara lumina linguæ
Perdiderit, Francis lugenda clientibus illa
Mors fuit, hac etiam populis, quos frigidus vrſæ
Saltus habet geliduſque Trion, quos lumine primo
Sol videt, aut feſſis quos veſpere luſtrat habenis.
Ergo iuris amor, legumque peritia, legum
Longa nocte cadens ſol maximus interit, ergo
Fulmina lethifera ſentit fatalia Parcæ
CHOPPINVS, Themidis myſtes, & primus & alto
Pectore Municipum leges qui condit, & omnes
Romani qui iuris opes. non vulnere tanto
Læſa fori virtus vmquam, licet vſque vetuſti
Temporis ad noſtrum repetantur vulnera ſæclum,
Scævola cum cecidit, Labeoque, & Paulus, & ille
Qui iuuenis, ſummæ tetigit faſtigia laudis,
Dum ſæclis miranda aperit reſponſa futuris.
O quem te memorem Doctor, quo nomine tãtum
Numen & ingenij fontem, quo carmine libros
Quos ſcripſit tua dextera ſequar? tu litibus vnus
Alcides, lerniſque fori, miſerique clientis
Vulneribus ſolamen ades tu maximus, vſus
Interpres noſtri, te vindice, regia ſurgunt
Iura, nec in ſanctæ veteres faſtidia acertæ
Ire pios ritus, & ſacra monaſtica, nec te
Cura ſuburbani, tutelaque prima coloni
Deſerit, in cunctos tranſis dum commodus vſus.
Heu memini, dubijs dum certa oracula cauſis
Scitamur, tripodiſque tuæ reſponſa beato
Pectore, quam nullis ambagibus, alta reſoluit
Iurgia, veridico textu; nec inania mentis
Opponis commenta vagæ, vel grandia gloſſæ
Suppoſitæ fingis molimina; certus vbique,
Certus, & ex certo reſpondes Conſule, certa
Lege, nec incerti ponis decreta Senatus.
Nec tantum tetricas, numeroſa negotia, lites
Componis, vel iura nouis operoſa recludis
Senſibus, & memori legum miracula lingua:
Sed Muſas faciles, & Pindi ludrica, verſu
Nonnũquam tereti includis, blandiſque laborem
Concilias, mulceſque modis: Non ſi mihi centum
Verba ſonent linguis totidem, tua carmine poſſim
Complecti, quæ ſenſa capit ſollertia, flexu
Multiplici genioque pari. vir maxime tandem
Compoſitum te cippus habet: nos perdita luctu
Triſtities, tantique manent diſpendia fati.

ANAGRAMMA

Digitized

ANNAGRAMMA EIVSDEM SIC AMICVS CONSCRIPSIT.

RENATVS CHOPPINVS.
NE SVPER HVNC SAPITO. Et aliud;
RENATVS CHOPPINVS.
HVNCN' PITHO SVPERAS?

Huncn' Pitho ſuperas? vel poſſes doctius ipſo
Pandere doctiloqui iura diſerta fori?
Cum iam noſtrarum poſſet nil diſcere legum,
Natura leges nouit & edidicit.
Sed nunc inuita CHOPPINVS *morte* RENATVS
Non poterit rurſus noxia fata pati.

Mathias etiam Mareſcallius hoc diſtichon dedit.

Dum CHOPPINVS *erat partes ſupplebat eorum,*
Quos doctos ætas fert, tulit, atque feret.

RODOLPHI BOTEREII IN MAGNO REGIS CONSILIO ADVOCATI,

Ad RENATI CHOPPINI *Patroni clariſſimi cineres, lachrumæ.*

LVGETE quotquot Togati eſtis Ordines, vos dignitatum Apices ſupremi, purpurati patres qui ius dicitis: Vos qui ius docetis & explicatis, ad purpuram ſi voltis educati & expectati: Lugete, Pan magnus Oraculorum forenſium occidit CHOPPINVS ille, ſcrinium legum, canonum ſacrarium, lux iuris Gallici, lux municipiis, ad ſuarum conſuetudinum Symphlegadas, Praxis beneficiariæ ex meliore ſeculo reliquiæ, & vnum pectus, Themiſtocleæ memoriæ Theſaurus, Orator cauſarum pius, verus, elegans, mirabilis, operum immortalium ſcriptor perdius & pernox, qui, quod niſi fato functis contigit, in foro ſe dubiarum quæſtionnm citari interpretem, & arbitrum viuus vidit, famæ æternitatem anteueniens. Iacet ille CHOPPINVS (fallor vſu ſepulchralis verbi) non iacet, qui viuus per ora litteratorum volat: At quiſquis ad Togæ decus anhellat, non aliud ſpeculum Typumve, ſibi proponat, hoc noſtra ſcit Ætas, ſciet poſtera, dum leges & iura erunt.

ALIVD EIVSDEM.

HEV? mortalium ſors deterior, quam ſtirpium & graminum, illa cæſa è ſurculis renaſcũtur, ac noua propagine ſenium reparant, homines autem humanitus ſublati, æternum abeunt, vnde nulli redeunt, poluis & vmbra, vltio magni faſtus: At CHOPPINVS, poſtquam viuere deſiit, ſecum artis beneficiariæ peritiam abſtulit, condiditque ſepulchro, ni tu BVTELERI, cum paucis commilitonibus, rediuiuam ſaluamq; facias. ſed pariter temetipſo vtere, ſerua te, explicandis ſecandis ſanandiſque litibus, vt morbis peritos medicos longeuos eſſe, publicæ ſalutis intereſt.

ALIVD.

CÆSAREI *iuris, diffuſa ſcientia in omnes,*
Prætoris qui Edicta, itidē Conſulta Senatus,
Et plebis qui ſcita ſciens, enarret acutè.
Inuenias multos, & tota Lutetia in hoc eſt:
At ius Pontificum, Decretaque, & addita nuper
Decretis, Techna & quidquid Romana forenſis
Curia habet, vario & Rota quæ vertigine lites
Voluit, Siſyphio rurſuſque labore reuoluit,
Inque ſacerdotiis quæ Regia iura, potens ſit
Quæ conferre, velut Rex myſticus vnctus & Aris,
Ad quæ duntaxat, quos nominat ille patronus
Principi Apoſtolicæ ſedi, quæ iura ſupremus
Indulſit ſociis, fulgente rubentibus Oſtro,
Felſineæ & Paulus quæ indulſit tertius vrbe
Patribus, exercet quæ iura vicarius illis,
Cætera quæque fori, non Sphinx ænigmata ſoluat,
Talia qui faciat vulgata, vel ore loquatur,
Aut calamo exaret, nunc rarior, alia videntur
Iſta etenim, paucorum animis arcana recondi:
Antiſtes doctrinæ huius, Coryphæus & Artis,
BVTELERI, vos Conſily qui Oracula magni,
Quos ſua fama ſatis notos facit, indice nullo
Nominis, hæc arcana diu ſeruate, nepotes
Vtque ſciant, tacitis ne condite auariter illa
Pectoribus CHOPPINI *inſtar, ſed ſpargite in Orbē*
Immortali operum charta, calamoque perenni.

ALIVD.

TER magnus CHOPPINVS erat, tria dona
Egit in officiis conſenuitq; tribus, [Palati
Eloquio ille ſuos iunit calamoque clientes,
Eloquio, Argini quale Periclis erat,
Hoſtis & Antoni, fuit hoſtis quale Philippi,
Roma & Cecropidæ quod ſtupuere viri.

Digitized by Google

Inducias linguæ & calamo, ſed ſerior ætas
Fecit vbi, Neſtor conſilio alter erat,
Reſpondet, veluti de iure Quiritibus olim
Scæuola, & Aſtreæ Papinianus honos.
Poſcere vt à Delphis Oracula, ſuenerat error
Ethnicus, ad Phœbi fatidici antra frequens,
Ad CHOPPINI *ædes, ſic litigioſa ruebat*
Turba, laboranti dum ſibi poſcit opem:
Vt quantò magis hauritur, fit purior vnda
Et vena exundans vberiore fluit.
Sic nihil imminuit CHOPPINO, *aſt verius addit*
Dum bibit ex huius Dogmata fonte cliens,
Quos Arar & Ligeris, quos alluit vnda Carumnæ
Agmine ſeu facto conſuluere virum,
Vitro incluſa fluens, horas numerabat arena,
Pulſus ab vrgenti ſæpe cliente cliens,
Non audita priùs, melioribus abdita libris,
Quæque ſinu in priſco clauſit anara dies,
Eruta promebat, quæ litibus apta nocerent
Quæ contra in ſimili iudicia acta modo:
Cauſæ fata cliens, præſago ex ore ſciebat,
An foret hic victor, victus an ille foret,
Otia quæ potuit furari à litibus, illa
Non dedit hic nugis, non dedit illa pilæ.
Non eboris trino, Regumque icone notatis
Chartis, conteritur tempus inane quibus,
Sed Lucrum faciens ſibi tempus, auariter inſtat
Libris, & veras quærit anhelus opes,
Dum tamen hic nimius ſtudio incubat, interit, &
Dant vitam æternam, fata dedere libri. [*cui*

ALIVD.

CAuſidicis indicta triplex eſt functio, dicunt,
Scribũt, reſpõdent de iure, eſt addita quarta,
CHOPPINO, *tribus his, opera immortalia ſcripſit,*
Sacra ſacerdotum, ruralia iura colonos,
Andes & patrios gentilia iura, ſimulque,
Sequanios docuit, ſiſcique & iura Coronæ
Maius opus, ſcabro liuore & dente maligno,
Quod toties Typi, toties nunc prela repoſcunt.
Nundinæ hinc vicibus redeunt quæ ſæpius anni
Ad Mænum, non parua iſtis commercia libris,
Exercent, Tyberis potorque binominis iſtri,
Viſtulæ & algentis, quique vltimus accola Thyles,
CHOPPINI *æternos mirantur emuntque labores.*
Si patriam quæris, cunabula vindicat Andes,
Septem vrbes Graiæ veluti cunabula Homeri
Mantua Virgilij, & qui viculus adiacet Andes
Pulcher Olorifero qua Mincius amne ſuperbit:
Nec tantum Bacchi Cereriſque, nec vbere frugum
Cunctarum fœtu, ſed fertilis Andia magnis
Ingenijs, quæ educta ſinu, & tranſmiſſa palati
Ad ſtudia ingentis, clareſcunt luce forenſi.
Teſtis erit viridi BOTREVS *ademptus in ævo,*
Spirans alta, ſonans quo Tullius ore, Pericles
Fulmine quo, veteres olim impellebat Athenas:
Ergo atrata tuo propera nunc funus alumno,
Andia, non poſthac ſimilem genitura Patronum,
Non etenim tanti communia ſemina fœtus,
Amplius hocce luto, nec figit pectora Titan.

Diræ in ſectores ad calculi morbum.

AH? male ſit vobis, audax ô Turba ſecandi,
Vrinæ obductos, qui ferro aperire meatus
Qui lumbos artuſque, vno haud mucrone ſolutis
Rimari, ingenitos ſcopulos natiuaque ſaxa,
Qui cæci, dubio per vulnera quæritis auſu,
Quã male CHOPPINVS *veſtra tractatus ab arte?*
Ferrum inter, ſæuaſque manus, & dira cruenti
Tela miniſterij, fato meliore necatur
Dignus, tranquilla qui vita & mitibus annis
Vixerat, innocuo morum candore verendus.
At nihil ille truci perterritus arte ſecandum
Scæuola vti flammis dextram, ſe præbuit vltro
Sed nihil immitis iuuat illum ſectio, vita
Per ſtillicidium vrinæ pugnacis adempta eſt.

ALIVD.

NE mirere viator, abeſt, ſi marmoris ingens
Atq; operoſa ſtrues, ſatis eſt dixiſſe ſepulti,
CHOPPINVS *iacet hic: nil marmoris indigus, artis*
Praxitelis, Phidiæque, libris viuacibus huius,
Quam melius, diuini animi ſculpta extat imago.

FINIS.

RENATI

MAGISTRAT. POP. Q. ANDEGAVENSI

RENAT. CHOPPINVS
ANDEGAV. S.

1. SOCRATICVM est consilium, roganti cuias quisque sit, mundanum se ciuem respondere, & vagis in quemlibet promeritis absque delectu, profiteri se κοσμοπολίτην. At longè officiosior quisquis suos natalisque soli Municipes primario officiorum gradu demereatur. Summa enim Diis immortalibus, sed proxima Patriæ, tertia parentibus debentur, mox reliqua reliquis gradatim, vel ex more Romano. Memet porrò inuersi huius ordinis reum ne citetis, primas quidem communi Reipub. tribui, fateor, editis antehac in omnium gratiam lucubratiunculis: vt postremas iittîc meæ genitali Sedi, priuatim reseruarem. Nimirum Vlyssis instar πολυτρόπου, priùs lustrandos censui ac describendos Gallicæ Nobilitatis mores legésque, Plebis deinceps, tum Ecclesiastici cœtus generatim: vt domesticos demum penates repetens cauerem ciuibus meis consultiùs & extremo hoc de patriis Institutis Opere, quasi mutua officiorum vice in parentem Andium Terram prouectior nunc possem ἀντιπελαργεῖν. Imò & hactenus necesse habui singulos Pop. ordines sigillatim compellare Libríque distinctis vt vniuersos iam Ciuitatis nostræ Iura componentes conuenirem maiore virium fiducia, Patrísque in Comitiis coactos idcirco, addita fori luce interpretationéque commodiùs adiuuarem.

Extant triahæc nostra Volumina, de Domanio Franciæ, de Priuilegiis rusticorum, de Sacra Politia forensi cum nostris in eadem Annotat. marginalibus.

Tribus his Pop. Stratibus quos vocant, congregatis solent Municipii cuiusque Consuetudines reformari.

2. PLANE qui leges Quiritum omnes teneant, si in Consuetudine regionis suæ peregrini sint, in litibus disceptandis putantur, tanquam in Sole, caligare. Rursus ad Municipij mores cuiusque nisi adiungatur necessaria disputatio fori, de iísque nostratum responsa Prudentum, vix vllus sperandus est Legis mutæ vsus ac fructus sine lege loquente: quam, Tullius Magistratum appellat seu Fori Magistrum. Nam vt ἐνηθικῶς docet Aristoteles, cunctarum artium ratio in Theoricæ ac Practicæ partes distributa est. Quinetiam multa sanxerunt Francici reges prisci, quæ κατ' ῥητὸν & ex præscriptis Legũ formulis obseruanda videatur, cõtrario tamen vsu obsoleuêre. Talia igitur quum scripto

Digitized by Google

Iure minimè conſtent, niſi Flauiana quadèm compilentur induſtria, exeántque in publicum, Iuriſconſultus quilibet, Legum ſuíque obliuiſcetur penitus, niſi illas forenſi exercitatione ad noſtri temporis mores ac recepti Iuris vſum accommodarit. Hæc vna ratiò & cognitio vtraque poteſt Gallicam Iuriſprudentiã perfectè patefacere, ac illam,

--quæ nunc obducta tuenti,
Mortales hebetat viſus, atque humida circum
Caligat, nubem eripere: --

NE eam ſcilicet pro Iunone obiectam nubem, Ixionis inſtar, amplectamur tandiu Romana lege contenti, neque ſemper pro rebus ipſis inanes rerum vmbras perſequamur.

VOBIS itaque (Ciues chariſſ.) ciuile veſtrum Ius porrigimus, noſtris vtcunque illuſtratum Notis, & iudiciaria veterum Praxiarchõn Galliæ diſciplina: Quos in manuſcriptis Codicibus abditos in hoc eduxi velut proſcænium, de ſui ſeculi moribus ritúque forenſi noſtris hominibus effusè dicturos. Tales fuêre quondam Ciuilis ſapientiæ periti Romani, qui forenſium ſuarum de Iure diſceptationum memoriam colligebant identidem, & in breues quaſdam regulas, tanquam Aphoriſmos, coniiciebant domeſticis tabulis ad poſterorum memoriam: præſertim vbi illuſtris aliqua Sententia reddita erat. Sic narrat Scæuola, quid diuus Marcus de ſpecie facti ex Lacedæmone allata iudicarit in Prætorio, ciúſque etiam decreto vtitur ad quæſtionem aliam diiudicandam. Refert pariter Martianus, quid in Auditorio publico ſecutus ſit. Et Tryphoninus in ſuis Lib. diſputationum recenſet, quid in Foro conſultus reſponderit. Paulus, ad hæc, in ſuis lib. Quæſtionum præcipuè id egiſſe videtur, ingenuéque commemoraſſe, quid de propoſita quæſtione ſenſerit, quid alij, qui in diuerſa trahebantur, quid denique ſit pronuntiatum. Sparſim necnon Atteius, Nemuſa, Varus produnt, Seruium I. C. rogatum conſultoribus Reſponſa dediſſe: vti Ariſto, Caſſium: Caſſius, Vrſeium: Labeo, Trebatium: & Pomponius, Iulianum. Quemadmodùm igitur Caius ad Edictum Prouinciale libros contexuit triginta duos: ita Ius Prouinciale Francicum accuratam exigit antiquæ praxeos tractationem, nobiſque eſt hoc loco vetuſta fori Obſeruatione multiplici cumulandum. Vnde nec Andegauis ſolùm meis videbor iſta ſcripſiſſe, vti Lucilius aiebat ſe ſuis Conſentinis modò ac Tarentinis ſcribere: verùm & iis omnibus, qui Gallicam Iuriſprudentiam ſtudioſiùs amplectentur, regulaſque noſtratum Tribunalium pragmaticas. Ob id quoque nil moror Interpretum ante me in peculiares quaſdam Conſuetudines Scholia,

Nec, ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Cæaque, & Alcæi minaces,
Steſichorique graues Camœnæ. inquit Flaccus.

CENOMANÆ quidem Conſuetudinis pure ſcholiaſtes habetur Guill. Rouilleus: Turonicæ, Sainxon, & Brechæus: Pictonicæ, Tiraquellus

Ita narratum à Scæuola ſcribit Vlpianus lib. 5. Diſput. in Braſidæ Lacedemonii filiorum controuerſa libertate, l. Mulier. ff. Ad Trebel. Martiani autem Iure conſ. habemus forenſe iudicium l. 1. §. 1. Ne de ſtat. defunct. Veluti & Tryphonini l. 78. De iur. dot.

l. Auus. ff. De iur. dot l. ſi vxori. §. vlt. ff. De aur. & arg. leg. l. quibus §. dominus. ff. De condit. & demonſt. l. ſi is, qui ff. de teſtam. l. ſi non fuerint § vlt. pro ſoc. l. 1. §. quòd ſi patronus Quæſt. rer. act. l. mortuo De leg. 2. l. ſi id quod. §. 5. De donat. int. vir. l. ob quę vitia. De ædil. edic.

Digitized by Google

quellus, Pet. Rattus, & Theuenellus: Argentræus, Armoricæ: Marchianæ, Calæus: Paponius, & Ioh. Duretus, Borboniæ: Aruernæ, Beſſianus, Aymo, & Leſpynacius: Burgundæ, Theodoricus, Chaſſeneus, & Rubiſius Lugdunenſis: Gouſſetus, Caluimontanæ: Tripaldus, Aurelianæ, poſt Pyrrhum Anglebermeum: Normanicæ, Rouilleus, Terrienus, & Sorinus: Pariſienſis item Legis interpretes florent Molineus, & Charondas: Victriacæ Campanorum, Duchatius: Boerius, & Labæus, Bituricæ: Carnutum, Ægid. Tullus, & Nicol. Frairot: Ferronus, Burdigalenſium: Bleſenſium, Pontanus: Engoliſmorum, Gandillotus: Trecenſium, Pithœus, & Rochetus: Monſtrolienſium, Burſius; forenſi Peritia maximè commendandi. Ne Rageolum interim ſupprimamus, Magduni Biturigum Proprætorem, aut Guenoiſium, Iſſodúni Biturici Suppræfectum: qui in conferendis conciliandiſque Gallicorum Municipiorum Moribus elaborarunt, arduo valde & prolixo argumento. Regionum inſuper, quæ Iure ſcripto reguntur, propria eſt ἀυτονομία, *Statutorum* nomine inſcribi ſolita, variis cum Scholiis. Tholoſana quippe leguntur (Iohanne de Caſaueteri paraphraſte) ac Maſſilienſis prouinciæ *Statuta*, Ludou. Maſſeo, Scholiographo, in Aquenſi Senatu patrono cauſarum. Ex quo obiter apparet, ciuem optimum quemque natiuo ſolo grati animi teſtimonium reliquiſſe patriarum illuſtratione Legum Conſtitutionúmque municipalium. Nec tantis laudibus Ariſtotelem vexit poſteritas, quòd Stagiram, natale oppidum à Philippo euerſum, vt reſtitueretur, ab eodem obtinuiſſet Macedoniæ rege, quàm quòd Leges Reique Pub. formam ipſe deſcripſiſſet, qua, ea ciuitas vteretur. Vnde ciues hæc ob merita tanto illum honore ſunt proſecuti, vt feſtos dies quotannis ac ludos viuo quoque ei decernerent, perpetuóque edendos publicè dedicarent: feſta ipſa celebritate Ariſtotelia nuncupata. Sicuti ab eius vitæ Scriptoribus perhibetur.

Conſuetudo *de Chaumont en Baſſigny.*

Nos ſimiliter in Pariſiorum Conſuetudinem ſcripſimus Libros tres ante ſecundam hanc Andegaui Commentarii editionem: Vt nonnulli etiam modò ex iis, quorum in ſuas Conſuet. Commeataria hic referuntur. Nicol. *de Bouri*, Ambiani Prætoris Vicarius Iuridicus in Monſtroliana Sede, An. 1507.

5. SED, vt diſcretas inuicem Regionum Conſuetudines repetam; Quiritum etiam ipſorum Moribus, non Legibus introducta ſunt pleráque: ex quibus Iuris Ciuilis partem conſtitutam notat Pomponius lib. 5. ad Sabinum de libertini hominis cum libertina matre connubio. Idem alibi enarrat, Rom. Iuris capita multa Prudentum conſuetudine inſtituta fuiſſe poſt Legem XII. Tabularum. Cuiuſmodi Iuriſprudentiam ſummi quique viri colebant Romæ: cùm iam apud Græcos euiluiſſet, tantúmque ab infimis hominibus qui appellabantur πεζομαχοὶ, retineretur, teſte Tullio. Imprimis Rom. moribus inducta fertur pupillaris ſubſtitutio: & more eius Ciuitatis obligare impuberes ſe nequeunt, niſi ex auctoritate tutorum: Sic more maiorum debet Prætor pro tribunali ius reddere: & auorum Ritu is ſolùm iuriſdictionem habet, qui eam ſuo, non mandato imperio exequatur. Manauit eodem ex fonte Ius patriæ poteſtatis, interdictionis bonorum quæ fit prodigis, vetitæ inter coniuges donationis. Quæ quum omnia moribus vtentium Roman. inoleuiſſent, ſcriptis eorum legibus promiſ-

De Franciſco Mingonio, qui in ſuam quoque hanc Conſuetudinem edidit Commentarios dicetur in Libel. De ſummis Gallic. Conſuet. regulis Parte 1. Art. 10.

Sebaſtiani Roillardi in patrias ſuas Conſuetudines Melodunenſes Commentaria.

Iulii Cæſaris Rugiuelli I.C. Commentarii ad Cæſareas Conſtitutiones Pro-

Digitized by Google

uinciæ Mediolanenſis Tr. de appellationib

Commentarii in Conſtitutiones antiquas Ducatus Sabaudiæ, ac Principatus Pedemontium, auctoris Antonio Sola I.C Taurinenſi in Pedemontano Senatu cauſarum Patrono clariſſimo.

Ianus Baſmontius Ricomagi in Aruernis, Cauſidicus ſcripſit Paraphraſin in ſuam Aruernię Conſuetudinem Gallica lingua an. 1590.

Ioh. Rochetus in Præfectura vrbis Trecenſis Conſiliarius ſua Commentaria edidit in Conſuetudinem Trecenſem an. 1596.

cuè continentur. Similiter in Gallia conſcriptæ ſunt paſſim Conſuetudines regio iuſſu, tranſlatæque in Ius ciuile Francicum, quas voluntate Pop. ſine lege diuturnitas temporum comprobarat. Hinc noſtræ vetuſtatis memoria, antiquitatis effigies, publici priuatique Iuris auctoritas, Reipub. gerendæ ratio, maiorum conſuetudo, ad omnem denique ciuilium Morum diſciplinam via cognoſcitur. Etſi igitur Andes ſuo eiuſmodi Iure teneantur ac proprio, quod ſcriptis concluſum eſt hodie: ab eius tamen explicatione aliena non eſt priſci vſus Fori deſcriptio: quem & ex Aduerſariis decerpſimus Conſultorum illius ætatis, necdum antiquauit Lex Andenſis Territorij. Agentes inſuper Nos Pariſiis, aut Francorum potiùs communi in Patria, minùs decent collati inuicem patrij Ciuitatum mores, repetitáque ab auis Gallica forenſis diſciplina: Quæ vt principe ab Vrbe ortum cœpit vtendique initium, ſic per Municipia ipſa Galliæ progreſſum quendam, ac continui cultus obſeruationiſque auctoritatem.

Nicolas Fraivot Aduocat à Chartres, & Bailly de Gallardon a faict imprimer la Couſtume de Chartres, auec les Commentaires de du Molin, & de Gilles Taillons auſſi Bailly de Gallardon en ſon tẽps, auec ſes Additions & Annotations qu'il a nouuellement adiouſtees en l'an 1604. Maiſtre Guy Coquille Aduocat à Neuers a faict des Commentaires ſur la Couſtume de Neuers leſquels ont eſté imprimez en l'an 1605.

QVARE rogo vos vehementer (Andium Municipes mei) vt quo 6.
in me ſtudio verè patrio veſtrum Singuli ſoletis aditos nos hucúſque de ſingulis conſulere Andegauæ Legis capitibus, eodem nunc Vniuerſi ſtudio noſtrum de tota Lege conſilium iudiciúmque vniuerſim excipiatis. Sicuti enim veſtrum natale ſolùm vitam dedit & noſtro huic corpuſculo ita veſtræ Reipub. ſuam nos vitam animámque ſeruandam curauimus iſtîc quodammodò, Leges nempe ſuas antiquas: Quibus & animata viget Ciuitas omnis, nec ſine iis ſtare Ciuilis ſocietas vel ſpirare quidem poteſt. Vnum hoc reſtat denique, vt quemadmodùm noſmet mutuò, quaſi communem genitricis Patriæ prolem, complectimur fraterna beneuolentia: ſic hoſce Libellos, ceu Liberos meos, pro Patria editos fouere ac tueri omni ope velitis, ſtudeatis. Valete. Lutetia Pariſiorum, Kalend. Decemb. CIↃ.IↃ. LXXX.

Leges, anima Reipub.

AVCTORIS

AVCTORIS

AD MVNICIPES SVOS ANDENSES

Diſticha.

PElignvs Scythicis dum vates exulat arvis,
Heus ſaltem in patrios oſſa referte rogos,
Dixit, & Auſonia cineres condantur in vrna:
Quum Parca extremum clauſerit atra diem.
Scilicet exul vti ſieret poſt funera ciuis,
Et Mors, non poterat quod dare Vita, daret.
At mihi conſimilis diuerſa occaſio voti,
Fixa mea vt patrio ſint Monumenta ſolo.
Pariſius cultum accepi, velut Andibus ortum:
Quem edidit hæc Terris, edidit illa Foro.
Vt tamen antiquo minor eſt nouus incola ciue,
Cognato affinis, vel genitrice ſocrus;
Quantùm & Naturæ concedit adoptio, tantùm
Cedit natiuis hoſpita terra locis.
Sic me natalis memorem mouet Andica tellus,
Mandem relliquias Andibus ipſe meas:
Sedibus & parua hæc Monumenta dicamus auitis,
Vltimáque Andenſi Scripta relicta foro.
Hic Operum, dulcis grauium finiſque laborum,
Quos manus edundis pertulit iſta Libris.
Iam quaſi teſtantis Tabulas ſeruato ſupremas
Pro lege, & Leges reſtituente tuas,
O Ciuis, tibi dein tua cùm Ciuilia reddam
Iura, mihi abſenti tu quoque redde meà.
Corpus enim licet hoc alienas viſerit Vrbes,
Pars noſtri in Patriam magna refertur Humum:
Quam tegito, ac incluſa tuis ciuiliter Arcis,
Vt Tumulo, curam, ne violetur, habe.
ANDEGAVVM ergo, firment me hæc Monumenta, perennem,
Poſthumus & maneam Ciuis, vt antè fui.

REN. CHOPPINI I. CONSVLTI

AD CIVILES ANDIVM MORES, PROGYMNASMATA,

De communibus Francicarum Consuet. præceptis.

Huius Tractatus Partes tres.

ANTEQVAM de proprio Andium Iure dicam, ustria præmittere visum est, quæ ad illius interpretationem viam veluti præmuniant. IMPRIMIS Legum prouincialium Theses occurrunt, in nostris Tribunalibus nuper agitari cœptæ, necdum ab vllis tractatæ Patrij Iuris scriptoribus: Quippe quæ externam Consuetudinum solennitatem spectent, auctoritatémque ex nostratibus Formulis iudiciariis eruendam. HIS pauca subiiciam Francicorum Morum axiomata in vniuersum: nullis quidem prodita literis, sed quæ vim suam retinent etiamdùm ex diutino totius Galliæ vsu ad lites iudicio definiendas. TERTIO ordine speciatim notantur Andegauæ Leges vetustiores, dissidentésque inuicem Andensis & Cenomanæ Consuet. articuli, cæteroquin persimiles planéque consentanei.

PARS I.

Cuius. 6. Quæst. summa. 1. A quo tempore nos liget recèns inducta scriptaque Consuetudo. 2. An veteri Consuet. recèns adscriptus Artic. censeatur nouus, an antiquus. 3. Quemodo inquiratur de forma modóque vtendi obscura Consuetudine. 4. Quibus casibus cesset hæc per testium turbas inquisitio. 5. Feudarie inuestiture iura num excludantur scripta Consuetudine. 6. An & quibus liceat à Consuet. Articulo quodam appellare, vel intercedere, ne pro lege seruetur.

Vtrum Consuetudo liget quamprimùm à tribus duobusue delegatis Réformatoribus emendata est coram triplici Prouincialium Statu, quem dicunt. An verò ita demum, quum probata fuerit & omologata à Conscriptis Curiæ Parlamentaris, aut in eius commentarios regesta. Cuius.

QVOAD primam attinet, id sæpe in controuersiam adductum memini in foro, num Patriæ Leges non teneant, statim ac Regiis mandatis instauratæ sunt per Trium viros quosdam emendatores in medio Pop. conuentu: an ex quo demum ipsi Consuet. archetypum retulerint in acta Curiæ summæ. Ponamus enim, vetustæ Consuet., de iure primogeniorum, fuisse derogatum noua ac redacta in vnum quasi corpus Municipij lege: sed priùsquam eius exemplum perferretur in Senatus monumenta publica tersè politéque exaratum, obueniisse nobilibus liberis opimam hæreditatem. Quæritur, an priscus 1.

Gentis

Gentis mos ſit adhuc in iſto familiæ herciſcundæ iudicio, an recens potiùs, obſeruandus. Pro veteri Lege ſuggeri poterit, vſitata Prouinciæ Iura non priùs nouis abrogari Plebiſcitis, quàm ſi iſthæc à Principe, vel tacito quodam S. C. probentur: regeſto ſcilicet in commentarios Curiæ nouarum Conſuet. chirographo exemplari. Vnde naſcentes interim priuatorum liticulæ videntur dirimendæ ex præſcripto Moris antiqui. Huius ſententiæ Karolum 7. regem cient auctorem, Conſtitut. perlata Aprili Menſe An. 1453. Art. 125. cuius Gallica verba Latine expreſſimus, hoc modo. Statuimus, Conſuetudines, Vſum ac Stylum Francicæ oræ cuiuſque municipatim colligi ac conſcribi debere, & à Municipalium legum peritis Pragmaticiſque conciliari. Inde Libello comprehenſum hoc ius ſingularum Ciuitatum offerri Principi vel Senatui diſpiciendum, excutiendum; adprobandum. Quibus ritè peractis, edicimus Conſuetudines in Iudiciis admitti, Legúmque vim obtinere. Ita propemodum Karolus Mag. fertur ab Eginharto, Nationum omnium, quæ Ditioni eius ſubeſſent, Iura non ſcripta, literis mandari iuſſiſſe, ac perpetuum in vſum Tabulis conſignari. Sic Karolus 5. Imp. diplomate ſanxit Atrebatum populares Leges, queis paulo antea reponendis Optimates aliquot præfecerat. An. 1544. Huc ſpectat etiam Francicæ Nobilitatis libellus ſupplex Regi porrectus in Bleſenſi totius Galliæ concilio, vt Prouincialium ipſe Regni ſui Morum ſemel auctor foret ſolennibus Codicillis: ne ita fixæ Leges refigi queant in poſterum, néve nouis ſubinde Edictis immutari. Quale illud Tertylliani S. C. derogatorium, quod ideo ſimul viri Nobiles antiquari poſtularunt, quia patrium ac Municipale hæreditatum Ius aliqua ex parte conuelleret. Cap. 92. Supplicationis Equitum Gallorum, ad Regem, in Bleſenſibus Comitiis. 3. Kal. Februar. An. 1577.

modi Conſuet. relationem in tabulas Curiæ differri vidimus aliquando ob publicas Delegatorum occupationes, vel ob ſubitas irruptiones bellorũ ciuilium. Vt accidit An. 1567. ilico poſt Ambianorum, & Peronenſium leges reformatas à Thuano Curiæ protopreſide, Fayo, & Viola ſenatoribus, auſpice Principe.

Edictum Caroli 7. An. 1453. à Senatu Pariſ. verificatũ Die 17. Iunij An. 1454.

Article du Cayer de l'Eſtat de la Nobleſſe du 30. Ian. 77. en l'aſſemblée des Eſtats de France tenus à Blois, lequel Cayer, & ceux des 2. autres Eſtats, multorũ adhuc manibus circunferũtur, ibique Petitis ac poſtulatis aliqua ex parte reſponſum eſt ſatisfattumque Edicto Bleſenſi Menſ. Maio an. 1579 quod in Senatu Pariſ. promulgatum fuit die 25. Ianuar. An. 1580.

2. Nec diſſimile eſt quod in hoc genere produnt Romani Iuris conditores, nouis Prouincialium *Statutis* adhibendam Principis confirmationem. l. ſi quod extraordinarium De Legation. Lib. 10. Cod. vbi Bart. & Plateanus, Anchar. in cap. canonum ſtatuta, De conſtitut. Bertrandus Reſponſo 48. lib. 1. Quamlibet enim libera fuerit primitus ſingulis Municipiis priuatarum legum latio, quæ patria *Statuta* nuncupant. Ex Paulo I.C. l. Item eorum. Quod cuiuſq. vniuerſ. Et Diocletiano. Imp. l. 1. C. De emancip. liber. Id certè nec ſeruatum eſt vſquequaque, nec Gallorum ſaltem vſu receptum: apud quos Regio omnia nutu gubernantur. Atqui nihil aut parum à *Statutis* noſtratibus diſſidet recens correctum Ius Municipale, quod & impropriè dicitur Conſuetudo. can. conſuetudo, Diſtinct. 1. Nec ad rem pertinet, quòd tres Prouinciæ ordines conuocari ſoleant in Ciuilis Iuris ſui emendationem: Quando & à prima pariter mortalium memoria, ſanxernnt Legem Principes ipſi concordibus ſubditorum votis atque ſuffragiis. Ita Rom. ciuitatis initio traditur Romulus per. 30. curiarum Pop. ſententias expediiſſe curam Reipub. ac leges condidiſſe, curiatas ob id

Digitized by Google

Enchiridijh uius capita recitantur Pandect. Part e 1. Lib. 1. Tit. de Orig iur.

appellatas, & Aristocraticas veriùs quàm Regias. Ex Pomponiano Enchiridio. In Mosaica item Politia legimus, parentem generis humani Deum iura dictasse Hebræis per Mosen eorum ducem ingenti totius Pop. consensione, & pacta velut tributim centuriatimque Legum obseruatione perpetua. Vt relatum est Exodi cap. 20. cum 4. seq. Haud ideo tamen nouæ Legis nexu obstricti fuêre Byzantij Romanorum Cæss. subditi, antequàm illa solenni præconio vulgaretur: nec in Prouinciis, nisi post publicatam legem Mense transacto. Tit. Vt fac nouæ constit. In Lib. Τῶν Νεαρῶν Iustiniani. Ex quo probabiliter etiam existimes, Municipes patria illa Lege non teneri, quæ recèns correcta sit literisque consignata: nisi huic Præfecti muneri ad Senatum detulerint priùs manuscriptum illius Codicem, eúmque inibi promulgandum curarint, ï. Curiæ archiis inserendum. Arg. Theodosianæ Leg. Humanum, De Legib. Siquidem Mos recens Legi nouæ adæquatur, potiùs quàm Consuetudini. Ias. in l. 1. Num. 79. & 80. C. De sum. trinit. Proinde olim, simul atque Consuet. quaternio allatus fuerat in Curiam à Selectis ipsius correctoribus, audiebatur quamprimùm Procurator Fisci, ne quid regio iuri noxium Reíve Publ. pro lege admitteretur. Exhinc P. C. ad eiusdem libellum recipiendam esse Consuet. decernebant identidem S. C. grauissimis. Qualia etiamdum descripta extant in calce Volum. Aruernarum Legum, Bituricensum, Veromanduarum, Senonen. & Borboniarum. De vetustis autem patrij Iuris capitibus, quæ Trium viri *Consuetudinarij* minimè mutarint, videtur aliud respondendum. Diuersa enim causa est nouæ Constitutionis, & prisci Moris necdum antiquati: Quippe qui licet hodie typis committatur ex integro Principalibus auspiciis, æquè præsentes definiat controuersias, ac futuras. Nam inueteratos Ciuitati cuique mores constitisse, indicat Lex. X. Virûm, in Tabulas coniecta duodecim, EX PATRIIS RITIBVS OPTIMA COLVNTO. De quo cùm Athenienses consulerent Apollinem Pythium, quas potissimè religiones complecterentur, editum est Oraculum, eas quæ forent in patriis auorum Institutis. Quod in omni Repub. sanciendа latissimè patet, nedum in Religione constituenda.

Antiquitus Romæ lex à Senatu sacrata, in Ærario & libris elephantinis describebatur. Imò nec priuata S.C. vim suã habuisse feruntur à Iulio Capitol. nisi in iisdem libris scripta fuissent.

Prudens mehercle sententia Antonij Prati, Aruerni, Præsidis in Senatu primarij, qui cum suam hanc reformasset Consuetudinẽ, mandante Principe, iudicio censuit antiqua illius capita pro legibus custodiri: noua autem ac emendata ab se relatum iri ad Curiam Paris. quæ de iis postea decerneret.

Consuetudo (apud Tertullianũ) etiam in ciuilibus verbis pro lege suscipitur, cùm deficit lex: nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legẽ ratio commendet. in Lib. De corona militis.

ENIMVERO obtinuit in Iudiciis contrariæ partis sententia, vt noua perinde ac veteri Municipij lege obligentur iam inde Prouinciales, ex quo scriptis redacta sit vtraque simul, frequenti corona: Tametsi nondum in publicas Curię tabulas illata reperiatur. Pendet enim ex vsu arbitrióque populari Desuetudo non minùs quàm Consuetudo: hoc est, nouum Prouinciæ Ius peræque, ac vetus & antiquo Gentis more introductum. Ac velut priscus Mos patrius institutus fuit tacito Municipum consensu, vel sigillatim quidem præstito ac domesticatim. Bart. in l. Omnes Pop. ff. De Iust. & Iur. Ita noui ciuium Ritus inducuntur expresso ipsorum assensu, modò vniuersim & coactis Prouinciæ ordinibus exquisito. Bart. & Maynus ad l. de quibus D. de legib. Anton. Butrianus in Repet. cap. vlt. De Consuet. Rectissimè 3.

enim

enim Valerius apud Liuium, ex iis Legibus quæ perpetuæ vtilitatis causa sunt editæ, vulgò nullam abrogari, nisi quam vel vsus coarguit, vel status Reipub. inutilem fecit. Adde quòd Regiæ quoque leges per desuetudinem abrogantur tacito consensu omnium, i, contraria consuetudine pariter ac nouo legislatoris suffragio. Huc pertinet quod Licinius prætor censuit, non exoletis vetustate annalium exemplis, sed recentissimæ Consuet. vsu Ius stare debere. Vt T. Liuius attestatur. Nihilò igitur ampliùs eget Principis Senatúsue confirmatione noua lex Municipalis priscæ derogatoria, quàm isthæc Municipij obseruatio vetus, vtraque licet exscripta promiscuè. Sufficit enim, Regio primùm diplomate Iuris Patrij reformationem fuisse decretam, idque negotij à Principe delegatum PATRIBVS é summa Curia lectissimis. Quippe quum hoc vno Rescripto rata simul & grata habeantur quæ Populus cunque de suis rebus statuerit tanquam Plebiscito. Secus de vetusto eo More dicendum, qui aboleatur posteriori Lege Regia, non contrario Vsu dissensúue populari. Nam hoc casu non discedetur protinus ab antiquo Iure Ciuitatis, quoad nouam illam Legem Senatus comprobarit.

Consuetudo, omnium domina rerum, A. Gello dicta Lib. 11. cap. 13.

4. ITAQVE, vt superiorem diluamus *ἀντομίαν, cui causam præbuisse videtur Edictum Karoli 7. (de quo suprà,) iussit quidem Karolus, concinnatos legum Prouincialium Libellos à Senatu inspici, euolui, sanciri, antequam parere iis Municipes cogerentur. Illîc enim agebatur tum primùm de conscribenda morum Municipalium velut Cabala: metuendúmque erat, ne quibus ea prouincia dabatur, in rudem adhuc indigestámque Legum molem conicerent aliquid Regio iuri noxium, vel ab æqui bonique ratione alienum, dum priuatis ciuium paucorum affectibus inseruirent. Præterea Karoli ætate mandabatur hæc cura digerendæ cuiusque Consuet. Magistratibus eiusdem Territorij, quorum peculiariter interesse poterat, nonnullos Artic. patriæ Legis constitui in rem suam: quos videlicet priuatis reique suæ familiaris commodis metirentur. Huic quoque incommodo prospectum voluit nominatim Philippus Belgicæ Galliæ Regulus in sanciendá scriptis Burgundi sui Ducatus Consuetudine. An. 1459. & post Carolinum Edictum sexto. Quum enim singulæ trimembris Pop. classes è suis vnum delegissent, qui talium restitutioni Morum operam daret, Philippus eis collegas adiunxit luculento Diplomate familiares suos & aulicos quosdam Iurisperitos: qui, ne contra fas æquúmque descripto proponerent quicquam Municipes, aut molirentur nonnihil in Ducalis imperij prærogatiuam, argutè prouiderent. Deinceps verò in æs inciſæ sunt Francorum Consuetudines variæ sensim, pertextæque Regio iussu Municipalium legum αἱ Παράδοσεις. Quo nomine liceat obiter in Reges nostros Claudiani de Heroë illo panegyrin transferre, quo Duce

Firmatur senium Iuris, priscámque resumunt
Canitiem leges, emendantúrque vetustæ,

* Legum contrarietatem.

Le bon Duc Philippe de Bourgongne, Comte de Flandres, &c.

Claudianus De quarto Consulatu Honorij Augusti.

Digitized by Google

Accedúntque nouæ, qualem ſenſêre Solonem
Res Pandionias: ſic armipotens Lacedemon
Deſpexit muros rigido munita Lycurgo.

CÆTERVM ſi legis Prouincialis, quæ ſemel auctore Rege emen- 5.
data ſit, inſtaurationem poſtea vrgeat Princeps ſacris Codicillis, eodem auſpice vt cœpta, ſic perfecta dicetur Conſuet. reformatio ingenti Pop. plauſu & aſſenſu, nec nouam aliam exigit patriæ Legis comprobationem Regiam, aut Senatoriam. Atque ita de Ambianis moribus pronuntiatum fuit S. C. memorabili. 7. Idus Septemb. 1571.

Areſtum Pariſien. die 7 Septemb 1571. prædictæ litis deciſorium. Municipes nouæ Conſuetudini alligari ſtatim ac ſcripta ſit in maxima Pop. frequentia, nedum poſtquam in Curiæ ſummæ commentarios regeſta.

Ex facto Anton. *de Neufuille* tutoris Karoli & Franciſcæ *De la garde*, cui res erat aduerſus Franciſcam *VVarry*, viduam coniugem Karoli *Dailly*, communium tutricem liberorum. Qua in ſpecie, Neuuilleus ille, Pariſiorum Curiam prouocarat à Sententia Trium virûm Ambianæ Conſuet. vetante, ne ciuiles alij Mores admitterentur in foro deinceps, præterquam qui ſcripto concluſi ab iis & comprehenſi erant. 6. Kal. Octob. 1567. Nam paulo poſt generatim ita latam Sententiam, obtigit litigatoribus iſtis tranſuerſaria hæreditas, iuris idcirco ambigui, quòd recens vetuſto Ambianorum Mori derogaret, in eo præſertim hæreditatum genere, quæ tranſuerſa linea propinquis obueniant. Inſtabat autem appellans, motam controuerſiam noua Municipij lege definiri non debere, nec Sententia illa nouæ Legis aſſertoria, ſed antiquo potiùs Iure patrio: quum defuncti bona delata fuiſſent Nouemb. Menſ. 1567. priùſquam actis Curiæ inferretur codex Ambianarum legum à Trium viris emendatoribus. Illatus quippe anno vertenti Pridie Kal. Quintiles. Ob id diſceptata in Senatu res eſt longa vtrinque oratione, ac in conſilium miſſa 13. Kal. Septemb. An. 1568. inter priuatos eiuſce hæreditatis competitores non modò, ſed etiam Antonium *De Crequy* Romanum purpuratum, qui pro Ambiano Clero, Franciſcum *Deblicques*, pro equeſtri ordine, & Ambianæ plebis Ædiles qui in eam litem deſcenderant, quòd interceſſiſſe ſe pariter nouæ Conſuet. ſanctioni profiterentur. Senatorio demum iudicio vincitur appellans, decretúmque, Trium viros rectè iudicaſſe. Quæ omnia Fabri opinione adiuuantur, in §. ex non ſcripto, Inſtit. De iure natur. gent. & ciu. Verſ. ſed nunquid requiratur conſenſus ſuperioris in Conſuetudine introducenda. Enimuerò ſi emendatæ Legis Municip. Capite aliquo recenti, concurrat neceſſariò factum hominis cum Lege ipſa, vtpote nouis Teſtamentorum ſolennibus ea præſcriptis, Tunc pronuntiatum eſt, tali Conſuetudine Municipes haud priùs teneri, publicoſuè vltimarum Tabular. Scribas, qui in nouam ipſarum Formulam impegerint, quàm collecta iam illa, perferatur regeratúrque in Acta ſupremæ Curiæ, vel temporis ſaltem interuallum effluxerit, intra quod probabiliter cuique innotuerit ciuicus Mos nuper reſtitutus. Areſto percelebri, de Lutetiani ciuis teſtamento, Nonis Martiis An. 1581. quùm Petr. *du Lac*, & Chauuelinus, priuatorum: Marius, Collegij Notariorum. Pariſien. cauſam peroraſſent. Ætiologia

Sententia iudiciaria, die 16. Septemb. 1567.

Die vlt. Iunij 1568.

Die 10. Auguſti 1568.

Placitum Curiæ, *in plaudant*, die 7. Mart. 1581. quòd recens Conſuetudo non ligat, niſi poſt aliquot mẽſes ab eius publicatione, quando factum hominis concurrit cum Lege. In cæteris ligat Conſuetudo, à die quo perlecta eſt, in corona trium Statuum Prouinciæ.

Digitized by Google

gia eſt, quòd recens Conſuet. priſcæ abrogatrix haud retroducatur penalibus in cauſis, ſeu ad actus reſciſſionem minùs ſolennis, conflati à nouæ Legis ignaro. Clem. 1. De Vſur. Panor. & Innoc. ad Cap. Quoniam De conſtitut. Abbas in cap. 2. & Felyn. in cap. vlt. Eod. Tit.

Cumglo. In Ver de cætero, vbi Annullatio actus ſuper iure quæſito, eſt pœna.

QVÆST. 2.

An veteri Conſuet. recèns adſcriptus Artic. reputetur nouus, an antiquus.

1. AFFINIS eſt ſuperiori quæſtio alia ſubdifficilis, nec minimi in Foro momenti. Nunquid Conſuetudini aſſutum caput aliquod ea in reformanda, nouum exiſtimetur, an antiquum: ſiquidem nil de eo expreſſim cautum ſit Renunciatione actorum, in ea Conſuet. reſtituenda. Nouam legem prima fronte dixeris videri, nec ad præterita negotia retrò flectendam. Pùtà, Turonenſium Morum Volumini addita capita pleraque An. 1559. Quo anno publicè repoſiti ſunt denuò Turonum Ritus Municipales, adiunctis nonnullis, aliis detractis Prouincialium legum Articulis. Hos forſan exiſtimes porrigi ad lites non debere, ante huiuſmodi Conſuet. emendationem motas. Cui ſententiæ ſuffragatur Socyni dictum, appendices *Statutorum* alio iure cenſeri, quàm *Statuta*, quibus acceſſerint ipſæ. Ad l. Mulcta π. De condit. & demonſt. Corſet. in Singul. ſuis Verb. additio. Boërius, Deciſ. Burdegal. 284. Num. 4.

Renunciationem hanc, vulgus nominat Proceſſum verbalem Commiſſariorum Conſuet. reformatæ.

Multùm intereſt, an Conſuet. Articulus ſumatur *pour l'ancien eſtabliſſement du pays, vſage & obſeruance communs, ou bien pour vne nouuelle Couſtume & vſance.*

2. PVTO tamen, priſcæ Conſuet. additamentum, veriùs partem quandam eſſe Iuris antiqui & commemorationem ipſius complexionemque, quàm nouam præceptionem: Niſi reformatores Conſuet. in ſolenni ſua actorum Renunciatione edixerint, Articulos qui Moribus patriis adiiciuntur pro noua lege habendos eſſe, non pro vetuſto more & antiquitus vſurpato. Nam alioqui talium Magiſtratuum in corrigendis tranſcribendíſque noſtris Legibus hoc erat præcipuum munus curáque præfinita, vt tabulis eas inſcriberent quales Pop. teſtaretur. Atquin credibile eſt, Populum ſui moris haud inſcium, & plus æquo ſollicitum de auitis Inſtitutis, hæc capita Conſuet. reſtituenda curaſſe, quaſi per manus traditi Iuris ſtudioſiſſimum. Atque adeo magni faciunt Prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudines ſuas & veteres prærogatiuas. Cùm ergo Trium virís *Conſuetudinariis* conceſſa ſit poteſtas, priſcum ius inſtaurandi, non nouum condendi, fuit hæc eruditorum Aruernorum ſententia ex facto conſulto inter magnates de Fayeta, vt Aruernæ Conſuet. recentiùs adſcripta capita An. 1510. antiquis adnumerentur moribus ac inſtitutis. Nam in priuata ea lite vertebatur cognitio paucos abhinc annos, nûm Artic. 19. (Tit. de Donat. dot. & matrim.) vetus eſſet, an nouus Aruerniæ mos ſcripto demandatus. Si enim commentitio iure receptus fuiſſet, valebat controuerſa donatio, quæ publicam illam Iuris Aruerni deſcriptionem præceſſiſſet. Sin autem inueterata foret Conſuetudo, tunc in irritum donatio deducebatur. Atque eam in rem dynaſta Fayetius Aruernæ Le-

Plato lib. 6. De Legib. ſcribit, eas quéque leges innouare vereri, in quibus educatus ſit: ſi illæ diuina quadam fortuna longis temporibus ſtabilitæ fuerint.

Hæc Vlpianus lib. 1. de off. Proconſ. Tum l. ſi in aliquam π. eod. Honori, inquit, ſuo vendicant Prouinciales, & feriás ſecùndùm mores & conſuetudinem quę retro obtinuit, dare.

Digitized by Google

gis codices producebat in iudicium, à veteribus Practicis calamo exaratos, qui vndeuicesimum Consuet. eiusce articulum continebant. Illud tum deinde vocabatur in quæstionem, nunquid Titul. De annuorum reddituum assignatione, retrò obtineret apud Aruernos, quasi vetusta Municipum constitutio, antequam hæc mandaretur chartis: an verò nouis Aruerniæ legibus accenseretur. Quod longè latéque patebat in decidendis pactorum controuersiis, quæ priùs inita fuissent quàm Mos patrius emendaretur. Quum nec vlla hodie rata sit temporis præscriptio aduersus Formulam hypothecariam, seu *Statutariam* adsignationem annui vectigalis. *Rentarum assietam* vulgus appellat.

ATQVE, vt de nobis referamus obiter, quod & pari in causa defendimus pro Ambiano municipe, & S. C. probatum resciuimus, facti seriem accipite. Ambianis quondam Legibus inscriptum non erat 3.

Vimacensis præfectura, *la Preuosté de Vimeu, l'vne des huict Preuostez du Bailliage d'Amiens.*

τοπικὸ, peculiaréque Ius Vimacensis Præfecturæ, quæ alioquin superiori Ambianorum iurisdictioni imperióque subiiciebatur. an. 1507. Quo primùm anno composita est Ambiana Consuetudo proditáque literarum monumentis. Quum verò hæc eadem Regiis mandatis reponeretur an. 1567. prolatus est in medium Quaternio specialis Vimacensium Consuetudinis: hic generali Prouinciæ legi attexitur reclamante nemine, ac ne interposito quidem Iudicio à Trium viris Consuet. reformandæ, admitti necne deberet ista, vt vetus, an vti noua Vimacen. ciuium obseruatio. Aliquantò pòst, Ludou. *d'Acheu*, patronus pro suo iure inuasit clientelare prædium (sub Vimacen. Præpositura) ob dominicas obuentiones minimè pensas. Cliens ilico Ioh. *Machon* offert patrono iusta caducaria, quæ ex feudi renouatione deberentur: fructibus item cedere illi paratum se ait, iam inde ex quo prehensus sit fundus dominica potestate. Atque his domino oblatis, quasi officio functus cliens postulauit in iure, manum dominicam à prædiis suis tolli. Ad ea patronus coram Vimacen. Iuridico, Ambiana quidem Consuet. rectum dominum fundi fructus suos non facere, nisi à die manus in ipsum inuectæ: Nec efficiatur, Vimacen. Morum chartulam adiectam fuisse insertámque Ambiano quasi summæ Consuet. Volumini, citra vllam anterioris Vsus exceptionem, distinctionem. At verò enixè contendit, hunc antea Vimacen. regiunculæ morem inualuisse, vt dominus superior, mortuo vasallo, subinde lucrifaceret beneficiarij agri prouentus, eum tametsi nondùm publicè possideri iussisset pro arbitrio patronali. Ex quibus intendebat, fructus ab hærede præceptos, ante correctionem Vimacen. Consuet. cum Ambiana sibi restituendos, perinde ac si collecti fuissent post feudi prehensionem.

Quaternio Vimacen. Consuetudinis, *le Cayer de la coustume locale de Vimeu.*

Saisie du fief à faute de deuoirs non faits & non payez.

Les droicts de reliefs dicz au Seigneur dominant.

IVDICIO demum absoluitur nouus cliens à Vimacen. magistratu. 4. Sed Ambianus Proprætor, ad quem prouocarat aduersarius, rectè appellatum pronuntiauit, decreuítque, à patrono, Vimacensis vsus prisci cui innitebatur, fidem erui confusis testimoniis, quas vulgò

Turbas

Turbas vocitamus. Hinc rursus appellato Senatu à clientelari possessore, Nos pro eo forensibus scriptis sic egimus, Vimacen. Morum Articulos, qui vnà cum Ambianis propalàm recepti sunt, his minimè derogare in proposito negotio, nec ampliores feudi vacantis fructus tribuere domino prædij superioris, quàm qui prehensum fundum sequantur, & ex qua die, inferiori huic fundo incúbere patronus occœperit. Peculiarem ergo Consuetudinem, etsi non ita pridem vulgata sit scriptis, tamen retrò referri ad præterita negotia, nedum ad futura. Vt Fabro visum est in l. 2. C. Quę sit lon. consu. Non eò quippe scriptura tabularum comparata est, vt nouum Ius induceret Municipale, sed antiqui vt certior haberetur cognitio, probatióque celerior. Ait Paulus Lib. 7. ad Sabinum. Addebam, suum cuique Ciuitati ritum constare, à longa vetustate repetitum, præsumptâ Iuris coniectura. Nam Iustitię initium à natura profectum est, teste Tullio, deinde quędam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt: postea res & à Natura profectas & ab Consuetudine probatas Legum metus & religio sanxit. Athenienses etiam vsos moribus quibusdam, seu * νόμοις ἀγράφοις, ostendit Pericles apud Thucydidem Lib. 2. Parum etenim prosunt vanę sine moribus leges, ait Flaccus. Exin à Plutarcho rectè traditum est, * τὸ ἔθος λαβὸν νόμου δύναμιν. Quoniam igitur purè simpliciterque promulgata fuerat Vimacensium lex Municipalis, obseruandum sedulò ex Regiis Constit. Karoli 7. & Ludou. 12. ne patrius Mos alius in foro citetur, quàm qui Consuet. Libello diserte contineretur: vti nec Iustinianeo Edicto vllę Leges suis non comprehensæ. Postremò dicebam, Senatus hoc saltem ius esse eximium, de allegato Consuet. non scriptæ vsu inquiri iubere turmatim atque confusim. Causa exactè perpensa, Curiæ placuit rectè prouocatum, firmatáque prioris Iudicis Sententia, grauiter interdictum est Ambianis magistratibus, ne de tali Regionum vsu interloquerentur postea, neve ipsius testatò fidem facturos audirent litigatores: Subiuncto etiam, S. Consultum hoc recitari propalàm debere in Ambiano tribunali maiore, ne quis ad eundem denuo lapidem impingeret. Placito Cutię 6. Idus Iunias 1577.

Paul. in l. Imo. 2. De legib.

Dissimilitudo ciuitatum variationem Iuris habeat necesse est. Inquit Cic. pro Balbo.

* Legibus non scriptis.

* Consuetudinem, Legis vim assumere.

Arestum Curiæ die 8. Iunij 1577.

3.

Quatenus inquiratur de modo vtendi: obscura Consuet.

1. INDE explorandum gradatim, an consuetudo non scripta proferri hodie possit in Iudiciis, & probari per hominum cœtus decuriatim testificantium. Explosa sunt haud dubiè patria Instituta, quæ scriptis cunque Municipij Legibus aduersentur, vt paulò antè dictum est. Arg. l. Eos §. penul. C. De vsur. & Authen. Vt nulli iudic. Ecquid verò de ambigui Moris scripti vsu interprete? Hunc quoque putes forsan reiiciendum. Nam ex Regiis superioribus Edictis coniicitur, fuisse hanc Principum Gallorum mentem, nullas in posterum admittendas Consuetudines, præter promulgatas, atque iis non suf-

Descripta Consuet. hactenus, Nunc de obscuræ ipsius vsu non scripto, seu interpretatione sumęda ex modo & forma vtendi: De qualicirtum est per duas Turbas inquirere, vt Forum nostrum loquitur.

Digitized by Google

Sic apud Liuiũ confuſa dicuntur ſuffragia, quæ confuſim & velut in turba ferũtur. Dec. 3 Lib. 6.

ficientibus, Romana ex lege ius dicendum: ne perpetuò in id incommodi, quod ſubmotum voluerunt, reuolueremur, & confuſis teſtimoniis iudicia remorarentur litigantes. Apertiùs adhuc, Philippus 2. Burgundiæ dux vetuit, ad interpretandos Mores ſua auctoritate publicatos vſum quemlibet adhiberi, & ſolo Quiritum Iure, ſi quando hæſitaretur, vtendum cõſtituit. Nec abſimili ratione petiit vniuerſum Galliæ concilium à Karolo. 8. rege in Turonen. Conuentu, Municipij cuiuſque Mores in tabulas referri: vt ſi de iis ambigeretur, ex ſolis Archetypis fides fieret iudicanti, vel ex ipſorum exemplis apud Acta deſcriptis. An. 1483. Proin Karolus ſolenne Reſcriptum emiſit per ſingulas ſparſim Francici nominis prouincias, vti Conſuetudinum in Libellos redactio regionatim curaretur, alio quouis Prouincialium vſu iam tum abrogato. Codicillis 5. Kal. Februar. 1493. qui extant in calce Legum Pontiuenſium. Attamen in dubio ſcriptæ Conſuet. exponendo Articulo, confugimus etiamdùm ad popularem vſum ciuilémque Regionis obſeruationem, forenſi diſciplina vulgari, nec Principe abnuente. Nam Reges identidem ad Ius commune nos ablegant in reſtaurendis corrigendíſque Moribus per Gallias. Atqui Ius commune patrios Ritus adprobat, cùm lex deſideratur, vel etiam cùm Legi refragantur, niſi eos Lex tollat nominatim. l. De quibus. ff. De legib. Cap. 1. de conſtit. In 6. & Lib. 2. Feud. in prin. Quin & tradit Liuius, vſum eſſe grauiſſimum Iuris cenſorem ac exploratorem: vt non poſſit non æquum exiſtere, quod is facto ſæpiùs periculo probauerit. Atque omnino decet prudentes Magiſtratus, non tam porticus implere Legibus, quàm adniti, vt ciues animis inſitum habeant Iuſtitiæ ſtudium. Nec enim S. Conſulta, aut Plebiſcita, ſed præclara Inſtituta fœlicem effecêre Ciuitatẽ. Vt pluribus explanat Iſocrates in Areopagitico.

Les Eſtats tenus à Tours.

Literæ Patentes die 22. Ian. 1493. quibus excitata eſt mandatáque Conſuetudinũ reformatio, in iiſque Pontiuenſium. Vulgò tamen ad diiudicandas Pontiuenſiũ lites ſolent extrahi è Tabulario publ. Abbæuillani oppidi capita Conſuet. Pontiuen. cum hac Gallica ſuperſcriptione. *Extraict des regiſtres de la Couſtume de Ponthieu, qui fut decretee le 22. Octobre 1507.*

Et verò in Tomo Conſuet. à Molineo collectarũ, priùs redacta legitur Pontiuenſis, nempe die 17. Oct. an 1495.

Apres la premiere reformation de ceſte Couſtume de Ponthieu faicte par le Lieutenant du Seneſchal de Ponthieu, l'an 1495. en vertu du mandement du Roy Charles VIII. de l'an 1493. y en a eu une autre ſeconde de l'an 1507. en Octobre ſur nouuelles patentes du Roy Loys XII. adreſſee à M. Chriſtophle de Carmonne Preſident, & Germain Chartelier, & depuis en ſon lieu à Guillaume Beſançon Conſeiller en Parlement, ayans principalement reformé, & redreſſé les articles 170 101. 129. 156. 157. & 160. au pied deſquelles nouuelles Couſtumes imprimees ſont les Couſtumes locales, vſages & ſtils gardez en la ville, & Banlieüe d'Abbeuille, preſentez & arreſtez par le Seneſchal de Ponthieu, ou ſon Lieutenant Commiſſaire du Roy, & de la Cour de Parlement: En ce non compris pluſieurs priuileges & franchiſes des Maieurs, & Eſchevins de ladite ville, dont ils ioüiſſent, le tout imprimé en l'an 1600.

Stylus pariter, qui forenſis mos antiquus dicitur, ſi allegetur in iudicio, poteſt iudex ſuopte officio inquirere ab eius fori Pragmaticis de fide veritatéque Styli allegati, & fuerit nécne dudum obſeruari cœptus. Bar. in l. vn. C. Vt quę deſ. aduoc. Aufrerius In Deciſ. capel. Tholoſ. 115.

IVDEX autem mero officio decernit, ferendas huiuſmodi de vſu patrio teſtationes, non parte poſtulante: Vt forenſibus rerum exemplis didicimus. Publici enim iuris eſt hæc teſtificatio, non priuati arbitrij, legémque Ciuibus ſuis præſcribit quodammodò, Legis ſaltem Municipalis explicationem perſpicuam, quæ habetur pro lege. Id quod Normanica præſertim Conſuetudine ac Stylo expreſſum eſt, in hæc verba. *Les ſages Couſtumiers & Practiciens ſont iuges & teſmoins des Couſtumes & vſages du payꝫ, meſmement des lieux où ils reſident & practiquent. Et quand entre les parties eſt diſcord d'aucun vſage ou Couſtume, l'approbation ſen faict par eux, ſans que les parties en ſoient en aucun couſt, ou delay.* Atque vt exemplis præiudiciiſque res clariùs demonſtretur, præſto eſt recens S. C. Pariſienſe poſtridie Idus Apriles 1579. hoc fermè modo cõceptum. Placuit, ante litis definitionem, nonnulla ipſius capita ex aduerſariis litigatorum ſcriptionibus depromi, ambiguum Cenomani

2.

Digitized by Google

Moris Articulorum quorundam Vſum ſpectantia, eorúmque fidem honoratio officio perueſtigari confuſis Pragmaticõn teſtimoniis. Quò, ritè peracta communis vſus patrij Inquiſitione, controuerſum negotium maturiùs dirimeretur. Hoc porrò manaſſe videtur ex priſca Lutetiani Senatus conſtitutione ſubſequenti, INQVIRANTVR *de Conſuetudine plures ſapientes.* Vnde etiam planum fit, ſolos ciuici Iuris Conſultos de iis iudicium ferre potiùs quàm teſtimonium, non alios quoſuis è triuio Municipes. Ac velut priſci Iuriſperiti *Iudicibus ſcribebant plerunque, aut teſtabantur, qui illos conſulebant.* In Orat. Pro Quintio: Ita Francici magiſtratus de interpretatione Conſuet. inquirunt à Pragmaticæ artis peritis, eruditione illa vernacula ac plebeia, in formulam infraſcriptam, quam Foro indidit vetus S. Conſultum, ceu pragmatica Sanctio iudiciaria An. 1312. quæ Regeſto Curiæ OLIM intexitur, (fol. 29. verſ.) *Vocabuntur Sapientes Patriæ plures carentes ſuſpicione: ipſis vocatis, proponetur eis Conſuetudo, & tradetur eis in ſcriptis. Qua propoſita, iurabunt, quòd fideliter referent id quod ſcient, & credent, & viderint vſitari ſuper illa Conſuetudine. Quo iuramento præſtito, trahent ſe ad partes, & declarabunt & referent deliberationem illam, in quo caſu & quo loco fuit iudicatum, & de circunſtantiis, & in communi reddent cauſam dicti ſui: & omnia redigentur in ſcriptis, & mittentur ad Curiam clauſa ſub ſigillo Inquiſitorum.* Sed nonnunquam etiam, petente litigatore, Princeps Senatum excitat Reſcripto, vt de Prouinciæ vſu ac moribus inquirat: Ita tamen, vt huic teſtium inquiſitioni Curia ſubiungi alteram iubeat, mero Iudicis officio peragendam. Sicuti de prædiis aliquot Normanicis, quorum donatio oppugnatur ex Ritu patrio, nouiſſimè decretum eſt à Senatorio Pariſiorum Ordine, regiis moto Codicillis, facti capita cauſæ ab litigatoribus articulatim edi ſcriptitando, geminâque teſtium decuria ſibi adprobari: ex officio inſuper veri fidem teſtibus erui de populari Neuſtriæ Vſu, interprete Normanici Moris, quoad trientis donationem bonorum in eos collatam, qui nulla alioquin hæreditarij iuris portione res donatoris præſtolentur. Placito Senatus. 4. Kal. Apriles 1580. inter Chriſtophorum *de Baſſompierre*, cum Ludouica *le Picart* vxore donatarij hærede, actores: & Franciſcum Mommorantium, ac Ludou. *de Rouuille Dn. de Chars*, qui reorum partibus ea in lite funguntur.

Interlocutio Senatus die 14. April. 1579. de modo vtẽdi Articulis 286, 288. & 314. Cenomanæ Conſuet. In 3. claſſe Inquiſitionũ Curiæ. D. Châprontio litis enarratore inter illuſtres fœminas Dianam à Francia Mõtmorantij ducem, & Nicolam *le Roy* vxorem *D. Deceſſe* Tribuni Franciæ militaris.

Quintilianus Conſuetudinem termonis vocat cõſentum eruditorum, ſicut viuendi, conſentium bonorum. Nam ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat Conſuetudo, periculoſiſſimum fa bit præceptum non orationi modò. ſed quod maius eſt, vitę.

Areſto itidẽ quod forenſi actione latum eſt die 4 Decemb 1544. interlocuta eſt Curia ſuper facto de vſu Conſuetudinis à parte allegato. *à ſauoir que la terre de Noza ſaſſet au Bailliage de Troyes eſt frãc alleu noble, & qu'audit Bailliage en ligne collateralle, le maſle doit forclorre la femelle par prerogatiue. Dont les parties informerõient* ſuper modo vtendi, *interpretatif de la Couſtume. Plaidans Reſnt pour Marie Deſdormans appellante, & Rebours pour M. Charl. Deſdormans Conſeill. de la Cour, intimé.* Areſtum die 19. Mart. An. 1580. in maximo Curiæ Pariſ. Auditorio.

3. MAXIME verò Præiudiciis conſtat Vſus non ſcripti probatio. Quemadmodùm enim P. R. initio non vtebatur ſcripta Lege vlla, ſed quod à Regibus ipſis pronuntiatum eſſet, quum iura poſtulantibus redderet, Legis vim aſſumebat. Ex Dionyſio, Roman. Annalium lib. 10. Sic patrium ciuile Ius firmatur probaturq; rebus iudicatis, aliis tranſactione deciſis, aliis ex facto conſulto reſponſis. Plurimum enim obſcuris legibus lucis adferre Sententias Iudicium, docuit Solon, qui cùm leges ambiguas tuliſſet, ac contrarios ſenſus recipientes, vim iudiciorum auxit Athenis: ratus, Iudices controuerſo Iuri ac interpretandis Legibus ſatis commodè præfuturos. Vt ait Plutar. in Solone. Porrò

Seuerus Imp. reſcripſit, in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiſcũtur, conſuetudinem,

Digitized by Google

aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarũ auctoritatem, vim legum obtinere. Ex Caliſtrato li. 1. Quæſtionum.

etſi non omnibus de Iure reſponſis ſubderent rationem veteres Iuriſperiti, teſte Seneca: tamen noſtrates Pragmatici, quoties de Conſuet. vſu rogati reſpondent, cauſam adiicere teſtimonij ſui debent vel iudicij. Ob ídque in Vſu tanti momenti, ac ſummo Iuris Municip. interprete, maior eſt à noſtris adhibita probationum cautio, quàm ab Italis Legum ſcholiographis: qui Prouincialem ſtylum Vſúmque adſtrui cumulatè duorum teſtimonio putauerunt. Cyn. ad l. 2. C. Quæ ſit lon. conſ. Bart. in l. 4. ff. De Teſtib. Bald. in l. 1. C. Vt quæ deſ. aduoc. Angel. in §. ex non ſcripto Inſtit. de Iur. nat. gent. & ciu. Alex. in Reſpon. 14. Lib. 5. Francicis autem Moribus, ſi quando lis inficiaLiter conſtituta ſit, & agatur de probanda Conſuetudine, vocatur bina teſtium decuria ſeu Turba: quùm ſingulæ turbæ decem hominibus conſtent. Vlpiani l. prætor. 2. §. turbam D. Vi bon. rap. Decem enim vnius hominis vice funguntur in hoc genere, vnúſque omnium interrogatus à quæſitore, teſtatur de Conſuetudine, mox ſigillatim omnes excutiuntur.

L'Vſage eſt le vray commentaire de la Loy, ou Couſtume.

CVIVSMODI binæ Turbæ Gallicum morem (qui à Fabro refer- 4.
tur in l. 1. C. quæ ſit lon.) ſanxit edicto Princeps Ludouicus. 12. An. 1499. cap. 13. Nec aliter dehinc rex Franciſcus Priſcus edixit, venalis fundi præconia iudicanti adprobanda eſſe à creditore auctionis magiſtro, certiorémque illum faciundum, publicæ denuntiationis ſolennia rectè atque ordine proceſſiſſe: mox rogatis ab eodem patronorum ſui fori ſententiis confici elogium oportere, quo ſolennia peracta ſecundùm iuriſdictionis morem teſtaretur, idque viatoris Renuntiationi iuberet annecti, ſi apud ſuperiorem Iudicem vſui ſibi fore cuperet ſolennia is, ad quem ea res pertineret. Art. 79. Regiæ Conſtitut. editæ An. 1539. Quam ſic interpretatus eſt Senatus, vt tale elogium decuriatim confici deberet à forenſibus cauſidicis, ii, deno teſte pro ſingulis producto, tanquam ex formula iuſtæ de Conſuetudine inquiſitionis. Decreto 10. Kal. Septemb. 1552. In Municipiis tamen, quæ Iure ſcripto reguntur, diuerſum vſu receptum indicat Placitum Curiæ vetus in Parlam. omn. Sanctorum An. 1287. his verbis *Dictum eſt per Areſtum, quòd ſuper Conſuetudinibus, ſuper quibus inquirendum eſt inter regem Angliæ, & executores teſtamenti Comitis Pictauen. inquiretur per teſtes ſingulares, cùm terra Agennenſis Ius ſcriptum obſeruet.* Ex antiquo Regeſto Curiæ, fol. 76. Rurſus auctionalia præconia, (de quibus ꝫ) minori forenſium Practicorum numero, quàm decem, probanda videntur Ægid. Magiſtro in ſuis Deciſ. cap. 25. Tract. *Des Criées.* Vtut ſit, talium programmatum definitio ſolennitáſque diſtinguitur apud Gallos pro vario locorum more forenſi. Vt ait Fab. in l. Si eo tempore C. De remiſſ. pig. Vido Papius, Deciſ. Delphinali. 22. & 536. Maſuer. in Tit. De ſubhaſtat. & cridis. Boërius Deciſ. Burdigalen. 277. aliíque Gallici nominis Scriptores peruulgati. Sed aduerte obiter, iudicialem illam præconiorum adprobationem alibi fieri non poſſe, quàm in regiis Tribunalibus patriis: Quibus in ſolis ſcilicet, legum Prouincialium interpretatio

Criées d'heritages ſaiſis, & Certification d'icelles.

Areſtum die 23. Auguſti 1552 in ſecunda Camera inquiſitionum Curiæ.

Digitized by Google

pretatio quæritur, non in ſubſelliis inferioribus. Atque ita S.C. decretum eſt 16. Kal. Iunias 1577. in publica cauſarum diſceptatione pomeridiana. Buyſſone & Roberto dicentibus. Anterioribus autem edictis Principum nullus certus habebatur eius fori delectus, in quo ſolennis præconiorum teſtatio ferri deberet. Bina Conſtitut. An. 1539. & 1551. Art. 5.

Placitum Curiæ die 17. Maij 1577. *aux Plaideyers des apreſdinées.*

5. VT in ambiguo ſcriptæ Conſuet. ſic in forenſi Stylo non ſatis cognito locus eſt Turbæ teſtificantium de forma modóque illis vtendi, tanquam perſpicuis obſcuratum Legum luminibus. Nam PATRES Pariſ., de quodam ritu forenſi Præfecturæ Vrbis, quum ambigerent olim, cenſuerunt quærendum pro ſua religione ac munere, neutro litigatorum tale quicquam expectante. Placuit enim Senatui, contendentes ambos à Guill. Britone & Sym. *de Plumetot* ſenatoribus compellari, moneri, inflecti ad litem beneuolè tranſigendam: ſin minùs, ab iis inquiri de iudiciario iſto Pariſien. ciuium vſu, ſatisné ſit, pro tribunali vrbano proſcriptas fuiſſe eius auctiones fundi, qui intra primum ab Vrbe lapidem ſitum habeat, an eo quoque in loco, vbi conſtitutum ſit prædiolum, inclamationes præconiáque fieri oporteat. Areſto 13. Kal. Mart. 1430. inter Pet. Canapeum, qui appellarat à Pariſien. proprætore, & Fr. Iohannem *le Mainguyer*, præfectum monaſticæ Ædis Dionyſij in carcere, illius aduerſarium. Scilicet vſitatas foro Regulas ſanctè colimus, quaſi auitos municipij Mores, nec ab earum præſcripto deflectere æquum eſt eum qui tali præſit Tribunali. Bart. in l. Iuriſperitos π. De excuſ. tut. Panor. ad cap. ex literis De conſtit. Alexand. in Reſpon. 65. Vol. 1. Felyn. in cap. 3. verſ. Stylus curiæ De reſcr. Ananias in cap. ad falſariorum De crim. fal. vbi pleraque, de condicta Formula in ordinandis Iudiciis. Stylum enim vocat Baldus, praxin curiæ publicitus comprobatam, in l. vlt. C. quæ ſit lon. conſuet. Ideóque legibus irrita eſt, aduerſus Stylum iuriſdictionis lata Sententia. Cyn. in l. 2. C. Quan. prouoc. non eſt neceſ. Deciſ. Gratiano pol. 292. Eadem ratione Allobrogum Regulus ſanxit prudenter apud ſuos, *quòd Stylus ſeruatus in curiis domini circa inquiſitiones ſeruandas, copias dandas, & ſententias inde ferendas, pro lege ſeruetur.* Ex Lib. Statutorum Sabaudiæ, concinnato auſpiciis Amedei. 8. Ducis 15. Kal. Quintiles. Ann. 1430.

Doubte ſur certaine Vſance de la Preuoſté de Paris.

Decretum Curiæ die 17. Febr. 1430. *Le Mainguyer Prieur de S. Denys de la Charetre à Paris.*

Statuta Sabaudiæ publicè ſcripta, & compoſita auctoritate Amedei 8. Ducis. 17. die Iunii Art. 1430. Quæ Philibertus ſucceſſor cõfirmauit die 17. Nouemb. 1477.

4.

Quibus caſibus ceſſet Conſuetudinaria per teſtium turbas Inquiſitio.

1. PORRO nonnullis caſibus ceſſat hoc confuſi teſtimonij genus, quas Pragmatici Turbas appellant. Imprimis enim licita non eſt teſtium inquiſitio per cauſam ſenij morbíve anticipata veniali Reſcripto, ad Leg. Municipalem ex vſu populari interpretandam. Sicuti enim cognoſcentis officio roganda eſt bina illa teſtium decuria, nec priuato inſtante litigatore, vt præmonuimus: Ita non ſunt audiendi, qui intempeſtiuo huiuſmodi diplomate rectam iuſtámq; anteuertunt Senatus de Iure patrio cognitionem, nedum eius Ordinis munus exi-

Vſu forenſi docemur, litigatorem vtrumque vocandum ad inquiſitionem binæ teſtium decuriæ, quantumuis ex officio fiat, perinde ac in alijs ciuilibus teſtium inquiſitionibus fieri aſſolet. Illinc quoque reiiciendi reprobandique ex cauſa teſtes ſit copia partibus. Con-

Digitized by Google

fert deinde hæc de-curiatim inquiſitio palam recipitur in Curia, reliquarum inſtar, *tenant le debat des proces verbaux & moyens de nullité que peuuent bailler les parties.*

mium: quo vno nimirum Iudice auctoréque inſtituitur talis Vſus publici probatio. Diſpiciendum enim priùs eſt iudicanti, dubia ſit nécne Lex prouincialis, cui captioſa forſan ex Vſu prætenditur explicatio. Alioqui nec tres Pop. claſſes in Municipio ſuam ſibi dictarent Conſuetudinem, nec Conuentus ipſi Municipales (vt aſſolet) ſed togati aliquot è foro medio Ciuile Ius nouum ſibi inumbrata teſtimonij ſpecie adſcriberent. Ediuersò autem defendi poteſt, eandem anticipandi teſtimonij rationem ſubeſſe de vſu Conſuetudinis, ac de priuatis quibuſque negotiis. Illîc enim haud alij fermè vnquam adhibentur in teſtimonium quàm ſenes, eóque valetudinarij: A quibus nempe, duo hæc teſtatò referenda ſunt, actuum frequentia, & ſpatium temporis diuturnum, ex quibus communis Municipum Vſus adſtruitur. Vt notat Innoc. ad Rubr. de Conſuet. Bart. in l. Omnes populi. ff. De iuſt. & iur. Quinetiam grauiori fraudis ſuſpicione laborant teſtationes aliæ ad futuras lites exquiſitæ Regiis codicillis, quàm quæ de vſu obſcuræ Conſuet. interponuntur. Nam illo caſu, periculoſior eſt facti controuerſi definitio atque deciſio, quòd pendeat ex paucorum teſtium notitia, fide, iuréque iurando: Hoc autem, iudicantis religio inſtrui poteſt confuſis multorum Iurecoſſ. ſuffragiis, proborúmque virorum, de vſu patriæ Legis generatim teſtificantium. Neque idcirco Pragmatici ita teſtantes promere videntur nouum Ius aliquod Municipale, ſed factum nudum & vſum, qui valde diſcrepat à Conſuet. appellatione. Vt Faber animaduertit ad l. 2. C. Quæ ſit lon. conſ.

Enquestes à memoire perpetuel, ou examens à futur.

Nùm Conſuetudo, facti ſit, an Iuris.

TAMETSI enim diſputatum ſit à claſſicis Auctoribus, iuríſne an facti eſſet Conſuetudo. Bart. ad d. l. 2. & Bonifacius. 8. cap. 1. de Conſtit. Quoniam tamen patrij Mores in ſcripta redacti ſunt mandatis Principalibus, promulgatíque, & in acta Curiæ ſummæ relati cuſtodiuntur, hoc Ius omnes ſcriptum ſcire oportet, qui iuriſdictioni præſunt in Territorio ei Iuri ſubdito, & Sententias ferre iubentur legibus moribúſque conſentientes. Authen. Iubemus C. de Iudic. Nil diſſimile ferè eſt de vicinorum Conſuetudine ſentiendum, ex qua ius aliquando dicturus eſt alterius Prouinciæ, præſes aut Senatus ipſe. Vt reſpondit Papinian. l. 1. ff. de vſur. Caius ad Edictum Prouinciale l. ſi fundus ff. De euict. l. 1. D. de iudic. Sufficit enim, apud vicinum Iuridicum, vel PATRES C. citari à litigatore Ciuitatis ſuæ priuatam Legem, nec ſemel allegatæ Codicem produci in iudicium neceſſe eſt, vulgari Forenſium diſciplina. Nam in finitima quidem Regione non adſeruantur alterius Conſuet. prototypi: Sed cùm Municipalia Iura omnia de ſcripto proponantur cuique, & in publicum emiſſa ſint, ea neſcire ex quibus tibi ius reddendum ſit, nimiæ ſecuritatis eſt ſupinæque ignorantiæ. l. Nec ſupina ff. De iur. & fac. ignor. Quòd ſi in ipſorum exemplaribus reperiatur mendum aliquod, nec ex fide Archetypi interdum edita ſint, ſcrupuloſa inquiſitio non videtur à Iudice exigenda. Si de fide forſan dubitetur, id ex prototypis petendum erit. Quod in Rom. Iure fecit Accurſius, Bartolus, aliíque complures: Idemque

Pontiuenſes tamen ſtricti apud acta producere Articulos ſuæ Conſuet. deciſioni cauſæ neceſſarios coram ſuo Iudice, ne forſan interpoſita ad Senatum appellatione, eorum fidem facere ex integro teneantur.

2.

Veſpaſianus Cæſ. Inſtrumentum Imperij pulcherrimum ac veruſtiſſimum cõfecit, quo continebãtur penè ab exordio vrbis S. Conſulta, Plebiſcita, de ſocietate fœdere ac priuilegio cuicunq; conceſſis. Sueton in Veſpaſiano cap. 8.

Idémque in Moribus ſtatuit Patens Pop. Ludouicus 12. Rex. Sicuti liquet ex Renunciatione actorum in Andeg. Lege reformanda. Ambiguæ verò Conſuet. ſcriptæ vſus in facto conſiſtit, potiùs quàm in Iure: Cuius idcirco Vſus illuſtrationem reiicere Curia ſolet ad Municipales Pragmaticos, vtì Scæuola prædiatoriam quæſtionem ad Furium & Caſellium prædiatores, de quibus Cic. pro Cornel. Balbo. Atque exhinc multis probabile fit, in propoſita ſpecie non minùs quàm in aliis locum fore præuiæ cuidam teſtium inquiſitioni ante cœptum iudicium, Principali venia ac gratia. Quippe quùm anticipata Teſtimonia nec diſtinguantur inuicem Quiritum legibus aut Pontificum, vulgóque permittantur nullo diſcrimine. De eo tamen P. C. cenſuerunt ampliùs deliberandum in cauſa Caſtrouillani, Belgicæ Campaniæ, Comitatus 7. Kal. Februar. 1558. Antea enim Ioh. *Dannebault* Senatum appellarat ab Regij diplomatis executione, concepti in eam formulam Teſtificationis ex ſenio aut morbo teſtium repræſentandæ. Quod diploma quidem præmaturè impetrarant Franciſc. Ioh. & Leonardus *Dauaugour*, Comitatus huiuſce competitores. Interiecto deinde plus minùs ſexennio, placuit Senatui rectè prouocaſſe, infirmataque præceps ac præpropera illa teſtium inquiſitio de vſu populari, Caluimontanæ Conſuet. interprete. Nûm ſcilicet paterna paternis deferantur, materna maternis, in tranſuerſaria hæreditate apud Caluimontanos.

Examen à futur par Lettres Royaux.

Areſtum Die 26. Ianuar. 1558 in forēſi cauſarū diſceptatione, Franc. Portano appellantis, Guyberto aduerſariorū cauſidicis, de Conſuet. Caluimontis Baiſignei.

3. SECVNDO non recipitur teſtantium turma Practicorum, ſiquidem forenſis Mos Stylúſque citetur in iudicio, Regiæ Legi contrarius publicæve diſciplinæ. Nam vel eius allegationem Styli non ferendam, docuit Senatus Præiudiciis innumeris: iuxta ea quæ Karolus 7. edixit artic. 125. ſuarum Conſtitut. Verbi gratia, vetus fuit Iuliodunenſis fori obſeruatio, reum, auctore laudato, ſi ab eo non defenderetur, hoc ipſo cauſa cadere: tametſi iudicium ſuſcipere paratus eſſet, ac defenſiones ſuopte periculo proferre. Nam veteri tum iactabatur eius Fori adagio. *Qui tire à garend, & garend n'a, ſa cauſe perdüe il a.* Verùm hoc iudiciarium axioma non modò reſpuit, ſed & aboleuit Ordo Ampliſſ. S. C. Pridie Nonas Iunias 1538. in publicis cauſarum actionibus. Optimè, quum ita demum ſeruandus ſit Iuridicialium Sedium mos, qui ad lites ordinandas pertinet, ſi publicum Ius minimè corrumpat, peſſundet, euertat. Quemadmodùm à Franciſco 1. rege ſtatutum eſt, Cremolienſi edicto an. 1536. ſecundùm ea, quæ de Stylo copioſè ſcripſit Aretin. in §. ex non ſcripto Inſtit. De iur. natur. gent. & ciu. Cuius etiam ſententiæ patronum ciere poſſumus Senatum, Decreto ſubſequenti. Iudex Virtutis Campaniæ oppidi iuſſerat, litis cuiuſdam inſtrumenta produci in iudicium, vnà cum 30. æris aſſibus, à Ioh. Bricotio litigante contra Pet. Luratium. Ille ſuas quidem protulit tabulas, ſed nullum apud Acta numum. Quùm igitur vetuſta huius fori lege damnatus eſſet pecuniam producere, ad Senatum prouocauit. Terrierius appellantis cauſam orat, Thuanus aduerſarij, qui longæui vſus obtentu quæſtuarium prætexit, ac ſordidum Stylum. Excuſſo vtrin-

Huiuſmodi auctorem Faber gariterē vocat in paragraf. ſi verò aliquis Inſtit. de Satiſdat.

Areſtum 4. Iunij 1538. inter Per. Andream appellātem à Lodunenſi iudice. & Chriſtoph. *de Rochechouart* ex aduerſo litigantem. Ianuierio, appellantis, & Goulaſio aduerſarij cauſam agentibus. *Edict faict à Cremieu, du Reiglement d'Office d'entre les Bailliſs ou Seneſchaux, & les Preuoſts, ou Chaſtellains.*

Au Comte de Vertus, en Champagne.

Digitized by Google

que negotio, iuſta appellatio pronuntiata, cenſuêréque PATRES, omnino tollendum Stylum, graui cenſuræ pœnæque interminatione in Iudicem eiúſque fori Pragmaticos, ſi tali vnquam poſthac Stylo vterentur. Areſto in iuridicis Trecenſium Conuentibus 4. Idus Septemb. 1535. Iuſtiſſimè, quando & Gratianopol. Curia vetuit, ab Actuariis ſuis exigi decumam eius ſummæ, quæ alterutri parti iudicio addiceretur: eam tametſi in cæteris Delphinatium tribunalibus Scriba publicus quiſque corrogaret. Teſte Vido Papa, Deciſ. 434. Quantum verò dedecus Caligulæ Cæſ. nomini aſperſerint talia litium vectigalia, patet ex Rom. antiquitatis monumentis. Is enim quadrageſimam ſummæ, de qua erat controuerſia, partibus impoſuit: nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negotium conuinceretur. Vt eſt apud Tranquillum in Calig., 40. cap. Athenis pariter fuit in more poſita ἐπωβελία, i, depoſitio certæ pecuniæ, qua mulctabatur temerarius litigator, erátque fermè decima pars litis. Auctore Suida. Ne recenſeam iſthîc Romanis vſurpatam olim ſponſionem, interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is qui temere litem mouiſſe cuentu ipſo cerneretur: Erat hæc propè decima iuris controuerſi. Adde Sacramentum apud eoſdem, non abſimile ſponſioni. Deponebantur enim ab vtroque litigatore apud ſacrum Pontificem certi aſſes: & qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: victi autem, ad ærarium redibat, vt ait Varro: quæ pœna nummaria erat perperam litigantis. Ac Lucana etiamdùm Hætruriæ ciuitas patriis Conſtitutionibus hanc intexuit, *De datia ſoluenda in cauſis principalibus, quæ ciuiliter tractantur. Statutorum.* Lib. 1. cap. 23. Sed redeo ad noſtratam Morem Iudiciorum.

Areſtum in magnis Diebus Trecenſ. die 10. Septemb. 1535.

De Stylo S. Marcellini apud Delphinates, vide Guid. Pap. Deciſ. 181.

Subſimilis quidem nummorum obſignatio Gallis indicta eſt litigatoribus vulgo *la conſignation des procez*. Regia lege fixa An. 1563. Quæ deinde refixa An 1568. renouatur teſtituitúrque An. 1580. publicata in Senatu 26. Julij eod. Anno. Poſtea verò Regis benignitate ſublata eſt.

Statuta Lucanæ Ciuitatis, celebrato generali Vrbis Cõſilio, (nõnullis correctis approbata & omologata, Die 6. Iun An 1539. Octauiani Cacherani, Præſidis in Taurinenſi Allobrogũ Senatu deciſione 4. teſtatum eſt, ex Statuto ſeu conſuetudine loci Azelij, actores teneri adſolutionem gabellæ, ſeu datiæ. ſecundum æſtimationem rei in iudicium deductæ.

ABROGANTVR rurſum forenſes ritus Gallici, non modò ſi pugnent cum Regiis ſanctionibus, ſed & cum Iure Romano: Tantùm abeſt, vt eorum recipienda ſit in Iudiciis allegatio atque probatio. Sic improbatus eſt Areſto Laudunenſium vſus, quo fœminæ arcebantur à publico teſtificandi munere. Contra l. ex eo ff. De Teſtib. l. Qui teſtamento §. mulier ff. De teſtam. Styli huius, Areſtíque prolati an. 1383. mentio habita, Deciſ. Pariſ. 316. Ioh. Galli. Huic ſubiunge Turonen. Fori morem priſcum, ne iudicio damnati viatica litíſque ſumptus rederent aduerſario. Cuiuſmodi Stylum ſuſtulerunt aulici Conſilij optimates Regio decreto, quod ſubinde promulgatum eſt in Lutetiano Senatu. Apud Gallum Quæſt. 275. Nec diuerſum, in Pictonenſem fori ritum, iudicarunt Conſcripti Curiæ Febr. Menſ. 1392. Ex Gallo, Quæſt. 269. Idem Neruiorum ſtylum quendam reſciſſum perhibet. Deciſ. 191. & 270. Nè omittamus interim, quod Arnoldus Corbia Curiæ protopræſes Iano *de Nuilly*, cauſidico ſilentium indixerit, Stylum recitanti de hypotheca inter hæredes diuidunda pro portionibus hæreditariis. Vt concinnè à Gallo refertur, Quæſt. 64. Multò etiam antea ſcriptum legimus in Regeſtis Curiæ veteſtiſſimis S. Conſultum, de Turonen. Conſuet. ſic antiquata *Intimatum fuit Domino Regi, quòd* 4.

Neruiorum ſeu Tornacenſis fori in Belgio Stylus infirmatus: Quam vrbem Gallis regibus mirè deuotam & obſequioſam olim, narrat Phil. Commin. in Ludouico 11. cap. 101.

in

Digitized by Google

in Bailliuia Turonen. erat quædam praua Conſuetudo, videlicet, quòd cùm aliquis homo vel aliqua mulier furabatur domino ſuo, de cuius familia erat, vnum gallum vel vnam gallinam, vel vnum potum vini, ſi poſſet inde conuinci, aliquod membrum propter hoc amittebat. Dominus Rex amouit iſtam Conſuetudinem. In Parlam. octauæ Candeloſæ. An. 1265. Regeſti fol. 110. verſ. Similiter aliquantò pòſt abolita eſt Francica Conſuetudo, ne cui petitorias, aliáſve in rem actiones, quæ aduerſus maiorem annis cœptæ eſſent, perſequi liceret contra pupillum hæredem, donec in ſuam tutelam peruenisſet, quaſi ex edicto Carboniano. Ordinatione Curiæ An. 1325. Ex antiquiſſ. Regiſti fol. 30. Quin & noſtra fermè ætate abuſus hic irrepſerat in Pictauenſe municipium, vt à Regio ſimul & Pontificio Scribis conficerentur paſſim Obligationum tabulæ nullo teſtium interuentu. Vnde Rudolph. Fortierus à Pictonum proprætore damnatus eſt, creditori nummos dependere accepto repromiſſore, qui Pactorum literis debiti ſummatim oſtendebantur: ab vtroque nimirum ſcriptis profano & Eccleſiaſtico Notario. Verùm aditi de eo ex prouocatione PATRES decreuerunt malè appellaſſe: prohibitis, ad hæc, Regiis tabellionibus ſeu notariis, vllos deinceps Pontificios Scribas adſciſcere in publicæ huius ſcriptionis muneriſque ſocietatem: Ne regij item Sigilliferi talia inſtrumenta Principali anulo obſignarent. Quod, vt perpetui Edicti vim obtineret, iuſſère Conſcripti Curiæ, in forenſi Pictonum Auditorio promulgari. Areſto in Senatoria Turonum Seſſione iuridica 10. Kal. Nouemb. An. 1533. quùm Brulartus, appellantis: Chomedeus, aduerſiarij: & Montholonius, Fiſci cauſam peroraſſent.

In maioribus Pictauorum diebus iuridicis interdictum fuit Pictonicis iudicibus, eo in poſterũ Stylo vti, quo teſtiũ dicta falſi coarguere liberum erat citra libellum inſcriptionis: ita vt teſtes producens ilico teneretur in ius venire agnituruſ vel repudiaturus huiuſmodi teſtimonia Itemque prohibita hæc falſi teſtimonij accuſatio, niſi corrupti pretio falſum dixiſſe teſtes arguantur. Die 19. Octob. 1531.

Decretum Conſiliariorum Curiæ Pariſ. magnos dies Turonibus tenentium. (vt forenſes loquuntur) die 25. Octob. 1533.

5. EODEM quoque in Turonenſi conſeſſu PATRVM Pariſien. deciſa eſt Cenomani Styli allegatio forenſiſque Conſuetudinis, qua ſemel contractum eremodicium, lite conteſtata, cauſam totam perimebat actionémque perinde, ac ſi nondum conteſtatum fuiſſet iudicium. Contra l. Properandum §. ſin autem ab alterutra C. De iudic. Atqui Stylus probatur ita demum, ſi præter, non contra Iuris Ciuilis regulas inuectus ſit in lucem Fori. Panor. ad cap. ex literis De Conſtit. Proin Senatores illi talem abrogarunt Cenomanorum morem iudiciarium, iuſſeréque decretum ſuum hoc nomine propalàm recitari in regiis Tribunalibus Turonico illi Conuentui obnoxiis. Placito 17. Kal. Octob. 1533. cui cauſam dedit Rozei Bourelli prouocatio à Cenomanen. iudice in pontificem Cenomanorum, & Petr. Hamelinum. Auberio, pro appellante: & Marliaco, pro Antiſtite, dicentibus. Agedum quid de Nouiomen. fori conſuetudine, quam & in Senatu citatam exploſit Curia, nec de eius fide probationéque cenſuit interloquendum? Facti ſpecies hæc erat. Karol. *Picquet*, ac Nic. *Gauldier* Senatum appellarant à Nouiodunenſi Veromanduorum Suppræfecto, quòd prouocationem ſuam, quam ad hunc antea interpoſuerant ab inferiori Iudice, intra trimeſtre non exercitam, deſertam pronuntiaſſet. Mordicùs enim ij aſſerebant, eo Foro olim vſurpatum morem, ne qui prouocaſſent Nouiodunenſem Viromanduorum proprætorem, tenerentur iuſta appella-

Placitum Senatorum in magnis Diebus apud Turones ſedentium Die 15. Septemb. An. 1533.

Stil du ſiege royal de Noyon.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

toria peragere, nec exercendæ prouocationis diem testatò denunciare nisi in Iuridica Sessione superioris eiusce Iudicis, quas Galli *Assises* nuncupabant. Ex contrario autem defendit Ioh. *de Monceaux*, talem Consuet. regiis Francorum Legibus aduersari, quæ nonagesimum intra diem, ad summum, exequendam appellationem statuissent. Minimè igitur in id expectandos esse maioris Iudicis Confessus, qui toto triennio vix semel haberentur Causa vtrinque disceptata, Curiæ placuit rectè iudicatum, nec longius vnquam trimestri spatio prouocantibus datum iri, vt in superius tribunal euocetur is, secundùm quem dicta sit Sententia. Et hæc quidé inter illos, quibus exercendę appellationis dies non fuerat hactenus prę finitus. Arresto Curiæ. 5. Idus Decemb. an. 1544.

S. Consultum die 9. Decemb. 1544.

PLANÈ quoties forensis Mos ordinandarum litium non repugnat 6. Principalibus Edictis, publicæ vé Disciplinæ, auditur quisquis de eo allegato summatim velit inquisitum: perinde ac de vsu Consuet. Municipalis. Sed nonnihil discrepant hæc inuicem, quòd Stylo, tanquam iure Prætorio, generaliter non obligetur curia iudiciorum totius Municipij, sed ea tantùm, in qua vigeat huiusmodi Stylus. Vnde putat Baldus, Magistratum necessariò sequi non debere stylum Episcopalis curiæ. In l. Certum C. Vnde cogn. Secus de Prouinciæ lege prædiaria, cui omnes parent Vici Oppidáque eo in Municipio constituta. Argum. l. Qui ex vico est D. Ad Municip. l. Insulæ π. De Iudic. l. notionem §. 1. De verb. signif. Item iudiciarius Mos instituitur longè faciliùs aut mutatur, quàm scripta Municipij consuetudo. Vt patet Regesto supremæ Curiæ. 11. Kal. Mart. An. 1419. Nam eo die Senatus, qui vindiciariæ litis iudicio vacabat, percontatus est ab aduocatis & cognitoribus Palatinis, testiúmne refutationes admittendas in hoc causarum genere, an reiiciendas, contrà, didicissent Forensi aliquo experimento. Ad ea verò isti subinde, nihildùm vsu compertum habere se de tali Formula, quæ ad instruendam litem pertineret: Quòd si hactenus insolens inusitatáque Foro fuisset testium reprobatio in liticula fiduciariæ possessionis, nihilò seciùs liberum fore Senatui, etiam tunc reprobantem testes audire, de iisque inquiri iubere, quibus testi obiectis testimonia conuellerentur. Quando quidem lege, more, stylóque solutus esset Ordo Ampliss. aut ea saltem, in quibus consuetudine antea vsi non simus certóve ritu forensi, iudicantis arbitrio relinquerentur. Notandum tamen obiter, suum Parisiensi Curię stylum semper cóstitisse, qui licet priuata manu contextus sit à Vilhelmo Brollio in Senatu causidico (circiter annum 1330.) publicam certè auctoritatem promeruit, non quasi perpetuò vnus idémque, sed, ex varia circunstante temporum negotiorúmque serie, mutationi obnoxius. Quare eum Stylum, vt authenticum, citat Ioh. Gallus, Quæst. 233. & Karoli 7. posterius Edictum comprobauit An. 1444.

Consuetudo Municip. triplicē vim habet, im tandi legem, interpretandi legē, vbi lex est dubia, itē corrigendi. §. fine scripto Instit. de iur. nat. gent. & ciu.

Die 19. Februar An. 1419.

Reproche de tesmoings, en instance de Recreance.

De eo vide Libr. Styli Parlamen.

TERTIO locum non habet Vsus *Consuetudinarij* probatio per decu- 7. riatos testes, quando diuersæ Consuet. scriptionem antecedit, seu quoties recèns scriptum Municipij morem, cui nunc litigator opponit anteriorem

teriorem vſum contrarium, vetus anteiit Conſuetudo, nouæ pariter directò repugnans. Satis enim argumenti eſt, priſcum Regioni morem, qui à partibus allegatur, inoleuiſſe iam olim, quòd idem nouo Gentis inſtituto expreſſim obliteretur. Sic graui iudicio cenſuit Curia, legem interdictionis, quæ vetuſta ferebatur Montis-Argi conſuetudine, non eſſe neceſſariò bina teſtium turba confirmandam: Quippe quæ recèns correctæ. Conſuet. verbis fuiſſet antiquata. Septemb. Menſe an. 1531. artic. 39. Tit. de feudis. Vnde liquebat, talé interdictionis vſum, à Maioribus quaſi per manus traditum poſteris, ad ea vſque tempora inualuiſſe. Areſto pridie Iduum Decemb. an. 1536. ad appellationem Nic. Bloſſeti, cui Auberyus forenſe patrocinium accommodarat, contra Karol. Bloſſetum ipſius filium, cuius Bariotus cauſam egit. Meritò. Nam alia nouæ Conſtitutionis ratio eſt, alia Moris inueterati: qui, licet denuo Regia auctoritate compoſitus, retrorſum fertur ad præterita negotia, & eoúſque cenſetur toto Municipio percrebuiſſe, quoad nominatim abrogata ſint eius capita aliquot nouo Iure, ſeu recèns emendato. Similiter. n. de Laconicis inſtitutis ſcripſit Plutarchus, quæ nulla literarũ obligatione, ſed diuturno Pop. vſu publicæque ſuffragio memoriæ ſeriatim cuſtodiebantur. Νόμους γεγραμμένους (inſit Plutarchus) ὁ Λυκοῦργος οὐκ ἔθηκεν, ἀλλὰ μίαν τὴν καλουμένην ῥῆτραν εἴασεν αὐτοῖς· τὰ μὲν οὖν κυριώτατα καὶ μεγίστα τοὺς ἱδρυμένους πόλεως, καὶ αἰτίους ἐν τοῖς ἤθεσιν ἄσετο, καὶ ταῖς ἀγωγαῖς τὴν πολιτείαν, &c. Nec longè ab his diſſidet quod Pariſienſi S. Conſulto deciſum fuit, vetuſtæ L. Municip. articulos controuerſos, qui à Triumviris reiecti ſint olim ad Senatum, quibúſque ita ſuperſcriptum ſit, *remis à la Cour*, retrò tamen obtinere, & ſecundùm eos ius ideo debere dici, quia in contextu patriæ Legis perſcripti ordinéque digeſti comperiantur. Decreto Idibus Sextilib. an. 1552. Franc. Auberto litis expoſitore.

La Couſtume d'interdiction rigida certè & optimis infeſta patribus familias Nanque adimebat vtriq; parenti rerum ſuarũ diſponendarum poteſtatem quaſi fideicommiſſo teruandarum liberis ex primo connubio progenitis.

Placitum Curiæ die 12. Decemb. 1536.

Areſtum Curiæ die 13. Auguſti 1552.

8. QVARTO reſtringitur Senatoria de Vſu Conſuet. inquiſitio in leuibus controuerſiis, aut ſi propoſiti vſus abſurditatem publica Politia coarguat, locíve conſuetudo, in quo litigatur. Exempli cauſa, immittitur manus regia in pupillare prædium Bolonienſis territorij, ob litis impendia non ſoluta, quæ aduerſario Senatus adiudicarat. Præco deinde fundi auctionem trinundino quaterno indicit ſolenni programmatum formula, addítque ilico, propalàm ſe fundum venalem addicere primo licenti, qui ad eum empturus acceſſiſſet. Extemplò agri prehenſioni intercedit præconiíſque eiuſmodi Valerand. Fornellus tutor Mart. Morelli debitoris. Nihilò ſeciùs præconia exequitur apparitor, ſubinde clamitans prædium ei manere emptum, qui licitatione vinceret. Hinc arrepta occaſione, interceſſor Senatum appellat, quòd ſpræta interceſſione, præco non deſiiſſet fundum publicè poſſidere, & auctioni ſubiicere quaſi promercalem. Quum verò pro appellante dixiſſet Vialartus apud Conſcriptos Curiæ, Congnetus, ediuerſo, pro creditore defendit, Bononiæ maritimæ moribus vſurpatum, ne talis interceſſionis vlla haberetur ratio, niſi Viatoriam manum ille

De Bolonien. Conſuetudine citata in iudiciis, antequam regio iuſſu ſcriptis mandaretur. Quinimo etſi reformata fuerit hæc An. 1550. à Nicolao *Duprá* magiſtro libellorum ſuplicum in Regia, & Ioh. Aimerico Bononienſi ſuppræfecto, ex commiſſione Principis: tamen ſenatores Pariſien. eam Conſuetudinem nõ recipiunt pro ordinaria lege Municipali, quòd in Curiam Pariſien. relata non fuerit nec in publicas eius tabulas regeſta. Et hęc quidẽ, niſi in eam Conſue-

Digitized by Google

tudinem litigatores consentiant.

debito ære præmuniisset, cuius etgò hic hastarum iura persecutus erat; aut pignoribus saltem iudicati causa captis. Nondùm enim in Tabulas relatæ tum fuerant Bolonien. Municipij leges, Regiis deinde auspiciis conscriptæ Octob. Mens. An. 1550. Opponenti autem, ius non fuisse viatori regio, prædium licitanti cuiuis sine Iudice transcribere, respondebat, Præcones vulgari hac verborum formula vti solitos ex Bononiens. Institutis, non tanquam absoluta prædij addictione, sed futuræ modò venditionis iudiciariæ prænuncia. Partibus auditis, Curia pronuntiauit rem tanti non esse, vt de Bolonien. Consuetudine turmatim inquireretur, sed prouocationem intercessione mutauit, nullo interim Bolonienſium Morum præiudicio vel exemplo: Interdixit quoque Belgicis præconibus seu *Picardis*, ne in proscribenda bonorum auctione profiterentur sese eorumdem venditores, néve Adiudicationis sumpto vocabulo se iactarent. Idque vt innotesceret omnibus, censuêre PATRES decretum suum in singulis *Picardiæ* tribunalibus recitandum, promulgandum. Placito 6. Idus Ianuar. An. 1536.

L'appel mui & contrary en opposition.

S. Consultum die 8. Ianuar. 1536.

PRVDENTER sanè. Nam etsi quaternæ bonorum proscriptiones & inclamationes fieri debeant secundùm regionis morem, qua eæ res soli continentur. Fab. in l. 6. C. De remiss. pig. Quoties tamen alieno in foro prædium vænire publicè fuerit necesse, prœconi non licet, pretium apud se offerentibus rem addicere patrio quodam errore, nec forensem eius loci ritum sectari, vbi fundus situs est, sed vbi hastarum iure demum adiudicandus. Gratianopol. Decis. 22. Fab. & Bart. in l. Cunctos populos C. De sum. trinit. In ordinandis enim Iudiciis spectandus est mos, qui in prouincia, in qua iudicium acceptum sit, obtineat. l. an in totum C. De ædif. priu. l. 2. & ibi Bart. C. Quemadmodùm. test. aper. Post Cynum ad l. 2. C. De episc. & cler. In definiendis litibus non item. d. l. cunctos. Tunc enim attenditur eius loci consuetudo, vel vbi constitutum est prædium, si de prædiario iure quæratur: vel vbi initus contractus, aut quem in locum debitę pecuniæ conferatur solutio, si de personali iure disceptetur. Bart. in l. De quibus ϖ. De leg. l. contraxisse. π. De obligation. & action. Nam & in stipulatione cæterisque pactionibus, si non appareat quid actum sit, consequens est, vt id seruemus, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quòd si neque regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id quod minimum est, summa venit redigenda. Ex Vlpiano lib. 45. ad Sabinum In Regul. Semper in stipulationibus. Rursum fundus pagúsve, si iuridico vnius, patronali alterius subsit imperio, regitur consuetudine Territorij, non prædij dominantis. Putà, si iurisdictio in hac, feudum in illa regione *Consuetudinaria* situm habeat, subditus lege eius tenebitur Municipij, à quo ius accipere soleat ciuili more iudiciorum. Vti ex I. Fabro, edocuimus. j. Lib. 2. Atque ita Senatus familiæ herciscundæ litem diremit, hæredibus inuicem beneficiarium fundum diuidere iussis pro more Iurisdictionis loci, non prædij superioris. Vt Dn. Au-

9.

In ordinatoriis iudiciorum amplectimur eius fori consuetudinem, vbi litigatur In decisoriis autem, vbi res sitæ sunt.

Alexander Imp. iussit, præsidem prouinciæ, probatis iis quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarũ seruata essent, causa cognita statuere l. j. C. De ædif. priu.

Tit. de feudar. nobil. vir. succes. Art. 8.

M. Franc. *Aubert*, Consiliarius in curia Pada. deinde Picto-

bertus,

Digitized by Google

bertus ſenator pridem clariſſimus, admonuit in ſuis Arreſtorum Collectaneis. Neque ab his prorſus abludit Claudiani verſus.

Quùm cinxêre faces Hypanim, miratáque leges
Romanum ſtupuit Mæotica terra tribunal.

Ex Claud. Panegyri in 6. Conſulatum Honorij.

9. VERVM in limitanea Andium Pictonúmque regione, quæ Vicis 15. circumſcribitur, aliud videtur vſu receptum, nec patrios loci Ritus ſeruari in quo res poſita ſit, ſed vbi Dominicum prædium, quod rei ipſi ſeu fundo controuerſo dominetur. Quemadmodùm à nobis ſuo loco dicetur plenius i. Lib. 1. De Andegaua Iuriſdict. De hac etiam finitima Andegauorum Pictonúmque communi ora, Tiraquellus, ſub calcem Lib. De retractu lineari Num. 66.

Des habitans de Marche commune d'Anjou & Poitou.

Tit. 1. Cap. 3. Art. 3.

Arreſt d'appointé au Conſeil en Parlement à l'audience le 7. de Iuin 1588. plaidant Gillot pour Damoiſelle Iehanne Daniaux & François de la Roche Eſcuyer appellans du Lieutenant de Saumur: & Robert pour Damoiſelle Anne de Boutigny veufue de feu Iacques de la Roche Eſcuyer ſieur de la Chaſſeneufue intimée & appellante du Seneschal de Thouars & defendeſſe en requeſte d'euocation du principal: & Monſieur de la Gueſle Procureur general du Roy plaidant ſur ce que ladite de Boutigny en ladite marche commune d'Anjou & Poitou pretendoit à cauſe de ſa preuention faicte à Saumur bien que auoit fait adiourner les deſſuſdits de voir ſuccéder à ſon fils decedé apres ſon pere par vſufruit en tous immeubles, aſſauoir de ladite terre de la Maiſon neufue ſelon la couſtume d'Anjou, nonobſtant que ladite terre releuoit en fief de Thouars, qui eſt de la Couſtume de Poitou où la mere ne ſuccede aucunement aux immeubles propres du fils. Ce procez a depuis eſté ioinct ſelon la preuention faicte en Anjou, au profit de ladite de Boutigny mere, laquelle pourtant ſuccederoit ſelon la couſtume d'Anjou, à l'vſufruit de ladite terre encore qu'elle ſoit aſſiſe en marche commune & tenue feodalement de Thouars ſis en Poitou.

10. SECVNDVM hæc, videndum quinto loco, ſingulíſne minoris Oppidi ciuibus rectè negetur particularis Conſuet. probatio Municipali ſummæ, contrariæ. Ponamus enim, inferiorum Vrbium procuratores in celebri Prouincialium conſeſſu præſtò fuiſſe negotio generalis Conſuet. inſtaurandæ, nec ei peculiares oppoſuiſſe regionis ſuæ Mores, aut vllam omnino interpoſuiſſe diuerſæ voluntatis teſtationem. Eo caſu credibile fit, ſingulares minimè poſtea in altiſſimo ſuorum Municipum ſilentio audiendos, ſiquidem de ſpeciali Ciuitatis ſuæ Iure voluerint in foro conteſtari. Vt notat Hoſtien. in §. qualiter De conſuet. extra. Fab. in l. 2. Num. 15. C. eod. Sicuti enim à priuatis ſigillatim induci nequit Conſuetudo, ſed à triplici Municipum ordine, in vnam confertim ſententiam ſtudiaque coeuntium. Caſtrenſ. in l. omnes. π. De iuſt. & iure. Ita ſingulis licitum non eſt, proprios ſibi ſuiſque Mores affingere, Municipalibus poſthabitis: ad quos noſtra omnium conſilia referre debemus. De ſe autem querî debent Municipes, ſuæque ignauiæ acceptum ferre, quòd ad maiora Prouinciæ comitia acciti non interceſſerint nominatim de ciuili ſuo Iure priuatíſque Legibus retinendis. Scæuolæ reſponſo in l. vlt. De decret. ab ord. fac. Proin conſtitutum eſt etiam, pupillos ac furioſos Prouinciali lege teneri, quamuis abſentium loco abeantur. Modeſtinus l. ſine hærede §. lucius De adminiſt. tut. Fab. in præd. l. 2. verſ. vlt. Iulianus I. C. l. 2. §. furioſus De iur. codic. Nec diuerſum de fœmina dicendum ait Bald. in l. Ne paſſim C. De iur. & fac. ignor.

Verſi. ſequitur Verſi. qui ergo.

Mulieres ligantur Statutis, niſi expreſſim reperiantur excepte.

11. EDATVR iam de iis facti exemplum. In iudicio familiæ herciſcundæ, quod Nicol. VVicardus, litíſque conſortes dictarent Iano Reginaldo, tractatum fuit, Ambiana ne Lege perpetua decidendum foret negotium an peculiari Corbienſium More, quem ex Reſcripto

Curiæ Arreſtum die 7. Iunij 1586. *contre le faict de l'vſance & Couſtume locale de Corbie en matiere de partages, allegué par*

Digitized by Google

Lettres Royaux, & oppoſé à la Conſt. generale d'Amiens.

ciebat alter litigatorum. Placuit demum Senatui, à Iudice Ambianorum rectè pronuntiatum, nulla Reſcripti, particulariſque Moris ratione habita Decreto. 7. Idus Iunias An. 1586. Nec abſimile quicquam decreuerant Conſcripti Curiæ. An. 1581. in publica Diſſertatione Ambianarum litium: Anſelino dicente, contra Bellouacorum Antiſtitem, qui priuatas Gerberiaci ſui Prodominatus Cóſuetudines Ambianis publicis opponebat, Eòdem conferte liceat ſingulares Vimacenſis Præpoſituræ ritus, quæ Ambiano pariter Municipio includi-

Pour autre ſentence du Bailly d'Amiens du 11. Fevrier 1581. auoit auſſi reietté le fait de ladicte Couſtume locale de Corbie, entre François de Bris, ſa ſœur Marguerite & ſon mary, laquelle a eſté confirmee par Arreſt d'acquieſcement de l'appellant.

Auſſi par Arreſt contradictoire donné en la 5. Chambre des Enqueſtes au rapport de monſieur Leroüille enuiron le mois de Iuin 1585. fut iugé nonobſtant le fait de la Couſtume locale de la ville d'Andres, par laquelle on diſoit les mariez y eſtre communs en biens tant propres qui acquis, & en ce faiſant la demande declarée non recenable en ſa demande.

Vidame de Gerberoy, de la Couſtume particuliere duquel, le fait reietté par Arreſt en plaidant, Auguſtino Thuano, fiſci patrono, poſtulante.

tur. Nam Anno 1507. mandati ſunt ſcriptis Ambianorum mores, frequenti ciuium ex Oppidulis quibuſque conuentu: cui ſimul aderant Vimacenſis præpoſituræ populares. Ab his nulla tum exhibita eſt, vel citata quidem Conſuetudo ſingularis generali diſſentanea, ſed concordibus partium ſuffragijs ſancita Lex Ambianorum typíſque commiſſa. Moto deinde Interdicto apud Ambianum proprætorem de hæreditate Vimacenſis oppidani, huius frater ſororem negat cohæredem moribus Vimacen. Præfecturæ. Obnixè enim intendit, Vimacenſium lege non ſcripta, marem fœminæ anteferri in laterali bonorum ſucceſſione: huius ſe Conſuet. fidem confuſim facturum ac decuriatim, ex Francico ritu ac inſtituto. De quo ita Faber, loco ſuprarelato, *Secundùm ſtylum Curiæ Franciæ, teſtes vocantur in turba, & vnus pro aliis omnibus præſentibus reſpondebit.* Soror contrà, Ambianis legibus æquas hæreditatũ portiones cognatis deferri, contingentibus defunctum pari propinquitatis gradu. Vimacenſes agros Ambianæ oræ finibus contineri, colonóſque Vimacen. matrici reſpondere Ambianorum Vrbi, nec proprium illis Ciuile Ius extare, vſu ſcripturáve comprobatum. Eos præterea in medio Ambiani Pop. cœtu calculum addidiſſe generali Ambianæ Conſuetudini. Nihilò ſeciùs Vimacen. conſuetudinis factum admiſit Præfectus Ambianorum, cenſuítque de eo confuſis teſtimonijs inquirendum. Hinc autem adito ex prouocatione Senatu, placuit malè iudicatum, & explosa peculiaris Vſus allegatione, ius reddi in poſterum ex Moribus Ambiano municipio generatim adſcriptis. Saluo eo, vt ſi Vimacenſium vniuerſitas ipſa adferret in Curiam ſuarum Quaternionem Legum, qui in Ambianis Comitiis caſu amiſſus dicebatur, de eóque ſupplicem Libellum porrigeret Senatui, ab eodem tùm Vimacenſium rebus proſpiceretur. Decreto Idibus Februar. An. 1536. Dangchino, Iacobæ *Leuaſſeur* appellantis, & Longouallio, Roberti *Leuaſſeur* cauſam agentibus. Sed repetita denuò Ambianarum legum emendatione, Vimacenſes ediderunt patrias Morum ſuorum Tabellas, quæ citra controuerſiam exceptæ ſunt à Triumviris Ambianæ Conſuet. reformandæ Septemb. Menſ. 1567. Vt ſuprà expoſuimus Quæſt. 2. Art. 3. 4. Quinetiam antèà PATRES Pariſien. interlocuti ſunt de Vimacenſi

Vimeu, Preuoſté du Bailliage d'Amiens.

Cayer des Artic. de la Couſtume locale de Vimeu.

Arreſtum Curiæ die 13. Febr. An. 1536.

Digitized by Google

Vſu moréque ſpeciali probando, forenſi teſtium decuria bina. Areſto memorabili 7. Iduum Maiar. An. 1565. inter Nicol. *aux couteaux* qui prouocarat à maiori Ambianorum Iuridico, & Antoniam *de la Freſnoye* ſuorum tutricem liberorum (qui appellantis fratres erant conſanguinei) ex aduerſo, contendentem. Ob id, inquiſito poſtmodùm Vimacenſi Vſu, ne alterutri parenti liceat patrimonia ſua abalienare niſi conſentiente primigenio, obtinuit appellans ille primogenitus, altero & vltimo Curiæ decreto. 8. Kal. Iunias 1566. Curiam ſcilicet fortuita mouit iactura Caninúſque Chartulæ laniatus Vimacenſium legum, quo tempore Ambiani Iuris patrij reſtitutio curabatur. An. 1507. Similiter Conſuet. capita aliquot, quæ per errorem regeſta non fuerint in Librum *Conſuetudinarium*, noui Diplomatis ſuffragio recipiuntur, regeruntúrque cauſa cognita in Volumen legum Municipalium. Sicuti Guliel. Poyetus, quum aduocatione Fiſci in Senatu fungeretur, concinnè dixit in Iuridicis Pictonum conuẽtibus Pridie Idus Septemb. An. 1531. Subiecto ad id exemplo quorundam Artic. Legis Andeg. & Cenomanæ, quos in vtriuſque Codice per incuriam præteritos ſilentio, idem aſſeruit fuiſſe auxiliari Principis Reſcripto admiſſos ab Ord. Clariſs. de iiſque Tiercelinum ſenatorem more ſolenni quæſiiſſe.

Placitum Senatus die 9 Maij 1565. M. Franc. Paſtorello Senatore litem in Curia enarrante.

Areſtum die 25. Maij 1566.

Poyeti, regij patroni in Curia Pariſ. actio publica in magnis diebus Pictauorum die 12. Septemb. An. 1531. In cauſa Pet. Gourbilieri appellantis à Senechalo Pictauẽ. Et Iacobæ *Dubreil* intimatæ.

12. SEXTO, de forma vtendi Moribus ſcriptis non inquiritur in caſu prorſus omiſſo Lege Municipali, nedum ambiguo. Permultum enim intereſt, obſcuráne ſit, an nulla prorſus, de re aliqua Conſtitutio Prouincialis. Cuius nimirum vt ambiguitas ſoluitur interprete rerum experientia: ſic omiſſio in negotiis quibuſdam, relinquitur diſpoſitioni Romani Iuris, non paucorum arbitrio Municipum: quibus licet interpretari, non condere nouáſque Leges promulgare. Vt vulgò notum eſt. Sed hoc ita accipiendum, niſi ſuppreſſus generali Conſuet., caſus, particulari ſcripta expromatur. Tunc enim locus fit confuſis teſtimoniis de modo vtendi generali patria Lege, in qua nempe ſitum ſit controuerſum latifundium. Vtputà, ſummo Carnutum Iure Municip. non cauetur diſertè, paterna paternis hæredibus ex tranſuerſo bona deferri, materna maternis. At Druydum peculiari More eſt hoc idem ſcripto comprehenſum. Mox quæſtionis fuit in Senatu, nûm ex Carnutenſi prædio litigioſo decuriatim rogarentur Pragmatici de vſu illius Regulæ *Conſuetudinariæ*. Dubitandi argumentum erat, quòd ſpecialis Conſuet. illa de re quùm ſtatueret, generali derogare videretur: quaſi generalis Mos de eadem mutus elinguiſque Municipes ſuos tacitè reieciſſet ad Iura Quiritum, tali Regulæ Conſuetud. contraria. Placuit tamen C. PATRIBVS, non modò confuſim interrogari teſtes, ſed alienis quoque de eo binæ Turbæ lectis teſtimoniis ius dici ſecũdùm axioma Francicum, paterna paternis. S. Conſulto pridie Nonas Sextiles An. 1576. in tertia claſſe Inquiſitionum Curiæ: cuius iudicio obtinuit Roza Sacheta tutrix Annæ Coignetæ filiæ, contra Reginaldum *Loyſeau*, probum iuxtà ac eruditum Ad-

Tiercelinus, Conſiliarius Curiæ & commiſſarius in Requeſtis Palatii, cui delegatum fuit inquirẽdi munus de Artic. aliquot Conſuetudinarijs *pour la procez de la Baronnie de Sablé, au Maine.*

Decretum Senatus die 4. Auguſti 1576.

Digitized by Google

uocatum in Senatu Pariſ. Porrò antequã literis proditæ eſſent municipatim patriæ Leges minimè ſtabat priuatus certorum locorum Mos, manente Prouinciali contrario. Vtait Buticularius in Summa Rurali, hoc modo, *En pluſieurs lieux & cours a aucunefois Couſtumes contraires au chef lieu, où les cours ſubiectes vont au ſens, ſi comme pluſieurs Iuges de cours ſubiectes quand d'accord ne peuuent eſtre pour aucun cas, demandent eſtre menez au chef lieu: Et lors conuient que leur Seigneur les y mene aux deſpens de celuy ſur qui s'offre à faire le faict de l'enqueſte ſur ce à faire. Et s'il aduenoit qu'en aucune Cour fuſt ainſi, que Couſtume contraire y euſt, ſi le doit la Cour ſouueraine ramener tout à vn vſage, & à vne voye & Couſtume. Car comment auroient les membres contraire vſage à leur chef lieu? Et ainſi a il eſté faict & ramené tout vne vſage par la ſalle de Liſle & de pluſieurs cours ſubiettes. Toutesfois ſe tels cas ſont ramenez iuſques au Parlement, gardent touſiours la Couſtume locale, puiſque conſonant eſt au Droict eſcrit, & non autrement. Car de Couſtume contraire on a veu qu'ils l'ont aboli. Si comme ils oſterent à Doüay le Tacongne dont on ſouloit vſer, & en la ville de Tournay la chaiſne, dont on ſouloit empriſonner les priſonniers crimineux, & d'autres pluſieurs lieux où ils font ainſi. In Cap. De Couſtume locale, & Cap. De Couſtume contraire au chef lieu, où les Cours ſubiectes vont au ſens.*

Somme Rural, ſeu, le Sommaire du droict Couſtumier.

EATENVS verò particulares locorum Mores probat hæc ætas, Mu- 13.
nicipalium derogatorios, quatenus illi nominatim horum ſcripto Codici interſeruntur. Ex eo namque planum ſit ſingulorum Oppidorum ciues ſingularia ſuæ Conſuet. Capita protuliſſe quondam, maxima totius Municipij frequentia, (quùm patriæ Legis reformatio agitaretur) ac tùm ea communibus probata votis obtinuiſſe. Ecquid iam de tacitis Conſuet. ſpeciali, quæ generali ſtatuta reperiãtur? Certum eſt, illîc prætermiſſa, decidi ſecundùm Ius ciuile Municipij oportere. Quod pluſculis quidem Legum argumentis adſtruximus. Lib. 2. Pariſien. Morum. Idque mordicùs in Senatu defendimus pro Henrico Sabaudo Marchione fani Sorlini, contra Ducem Ferrarienſem auunculum, in cauſa Ducatus Montis Argiui. 4. Nonas Quintiles An. 1576. Dux gerere pro hærede volebat ex inuentario Ferrarienſis Heroinæ Renatæ Franciæ, matris: Eius, contrà, hæredem ſe purè ſimplicitérque ferebat Marchio, ex filia nepos. Differebã igitur, hunc purè hæredem Legitimúmque Codicillari (ſeu ex inuentario hæredi) præferendum. Vt Aureliorum Moribus diſertè ſancitum oſtendebam, Art. 259. à quibus ius peterent hoc caſu Montargiui, quando nil expreſſim de eo haberent Plebiſcitis ſuis conſtitutum. Nam Lorricenſis ager & Montis Argi numeranturinter Dynaſtias inferiores, ditionéſque Aurelienſi Principatui ſubditas. Id quod tum interfatus clara voce confirmauit Ch. Thuanus protopræſes. Ac primitùs quidem rex Philippus. 2. componi iuſſit ciuiles Aureliorum Mores, qui Lorriacéſes vulgò dicti, à Lorricenſi vico, vbi Principalibus mandatis digeſti ſunt ordine. Cuius nimirum ſoli cœlíque amœnitate captus Philippus agebat inibi diutiùs, & in vicino nemore oblectari venatorio ludo ſolebat. Philippi deinde

Tit. 6. Art. vlt. Auctoris Oratio in Senatu Pariſ. pro Henrico *de Sauoye* filio Ducis Nemorenſis & Annæ Ateſtinæ, *Marquis de S. Sorlin*, contra Annæ fratrem Ferrariæ Principem, pro quo Fonteneus dicebat. A Senatu demum res conſilij eſſe pronuntiatur. Die. 4. Iulij 1576.

Marquiſat de S. Sorlin proche de Lyon, vers la Sauoye, & proche du Marquizat de S. Rambert en Sauoye proche de Lyon, apres auoir appartenu au baſtard du Duc de Sauoye, a eſté nouuellement dõné par ledict Duc audict Marquis de S. Sorlin à preſent Duc de Nemours, par Patẽtes du 25. Octobre 1601. en forme de compoſition pour les droicts de la penſion du paſſé ſur les ſubſides du Duc leuez au Geneuois & Foucigny appartenant dudit Duc de Nemours; ledict Marquizat de S. Rãbert a eſté baillé pour 30. mil eſcus à vne fois, accordez audict de Nemours.

Digitized by Google

deinde vestigia secutus Karolus 8. instit in Quaternionem quendam redigi Lotriacensium legum Articulos plerosque. Sed negocium absoluere diuisim Ludouicus 12. rex. perscripta Aurelianen. Consuetudine, An. 1509. & Franciscus. 1. restituto seorsum Lotriacensi Iure peculiari. Hoc ibi tum primum ab Aurelianis diutiusum Moribus separatumque est, Aurelianen. populo perperam renitente. An. 1531. Vt constat ex Renunciatione Actorum in emendanda hac Consuet. Montis Argiui. Verùm vtrique Municipio communis etiamdum scripta Lex est, veterem bonorum in parentem interdictionem abrogans: Aurelianensis nempe, §. 41. Lotricensis 139. Tit. De Feudis. An verò Carnutum Mos, qui nobilia patrimonia liberis ex priore, quæstus ex posteriore thoro genitis adsignat, patrem illuxerit bonorum. Interdictionem tacitam, censuit Senatus confusis Præticorum testationibus inquirendum: vt viuo nempe parenti sit ademptum sit liberum suæ rei disponendæ arbitrium, cognoscere dit. Placito Curiæ, de modo vtendi, interloquentis 9. Kal. Sextiles An. 1579. In. 2. classe Inquisitionum, Ludouico *de Dangeul Dn. de Sours*, aliàs *du Chasteau de Laual*, & eius sororibus inuicem certantibus.

Hanc communiter vocamus hodie Consuetudinem *de Montargis & Lotriz, Chastellenies d'Orleans.* Quæ nuper scripta est separatim ab Aurelianen. Consuet. generali. Nam alioqui Mons Argiuus est portio Territorij & Ducatus Aurelianen.

La Coustume d'Interdiction de vendre & aliener ses biens & heritages par vsuage est abolie: & succederont les enfans issant des premiers que subsequents mariages ensemble à Orleans ou Lotriz, sauf la prerogatiue de l'aisné ou aisnez.

Arestum Curiæ interlocutorium Die 24. Iulij An. 1570. Ex quo secutum Definitiuum die. 1. Iulij 1582. pro libertate disponendi Vt notauimus in Parisien. Cõsuet. Lib. 1. Tit. 5.

§.

Nàm feudatæ inuestituræ iura ex scripta Consuetudine.

1. QVOD diximus, casum omissum Consuetudine loci, non esse Pragmaticõ testimoniis supplendum, sed perpetua lege Prouinciæ, aut si hæc desit, Iure S. P. Q. R. Ceffat hinc hypotesi sequente. Anterior, in Municipio quidé vno, sed duabus constante Regiunculis inuicem ita distinctis, vt altera Moresl ineris consignatos, altera suos Ritus priscos, Vsumque * ἄγραφον consectetur. Eiusmodi Santonum prouinciola existit, cuius Sant Angelianam Consuetudinem minimè agnoscit Xantonensis vrbs, territoriúmque proximum, sed peculiaria sua Instituta præfractè tuetur. Sicuti hoc variis Senatuum præiudiciis testatum ostendimus, ĵ. Lib. 2. Altero item casu non procedit Regula illa *Consuetudinaria*, in Feudariis nempe quæstionibus iuribúsque fundorum beneficiariis. Dominica enim rerum clientelarium commoda & obuentiones non tam communi Municipum reguntur quam priuata ac pactitia Vestituræ lege veteri, beneficiariáque cautione. Hic Feudistici scriptores sparsim produnt, talis Vestituræ formulã omnibus scitis Feudalibus prescriptisque derogare. Vt edocuimus Lib. 1. DOMANII. Francici. Tit. 4. Eapropter Senatus pridem reiiciẽdos non putauit mores Baroniæ *de Bauues* peculiares, qui allegabantur in foro, Ambianorũ derogatorios quoad patronalia & clientelarũ Iura. Arestо 5. Id. Februar. An. 1572. ad prouocationẽ Car. Mauuoysini & Antoniæ Rubempretæ vxoris, qui à Regio Iudico Montisdesiderij Curiam appellarant, contra Ioh. *de Bethizy* dominum superioris prædij Campuermontij & Mesieriarum, qui beneficiarias quasdam obuentiones sibi deberi contenderat. Ea in lite ciebat patronus generalem Ambianorum Consuetudinem, cliens verò specialem Baronatus *de Bauues*,

* Non scriptum.

En Xaintonge, double Ressort & Territoire, S. Iean d'Angely. & Xaintes. Mais à Xaintes est le siege Presidial.

Tit. De aliis Legib. Agrar. strictionib. In Marg.

Decretum Curiæ die. 9. Febr. 1572 *sur l'appel du Lieutenant de Mondidier.*

tametsi inter Ambianas Leges minimè scripto redactam. Qua tandem allata in medium, iudicio vicit cliens gemina ratione: Prior, quia vetus eiusce Consuet. extabat ἀυτόχρονον eodem cum Ambian. legibus Die ac Principe exaratum à Vicanis Baronatus *de Bauues*, qui in id ciuili more coierant Regio iussu. Mens. Septemb. Ann. 1507. Sed quia soluti iam tum erant Ambianorum Conuentus patrij, correctæque generales Municipij Constitutiones, antequam particulares hæ politè describerentur, ideo Vicanis diffusus dies tempusque prorogatum est à Restitutoribus *Consuetudinarijs*, vti suarum Legum Quaternionem proferrent. Harum Titulus inscriptióque sic legitur, *Coustumes particulieres de la Chastellenie, terre, seigneurie & Baronnie de Bauues appartenant à haut & excellent Prince René par la grace de Dieu Roy de Hierusalem & de Sicile, Duc de Lorraine & de Bar, Comte de Vaudemont, d'Aumale, & de Guyse, sieur Baron dudict Bauues.* Baronatus etiam dum ab Albemarlæ Regulo possidetur, Lotharingia stirpe. Impulit & altera ratio Amplis. Ordinem ad sanciendos Baroniæ motes peculiares: in quibus nempe tractabatur de feudorú iure Dominico, & patronalibus commodis clientelariú prædiorú, quæ non ita pendent à Municipali lege, quàm à particulari Beneficiaria. Nec enim lex cliételæ antiquitus imposita mutari potest, alieno dispendio. Bal. in l. 1. C. Quan. non pet. part. Idem in cap. 1. §. 1. De feud. guard. Nec clientelaris Pacti tenorem inuertere licet sacro Ecclesiæ Antistiti. Cap. 1. §. similiter De lege Conradi. Iacob. de Bellouis. Aluar. Præpos. in cap. 1. Qui feud. dar. pos. Ob id, quotquot ferè sunt Consuet. emendationi Præfecti, addunt exceptionem hanc suorum Actorum renunciationi, *Salua manente priuatorum Iurium, titulorumque feudalium causa, seu priscarum conuentionum, possessionumve Domini & clientuli.* Conditionibus namque agrorum lex dicta, seruanda. l. 1. §. denique. ff. De aq. pluu. arc. Atque his consequens est, incolume patronorum cum clientibus vicissim ius manere, in omnibus excutiendum Tribunalibus, Regionis More scripto nec quicquam obstante. Cui idcirco intercedere illi non habent necesse in Prouincialibus Comitiis reponendæ Consuet. Si tamen intercessione vsi sint ipsi, aut prouocatione in Curiam ob sua directi iura dominij, neutrum improbat Senatus. Sic Nouiomen. Pontifex opposuit Veromanduæ Consuet. Articulo patronale inclientes ius suum, & quia intercessione spreta, fuerat patriæ Legis caput purè scriptum à delegatis Emendatoribus, Curiam is appellauit. An. 1556. Nec aliter Cœlestini Meduntenses prouocarunt à Medunten. Morum capite, De Redemptionalibus ex feudi instauratione debitis: quæ illi, mutato quomodocumque cliente, sibi asserebant. Octob. Mens. 1556. Eandem in classem refertur Lutetianum Arestum Idib. Iuniis. An. 1535. quod Molineus enotauit, ad §. 109. Blesensis Legis Municip. *du Cens à cher pris, & du simple Cens à queste.* Ex quo elicitur, Prouinciales Ritus scriptos ad Feudalia tùm demum iura commodauè pertinere, quùm priuatis Domini subditique pactis,

Renatus Lotharingiæ dux, Renati Andegaui Siciliæ regis ex filia nepos.

Hic Albemarlę Comitatus, tanquam in Neustria situs, non in Picardia, vt asserebatur, adiudicatus fuit in Parlamento Pętecostes An. 1181. Iohanni de Pontiuo filio Ferrici filij Ianæ Comitissæ Pontiui, Reginæ Hispaniæ, contra Regem Angliæ maritum filię d. Ianæ Comitissæ.

Feudistico adagio, Pactum inuestiturę derogat omni materiæ feudorum. Ideoque in generali redactione Consuetudinum, antiquæ feudales prærogatiuæ semper sensętur exceptæ. easque nominatim dominis directis reseruarunt correctores Ambianæ & Peronen. Consuet. An. 1567.

Cœlestinorum Monasterium S. Trinitatis iuxta Meduntam, fundatum. An. 1376.

Curiæ Placitum Die 13. Iunij 1535. *Sur l'opposition à la redaction de la Coust. de Blois, touchant les Cens à cher pris.*

Digitized by Google

pactis, Monumentisvè feudalibus aliter disposita hæc non comperiantur. Vt idem Molineus generatim ex Gallico More asseuerat. In §. 113. Consuet. Burgundi Ducatus & §. 48. Carnuten. Legum.

2. Hoc amplius, in Feudaria iurisdictione, de qua, lis mota, Senatus constituit, neutrius tum Consuet. rationem habitum iri, seu Prouincialis, seu priuatæ certi loci, quùm res Pactitiis fundorum Instrumentis dirimi posset ac immemorabili possessione. Dominus *de Cayeu & d'Aouſt* Interdicto cõtendit aduersus Claudium *de Ligny* clientem suum ex feudo *Domnyual*, quòd merum imperium exercuisset intra feudi huius septa ac limites, siti in territorio Ditionum illarum superiorum, (quæ videlicet Niuernen. Regulo competebant in Ambiana prouincia.) Tametsi enim Ambianis Moribus, æqualis sit clientibus, vt patronis, data iurisdictio §. 25. Niuernensis tamen Dux nitebatur speciali Dynastiæ suæ lege *de Cayeu & d'Aouſt*, quæ vni harum Castellaniarum domino tribueret Iuridicam illam potestatem plenissimam, seu *Altam iustitiam*: eóque producebat in iudicium turmatim confusimque latas de peculiari Consuet. testificationes, simul & eius Libellum calamo exaratum. Contrà, Nos pro vasallo differebamus forensi scriptione, compar ipsi rius Gladij, cum patrono, competere, summæque, mediæ ac infimæ coërcitionis intra metas feudi sui *Domnyual*, Niuernensium Ducum beneficiarij: Iuxta ea, quæ Ambianis Legibus statuta erant, non priuato locorum more *d'Aouſt & de Cayeu*, qui nominatim exceptus non fuerat reseruatúsque Ambianæ Consuet. monumentis. Subdebam iis, particularem huius regiunculæ Vsum frustra proponi, qui antea eosdem inter litigatores fuisset explosus. Decreto Curiæ Kal. Quintilibus An. 1564. Sed quùm præterea certaretur vtrinque domesticis veteribus tabulis pactorum clientelarium, Iurisque dictionis eius beneficiariæ, de qua disceptatio erat, Interlocuti sunt PATRES, de antiquissima possessione iurisque dicundi consuetudine, cum beneficiariis cautionibus, pleniùs inquirendum. S. Consulto. 10. Kal. Ianuar. An. 1578. Ioh. *de Champrond* litis enarratore in 3. Classe Inquisitionum Curiæ.

Placitum Curiæ die 2. Iulii 1564. de iure infigendi *les campeſtans* intra fines feudi *Domnyual*, quod altæ Iustitiæ symbolum est apud Ambianos. Artic. 74. & 100. Consuet.

Decretum Curiæ die 23. Decemb. 1578.

3. OBSERVANDVM insuper, Municipali Iuri scripto obnoxias non esse eius partes Municipij, quæ externi Principis teneantur imperio summóque dominatu. Quales cernimus hodie Atrebatum & Hisdini ditiones ab Hispano rege possessas. Fuerunt hęc quidem olim Gallici iuris prædia insigniora, Ambianorúmque Moribus parere iussa An. 1507. At deinceps cum Principum fortuna, supremóque in illas Dynastias imperio, mutatæ sunt, aut discissæ inuicem Leges Prouinciales. Vsqueadeo, vt licet nouati fuerint correctíque Ambianorum Ritus patrij An. 1567. censuerit nihilo minùs Curia, nil nouatũ aut immutatum Francos etiam inter ciues ex fundis sitis in Hisdinensi, Atrebatum præfectura. S. C. eximio. 7. Iduum Quintilium An. 1575. de Castellania *de Broye*, quam sibi hæreditate vindicabat Anton. Neuuilla tutor Franciscæ *De la Garde*, contra Franciscam *Douarty* viduam

Consuetudo non ligat vel Municipes quidem ipsos, quo ad bona sita in Municipij parte, quæ de facto non obediat Franco regi.

Arestum Curiæ de 9. Iulij 1575. ex appellatione Antonij *de Neuuilla* à Libellarijs iudicibus Pa-

latinis, contra Franc. *Donarty*, quæ & prouocata erat, & prouocarat ab eadem Iudicum illorũ ſententia lata die 12. Decemb. 1572.

mulierem Karoli *Dailly*, communium tutricem liberorum.

POSTREMO temperata eſt à Maioribus noſtris ſolennitas probandæ Conſuetudinis, ne in notoria diſtrictè obſeruaretur. Alios enim notorios mores dixit Gallica vetuſtas, alios non notorios ſeu manifeſtos. Illorum fidem ſummatim facere, ſatis fuit: horum, non niſi formula hodie etiam vſitata, quæ tritè accuratéque dictatur vetuſto Volum. manuſcripto temporibus Karoli. 6. Galliæ regis. Eum nos Codicem mutuum accepimus à Claud. Faucheto moneralium magiſtratuum Præſide cumprimis docto, & Francic. Antiquitatum ſtudioſiſſimo. Illinc paucula huc tranſcribenda duxi, quæ de Conſuetudinis probatione notatu digna eo in Lib. viſa ſunt, qui de rebus ad noſtratem Iuriſprudentiam pertinentibus inſcribitur. *Domini requeſtarum Palatij dicunt, quòd quando notoria Conſuetudo allegatur, tunc non recipiunt teſtes, ſed ſe informant de officio ſuo. Sed quando non notoria allegatur, tunc decem teſtes in turba ſunt neceſſarij, & quòd talis eſt Stylus Parlamenti.* Eundem in ſenſum pluſcula congeruntur à Iano Buticulario, in veteri Volum. cui Titulus eſt, *Somme Rural*, ſeu *Le Sommaire du droict Couſtumier* In Cap. *de Couſtume local.* Poſtea autem ſcripto redactis Municipiorum moribus Regia auctoritate, ſublatus eſt vſus ordinariæ Conſuetudinum probationis, quem priſca iſta monumenta propoſuêre. Quum enim illæ teſtium turbæ crebrius conturbarent Iudices quàm inſtruerent, meritò in eas lepidus Vates hoc luſit epigrammate. 4.

Somme Rural, qui eſt le ſommaire du droict Couſtumier, rurallement & couſtumierement, pour les Ruraux & couſtumiers. Vt expreſſè declaratur fol. 83. & 86. eiuſd. Lib.

Quinetiam pretio conducta Decuria ſæpe
Iura dedit turbis turbidiora ſuis.

HINC & dubiæ Conſuet. explicationem petit hodie Senatus interdum, non à gemina Practicorum decuria noſtris præſcripta Maioribus, ſed à paucis ex eo genere leuiter modò inquiſitis. Sic iamdudum interlocuti ſunt Conſcripti Curiæ, vt duo ex ipſis Franc. Diſqueus & Nicol. Sanguinus animi ſui motum informarent apud 12. Pragmaticos Caſtelli Pariſiorum (quos nominatim deſignaret Senatus) de Pariſien. Conſuet. interpretatione, quæ patrem matremque vocabat ad liberorum hæreditatem. Artic. 128. Nûm ea pariter ad auum & auiam produceretur vſu praxíque vulgari. Iſthîc enim conſtituta non eſt à Senatu formula binæ teſtium Turbæ, quæ in ſimilibus quæſtionibus vſurpabatur trito more Iudiciorum. At Summus Ordo, patrij Iuris peritis contentus fuit duodecim: quibus rogatis conſultíſque intelligeret, qua lege retrò Ciuitas in re pari vſa eſſet. Areſto 4. Iduum Iuliarum An. ſeſquimilleſimo triceſ. ſept. quùm Reginal. Molineus prouocaſſet à Præfecto vrbi Lutetianæ, aduerſus Ianam *Dorle* viduam mulierem Gulielmi *Cornu*, quæ Ioh. Molinei hæredem ſe gerebat nepotis ſui, ex lege illa Pariſiorum Municipali. Mirum autem videri poſſit, hoc caſu interfatam Curiam de vſu *Conſuetudinario*: Siquidem patris matrísve nomine, de quibus Mos Pariſien. expreſſus, contineantur auus & auia, vtì liberorum appellatione nepotes Iure Romano. At enim ſtrictè accipienda ſunt Conſuetudinis verba, nec interpretatione 5.

Placitum Curiæ Die 12. Iulij 1597.

Digitized by Google

tatione ampliantur vltra proprium ac genuinum ſignificatum. Vt not. in l. Conſtitutionibus D. Ad Municip. l. vn. Cod. De caduc. toll. l. ſi verò §. de viro D. ſolut. matrim. Hinc vulgò fertur, ciuiles Prouinciæ mores à ſpecie ad ſpeciem non protendi. Neoterici ad l. ſi quis ſeruo Cod. de ſeru. fugit. Propter eam rationem decreuit Senatus, apud Pictonas, quæri confuſis Forenſium teſtimoniis, ſeruaretur necne ibidem in laterali hæreditate regula Municipiis pleriſque familiaris, paterna paternis, materna maternis. Tametſi Pictonum lege ſcriptum eſſet idem theorema in caſu gentitiliæ redhibitionis, quæ hæreditatibus æquo iure cenſetur, Pictauenſi Conſuetudine, §. 335. & ſeq. Placito Curiæ poſtridie Idus Decemb. An. 1536. quùm Marillacus dixiſſet pro Anton. Valla, qui appellarat à Pictonum Prætore: Magiſtro contrà Vvilhelmi Rogerij conſortiúmque cauſidico.

Decretum Senatus die 14 Decem. 1536. inter Antonium *Dunal* cauſidicum in foro Pictauen. prouocantem à Pictonum Seneſchalo, & Ioh. ac Guliel. mum *Roger.*, Ioh. Morinum, Iac. *Gouion*, & alios intimatos, collateralis ſucceſſionis competitores.

6.

An & quibus liceat à Conſuet. Articulo aliquo appellare, vel intercedere.

1. QVINAM audiendi ſint vel præter ſcriptum Morem allegantes modum vtendi, vel contra illum ipſum, ſpecialem locorum conſuetudinem, diximus ſuprâ: Nunc quibus prouocare liceat ab illarum Legum capite aliquo ſtatuto, quærendum eſt. Verbi cauſa, Rupellanæ vrbis decuriones Senatum appellarunt à §. 43. Moris patrij, quo emendata fuerat Rupellanorum conſuetudo priſca, liberæque olim inter coniuges donationis vſus, extantibus liberis, antiquatus. An. 1514. Nûm verò eſſet hæc admittenda Ædilium vrbis prouocatio, multi hæſitarunt. Sicuti enim legem illam ſibi impoſuêre tres Pop. claſſes, diuturnis vtentium moribus ſtabilitam: ita non cuiuis alij oppugnare eam ius eſt, quàm vel Equeſtri Prouinciæ ordini, vel Plebeio, vel Sacerdotali, quorum verè nullum præ ſe ferunt Tribuni plebis. Quæ enim communem Municipij ſpectant Reſque Publ. patriæ vtilitatem, haud temerè committenda ſunt ambitioſis paucorum Decurionum ſuffragiis atque decretis: Quùm & ipſorum Collegium, priuati cuiuſdam loco habeatur. Ex Caio I. C. in l. eum qui vectigal. Et l. bona ciuitatis. De verb. ſignif. Secus in Municipij res gerentibus ac ſyndicis, qui omnium Municipum vice funguntur. Reſponſo Iulij Pauli in l. Municipibus. De condit. & demonſtr. & Florentini l. Mortuo π. De fideiuſſ. Demus enim, Lutetianæ plebis Ædilibus permiſſam nuper prouocationem ab Artic. 58. Pariſien. Conſuet. & ſecundùm prouocantes iudicatum fuiſſe Placito Senatus. 6. Idus Maias 1557. (de quo, Molineus, in Annotat. ad citat. §. 58.) Id eximiè receptum fuit vtique ex quadam Francicæ metropolis prærogatiua, populariúmque eius Vrbis Magiſtratuum: qui ideò maioribus priuilegiis ornati ſunt à noſtris Regibus, & Regni totius frequenti Conuentu referunt tertium Gallici Pop. Ordinem, (vt nonnullis placet) eiúſque partes tutantur, ſeu publicè dicendum ſit, ſeu ſolennibus de Repub. Conſiliis ſubſcribendum conſenſúſque adhibendus. Ex Froſſarti Hiſt.

Ciuitates apud Gallíam, per miſſu Regũ coruus habent, & ad exemplũ Reip. Rom. res cõmunes, arcam communem, & ſyndicum apud quoſdã, quem procuratorem magis vocant, *procureur de Ville.*

Preuoſt des Marchans & Eſchevins de Paris.

Arreſtum Curiæ Die 10. Maij, an. 1557.

Digitized by Google

lib. 1. cap. 155. Ea igitur, quæ singulari iure introducta sunt pro Parisien. Tribunisplebis, non videntur trahenda ad reliquarum vrbium Decuriones.

ECONTRARIO autem suggeretur, eius Oppidi ciues, quod Ædilitio collegio munitum sit, capitatim viritímque cogi non solere ad procuranda Municipij negotia, sed in id repræsentari vniuersim à Decurionum vrbis cœtu: Quorum nutu scilicet auctoritatèque res Ciuitatis administrantur, non Vniuersitatis ciuium nomine. Inquit Faber ad §. omnium autem actionum Vers. potest dici quòd si habent corpus. Instit. De offic. iudic. Idem in l. vn. Num. 4. C. De actore à tut. seu curat. dan. Bart. in l. 1. ff. De alb. scrib. Idem in l. 2. & l. si quis decurio C. De decur. lib. 10. Id causæ fuit, cur Senatus, de regiis Codicillis, qui Parisien. ciuium titulo impetrati erant, interloqueretur, Tribunosplebis in litem euocandos: ad quos nempe ea res pertineret, non ad vagam aliquam vagéque dispersam Oppidanorum vniuersitatem. Placito Curiæ 15. Kal. Decemb. 1567. Fonteneo, Habitatorum: & Pasquerio, acetariorum venditorum causidicis. Pari argumento, Nos forensi actione contendimus apud summos Vectigalium Iudices pro Marino Coruo paucísque aliis Andegauæ Ciuitatis creditoribus, ferendos non esse aduersarios, qui Habitantium ea in Vrbe titulo oppugnarent æs illis debitum, quod semel ordo Decurionum exolui decreuisset. Causam quidem Iudices consilij esse pronuntiarunt Kal. Decemb. An. 1570. Sed vltimo deinde Iudicio obtinuimus, exemptíque sunt foro & controuersia litigatores. Postridie Iduum Sextilium 1571. Ne autem longiùs digrediar à Consuetudinum thesi proposita, innuit quodammodò Rom. pontifex, Municipalium legum correctionem Ædilitio munere curandam, plebeiísque vrbium Magistratus. Rescripto penul. De consuet. In Antiq. ad Rupellanos Ædiles, vtì operam nauarent bino Articulo patrij sui Iuris expungendo. Altero enim, rei vxoriæ alienatio maritis indulgebatur, suorum patrimoniorum decoctoribus. Altero, damnatæ adulterij coniugi nihilo minùs communicabantur res viri industria partæ, & in commune quæsita ab eo conferri debebant, Municipali illo Societatis iure an iniuria. 2.

PROINDE nuper in Senatu certarunt Rupellani tribuniplebis de annosa sua & quinquagenaria prouocatione, quam à patriæ Legis capite 43. interpositam prædiximus: cum eo tamen appellantium temperamento, vt præteritæ donationes nihilo seciùs ratę manerent posthabita illa Lege, salua in futuris sanciendæ ipsius penes Curiam potestate. Appellationem insuper iuuabat priuatorum interuentus litigatorum, Iosephi Odoardi, Iani *Pierres* Rupellæ Suppræfecti, Petronillæ *Carre* viduæ Franc. Iouberti domini *de Lanerey*, Franciſci Puteani, aliorúmque ex Repellana ora, qui, quòd sua ipsorum interesset singulatim, eam in causam descenderunt. His verò aduersas tuebantur partes Franc. Cauchonius, Ioh. *Ioanneau*, & complusculi alij: pro quibus 3.

Decuriones Vrbium, vt Romani decuriones, maiore parte in vnam sententiam decurrente, decreta faciunt, in curiam per magistratum viatoris officio cõuocati: curiam, *la Maison de Ville.*

Arestum die 17. Nouemb. an. 1567.

Decreta Curiæ Iuuaminum in Palatio Parisien. Die 1. Decemb. 1570. & die 14. Augusti 1571. inter Habitatores parœciarum Andegauæ vrbis appellantes ab executione literarũ patentium die 15. Febr. 1570. & à sententia Iudicum electorum Andeg. ex vna, Et Marin. *Corbeau*, Petr. Alanum Math. Bernardum consortésque intimatos ex altera parte. Mario, appellantium: Nobis, intimatorum causam agentibus.

Sous le ressort de ceste Ville de la Rochelle, laquelle ville & ressort du gouuernement d'icelle, ne peut estre mis hors ce ressort du Parlement de Paris, ont les Rois vny les Chastels, & Chastellenie de Rochefort, & Ronon, & leurs appartenances, auec le Baillage de Marempuë, sans qu'ils en puissent estre desmembrez, ne alienez. Aussi auroit esté vny au ressort de la dite ville, l'Isle d'Oleron, & ses appartenances. Comme le tout appert par l'arrest de la Chambre des Comptes, de verification des priuileges de la Rochelle, du 28. Feburier. 1519.

Digitized by Google

bus nos, Verſorius,& Grelleus alternis egimus Oratione forenſi. Anteà quippè decreuerant PATRES, Regij Actoris poſtulatu, ſummam hanc quæſtionem Rupellanæ legis, quæ ex prouocatione illa veteri pendebat in Curia, palàm diſceptari: vt ſic priuatas de ea præciderent Municipum controuerſias,quæ in variis Curiæ claſſibus paſſim indeciſæ ſuſpenſæque tenebantur. Areſto 8. Idus Sextiles,an.1565.

Auctoris,& Forenſium aliorum patronorum habita in Senatu oratio.

ITA Nos igitur, aduerſus Decurionum prouocationem, appellare à Statuto Regio,vel Regiis condito auſpiciis, licere nemini. Panor. in cap. 1. & cap. quoniam de Conſtit. Nam & iuſtam eſſe legem ſcribit Plato, quæ iuuenes ſciſcitari vetet, recténe, an contrà, leges ſe habeant: ſed vno omnium ore vnáque voce tanquam à Diis poſitas iubeat cuſtodiri. Quòd ſi quid ex iis infirmandum, mutandúmve ſit, hoc Principis curæ relinquendum ſupremíque Magiſtratus. Lib. 11. De Legib. Adiiciebam his, Decurionum appellationem quinquagenario ſopitam ſilentio & extinctam videri, ſcripto interim Ritu illo tandiu in Prouincia culto, milliéſque obſeruato. Exin veteri quoque parœmia dictatum eſt, Nota res mala, optima. Tantùm nempe valet Conſuetudo, vt mala queîs aſſueuerimus, optima exiſtimentur: Ediuerſò,quæ ſunt optima,propter inſolentiam peſſima habeãtur. Quod Plautus in Trinummo ſcitè commemorauit. Crebrâ præſertim Legum nouatione labefactatur Ciuitatis ſtatus. Ariſtotele teſte, Polit. lib. 2. Quippe quùm omnis lex naſcens contemnatur facilè ac negligatur: inueterata certè maiorem adferat auctoritatem, multitudini potiſſimùm imperitæ. Antiquitatem enim proximè ad Deos accedere vulgò arbitrantur: cuius & ſola eſt venerabilis effigies. Veneratio autem, vel admiratio etiam ipſa per ſe eſt animorum conciliatrix. Inde Maſſilienſibus olim à condita Vrbe gladius fuit, quo noxij iugulabantur: rubigine quidem exæſus & vix ſufficiens miniſterio, ſed index minimis quoque in rebus omnia priſcæ conſuetudinis momenta ſeruanda. Vt eſt apud Valerium Max. lib. 2. Nec verò negabam, ciuilia Iura interdum abroganda pro temporum, locorum, gentiúmque conditione. Vt reſpondit Vlpianus lib. 1. Inſtitutionum. Nam Iuſtinianus Auguſtus duo Librorum millia de Legibus, in quinquaginta concluſit, cæteris iam obliteratis, ceu Romanæ Reipub. parùm conſentaneis. Fatebar & eundem Diuales conſtitutiones à ſe compoſitas, nouis Legibus rogatis, iterum interpolaſſe. Verùm aliam legiſlatoris Principis, Municipúmve omnium rationem eſſe, aliam paucorum vrbis Decurionum. Vtut enim ſanctionem ſuam tollat Princeps, aut Prouinciæ Conuentus vetera ſua Inſtituta: vrbanorum ſanè Ædilium arbitrio non eſt permittenda Municipalis Iuris abrogatio, etſi nil fortè niſi æquum iuſtúmque moliri conſpiciantur. His enim non malè aptaueris illud Caſſij, apud C. Tacitum Palatinæ hiſtoriæ parentem, ſed inuerſo literæ ſenſu. Sæpenumerò, (inquit Caſſius) PATRES CONSCRIPTI, in hoc Ordine interfui, cùm contrà inſtituta & leges maiorum noua Senatus decreta poſtularentur, neque ſum aduerſatus:

Ædilium munus eſt, Vrbanam modò Politiam curare & ciuiles Vrbis leges, aut nouas etiã Politas, conſultis ciuibus, condere, *auec l'omologation du Roy.* Vti patet ex Lib. Statutorum ciuiliũ vrbis Burdigalẽ.quę, Errico 3. auctore, renouata ſunt die 9. Ianuar. an 1588. Eũ Librũ impreſſum an. 1591. Scabini Burdigal. mihi dedére

non quia dubitarem, super omnibus negotiis meliùs ac rectiùs olim prouisum, & quæ conuerterentur, in deterius mutari. Sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere viderer. Annal. Lib. 14. Re vltro citróque disceptata, Senatus censuit ampliùs deliberandum, Aresto 13. Kal. Iunias an. 1566. quùm Canayus, decurionum Rupellan. in cliétes nostros causam orasset, vnà cum Mangotio, & Thuano, interuenientium cum illis priuatorum causidicis.

Arestum die 20. Maij 1566.

FINGAMVS porrò, non vrbanos vtique Ædiles, sed è tribus Municipij Ordinibus vnum intercessisse emẽdationi certi capitis Legum Municipalium, vel ab eo Curiam appellasse: Rogo, Curiæ ne sequens de eo decretum trahetur ad præteritos, an ad futuros tantùm casus, vel pendentes? De præteritis sanè maior incurrit hæsitatio. Nam etsi intercessio iudiciaria, seu prouocatio in Forum superius, vim habeat retrò relatiuam: populares tamen medij temporis actus induxêre Consuetudinem interea, tacito Prouincialium consensu stabilitam. Quemadmodùm, ex aduerso, Municipum dissensu abolentur, seu de desuetudine Mores antiqui. Nihilò seciùs PATRES talis appellationis effectum produxerunt ad præterita negotia, pendentiáque in eodem controuersiæ Consuet. argumento. Vt liquet ex insigni S. C. illo secundùm decuriones vrbis Parisien. qui prouocarent ab Artic. 58. patriæ Legis, de qua 5. Nec abs re profectò, quum appellantium ius ea quoque in specie retrò agatur ad diem interpositæ prouocationis. Abbas in cap. vlt. De Constit. Authen. Vt cum de appell. cognosc. Glo. in cap. licet. canon. De Elect. in 6. Quatenus autem noua Constitutio ad pendentes casus porrigatur, necdum iudicio definitos, vide Bart. in l. leges sacratiss. C. De Legib. l. 2. §. vlt. Cod. De iuram. calum. Et Felyn. in cap. Quoniam de Constitut. 5.

HAVD singulis quidem Municipibus prouocare licet à scripto Consuet. capite, vt ostendimus suprà: sed de finibus Iuris *Consuetudinarij* Prouinciolæque huic Iuri subditæ liberum est priuatis nonnunquam Vicanis suam in rem disceptare. Sic pridem Senatus audiit N. *De Halleray*, quùm præfactè contenderet, Pagum *de Rillé*, qui in Andium Turonúmque confinio situm habet, Andensi legi Iudicíque Baugeio obnoxium esse, non Turonensi. De quo PATRES ampliùs deliberandum censuerunt. Maio Mens. 1571. Danesio dicéte, vnà cum Brissonio, Andegaui Ducis, qui causæ interuenerat, aduocato. Longè tamen antea decisum est hoc, familiæ herciscundæ iudicio inter magnates è domo Maillæa, decretúmque, opimas ditiones *de Champcheurier & de Bausſay*, Andegaua: *de Rillé*, Turonica legibus diuisum iri. S. Consulto Idib. Februar. an 1508. Peræque de Barrensi ad Sequanam amnem oppido Campani agri certarunt litigatores quidem, Trecensi necne Consuet. teneretur. Ambigendi causa erat, quòd quum id Oppidi subiiceretur olim Præfecturæ Trecen., pares dehinc Præfecturæ titulos, nomina, Insigniáque noua Regio munere suscepisset. Fuit res à Conscriptis Curiæ missa in consilium, circiter an. 1565. Mea autem 6.

Decretum curiæ die 13. Februar. an. 1508. *entre Iean Hubaille curateur de Franc. Batarnay Baron d'Anthon, & de Frãçoyse de Maille puisnee d'vne part. Et François de Laual & Françoyse de Maille l'aisnee sa femme, comme curateur de Gilles de Laual Baron de la Haye.*

Barsur Seine, in Champagne, oppidum titulo auctum *de Baillage* à Trecensi separati, & Burgundiæ Iurisdictioni Regimini-

fert opinio, nouæ dignitatis Iuridicæ acceſſione honoraria patrium Ius non mutari, ſeu Legem agrariam agríſque dictam: Sicuti in ſimilibus minorum vrbium Præfecturis Gallicis quotidie experimur, nec temporaria rerum commutatione Ius Prouinciæ innouari. Ex l. Nemo §. 1. De reg. Iur. Vtut ſit, Pariſiorum Senatus nuper interlocutus eſt, ſibi adprobandum teſtibus Barrenſis Territorij Vſum ritúmque peculiarem, Trecenſi ſcripto contrarium, de iure patrum repræſentandorum in hæreditate patrui: Quod Trecis vſitatum ius, defuncti frater nepti ex alio fratre, negabat in Territorio prædicto obtinere. Decreto 12. Kal. Sextiles an. 1581. inter Vilhelmum *Dinteuille*, Iani demortui fratrem, hinc: & Margaretam *Dinteuille*, altetius fratris filiam, inde litigatores.

que attributi, Pace Arrebatica regis Caroli. 7. cum Burgundo Duce, cui dicto *dux* data fuit, an. 1435.

Areſtum interlocutorium Curiæ die 21. Iul. 1581. *ſur l'uſance & couſtume locale de Bar ſur Seine, comme Bailage ſeparé de celuy de Troyes.*

7. INTERDVM etiam Municipali ſe lege ſolutos iactitant priuati dynaſtæ ex Regio diplomate ſingulari, quos tamen patronus Fiſci in ordinem redigi poſtulat identidem, & Curia patriis proximíſque Moribus vti debere aliquoties præiudicauit. Exempli vice ſit Caſtellania *de Meſnilgirault*, quæ Aurelianen. canonicorum Collegio competit iure dominij, ſita in Stampenſi territorio & intra ſecundum à Stampenſi vrbe lapidem. At Canonicis priuilegium irrogauit Philippus 2. rex., *ne homines de corpore Eccleſiæ S. Crucis Aurelianen. ſint de Communia Stampenſi, & vt totâ terra eiuſdem Eccleſiæ ſit extra præfatam Communiam Stampen.* Febr. Menſ. an. 1194. Poſtmodùm, orto diſſidio inter Stamparum Comitem, & Collegium de iuridica poteſtate, quam in ſubditos Caſtellaniæ ſibi ille vindicabat, arbitri Senatores ſumpti, qui pro Collegij iuriſdictione profana pronuntiarunt, intra Caſtellaniam ſolida ac pleniſſima. Eamque arbitrorum Sententiam placuit Senatui ὁμολογῆσαι, an. 1394. Nihilo minùs ſimilis de eo exarſit apud PATRES Pariſien. contentio 12. Kal. Iunias an. 1520. Poyeto, Capituli Aurelianen. Burgeſio, Vicanorum Caſtellaniæ: Galopeo, Stampenſis Iudicis: & Lyſeto, Fiſci cauſidicis. Cuiuſmodi negotium Curia ad ampliorem deliberationem reuocauit. Ob eámque rationem, Triumviri emendandę Stampenſ., Conſuet., die dicta Caſtellariis dominis *de Meſnilgirault*, (qui tum defenderunt, ſe ſubíque Stampenſi vrbi ac Legi nuſquam reſpondiſſe) hoc dubij reiecêre ad Senatum an. 1556. Apud quem ſcilicet fuerat de eo diſputatum ab illis antea cum Stampenſibus Iuridicis. Sed quùm annoſa lis iſthęc penéque ſecularis innumeras traxiſſet ſecum & anniuerſarias de eadem iuriſdictione controuerſias; Nos pro Aurelianen. Canonicis egimus nuper in Curia, Principali reſcripto, aduerſus Stamparum magiſtratus, petiimúſque, vti Senatus interim formam iuris dicundi inter populares Caſtellariæ Ditionis præſcriberet ac conſtitueret, vſque dum ſumma lis iudicio dirimeretur. Proponebam enim, Caſtellaniæ dynaſtas, maxima in ſuos Iuriſdictione præditos eſſe, ab his itidem prouocationes non alio deuolui ſolitas quàm ad regium Aureliorum proprætorem in Iuridica ſede Montis-Argiui. Priſcos quippe reges in ſuam tutelam pa-

Principis Literæ priuilegiariæ.

Senatoria omologatio & approbatio Sententiæ arbitrorum.

Die 21. Maii. 1520. *Appointté au Conſeil en la Cour.*

Montis-Argi oppidi Priuilegia ab Karolo. 7., nundinarum publicarum, vſus Syluæ regiæ Montis-

Digitized by Google

trociniúmque recepisse sacrum illud Aurelianense Sodalitium, ídque suis cum fortunis omnibus præsidio tegi Aurelianen. Iudicum voluisse. Eódem quoque producebam veteres Immunitatis tabulas Fori Iurisdictionísque Stampen. quas ꝛ. recensuimus. At causæ nostrę aduersabatur imprimis ciuile axioma tritum, inferiores Iudices cogi eius præsidem prouinciæ, intra quam degant, ex appellatione superiorem agnoscere. Authen. De defens. ciuit. §. & iudicare Hostiens. in cap. Nimis De Iureiur. Iurisdictionem enim Territorio metimur, vt intra omnes territorij metas exerceatur illa, nec angustioribus, quàm territorium, septis limitibúsque concludatur. Huic subiungi potest, Aurelianen. Ecclesiæ priuilegium supràcitatum veriùs pertinere ad munerum patrimonalium vacationem, (quæ Stampen. populo indicerentur posthæc,) quàm iurisdictionis Tribunalísque Stampen. Nec enim Priuilegiariis codicillis ius *Ressortus* comprehenditur superiorque Iurisdictio, ni specialis de ea mentio inferatur. Ioh. Andr. in addit. ad Specul. Tit. De iurisd. omn. iud. Angel. in l. 1. ff. De offic. eius cui mand. Eapropter Curia Parisien. mota propinquitate locorum decreuit, sed fiduciario tantùm Iudicio, eas appellationes quæ à Iuridicis Castellanię interponerentur, ad Stampense tribunal deuolui oportere. Arestо postridie Nonas Sextiles an. 1577. Chandone, pro Stampensibus Iuridicis: & Brissone, pro Fisco, dicentibus.

Argi, & prehensionis exterorum debitorum in eo Oppido repertorum Literis Maio Octob. & Mart. Mens. an 1410 Confirmata à Ludouico. xi. Septemb. Mens. 1461. Idem Oppidũ exemptum fuit *des fraics fiefs & nouueaux Acquests* à Karolo. 8. Die. 11. Aug. 1490. Parlamento singula probante, die 24. Apr. 1548. & 15 Maij. 1551. Tum Camera computorum die 27. April. 1548. & 25. Iun. 1578. Curia Iuuaminũ 8. Nouemb. 1548. *Aussy a Lettres de Gards gardienne aux habitãs de Mont-Argis en la Cour de Parlemẽt, du 26. Mars*, 1551. Curiæ Placitum protisionale. Die. 6. Augusti. 1577. Vindocinensis Ducatus Iudicum, *Reiglement fait par Charles de Bourbon, 1. Duc, entre le Bailly dudict Duché, ou son Lieutenant, & le Chastelain de Montoire, sur leur Iurisdiction le 16. de Ianu. 1524. Et auparauant par Marie de Luxembourg mere & tutrice dudit Sieur l'an 1511. N'y ayans lors qu'vn Lieutenant general à Vendosme, pour tout le Vendosmois, les autres n'estãs que Chastelains simples.* Placitum Senatus Die 9. Ianuar. 1570. Sed consimilis deinde quæst. agitata in Curia Iuuaminum cõsilio commissa est die 8. Feb. 1572 *plaidans Peletier & Domours, Aduocats.* Castrum Celsi legati Iul. Cæsaris, vt aiũt, *Chasteauceaux.* De origine, & progressu huius Castellaniæ *de Chãpteceaux.* Nos Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 5. Art. 5. Et Lib. 2. Tit. xi. Art. 4 Sed & postea Oliu. Clissonus, Comestabilis Franciæ, qui hanc Castellaniam Britonicam pignore tenebat, pepigit cũ Andium Duce An. 1392. 15. Nouemb. de ea ipsi tradenda, statim ac intra annum 30. mille auri libræ mutuò datæ

CERTVM est vtique, exemptos Præfectura aliqua, si minus patriis 8.
eiusdem Legibus foróque, indictionibus certè solutos esse, quæ intra fines Prefecturæ imperentur. Putà, Rex Vindocinensem Ducatum instituit Galliæque Patritiatum an. 1514. adiunctis ei Qppidulis *de S. Calais, Montoire, Mondoubleau, &c.* quæ à Cenomana, Andiúmque Præfecturis abstracta, indiuiduo cum Ducatu iure copulauit. Quæsitum est, an qui hæc Oppida incolunt, conferre quicquam in munera extraordinaria teneantur, quæ vtriusuis Præturæ subditis iniũcta sint à Principe. Non teneri, iudicatum Arestо Curiæ. 5. Idus Ianuar. 1570. tametsi Regiæ indictionis diploma sic conceptum esset, *sur les Habitans de la Seneschaucee & anciens Ressorts*, Atque in eandem fermè itum sententiam pro Lauallis ciuibus, & magistratibus, quos Cenomana iurisdictione regia solutos immunésque Senatus declarauit. Placito, Martij Luce 13. an. 1579. in *Camera Edicti*, vulgò nuncupata. Lauallos quippe Cenomano foro exemerat Ludouicus xi. quum Laualli Comitatus titulum comprobaret. De quo, Nos lib. 3. DOMANII FRANCICI. Haud planè aliter forensi Actione disserui apud summos Vectigalium regiorum Iudices, Vicanos Castri Celsi, qui Andibus Armoricísque confines, parebant iudiciis legibúsque Andegauorum, eadem tamen, qua Britones, frui debere immunitate Salarij vectigalis. Nam & Frossartus enarrat, fuisse id primum Celticæ Britanniæ oppidulum, cuius possessionem armatus cœperit Iohannes Neustriæ Dux, executor Regij Decreti secundùm Karolum Blesensem, de Armorico Ducatu, contra Ianum Comitem Monfortianum. an. 1341.

Annal.

Digitized by Google

Annal.lib.1.cap.72. Etsi igitur in iura Andegauorum redacti sint deinceps incolæ Castri Celsi, pristinæ certè conditionis eorum memores Reges, parem ipsis irrogarunt vectigalium immunitatem, qua, Britones à summa vetustate potiũtur. Nobis igitur hęc & alia multa in eam partem adferentibus, quùm vrgerent, ex aduerso, Fiscalis patronus, & Bautruus pro mancipe publicorum, res consilij esse pronuntiatur. Decreto 14. Kal. Febr. an. 1575.

sibi restitueretur Vt cõuenerat inter Britonum Ducem, eius summæ debitorem, & Andium Principem, qui in illius liberationem præstita summa, Castellaniæ, dominus fieret. Pacto 13. Aug. 1487. *Appointé au Cõseil*, die 19. Ianu. 1575.

PARS II.

Cuius. 6. Tractat. præcipui 1. *De communibus totius Galliæ consuet.* 2. *De communibus Patriæ Iuris.* 3. *De communibus Patriæ consuetudinariæ.* 4. *De communibus minorum cum maiori, vicinorúmque Municipiorum.* 5. *De communibus consuetudinum derogatoriis Edictis.* 6. *Vnde pendeat vis consuet. & de communi scriptarum consuet. huius Parlam. repositorio.*

De priuilegio exemptionum à variis indictionibus nummariis extant literæ patentes Karoli 8. regis pro Habitatoribus pæroeciarũ nouem Castellaniæ *de Chantoceaux*. Itẽ Franciſci 2 an. 1520. Erricis. an 1547. & an. 1554 Karoli 9. an. 1564. Cum Arestis Curiæ Iuuaminũ Die 12. Febr. 1556 Et die 19. Ianua. 1575. inter Habitatores Castellaniæ *de Chantoceaux*, & Iacobũ *de la Lande* & Matthęum *le Bœuf*, Mancipes publicarũ salinarum Andens.

1. HABETIS tritas in foro Iuris Municipalis quæstiones, quæ externam ipsius solennitatem ac formulam spectent. Nunc susceptus ordo postulat, vt Francicas communes regulas percenseam, Moribus receptas, quibus nostrates controuersiæ pariter vbique decidantur. Eiusmodi Gallica lex est, *Mortuus saisit viuum*, quæ edicti Prætorij vice, quo datur bonorum possessio, nonnullis habetur: l. 1. π. De bon. possess. Vlp. l. 1. D. quor. bon. Sed affinior illa lex Galliæ Interdicto vtì possidetis, vsurpatur perinde in Francicis prouinciis, quæ Iure scripto, ac quæ suo proprio, ac priuato reguntur. Nam Prætoria bonorum possessio intestati frustra detur Gallis, quòd moriens superstitem cognatum faciat possessorem. At secundùm tabulas valet ad interdicendum, QVORVM BONORVM, apud quos, hæredes instituuntur: præterquàm apud Bituriges, Burgundos, & Burdigalenses, vbi moriens transmittit in hæredem quoque scriptum possessionem patrio More. Artic. 7. Bituricen. Consuet. de Testam. Burgundæ capite 4. de Hæreditat. & Burdegalensis §. 1. de Testam. Alibi verò testamentariis hæredibus non competit interdictum retinendæ possessionis, in iuridiciali quoque Regione. Masuer. §. Item successor singularis vel hæres testamentarius Tit. De Feudis. Sicuti apud PATRES C. obnixè defendi pro Mich. Larcherio senatore & Margareta Barillona coniuge, qui à Claromontano Aruernorum Iudice Senatum prouocarent: contra Anton. & Gabrielem *Gaschers*, scriptos hæredes. Inter hos enim agitabatur bonorum quæstio, sitorum in Claromontana Aruerniæ vrbe, quæ scripto Iure vti solet. Sed causam vtrinque peroratam Curia summa misit in consilium 4. Idus Maias 1569. Quanto infirmiùs adhuc in *Consuetudinaria* prouincia interdicere sinetur hæres ex testamento, quod ibidem est codicillorum loco duntaxat, nec puram hæredis institutionem capere potest? De iis nos pleniùs, vt aptiùs, in cap. 234. Andeg. Consuet. Vnum hoc ergo in presens delibasse sufficiat Gallorum In-

Qui ius de hæreditatibus dicebant apud Athenienses, Lexiarchi appellabantur, Λῆξις etenim hæreditatem dixerunt, ἀπὸ τῦ λήγειν, i, à desinendo, quòd ab vno in alterum desinat Id est, vt Galli dicunt, in mortuis viui sellitãt,

Die 12. Maij 1569. Peruulgatis tamen Curiæ Arestis posterioribus, *de Lupé, en Foresta, de Semeton*, aliisque, Testamentarius hæres dicitur falsitus, in Patria Iuris scripti. At in Patria Consuetudinis solus proxi-

mus, ad succedendū habilis, est sanitus.

stitutum, qui ex his decesserint, eosdem successori legitimo velut per manus tradere suarum rerum non modò dominium, sed & possessionem: quam alioqui hęres citra illarum apprehēsionem & factum non adipiscatur Lege Romana. Testis Gallicæ regulę nostras Interpres Legum Faber ad §. in summa Et §. retinendæ De Interd. apud Iustinianum. Testes & Itali primæ notæ scriptores, Cynus in l. Ea lege C. De condict. ob caus. dat. Castrens. in l. qui vniuersas §. 1. ff. De acquir. possess. Idem in l. Hæres in omne ius ff. De acquir. hæred. Neotericis etiam almæ Vrbis Romæ *Statutis*, seu quæ Gregorius 13. P. nouauit, in suos transit hæredes possessio bonorum defuncti continua, nedum dominium. cap. 148.

Romana hæc Statuta, Gregorianis auspiciis emendata à S. P. Q. R publicantur Maij Luce 25. an. 1580.

In Victriacēsi Campaniæ Francicæ municipio liberi manēt etiamnum *en la vouerie du Pere*, nisi ab eo emancipetur. §. 120. Victriacen. Cōsuet.

PATRIAM, ad hæc, potestatem, quam Ius Quiritum introduxerat, 2.
sustulêre passim Ciuica Iura Francorum. Accursiano glossemate §. 1. Instit. de Nupt. Qua ratione Baldo visum est, Francos filiosfamilias, & Britannos Celtas testamenti condendi ius habere de aduentitiis, nedum de castrensibus bonis: Idque iocoso interim aspersо sale in nostros homines ait obseruandum, quia illorum haud pauci in Italia occumberent, quasi fatali Gallorum sepulchro. In cap. 1. §. si duo. De duob. fratr. de nou. benef. inuestit. In Feud. De Britannis Anglis non item, quos patrię potestati subiici, notat rescriptū Diui Pij ad Virium Lupum Britanniæ prędidem. in l. Moribus §. priùs ff. De vulg. & pup. substit. In Francicis quoque regionibus, quæ Romanæ legi parent etiamdum, retenta sunt patrię potestatis vestigia ac reliquiæ quædam: vtpote Lugduni: Matiscone, apud Forestenses, Belliiocos, Delphinates. Inibi enim filiusfamilias, nec contracto quidem matrimonio, dictus est sui iuris antehac: Nec habuit testamenti factionem, nisi auctore parente, cuius in sacris permaneret. Verùm hoc nomine solutior fuit liberiórque Francica potestas patria, quòd apud Quirites nec permittente patre testari licebat filiofamilias: donare tametsi patris voluntate licuisset. Caij responso l. qui in potestate De Testam. & Martiani I. C. l. Tamis §. 1. De donat. caus. mort. Lugduni certè Castillionæus præses nos admonuit, suprema elogia filiifamilias non probari apud suos, quantumuis paternò assensu firmata: Sed moris esse patribusfamilias, liberos emancipare vxorem ducentes: cum vt peculiares sibi fortunas seorsúmque parent, tum vt postremas tabulas licitè condant pro arbitratu. Recentibus demum Curiæ decretis, filijfamiliæ, ab ipso statim coniugio, eximuntur nexu patriæ potestatis, suasque res vltimo iudicio liberè disponunt. Vti Lib. 2. Parisien. Morum adnotauimus. Illis rursum Franciæ oris, quæ scripto Iure vtuntur, relictus est aliquantulùm patriæ potestati locus in profectitiis rebus, vel aduentitiis: Ita tamen, vt filij profectitia quoque ad hæredes transmittant, ï, ad liberos patrimonium hoc sibi asserentes, etsi non iure Sui. Teste Vido Papio, Decis. Delphinali. 147. iuxta Nouell. Iustiniani De hæred. ab intest. §. 1. & Authen. In successione C. De suis & legit. hæred. Aquitanos sanè patria vsos potestate, in liberos, ostendit

Chasseneus scribit, Matisconenses, etsi regantur Iure Rom. tamen in quibusdam locis qui sunt de Electione Heduensi, vti Consuetudine Burgūdi Ducatus quoad tria, hęreditates, matrimonia, & retractus. In Consuet. Burgund. Tit. *Des successions des bastards* §. 3. Num. 3.

Tit. 4. Art. 7.

Nunquid filiusfamiliās in Prouincialis Iuris scripti hodie habeat hæredem in profectitiis, consule Vidonem Papam. Quæst. 147.

Digitized by Google

oſtendit Proſper Aquitanicus Epiſtola quadam. Quod deinde prorſus exoleuit, ſi Ferrono credimus In Burdegalen. Conſuet. §. 2. De Statu perſon.

Edict du Duc de Savoye du 2. Mars 1563. verifié le 6. Mars au Senat de Chambery, que les Religieux profez, ne pourrõt ſucceder à leurs parens. Leſquels toutesfois auãt leur profeſſion pourront diſpoſer par la permiſſion de leurs Prelats ou Superieurs, pourueu que ce ne ſoit au profit de leur Monaſtere, ne d'autres gens de mainmorte.

3. ITEM noſtratia Cœnobia inteſtatis non ſuccedunt cœnobitarum propinquis Gallico Iure Ciuili: nec, ſumpta Religionis toga, ingreſſuque in Monaſterium, opes ſimul addicuntur monaſtico Conuentui, niſi ingredientis bona expreſſim Monaſticæ familiæ dedicentur. Maſuer. in Tit. de Succeſſ. Verſ. & idem ſeruatur per conſuetudinem regni Franciæ. De quo, Nos accuratiùs Lib. 3. de Sacra Politia forenſi Tit. 1. art. 20. Tota deinde Gallia, patrimonij vicem obtinent feudalia beneficia, liberéque ſparſim abalienantur. Quod & in iis cuſtoditur Municipiis, quę Lege ſcripta reguntur. In Belgio autem, Hiſpanicæ ditionis, vetita eſt prædiorum alienatio, purè clientelarium Principis: ni veniali Reſcripto impetretur. Publica Conſtitutione Ludouici Flandriæ Comitis, à Philippo Burgundionum Duce, pronepote repetita Bruxellis Sexto Kalend. Septembres an. 1460. Inſubriæ porro clientibus vniuerſim interdictum erat beneficiarij fundi commercium Longobardis Vſibus Beneficiorum, quæ velut Appendices Iuris Ciuilis circumferuntur. Eadem Mediolanenſium Conſuetudine, multabatur feudo hæres quiſquis intra annum & diem in verba patroni non iuraſſet. Id quod Franciæ vniuerſæ, adeóque Iuridicialis vſu Regionis exploſum, docet Areſtum vetus an. 1388. ſecundùm Symon. Spifameum, contra *Dn. de Beaujeu.* Auctore. I. Gallo, id temporis cauſidico in Curia Pariſien. Quæſt. 162. Huic affine Gration. Senatus iudicium citat Vidus Papa, Quæſt. 166. Rurſus *de conſuetudine Franciæ* (ait Faber) *emphyteuta poteſt dare in emphyteoſin abſque conſenſu & requiſitione domini.* In §. adeo autem Inſtit. De locat. Ad hæc, tributaria nulla eſſe Francorum prædia, legimus apud eundem, in §. per traditionem Inſtit. De rer. diuis. Quod Iulius Paulus ſolis tribuebat Lugdunenſibus Gallis, & Viennenſibus in Narbonenſi, qui iuris Italici erant. l. vlt. De cenſ. Nec prætereundum interimi, quod Faber prodidit, vxorem Francicis moribus tranſire in mariti poteſtatem, cuius tamen ſuperuentu, patria non ſoluatur. In §. 1. Inſtit. Ad Tertull. His planè diſſentaneum non eſt ius vitæ neciſque in vxores, à Gallis vſurpatum antiquitus, apud Cæſ. Dictatorem, lib. 6. de Bell. Gall. Alios itidem Galliæ mores percenſet ſummatim Iulius, vti & certarum ipſius Regionum peculiaria quædam Inſtituta. Qualia hodie vel generatim apud Francos, vel priuatim apud hos illósve Galliæ municipes cuſtodiuntur. Quùm enim illuſtriore loco natus deceſſiſſet paterfamiliâs Iul. Cæſaris ſeculo, eius propinqui conueniebant, & de morte ſi res in ſuſpicionem veniſſet, de vxoribus ſeruilem in modum quæſtionem habebant, & ſi compertum eſſet, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiebant. Gallis etiam tum erat Conſuetudo, pecunias mutuas, quæ iis apud Inferos redderentur, dare: quòd ipſis perſuaſum eſſet, animas hominum fore immortales. Valerio ſcriptore, lib. 2. De forenſibus

In tomo Flandricarum Ordination. ad obitum vſque Karoli. 5. Cæſ.

Die 27. Auguſt. 1460.

Digitized by Google

autem Celtarum Moribus conſtat ex Cæſare, Druides controuerſias omnes iudicio decidere ſolitos, ſeu publicas, ſeu priuatas: & ſi quod erat admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate orta lis fuiſſet, iidem decernebant pœnáſque conſtituebant. Lib. 6. ſuprà citato. Nunc huius ſæculi mores Francicos repetamus, iudiciarios præcipuè, ac noſtris Tribunalibus familiares.

CVRIÆ Francicæ vſu receptum eſt, Cardinales ac Epiſcopos cogi in foro Regio excipere in rem actiones, de iiſque iudicium ſubire apud Ciuilem Magiſtratum: *Quam, (inquit Faber) cùm ſim de Regno, legem Regni non impugno.* In §. ſi verò reus Inſtit. De ſatiſdat. At minùs credibile videatur, quod idem noſtrate Foro obſeruatum tradidit, conteſtato in reum criminis Præſulem iudicio, eius ſucceſſorem teneri vel litem proſequi, vel profanarum Eccleſiæ rerum pignerationem pati. In §. pœnales De perpet. & tempor. act. apud Iuſtinian. Quam in partem vide adnotata noſtro Lib. 3. De Priuil. Ruſtic. Parte 2. art. 5. Gallis rurſum omnibus probatur carcerum vſus pacto conuento inter priuatos ob debitum æs ſua die non ſolutum. Et ita Iuris communis regulæ obrogatum à Curia Francica, dicit Faber in §. Is quoque Inſtit. de Action. Antiquata eſt etiam Gallico ritu exceptio non numeratæ pecuniæ, quam Rom. leges inuexerunt. Manſuerij relatu, in §. Item ille qui tenetur Ver. ſed hoc non ſeruatur. De Oblig. ac tenuntiat: Tum Molinei Notis in Aruernam Conſuet. §. 3. Tit. de Obligation. Nam & æris confeſſi æquè parta eſt executio tota Gallia, ac iudicati. Fabro teſte, qui hæc quoque ſubdit, *communiter in Francia Inſtrumenta contractuum eſſe confeſſionata, continéque meram cõfeſſionem.* In §. ſi igitur Inſtit. Quod cum eo. Nec cuiquam dubium, opinor, ſacræ Execrationis præſcriptionem minimè admitti in profanis Gallorum tribunalibus, more inſtitutóque maiorum. Petr. Perticenſis in l. placet. C. De ſacroſ. Eccleſ. Faber. in §. quòd ſi tutor Inſtit. de Curat. Aufrer. Deciſ. Tholoſana. 189. Primitus tamen hæc Dirarum Pontificiæque deteſtationis exceptio videtur probata fuiſſe S. C. Parlamentari Diebus Purificationi B. Mariæ feſtis an. 1267. quod veteri Curiæ Regeſto ſic continetur (fol. 176.) *Nota quòd quando alicui agenti in hac Curia denegatur reſponſio, eo quòd excommunicatus dicebatur, non auditur proponens excommunicationem, niſi ſtatim probet eam, prout debet probari, quia ita voluit Rex.* Verùm, exacta poſt annorum Centuria, obtinuit Andium Dux & Cenomaniæ Comes, aduerſus Cenomanum Præſulem Senatorio decreto percelebri, ne ciuiles Magiſtratus vtriuſque Municipij profanis litibus notionem interponere vetaret Pontificij fulminis obtantu, quòd in actores contortum proponeretur. Tertio Nonas Iunias an. 1389. In Flandrico certè Conſilio Prouinciali, & Mechlinienſi ſupremo, recepta eſt etiamdùm ſacræ Cenſuræ obiectio, nec tantùm in agentes, ſed Iudicatum quoque perducentes ad exitum, iuxta cap. 1. De except. In 6. Vt eſt apud Iodocum Damhouderium, in Praxi rer. ciuil. cap. 131. Notus eſt præterea mos Francici fori,

Veteri Codice Marium Andenſium manuſcripto ſic habetur, *Par la generale Couſtume de Francelui heritiers auront dei executeurs de teſtament pour l'accomplir, en baillant caution de la faire*, Sed non putò id vbicunque ſeruari, præſertim vbi executores ſunt patria lege ſaiſiti, niſi ipſa lex illud heredi permittat.

Curia laicalis in Frãcia non recipit exceptionem excõmunicationis. Areſto in Parlam. octauæ Candeloſæ.

Curiæ Placitũ aliud inter Procuratorem Fiſci, & Cenom. Epiſcopum de regia, & Eccleſiaſtica hinc inde vſurpata Iuriſdictione, Vide infrà Lib. 1. cap. 37. art. 8.

Die 3. Iunij 1389.

In Curia Franciæ eſt Conſuetudo de vtilitate defectuum,

fori, vt in apparitores Prætoris Sententiam exequentes animaduertatur ab eodem Iudice, si quid peccarint eo in munere obeundo: tametsi alioquin iuridicæ alterius subsint potestati. Fab. in l. Quod promulgatis. C. De off. præf. vrbi. *Et ita tenet Curia Franciæ*, infit ille. Quoties item debitor foro cesserit nullius immobilis rei possessor, exæquatur omnium conditio creditorum in mercibus aliisvè pignoribus captis, vt tributio fiat pro rata eius quod cuique debetur. Cæterquin rei mobilis persecutorium nullum est creditori ius ex causa hypothecaria. Insuper licitè scribuntur hæredes nuptialibus Instrumentis, neque, his conuentio inita de hæreditate, improbatur. Fab. in l. vltim. C. de Pact. & cap. 1. De matrim. ad morgan. contr. In Feud. Iure Romano, non ita. l. hæreditas Cod. De pact. conuen. l. pactum quod dotali Cod. De pact. Quibus subnecti possit, ciuiles liberos qui adoptiui dicuntur, nihilò magis paternæ hæreditatis capaces esse maternæue, quàm naturales tantùm ac nothos Francica Consuet. perpetua. Mansuer. In Tit. De probat. §. item & si defunctus hoc confessus est: Benedict. ad cap. Raynutius. de Testam. Æginetis, contrà, lege permissum fuit, liberos sibi in spem hæreditatis adoptare, suóque arbitrio statuere de re familiari: quùm legem hanc orbis hominibus loco filiorũ esse intelligerent. Tanta verò Legis huiusce fuit efficacia, vt & cognati, & nulla coniuncti necessitudine se inuicẽ curarent studiosiùs. Quemadmodùm Isocrat. Æginetico proditum est.

Verbis Fabri il lu. 1. C. De summa trinit

En deſconfiture de meubles, les creanciers viennent au ſol la liure.

Mobilia non habent ſequelam hanc hypotheceæ.

Ver ſucceſſio ab inteſtato Num. 158.

4. Mvlta alia è medio vsu sumerentur à nobis Gallorum Instituta generalia, sed in suum quæque locum Andeg. Legis commodiùs reiicienda. Meminerimus modò obiter, Iura quædam Municipalia regiis Edictis sanciri in Iuridiciali Franciæ regione, vt, hæc quasi catholica Præcepta vim suam vbique obtineant. Iamdudum enim Princeps iii Gallicis partibus, quæ Romani Iuris vsum retinuerunt, eandem constituit formulam publicæ adictionis prædiorum, quam *Consuetudinariæ Patriæ* (vt cum Fabro loquar) præscripserat. Cap. 49. Molinen. Edicti, quo Iustinianea lex abrogata, De iure dominij à creditoribus impetrando. Eodem legislatore, multa irrogatur temerè appellantibus in prouinciis Iuris Romani, perinde ac Municipalis. Artic. 116. Constitut. latæ An. 1539. Cuius etiam Legis cap. proximo, liberum fit prouocantibus in Iuridiciali regione, prouocationem exercere, nulla à Iudice petita venia, nec dimissoriis libellis exoratis. Sicuti & horum vsus libellorum exoleuit pridem in Municipiis, quæ patrios solùm Mores agnoscunt. Artic. 117. Edicti supracitati. Vtrobique etiam bonis cedere in iure præsentes oportet debitores, non per procuratorem: quantùmuis liceret olim extra ius cedere bonis, & per nuncium vel epistolam id declarare, Martiani responso vlt. De cess. bon. Cui derogatum est Lege regia Ludouici. 12. An. 1512. Artic. 70. Prisca item ætate, vetabatur actor causam prosequi per Forenses procuratores in earum foro Ciuitatum, quæ lege sua Municipali regantur: Dempto, si cognitoriæ eius operæ venia gratiáque illi facta fuisset Principali

Fab. in l. Vbi adhuc C. De iur. dot. ibi, *Patria Conſuetudinaria.*

Conſuetudo eſt generalis in tota lingua Gallicana, quòd literæ non concedãtur pro deceptione vltra dimidiam iuſti pretij in rebus mobilibus facta. Vt ait Stylus Parlam. Parte. 1. Cap. 19.

Idem quod Faber hoc loco & Stylus Parlam., refert Maſuerius In 4. item procuratori pro actore comparenti neceſſaria eſt gratia Tit. De Procurat.

diplomate. Vt teſtatur Faber in Tit. Per quos agere poſſ. Apud Iuſtinianum. Et Stylographus Parlamenti, Parte 1. cap. 13. De exception. §. 3. Quod in ſacros etiam Præſules receptum, affirmat Gallus, Quæſt. 368. At noſtro ſeculo tales ritus obſoleuêre, & ita ambarum mos Regionum hac in parte adæquatus eſt, ſeu Iure ſcripto vtantur, ſeu proprio ac Prouinciali.

Par Edict de l'Empereur Charles 5. faict à Bruges le 10. Octobre 1541. tous impetrans de ceſſion ſont tenus preſenter leurs lettres en iugement dans le mois de l'impetration, auec eſtat de tous leurs biens, & iceux abandonner à leurs crediteurs, & l'affermer par ſerment, ſans plus en iouyr, & requerir entherinement de ſdictes lettres, deſtoins & teſte nue, en perſonne, & non par procureur. Et leſdits impetrans de ceſſion acquerans autres biens ſe ni tenus les conſigner au profit de leurs crediteurs, & ne pourra retenir qu'un lict auec ſa fuitte, & de chacune ſorte de meuble vne, ſans auoir rien d'eſtain, ne vaiſſelle, ne autre meuble de valeur. Qu'ep ne donnera nulles lettres pour contraindre le creditreur à conſentir à l'appointement faict par ſon debteur, auec la plus grand' partie de ſes crediteurs, ſi auant que par ledit appointement on quitte quelque partie de la debte, ou qu'on baille iour de payement ſans caution.

QVINETIAM noſtri ferunt Annales, fuiſſe in votis Ludouico 11. Regi, in vnum Conſuetudinis veluti corpus redigere Gallicos ſingularum Ciuitatum mores, ac vniformé toti Galliæ, quaſi vni Municipio. legem illam ſcribere, ab omnibus ex æquo ſubditis cuſtodiendam, Id quod pariter ferè à Clero Gallico poſtulatum eſt nuper in Bleſenſibus Francici Pop. comitiis. Cap. 277. & 278. Supplicis libelli Francorum ſacerdotum Febr. Menſe An. 1577. Inde Bleſenſi Edicto perſanctè pollicitus eſt Princeps, ſe adhibita inſignium virorum, quaſi Triboniani, opera ſelecturum è variis regiarum Legum Codicibus aliarúmque Prouincialium vtiliores Francicæ Reipub. earúmque Pandectas compoſiturum, quæ, cæteris abrogatis, toto Orbe Gallico ſeruandæ proponerentur. Ita Philippus Hiſpaniarum rex in Toletano Ordinum Conuentu An. 1560. recepit auctorem ſe fore D. Arretæ I. C. ſenatorique regio abſoluendi Volumen Legum Regni, ab eo iam propè digeſtum ordine atque contextum. Artic. 17. Comitialium Hiſpaniæ Actorum. Noſter quoque Philippus. 5. olim decreuerat animo, vniformem Galliæ Conſuetudinem, menſuram rerum, pondus, vlnam, monetam indicere. Sed hæc aliáque parantem fatalis morbus intercepit. 3. Nonas Ianuar. An. 1321. Hinc grauis ſecuta Francicæ Reipub. perturbatio, è vario mobilíque tum impunè Monetarum vſu quem eius ferè tempeſtatis ſcriptor memorat Faber, in §. Nos autem. De Attil. tut. Apud Iuſtinianum. Hic enim Philippo. 6. rege floruit, quem & ipſe refert Flandros acie Caſellis deuicíſſe. Decimo Kalen. Septem. An. 1328. In Proœm. Inſtitut. 5.

Bleſen. Edicti Artic. 107.

Statuum Hiſpanicorum Libellus impreſſus.

E Francicis Annalibus in vita Phil. Longi Regis, qui obijt Die. 3. Ianuar. An. 1321.

VNICAM porrò Conſuetudinem omnibus imponi Municipiis poſſe vix quiſquam perſuaſerit. Multùm enim intereſt inter Ciuiles Municipij cuiuſque, ac Regias conſtitutiones. Quales Karoli Magni Francicæ Leges, pluribus Libris concinnatæ. In Græcis vtique ciuitatibus, Regium hoc munus fuit, patriis Ritibus gubernacula Imperii accómodare: optimúmque Regem exiſtimabant, qui Legum ſtudioſiſſimus nunquam diſcederet à ciuilibus quibúſque popularium ſuorum Inſtitutis. Auctore Dionyſio, Roman. Antiq. Lib. 5. Id quod ex Homero etiam liquet, appellante Reges διοτρεφεῖς ſiue διοτρεπεῖς, i, Iuris redditores ſeu Iuridicos. Agis præſertim Lacedæmonius illud habebat in ore ſæpiſſimè, nequaquam potiri ſe Regno velle, niſi antiquas ſimul 6.

Faber iſthîc, de monetis; infit, certa regula ſeu doctrina dari non poteſt propter diuerſos valores monetæ auri & argenti: quiin diuerſis temporibus cõtractibus, regnis, & regionibus ponuntur, aſcendunt & deſcendunt pro voto Regentium.

Prælium *du Mont de Caſſel, en Flandres* die. 23. Auguſt. An. 1328.

Digitized by Google

ſimul leges ac priſtinos viuendi mores in Patriam reuocaret. Ex Plutar. in Agide. Sic redacta in poteſtatem Macedonia, P. Æmilius non modò agros reddidit Macedonibus, ſed & ciuitates ſuis viciſſim legibus reliquit. Eodem auct. in P. Æmilio. Haud diſpari Latinorum exemplo ſancitum eſt lege Romuli, vt Romanus quiſque Princeps auitorum Morum cuſtodiæ præficeretur, Iuriſque naturalis, ſeu quod ſcripta & pacta continerent. Halycarn. Annalium lib. 2. Itaque, licet conuerſo poſtea in Rempub. Regno, Quirites Gallis permisêre ſingulos ſuos regionatim oppidatímque Ritus ac leges. Factum inde ſenſim, vt Romani quidem Imperij iura retinuerit Gallia Narbonenſis, Phocenſis Prouincia ac Celticæ aliquot ciuitates: At eæ nihilo ſeciùs peculiares ſibi mores ſtatuerint excolendos. Maſilienſes enim legimus ad Valerij vſque tempora vſurpaſſe diſciplinæ grauitatem, priſci moris obſeruantia conſpicuos, qui tres in eodem manumiſſiones ſinebant reſcindi, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognouiſſent: quarto errori ſubueniendum non putabant, quia iam culpa iniuriam acceperat, qui ei ſe toties obieciſſet. Eadem Ciuitas ſeueritatis cuſtos erat acerrima, nullum in ſcænam aditum Mimis dando, quorum argumenta maiori ex parte ſtuprorum actus continerent: Ne talia ſpectandi conſuetudo, imitandi ſumeret licentiam. Omnibus deinde, qui per aliquam religionis ſimulationem argumenta quærerent inertiæ, clauſas portas habebant. Apud Valer. Max. lib. 2. Heduis necnon patria Inſtituta à Roman. relicta prodit C. Cæſar elogio ſanè luculento. Quùm enim ſummo Heduorum Magiſtratui non liceret finibus excedere, Gentis more peruerteri, Cæſar ipſe in Heduos proficiſci ſtatuit, ne quid de iure ac legibus eorum diminuiſſe videretur. Lib. 7. De bell. Gall. Sueſſiones porrò eaſdem cum Rhemis leges coluêre illis temporibus, ipſóſque fratres & conſanguineos vocitarunt. Bell. Gall. Lib. 2. Ex quibus ſummatim colligitur, nec Gallicas ciuitates vna vnquam, generatímque rata Conſuetudine vſas, nec noſtratibus hodie prouinciis Iuridicialibus patrios peculiaréſque Ritus defuiſſe.

2.

De communibus Patriæ Iuris conſuetudinibus.

1. QVARE præter communnes totius Galliæ mores, quorum perſtrinximus aliquot paulo antea ex vſu noſtro forenſi, tractandi ſunt etiam paucis ciuiles Gallicarum regionum ritus, quæ ſcripta Lege tum earum viciſſim quæ Iure Municipali tenentur. Illîc primùm vectigalis agri poſſeſſor obligatur non modò pigneratitia, ſed, & in perſonam actione, ad ſolarium, vel alium quemuis reditum domino appendendum. Lugdunenſibus nempe inoleuit is vſus, Belliiocis, Delphinatibus, Foreſiis, & Matiſconenſibus oppidanis: eorum tametſi nulla de ſcripto *Statuta* proferantur. Vnde poſſeſſores inibi preteriti temporis vectigal ſoluere debent perſonali quodam tacitæ obligationis vinculo. Ob idque, priuati veſtigaliũ creditores non laborãt

Mich. Larcherius. ſenator Pariſien. quum regio mandato præeſſet Lugdunenſi iuriſdictioni An. 1569. & 1570. moliri cœpit publicam quandam Lugdunenſium & Matiſconenſ. morum cõpilationem ac deſcriptionem, ea penè formula, qua noſtrorum Municipiorum Conſuetudines redactæ ſunt ſcriptis: Sed Pop. reclamante conatus manſit irritus.

Arestum Delphinalis Curiæ supremæ Die 22. Decēb. An 1454.

admodū de exigenda à possessoribus annui huiusce reditus agnitione professionéque solenni. Eò pertinet Gratianopolitani Senatus decretum 11. Kal. Ianuar. An. 1454. apud Vidum Papam Quæst. 42. Ex transuerso item adita hæreditate, debetur laudimiorum pars dimidia, quæ, si emptionibus comparati fuissent hæreditarij fundi, solida alioquin præstarentur. Talia vernaculè *Milods* appellant. Noua quidem ac insolens non est laudimiorum pensitatio ex venditione rerum soli: qua etiam Francos vbique defungi, asserit Faber, ad l. 1. C. Quan. lic. ab empt. disc. Grauius verò, hæreditatem, quæ lege delata sit, quasi emptitiam redimere ab agri domino superiori. Ast Moris huiusce rigorem lenit immunitas clientelarium aruorum plenissima. Quippe quæ ibidem nulli sint Dominicæ præstationi obnoxia, qualicunque possessoris mutatione, siue illa Venæant, abalienentur, vel ad hæredes laterales transmittantur. Excepto, quòd ob res donatas vel permutatas exiguntur aduentitij fructus prædiorum, *Milods* illîc nuncupati. Quibus congruunt Delphinates decisiones 46. 48. apud Vid. Papium, & notata in Decis. Capel. Tholos. 279. Abbas, Responso 74. Lib. 1. Mortuo autem fundi proprietario, beneficiaria iura nec peti assolent nec præstari nisi modo suprascripto. Imò & parum anxiè curant patroni clientelare sacramentum à nouo possessore repetēdum, vel edundum sibi rei beneficiariæ catalogum. Vt colligere est ex veteri S.C. An. 1388. quod citat I. Gallus, Decis. Paris. 162. Proinde in iis Regionibus excitatur tum demum Feudorum memoria, quùm agitur clientum euocatio ac subeuocatio. i. *Bannum ac retrobannum*, ab nobili latifundio: Siue etiam mandatis Principalibus moueatur Plebi, aut Sacerdotio controuersia, beneficiorum militarium nomine recèns acquisitorum. Lege Regia *de Francis feodis & nouis acquestibus.*

Placito Curiæ die penult. Iulij 1574 iudicatum est inter Claud. *Brosslier* & Franciscam *Grillier* vxorem appellantes ex vna, & Antonium d'Albon abbam Saugnei cœnobij ad Lugdunū ex alia, *les Milods* non deberi ob bonorum successionem directam. Sed quoad collateralem, inquiri debere à magistratibus, aduocatis, & pragmaticis Lugdunen. de modo & forma vtendi Patriæ Lugdunen. an eo casu *les Milods* debeantur.

Nōnunquam etiā *les Milods* soluenda sunt à filio parētum successore, nedum ab agnato hærede laterali, siquidem priuatis titulis & antiqua possessione deco, directus dominus subnixus sit Aresto Curiæ die vlt. Maij 1578. inter fratrem Bernardum *de Comprenant* appellantem à Senesc. Lugdunen. & Stephanum Perusel intimatum.

CÆTERVM de censuali fundo Moribus proditum ius est recto domino, vt à nouis emptoribus petat emptionis instrumenta sibi exhiberi: quibus editis, ipsi pendantur iusta dominica, & possessor censum, annuúmque vectigal profiteatur. Soli enim emptores in illis finibus debent laudatiuum, non venditores. Iuxta Vlpian. responsum lib. 1. ad Edictum Ædilium curulium. Patronalis vtique in possessionem missio (*ensaisinement*) fit in iure, vt plurimùm, ac Iudice pro Tribunali sedente. Laudimia rursum superiori domino debita æstimantur illîc passim quinto pretij numo, alicubi tamen aliter, nec vniformis est omninò dominici eius æris solutio. Ne autem patronali huic emolumento fraus fieret à priuatis, de fundo plebeio vel beneficiario simul paciscentibus, percrebruit inibi consuetudo rerum æstimandarum, quæ vel datione in solutum partæ essent tertio cuipiam, vel aruorum commutatione, aut liberalitate alterius in alterum transiliissent. Cuiusmodi agrorum æstimatione à patrono petita, deliguntur à partibus arbitri identidem, peritíque rerum æstimatores: sin minùs, iudicantis officio designantur. Aduerte interim, publica fundi addictione quæri patrono ius laudimiorum, æquè ac priuata venditione

2.

Vlp. in l. debet. De ædil. edic.

Claud. Mondinus patria Forestensis in hoc Senatu patronus causarum eximius nobis suggessit aliquot Morum Istorum capita, qui sine scripto seruantur à conterraneis suis, viciniſque populis Romano iure etiamdum vtentibus.

&

& pactitia. Commune etiam hoc habent Iuridiciales Regiunculæ, (quæ subiiciuntur Paris. Senatui) cum aliis *Consuetudinariis*, quòd vtrobique feudum & iurisdictio penitus secernantur inuicem, nec illi cum illo affine sit aliquid atque coniunctum. Iuxta Bald. in l. à procuratore C. Mand. Vniuersim certè præsumptum est, iisdem in Prouinciolis, quarum lites Iure scripto definiuntur, optimo iure prædia possideri, seu quæ Immunia Latini, *Alaudia* Franci nominarunt.

3. PRÆTEREA in Municipiis fermè omnibus, quæ vtuntur lege Romana, reorum proscriptio nõ trahit secum bonorum proscriptionem ac publicationem. ï. capitis damnato reo, fortunæ nihilò magis Fisco vindicantur, more hoc ciuili repetito è Nouellis Iustiniani. Vnde apud Foresios, Lugdunenses, Belliiocos, Matisconenses minimè rediguntur in Fiscum Principis bona damnatorum, præterquàm ex crimine sacræ Maiestatis, vel Regiæ. Idem Delphinatibus vsurpatum refert Vidus Papa, Quæst. 341. & 437. At videre est in *Consuetudinariis* plerísque Regionibus dissimilia omnia. Illîc rursus frequẽs adhibetur nuptialibus tabulis pollicitatio augmenti dotalis pecuniæ, trientem vsque dotis, (interdum & semissem) superstiti vxori cautum, atque exoluendum. Nothi insuper, nec materna propinquorúmve bona capiunt tit. pro hærede, nec propinquos relinquunt hæredes, præterquàm liberos iustis nuptiis procreatos. Ad hæc, compertum quidem est nostrate Fori Disciplina, tutelas à Iudice deferri, non à Lege sola, vel testatore: cæteris tamen anteponuntur tutores testamentarij. In proferendis tutelæ Raciociniis fides habetur iurato tutori de singulis expensorum capitibus, quæ Turonicos asses qui nos non excedant: nisi contrarium manifestè adprobetur iudicanti. Ponamus quoque, hæredem ex inuentario à simplici excludi similiter in Patria Iuris, vt aliis in partibus quæ ciuili sua Lege tenentur: At certè diuersa vtriusque in eo ratio est, quod non nisi Principali Rescripto admittantur hæredes ex Repertorio, quicunque legi Municipali subiiciuntur. Regia Constit. edita 8. Kal Octob. An. 1540. In aliis verò Francorum oris necessarium non est tali hæredi Codicillare suffragium: dummodo Repertorium conficiatur, & hæreditariæ res omnes accitis creditoribus intestatũ redigantur. Ex Molinei Notis ad §. 73. Legis patriæ Burgundij Ducatus. Sicuti etiam, Nobis dicentibus, à Senatu pronunciatum fuit secundùm Christoph. Sanchaumondum tutorem honorarium Iusti Turnonij, qui patris hæredem sine inuentario gesserat, apud Lugdunenses. Decreto. 6. Iduum Maiar. An. 1571. Bruxellio, contrà, Ioh. Clerici causam agente. Gandaui porro Gordunorum, cessat penitus beneficium Inuentarij, quamuis reliqua Flandria perfrequens ex diplomate. Vt ait Iodoc. Damhouderius in Praxi rer. ciuil. Cap. 18. Marito itidem concessum est in Gallica Prouincia Iuris, hæredem instituere vxorem eo pacto, vti communium liberorum, quemlibet delegerit, ei hæreditatem reddat, restituat. Legitimo autem hæredi libera optio sit repudiandi legati, quod nominatim ipsi relictum sit, vel

Hæc est Iustiniani Cæs. constitutio. Authen Bona damnatorum Cod de bon. proscript.

Contra Cæsareã l. si qua illustris C. Ad Orfic. quæ matris hæredem nothum constituit, illustribus demptis fœminis & Heroinis.

Ordinatio apud Annetum facta Die 24. Septemb. An. 1540. beneficium inuentarii esse regiis. Literis impetrandum.

Gandaui nemo hæreditatem reculare potest, sed tenetur præstare cautionem de commodo accipiendo, si quod fuerit, & de debitis passiuis exoluendis.

Arestum Curiæ die 10. Maij an. 1571.

Digitized by Google

accipiendi, nè hæreditatem adire compellatur. Teſtamentario denique teſti relictum non tenet in Iuridiciali Franciæ regione: Quod tamen Quiritum Legibus probabatur. l. qui teſtamento §. 1. π. De teſtam. Et §. 10. Inſtit. Eod. Tit. Romanis præterea Legibus, trᵉs iſthæc poſt Chriſtianiſmum, remanſere Helleniſmi priſci reliquiæ ac veſtigia, Concubinatus, diuortia coniugum, & fœnebris pecuniæ quæſtus promiſcuus. Donec inualeſcente dein, ac conſtabilita vbique Chriſtiana Pietate, damnata ſunt illa, & exploſa: Leonis Aug. Nouella 91. & Conſtantini Porphyrogenetæ, apud Harmenopulum Lib. 4. Tit. 7. Iuſtinianea noua Conſtit. 22., de nuptiis Cap. 15. Et Conſtit. 117. Vt lic. matr. Cap. 9. Cum Authent. De Eccleſiaſtic. Titul.

Concubinatus, qui per leges nomen aſſumpſit, extra Legis pœnam eſt. l in concubinatu. π. De concub. Item Tit. Digeſt. De diuort. Et Tit. De Viur.

Par l'Ordonnance & vſage de la Chambre du Conſeil prouincial d'Artois, dreſſé par l'Empereur Charles 5. à Bruxelles le 8 de Iuillet l'an 1531. vn impetrant de lettres en forme de benefice d'inuentaire fera par Commiſſaire dudit Conſeil inuentorier par vn huyſſier & priſeur tous les meubles, immeubles, & debtes, du deffunct. A quoy voir faire ſont adiournez les proches parens du mort habiles à luy ſucceder pour eux porter heritiers ſimples dudit feu, ou en leur faute voir admettre ledict impetrant audit benefice, & s'ils ne comparent ſont coutumez par deux defaux, ſeront leſdites lettres enterinées. Et s'il veut auoir mainlevee deſdits biens, il ſera tenu bailler caution prealable ſuffiſante à la valeur deſdits biens, & d'en rendre bon compte à la fin de l'an, à ce appellez à cry public les creanciers dudict deffunct, leſquels creanciers ſeront receus à rehauſſer & rencherir ladite priſee de biens en tout ou en partie. Item pendant lequel an les creanciers ne pourront contraindre ledict heritier beneficiaire à leur payer leſdites debtes.

Par Arreſt de la Cour du 3. Feburier 1578. le nepueu en collateral ſe portant heritier ſimple de l'oncle a eſté preferé au frere heritier par benefice d'inuentaire, encores que lors par la couſtume de Paris le frere exluſt le nepueu, comme n'y ayant repreſentation à Paris en collateral. C'eſtoit entre Anthoine Lorfel nepueu à cauſe de ſa femme, & Denys du Maſnil frere de M. Baptiſte, Aduocat du Roy en Parlement.

Par Arreſt donné à l'audience de la grand' Chambre le Ieudy 9. de May 1602. ſur l'appel du iugement de Ledunois, qui auoit egalement vendu par ſa ſentence les nepueux & freres d'vne ſœur heritiers par benefice d'inuentaire, auec les nepueux enfans d'vn frere heritiers ſimples du meſme oncle. Il a eſté dict en emendãt ladicte ſentence pour le regard des biẽs dudict oncle aſſis en Ledunois, que leſdicts heritiers ſimples ſeroient preferez aux beneficiaires, ſauf auſdits beneficiaires qui eſtoient mineurs, comme les autres, à ſe faire reliuer dudict benefice d'inuentaire, & à ſe porter heritiers ſimples comme les autres: auquel cas ils y ſeroient receus pour les biens de Ledunois. Au reſidu pour le regard des biens de Bretaigne, ledict deffunct auſſi demeurois, ladite ſentence ſortiſſoit ſon effect: D'autãt que par la Couſtume de Bretaigne art. 572. on peut indifferẽment eſtre heritier d'vn deffunct, ſoit ſimplement, ſoit par benefice d'inuentaire, ſans que ledict benefice ceſſe par la qualité d'heritier ſimple priſe par les autres coheritiers. Ragueau plaidant pour les appellans, & S. Marthe pour les intimez.

4. CONTROVERSVM eſt vtique apud Feudorum Interpretes, nunquid Vſus Mediolanenſes, per Gallicas iuridiciales Prouincias, alibíve gentium ſint allegandi, tanquam commune ciuium Ius, ſi quando Veſtituræ Pactio, & Lex patria deſiderentur. Nam Baldus, & plerique alij, pro Iure habendos prædictos Vſus apud omnes, exiſtimarunt, & quòd per Fridericum Cæſ. auctorati ſint, & quòd vulgari omnium obſeruatione recepti in Mores. Bald. & Iaſ. in Prælud. Feud. Contrà, Ioh. Faber non ſeruari eos in Gallia prodidit. Inſtit. De legit. patron. tut. Atque adeo Fabri ſententiæ adhæret vetus S. C. Pariſienſe An. 1388. ex Patria Iuris, contra pœnale feudi commiſſum ob neglectam anno, veſtituræ petitionem: Quod S.C. ciet, æquæuus Ioh. Gallus, Quæſt. ſuprà citata: vbi & Molineus nominatim, aduerſus Feudiſticas Inſubrum Conſtitutiones, hancque potiſſimùm, qua de tum agebatur, *Per quos fiat Inueſtitura.* Neque ab iis diſſentit Vidus Papa, regius quondam in Gratianopol. Curia ſenator, Conſil. 215. Quanquam Delphinares, aliíve qui extra Regnum demorãtur, licet Regno acceſſerint, ex Feudiſticis Vſibus Ius reddere poſſunt, pro ſua patria aſſuetáque viuendi diſciplina. Eiuſdem Papij Reſponſo 3 dicto. Et in Gratianopol. Deciſ. 164. & 297. Ex quo etiam perſpicias, Iuris ſcripti Regiunculam quamque peculiares ritus quoſdam habere, modò conſentientes, modò pugnantes cum Lege communi. Ita, vt eiuſmodi

Antea Parte 1. Art. 1.

Statuta libertatum Patriæ Delphinalis iam olim formis impreſſa ſunt.

Digitized by Google

di Prouinciolæ inuicem ciuilibus pariter diſcrepent Moribus ac ſecernantur. Putà, Albiæ Cadurcorum ſcripta ſunt tam olim *Statuta*, quorum meminit Bened. in cap. Raynutius. Ver. & vxorem nomine Adelaſiam Num. 848. contra praxin vſumque Dominicæ redemptionis alienatorum. Porro Aginni Garitum patrias Conſtitutiones euolui non ſemel: At quibus multa deeſſe, ſupplenda Iudiciis, populariſque Ritus teſtatione Forenſi, arguit Interlocutio Lutetiani Senatus die 28. Septemb. An. 1585. Thoma Pontaco, cliente: Et Karolo Balſaco, patrono, litigatoribus. Decreuit enim Ampliſs. Ordo, turmatim ac decuriatim inquiri in vrbe Aginenſi, nûm eò in territorio, vbi latifundia erant, Dominico prehenſa imperio, liberi fundi omnes vulgò crederentur, nec clientelæ priùs obſequio deuincti, quàm patronus id authenticis tabulis adprobaſſet: nûm hic etiam clienti ſuo auctoritates feudalium fundorum edere teneretur, eóque non edente, tollenda foret ab iis Dominica manus. In Lemouicibus item, qui Romanas Leges purè excolunt, agitatum fuit, Laudimia necne rectis dominis competerent, Retractúſve feudalis venditorum prædiorum: ex l. vlt. Cod. De iure emphyt. Et §. porro, Qualiter ol. feud. alien. poter. Verùm etſi prærogatiuam hanc Dominicam tota Gallia obtinere, aſſerat Faber in §. 1. Inſtit. De rer. diuiſ. Et §. 1. De empt. & vend. Cum Vidi Papij Deciſ. 411. De ea tamen, placuit Aquitanæ Curiæ ſummæ, vetuſti vſus Patrij fidē ſibi fieri confuſis Pragmaticæ teſtimoniis. Senatorio decreto pridie Idus Martias An. 1529. ſecundùm clientem, Dn. *de Lignerac*: in patronum, Tureniæ Procomitem Franciſc. Turrianum. Scriptore Boërio, Præſide Burdigalenſi. Deciſ. 263. Meritò ſanè, cùm feudalia Gallorum beneficia ſuis omnino legibus aut ritibus ſtent, Longobardicis antiquiora. Sicuti innuit Aimoynus, de Meloduno beneficij formula conceſſo ab rege Francorum Clodoueo. 1. antequam Longobardi in inſubribus ſedes defixiſſent, aut Feudales certè, quæ euoluuntur, ibidem Conſuetudines vſurpaſſent. Franc. Hiſt. lib. 1. Cap. 14. Quas propterea Conſuetudines peculiares vocat Obertus ipſarum concinnator, in Cap. 1. De feudi cognit. Nam quod ſtatuitur præd. l. vlt. Et §. porro, id procedit in temporariis duntaxat fundorum poſſeſſionibus, & poſt condictum tempus auocandis poſſeſſori: non autem in perpetuis, hæreditariis, & illius vſquequaque propriis. Qualia Francorum feuda indubiè iudicantur. Vti Ferronus, poſt alios, eleganter ſubnotauit, ad §. 9. De Feud. In Conſuet. Burdig. Maſilienſis verò Prouinciæ in vſum inuecta eſt Patronalis Redhibitio alienatorum nulla Longobardiæ lege, ſed Municipali priuatoque locorum More, quem Renatus Prouinciæ Comes ſanxit, ac Prouincialibus *Statutis* attexendum curauit. An.

Cabon.

Ville d'Agen, & pays d'Agenois.

Areſtum interlocutorium, in 1. Camera Inqueſtarum, Relatore Dn. *le boſſu* die 28. Septemb. An 1585. *entre Thomas de Pontac Greffier du Parlement de Bordeaux, appellant d'une ſentence des requeſtes du Palais de Paris, & Ch. de Balſac ſieur de Clermont d'entragues, intimé.*

Lemouicum Vſus feudales.

Il y a eu Arreſt contradictoire du grand Conſeil du 31. iour de Mars l'an 1601. adiudicatif du retraict feodal de la Chaſtellenie de Boyſbruſſat ſiſe en Perigort, au profit du ſieur du Pleſſis Mornay, comme Vicomte de Limoges, ſieur feodal & Suzerain de ladite Chaſtellenie: Contre Gaſton de la Martonie heritier de Geoffroy de la Martonie ſon pere, qui l'auoit achetée du ſieur de Biron à prix d'argent. Contre lequel Arreſt y a eu requeſte ciuile à playder audict grand Conſeil en May l'an 1602. entre Viquet Aduocat dudit de la Martonie demandeur, & Ioly pour ledict ſieur du Pleſſis defendeur. Laquelle requeſte ciuile ayant eſté plaidee & appointee au Conſeil, y a eu arreſt diffinitif dudict grand Conſeil du 7. Aouſt 1602 par lequel les parties ont eſté miſes hors de cour & de procez: & en ce faiſant ledit arreſt a eſté confirmé.

Burdegalenſe Areſtum die. 14. Mart. 1529.

Aureliano in feudum data Melodunī ditio à rege Clodoueo.

Retraict feodal, au Comté de Prouence.

Renati filius & Locum tenens Ioannes ſtatuit, prælationem feudalem cedi etiam poſſe.

1456. Tholoſanas omitto, & Delphinatium Conſtitutiones, quæ propalam editæ manibus teruntur complurium, & Nobis ſunt in manu. Petragoriis certè nulla extant *Statuta* mandata literis, ſed primigeniorum ius gentilitium triuiale, vt protogenij natalibus clari Dominicas vnas præcipiant ædes, cum horto, vel continenti viridario ſeu prædiolo, ad volatum galli caſtrati. Ibidem quoque, familiaris Dominico Retractui antefertur ignobilium fundorum: in nobilibus, haud ita. De quibus quidem eximij iuris prærogatiuis admonitus ſum à Iurecos. quodam Petragoricenſi. Enimuerò Brageraci Petrocoriorum oppidi ciuiles extant Conſtitutiones, quas habeo, pactæ olim probatæque Reginaldo Pontis ac Brageraci Dynaſtæ cum Syndicis vrbis iſtius. Auſpice Karolo. 4. Gallorum & Cantabriæ Rege, præclaris Codicillis 12. Kalend. Februar. An. 1327. Tum Eduardo, Britanno, Aquitanorum Principe. 10. Kalend. Sextiles An. 1368. Qui ſimilia etiam Pacta Bernardi Petrocoriorum Comitis, cum Oppidanis Brageraci inita, conſtabiliuit. Rurſus alibi matres liberis non ſuccedunt in hæredia, ſeu hæritaria liberorum prædia Edicto regio, vt Lugduni, Matiſcone, Belliioci, & in agro Foreſtenſi: Alibi verò ſuccedunt ex S. C. Tertylliano, cuius derogatoriam Legem illam Gallicam nondũ probauit Tholoſatium Curia, Delphinatium, Burdegalenſis. Sunt & aliquando varia Senatuum de iure Teſtamentario Conſulta atque Decreta, quamuis è Prouincia vnica Romani Iuris. Nam Gratianopolitana, & Tholoſ. Curiæ iudicarunt, liberos primi gradus, etſi, teſtatore vetante, Trebellianō S. C. quadrantem retinere poſſe: Luteriana verò, non poſſe. Bino Areſto Pariſien. inter Tholoſanos litigatores. Poſtridie Nonas Sextiles. 1575. Et 4. Idus Maias. 1581. Contra Vidi Papæ Deciſ. Delphinal. 51. & leg. iubemus C. ad S. C. Trebel. Hæc vtique ad interpretationē §. ſi verò expreſſim Nouella De hæred, & Falc. Vnde ſumpta Authent.

Perigueux.

At Romana lege omnium liberorum hæreditariæ partes ſunt æquales. Primigeniorũque ius incognitum.

Statuta Brageraci, *en Perigort*, à Francis viciſſim Regibus confirmata, & ab Henrico. 3 eorum ſucceſſore. Decemb. Menſ. An. 1584. Quæ publicis formis excuſſa ſunt An. 1598.

Par l'Art. 42. des dits Statuts de Brageracil y a droit de retenue par puiſſance de Fief. Et auſſi par l'Article 41. & autres ſuyuans y a droict de Retraict lignager.

Die 21. Ianuar. An. 1327.

Die 23. Iulij An. 1368.

Edictum Karoli 9. regis Maio Menſ. An. 1567.

Decreta Curiæ Pariſien. Die 6. Auguſti 1575 inter Ioh. & Petrum *de Villes*, & Nic. *Bourdon*, Ac. 12. Maij. 1581. pro Iac. *d'Vzes*, contra Catharinam *de Clermont*, in liberos etiam primi gradus Trebellianicam prohiberi poſſe.

Communis opinio eſt à qua in iudicando non recedendum eſt, teſtatori licere Trebellianicam prohibere liberis etiam primi gradus. Gloz. in § ſed quia ſtipulationes Inſtit. de fidei commiſſar. hæredit. & in 6. ſin vero expreſſim Authen. de hæredib. & falcid. Angel. & Salices in Authent. ſed cum teſtator Cod. ad leg. falcid. Bald. in l. filium quem habentem C. famil. herciſ. Bart. Angel. in l. Marcellus ff. ad Trebell. Alexander in Conſil. 201 Volum. 6.

Au Parlement de Tholoſe l'on iuge ordinairement que la femme in dote *eſt priuilegiée* ante creditores mariti anteriores etiã expreſſam hypothecam habentes, *ſelon le texte general de la* l. aſſiduis C. qui potior. *Nonobſtãt la oppoſition de la gloze ſur ladicte loy, & nonobſtant la deciſion 217. Capel. Tholoſ. conforme à ladicte gloze* de creditoribus expreſſam vel tacitam hypothecam habentibus. *Au Parlement de Paris au contraire.*

Item audict Parlement de Tholoſe l'on adiuge aux creanciers rentiers le fort principal de leurs rentes ſelon l'ordre & datte de leurs contracts. Mais apres toutesfois ordre du principal, on les met pour les arrerages de ſeptiãs rentes in tributum *par enſemble ſur le reſte des deniers des heritages vendus. Au Parlement de Paris au contraire.*

Arreſt au 17. de May 1561. au profits de Paule d'eſpagne fille de Roger 3. d'eſpagne & du ſieur de Goudrin ſon mary heritier, contre Onofré fils de Charles d'eſpagne ſubſtitué comme maſle par degrés de ſubſtitutions maſculines finies au biſayeul au triſayeul Roger 1. d'eſpagne teſtateur de l'an 1406. de Roger 1. d'eſpagne ſieur de Montiſpan, de Ramefort, & Durefort 3. enfans maſles, Roger 2. Arnaule & Bertrand pere dudit Roger 2. Matthieu de Roger 3.

Sed cùm teſtator C. ad l. Falc. Pariſijs inſuper pronunciatum eſt, fideicommiſſarios hæredes Interdicto tuendos, quaſi poſſeſſores, ab vulgato Francorum ſcroamate, *le mort ſaiſiſt le vif.* Decreto Senatus 16. Calend. Iunias An. 1561. aduerſus Onofrium Hyſpanum de inſigni prędio *de Montiſpan*. A quo longè diſſident ſuprema aliarum Curiarũ Iudicia, quæ refert Boërius, Deciſ. Burdigalenſi. 156. Expende tamen obiter, prouinciolas, quæ Iure ſcripto regi ſolitæ ſint, haud ideo priſtinos mutare mores ac leges, quòd ab vno in alterius Senatus territorium

Oratio Auctoris in aulico Regis Conſilio die 5. Decembr. 1578. *pour les Habitans des Chaſtellenies, leſquelles comme membres du Comté de la Marche, en la baſſe Marche, furent attirées au Parlement de Paris par diuerſes Patentes, & depuis au Parlemẽt de Bordeaux, Mais en*

Digitized by Google

torium transferantur. Verbi causa, Regiæ Castellaniæ *de Belac, Rainton, & Champagnac* responderunt antea ciuitati Lemouicen., indeque Burdigalensi gradatim, in supremo iuris experiundi ordine. Quo tempore, Vicani eorum locorum scriptas tantùm Leges custodiebant. Postmodùm Oppidula hæc cesserunt in summum Lutetianæ Curiæ iuridicum imperium. Qua de re Nos copiosè egimus in sanctiori Principis Auditorio Nonis Decemb. 1578. pro Oppidanis illis, aduersus regios Lemouicum Magistratus, qui superiorem sibi in illos potestatem iuridicam asserebant. Nihilo secius talis superiorum Tribunalium variatio nullam peperit Legum mutationem inter Habitatores regiarum trium Castellaniarum, quo minùs assueta Romanorum Iura retinerent. Quisquis enim maiori Foro, vel euocata istuc causæ notione, iudicat, sequi tenetur easdem patrias Leges ac mores, queîs prior Iudex, cuius vices adimpleat, obstringeretur. l. cùm apud Sempronium. D. iudic. fol. Innoc. ad cap. Raynutius De Testam. Ioh. Andr. in addit. ad Specul. De appellat. §. nunc tractemus Bald. & Castrensis in l. Minimè. Cod. De appell. Vnde Venetus Dux, qui lites decidit prouocatorias à Patauini Iuridici Sententia, prædiariis istius Legibus alligatur. Cepola teste Veronensi, in Tract. De interpretat. Leg. extensiua. Parem Delphinates iudiciorum normam custodiunt in supremis suis apud Gratianopolim Decretis. Vt duo viciſſim Delphinatum Senatores affirmant, Vido Papius, Decis. 237. ac Francis. Marcus, Decis. 917. Part. 1. Hæc vtique de ciuicis litigatorum Moribus ac institutis: Ecquid de Romana quadam Lege, perpetuo Edicto abrogata? Puta, Aquitanæ matres, liberorum hæredes legitimæ feruntur apud Populares suos; nequicquam obstante Principali Sanctione, perlata An. 1567. Tertylliani S.C. derogatoria. Quæro, nûm Prætoriani Consiliarij, qui ab Aquitanico Senatu ad se translatam decidunt huiusmodi controuersiam hæreditatis, eam matri addicent Ritu Patrio, ex Quiritum Legibus sumpto, an propinquis, contrà, transuersim venientibus, ex lacta Principis Constitutione? Mea quidem sententia, potior videretur huius Edicti ratio ac obseruatio, quàm Municipalis Vsus Edicto contrarij, eundem nominatim expungenti: quùm Imperatoria Præcepta, quæ in omnes vniuersim edita sint, vbique expediat obseruari indiscriminatim. Vlpiani leg. Prætor ait §. 5. ff. De sepul. viol. Sic in viduas secundò nubentes Edictum Regium, quod Municipiorum Iura aliquatenus infringit, à Municipibus vbiuis custoditur. Nihilò minùs audio, Prętoriani Consilij PATRES, qui suum in Forum traductas ex Aquitania lites definiunt, matribus filiorum hæreditatem adiudicare pro More illo prouinciali, non verò agnatis, ex Lege Regia talem Morem abolente.

Mars 1572. le Roy sur les oppositions des Officiers de Limoges à l'union faicte de ces trois Chastellenies au siege royal de la basse Marche estably au Dorat, a ordonné par Edict, qu'il y auroit deux sieges royaux en la basse Marche, le Dorat & Belac.

Postremo autè Edicto An. 159. diei 25. Ianuar Publicato in Curia Paris. 23. Feb. seq omnes hæ Castellaniæ sortiuntur totũ supremum Parisiense.

Alexander in Consil. 64. vol. 6 tractat an delegatus sequi debeat consuetudinẽ delegantis, an propriã vel litigantium. *Qui distingue* inter ordinatoria iudiciorum & decitoria Ioh. Andr. in Rubr. De Consuet.

Si iudex causæ appellationis habet iudicare ex actis præteritis de quibus queritur, tunc debet sequi consuetudinem loci principalis causæ, vt notat glos. in Canlicet canon. De elect. in 6 Sed si agitur de actis futur. si in loco vbi agitatur causa appellationis, tunc quoad ea inspicitur consuetudo & statutum loci causæ appellationis l. 3. in fin. ff. de testib.

Arrest du Parlement de Bordeaux du 18. Aouſt 1597. sur la requeste de Damoiselle Elisabeth de Furgon heritiere de feu Iacques Daguſſeau son fils, à present femme de Louys Bretonneau Escuyer, auec les conclusions du Procureur general du Roy sur ladite requeste, par lequel Arrest ladicte Cour declare que l'Edict des meres fait en May 1567 n'a esté verifié audict Parlement ne iusques icy gardé, usité, ne observé. C'estoit de de l'Isle d'Oleron ressort de Xaintes pays de droict escript, où la mere auoit succedé aux propres paternels de son fils.

3.

De communibus Patriæ Conſuetudinariæ Moribus Vſibuſque.

DICTVM eſt de priſcis Gallicarum inſtitutis Regionum, quæ alioquin Iura Quiritum obſeruant. Nunc quid interalias Prouincias conueniat generatim, quæ Municipalibus parent conſtitutionibus, eſt explorandum. Bonorum ſocietas inter coniuges patet latiſſimè per Francica huiuſmodi Municipia: Demptis Normanis, Rhemenſibus, Aruernis, Burdegalenſibus, ac ſuperioris Marchiæ ciuibus, quorum Mores ſcripti haud planè norunt talem opum communicationem. Sicuti nec Ambiani municipes Præfecturæ minoris *de Beauqueſne*, in rebus clientelaribus à marito quæſitis. §. 13. Conſuet. Ambianorum particularis eiuſce Præpoſituræ. Hinc temperanda aliquantulùm Fabri opinio, ſentientis, Moribus inductum eſſe per Gallias indiſtinctè bonorum conſortium inter virum & vxorem. Ad Iuſtiniani Nouellam In donatione C. de ſecund. nupt. & ad l. de fideicommiſſo C. De tranſact. Retractum deinde linearem prædiorum ſanxêre omnes Municipiorum Leges. Vt ait Fab. in l. dudum C. De contrah. empt. Et in §. ſi plures Inſtit. De legit. agnat. ſucceſs. lapſus tamen in eo, mea quidem ſententia, quòd tale ius redhibitorium tota receptum Gallia exiſtimarit. Compertum eſt enim, gentilitiæ fundorum redemptioni locum non eſſe in finibus Caſtellariæ Iuriſdictionis Yſſoduni Biturigum oppidi (§. 30. Tit. De retractu, Bituricæ Conſuet.) nec in Francicis partibus Romanæ legi obnoxiis: Patronali etiam redhibitioni perrarò, in iis ſaltem prouinciolis Iuris ſcripti, quæ Pariſienſem Curiam agnoſcunt ſuperiorem. Cæterùm Delphinatibus vſitatum hunc Dominicæ redemptionis morem, tradit Vido Papius, Gratianopol. Deciſ. 92. 411. & 508. ex Longobardo vſu feudorum, in §. porrò Qualiter olim feud. alien. pot. Imò & Brannouices Delphinatium, vendita à propinquis reuocant in familiam iure ſanguinis & agnationis. Deciſ. Delphin. 257. apud eundem Auctorem. Inſuper animaduertendum, minori annis legitimis negari omnino reſtitutionem in integrum aduerſus annalem vſucapionem gentilitiæ condictionis, quæ propinquitatis iure competebat ad diſtractum prædium recuperandum. Contra Gregorij 9. Epiſtolam decretalem Conſtitutus De reſtit. in integ. vbi de agnatitio Retractu, pro moribus municipij Pariſien. Receptum eſt itidem in *Conſuetudinariis* regionibus, Iudicem, à quo prouocatum ſit, nudè citari, appellaríque defunctoriè: In Iuridiciali autem prouincia aſſuetum, eundem diſtrictè (forenſi vocabulo) *intimari*. Lib. Styli Parlamentaris. Porrò iiſdem in municipiis cuilibet appellationi defertur in Foro profano. Glo. in cap. 1. §. quódque De friuol. appel. In Prag. ſanct. ver. iniuſtè. Exceptis litibus vindiciarum Sacerdotalium, fiduciariiſque aliis, ac ſummam 25. libellarum Turon. non excedentibus, iuxta Regias Conſtitutiones. Vſuvenit rurſus cunctis ferme Regiunculis, quæ patrios Ritus

1.

In Aruernia locis nonnullis coniugalem bonorum ſocietatem ſeruari teſtatur Maſuerius Aruernus in ſua Praxi Tit. De Societate §. 1. Quam tamen poſtea ſcripto redacta Aruerniæ Conſuetudo non introducit, aut retinet nominatim.

Retraict lignagier, en pays coutumier.

Imo & Pariſ. Arreſto die 6. Iul. 1596. in magna Camera abſolutus fuit Claud. *Dorſonne* à Retractu lineari petito à Lud. Herpino appellâte ab Yſſoduni Iudice prætextu generalis Edicti Notificationis contractum. An 1581. quod tamen ſpeciales Conſuet. non abrogauit. Dn *Loüet* litis relatore.

Brannouices, Brianſonii regio, in Delphinatu.

Recredentiæ beneficiales, ſeu prouiſionales, aliæ adiudicatæ, ſunt prouocationi ad ſuperiorem obnoxiæ, ſed exequêdæ interim appellatione pendente.

zed by Googl

Ritus obſeruant, vt nobilis impuberum cuſtos alieno ære ipſos liberet, ceu fructuarius tutor. Ibidem præterea, vulgò prorogatur tacitè cœnobialis bonorum ſocietas inter coniugum ſuperſtitem, & hæredem præmortui, ob neglectam communium rerum deſcriptionem. Sparſim, ad hæc, *Conſuetudinarij* ciues probant nuptialia filiarum pacta, repudiantium futuras parentis vtriuſque hæreditates. Quod Cæſareo Iure neutiquam reciperetur. l. pactum quod dotali. Cod. de Collat. Sic Mores plerſque vetant, liberorum alteri quid donari præceptione quadam, nec in alios collationi obnoxia. Cui tamen prærogationi eximiæ ſuffragatur Iuſtinianea ſanctio, Authent. ex teſtamento Cod. De collat. Subdo his, quæſtus rerum ſoli ab hærediis longè ſeceri in Patria Morum : Vt de vniuerſis illis decernat quiſque pro arbitratu: De his, cótrà, nec præter modum ciuica Lege præſtitutum. Diſſimiliter in Patria Iuris, quod bonorum ſummam indiſcriminatim libero domini arbitrio relinquit, ſalua liberis iuſta Naturæ portione.

Bail & Gardenoble.

Continuation de Communauté.

2. PARENTES, ad hæc, liberis paſſim ſuccedunt in mouentia & acquiſita Gallicis in finibus qui prouinciali lege obligantur: ſed de patrimoniis, ſecus. Apud Maſuerium §. item de conſuetudine Tit. De ſucceſs. & vltim. volunt. Nepos, econtrà, auitam cernere hæreditatem poteſt regulariter, iuſta quadam præmortui patris repræſentatione. De laterali autem in bona ſucceſſione, non item: quùm eo caſu probatum non ſit vbique Ius patrum repræſentandorum ad hæreditates capeſſendas. In hoc tamen ſucceſſionum genere, quæ ex tranſuerſo limite obueniunt, paterna ad paternos deuoluuntur conſanguineos, materna ad maternos, communi fermè Gallicarum Conſuet. Præſcripto, aut ciuili vſu Municipum confuſis teſtimoniis explanando. A tranſuerſaria dehinc hæreditate excludunt vtrinque coniuncti reliquos Iuſtinianea lege, qui vna tantum linea defunctum contingant. Authen. Itaque Commun. de ſucceſs. At moribus Gentis noſtræ omnes vocantur ad hæreditarium bonorum aſſem, quæ eo ex ſtipite, quo mortuum attigerant, profecta oſtendantur. Vt eſt apud Maſuerium §. Item quamuis Tit. De ſucceſs. & vlt. volunt. Chaſſeneum, Reſponſo. 32. Molineum, in Notis ad §. 155. Bleſenſium, & 94. Angoliſmen. Legum. Vbi hic appoſitè ciet Areſtum Curiæ inter Magnates *de Mareuil*, prolatum poſtridie Nonas Sextiles An. 1543. Vulgare pariter in *Conſuetudinariis* regionibus Plebiſcitum eſt, Redemptionalia patrono deberi, ſtatim ac directa nedum lateralis, obtigerit nuptæ fœminæ hæreditas, vel ex qua die filia in manum viri conuenerit. Faber ad §. fuerat Inſtit. De Action. Huic vicinum axioma in talibus tritum Prouinciis, maritos, liberos eſſe arbitros & moderatores rerum cum vxoribus communium. Boërius in Commentar. ad Bituricen. Conſuet. §. 2. Tit. De Conſuet. matrim. & doarij. Vt ſileam iſtîc, quod à Fabro ſcriptum eſt, vniuerſa Gallia licitam eſſe marito quæſtuum ſoli diſpoſitionem & alienationem. In Proœm. Inſtit. ad verb. Iuſtinianus. Verſ. *& hæc faciunt pro Conſuet. & ita ſeruatur generaliter in* Regno

Senatus Placitum die 6. Auguſti 1543. bini vinculi prærogatiuam ad hæredia non ſpectare, ſed ad mouentia tantùm, & quæſtus immobiles.

Redemptionalia, ſeu Releuia & rachatus feudales.

Digitized by Google

Franciæ. Adde, quòd plusculorum regionum Moribus bona se mouentia nobilium coniugum superstiti addicuntur. Deinceps Iure Romano, quem penituerat cessisse bonis, poterat defendendo se consequi, ne eius latifundia vænirent. Auct. Paulo I. C. l. 5. De cess. bon. At nostrate vsu Francico, ademptum est hoc cedendi bonis pœnitentiæ remedium. Masuer. §. item debitor Tit. De obligat. & renunciat. In plusculis Municipiis, constat, viuos sua omnia libere donare, testantes, eorum non nisi trientem, aut quincuncem: In Iuridiciali regione, non ita. Ex Fabro in §. 1. Instit. De lege Fus. Canin. toll. Nam in Patria legum Municipalium, testamentariæ tabellæ nudam vim obtinent codicillorum, in Arctúmque concluditur testantis potestas, quam laxiùs diffusam liberiorémque Romani fanxerant. Vsqueadeo, vt quod isti dicebant, causæ intestati locum fore ita demum si causa testati cessasset, nos verterimus in vsum contrarium. Nec enim priùs *Consuetudinariis* nostratibus rata firmáque est testatorum voluntas, quàm si patria Lex scripta ei non repugnarit. Præterea verbis Fabri, *de Iure communi Consuetudinario debent subiecti subsidium domino pro filia maritanda*, ad §. æquè Instit. De Action. Quale æris subsidium, pro More taxandum est seruientis fundi Andegaui, non autem Turonici dominantis, quùm de onere illi imponendo agatur. Secus in Honorario iure adeundi patroni, dandæque ei clientelaris fidei in Dominico suo. Molin. ad §. 7. priscæ Consuet. Paris. (Num. 37.) & §. 224. Viromanduæ. Denique huius ætatis Triumviri *Consuetudinarij* attexunt vniuersim Prouincialibus moribus, quos regionatim emendant, commentitia quædam Iura, optima illa quidem, sed nondum antea patrio vsu recepta. Quale istud, supremas tabulas testatori legendas esse ac relegendas, addendámque iis clausulam hanc, alieno nullo suggestu factum testamentum: Art. 268. Picton. Consuet. quem ad amussim obseruari præcepit Curia Parisien. quæ apud Turonas ius dicebat, suúmque Decretum, Pictonicis tribunalibus propalam recitari. Idibus Iunüs An. 1592. Ex vulgatis Interpretum argumentis, ad leg. 1. ff. De liber. & posthum. Eiusdem speciei est patrum representatio ab Triumviris illis inducta, indultáque filiis fratrum vel sororum cum patruo concurrentibus ad alterius patrui seu auunculi hæreditatem. Nec desunt vniformia alia Selectorum Iudicum præscripta in restituendis Legibus patriis, quæ vel harum lectione satis dignoscuntur.

L'ayde Coustumier en Touraine, est le Quint du reuenu du Fief en Anjou, le doublement du deuoir annuel nobles seulement.

De his quoque, Nos lib 1. nouæ l. 83. Paris. Tit. 6. Art. 16.

Ch. Thuanus præses, Fayus, & Viola senatores Parisien.

Placitum Curiæ die. 13. Iunij 1592. entre Renée Dinet, femme de Iacq. Brunet demandereße, & François Cherdebeuf defendeur. Enioinct aux Notaires de Poictou, & tous autres de garder precisement la forme testamentaire de la Coustume, & faire mention de Dicté & nómé par le testateur sans suggestion de personne.

4.

De Communibus minorum cum maiori, vicinorúmque Municipiorum consuet.

EXTITIT rursus vniformis pridem complurium Municipiorum Consuetudo, ab vna velut matrice Vrbe pendentium. Huiusmodi est Stamparum regio, Montisfortis, Meduntæ oppidi, quibus in finibus vsi sunt Municipes ciuili Parisiorum Lege, vt plurimùm: donec 1.

Stampæ, olim simplex Castellania, sub Præfectura Parisien. sed inde distracta & diuulsa est erectione Stam-

Digitized by Google

nec Regiis mandatis coacti ſingularum Ciuitatum ordines proprium ſibi Ius ſtatuêre, auſpicibus Triumviris Conſuetudinum datis à Principe. Septemb. Menſ. & Octob. an. 1556. Illud planè Senatui probatum eſt, quùm liberi quidem ſibi vendicaſſent paterni ſemiſſem patrimonij, quod in Meduntenſi territorio ſitum, emptionibus ab extraneo tenebatur. Differebant enim illi, hæredium patris dimidium filiis competere iure dominij (vt matri vſumfructum) donatione propter nuptias, Pariſien. Moribus introducta. Meduntenſes autem, Pariſiorum Ritu patrio regi conſuêſſe, antequam in literas referretur Meduntenſis Conſuetudo. Fundos itaque liberis adſignatos iure * τῆς ἀπαφερνῆς, alienari poſtea à patre non debuiſſe. Tandem ſecundùm liberos pronuntiatum eſt. S. Conſulto. 7. Kal. Mart. an. 1571. inter Vilhelmum Ricardum, Ianam *Rouſſeau* cum litis conſortibus, hinc: & Ricardum Michaëlem, alióſque, inde, litigatores. Per hunc ferè modum, Duenſis Comitatus populares, parent Normanicæ, peculiari ſaltem Caletorum in Normania Legi; quòd latiſſimis Neuſtriæ finibus ſepti teneantur: Tametſi iidem reſpondeant tantùm Pontiuenſi præfecturæ in Regij iuris controuerſiis, vel Lutetiano Senatui in cauſis appellationum. Proin Duenſis Comes nuper ſibi aſſeruit in Curia Pariſien. ius cuſtodiæ nobilis tutelæque fructuariæ bonorum Cathar. Borboniæ impuberis ex Conſuet. Normanica: filiæ, contrà, patre Erri co Borbonio diſceptante. Qua de re PATRIBVS viſum eſt ampliùs deliberandum. Idibus Sextilibus an. 1577.

parum in Comitatum, poſtremò Ducatum. Vt refert Molineus in calce ſtampen. Conſuetudinũ.

* Donrij Areſtum die 23. Februar. 1571. Caleti, *le pays de Caux en Normandie.*

Le Comte Deu, cuius populares diſertè adſtricti fuêre generali Neuſtriæ Conſuetudini. Iudicio Reformatorum eiuſdem localium ſaltem Conſuet. teſtantium die 10. Sept. 1586 eo quod Duenſis Comes illorum modò Iuriſdictionẽ declinans, proferre noluiſſet particulares ſuos Vſus & Mores.

Areſtum Die 13. Auguſti an. 1577.

2. PROPTER eaſdem rationes, Itio portu nuper Gallicis armis recuperato, vti cœpêre coloni illuc miſſi Legibus Pariſiorum, quaſi è Francica metropoli ſimul in coloniam deductis. Qui enim primùm Caletenſi præfuit iuriſdictioni Perierus, Lutetianam Conſuetudinem amplexus eſt in ferendis Sententiis litibúſque dirimendis. Enimuerò ipſius ſucceſſor Royſbuſius iudicia exercuit ſecundùm leges Romanorum. Poſtremus autem omnium Iacomerus iudex ſeruandos propoſuit Caletenſibus incolis Bononiæ Belgicæ mores, orę Geſſoriaco littori finitimæ. Sic Guyneſij Comitatus ciues, qui in Francicam ditionem redacti ſunt vnà cum Caletis oppidanis, vltrò ſe ſubiecerunt vicinorum Moribus Ambianorum. Septembri Menſ. an. 1567. quo emendata eſt Conſuetudo Ambianæ prouinciæ. Nam ſolenni actorum ibidem Renunciatione ſic habetur; *Comparurent les Eſcheuins & tout le tiers Eſtat de la ville d'Ardres, & de la Comté de Guynes par M. Iean du Rieux.* Vero quidem ſimile eſt, maritimam iſtam Galliæ oram ſuis Legibus permiſſam fuiſſe in ſpeciem ab Anglo victore, an. 1347. Vt innuit Froſſartes, Annalium Volum. 1. cap. 147. Iuxta ea, quæ Troius Æneas Italis pollicetur,

Calais.

Guynes.

Sermonem Auſonij patrium moréſque tenebunt:
Vtque eſt, nomen erit, commiſti corpore tantùm
Subſident Teucri, morem ritúſque ſacrorum
Adiiciam, faciámque omnes vno ore Latinos.

Ex. 12. Æneid.

Froſſartus de eo ſic loquitur. *Puis les Anglois firent partir toutes manieres de gens, & ne retindrent qu'vn Preſtre, & deux anciens hommes bons coutumiers des loix & des ordonnances de Calais, & fut pour enſeigner les heritages.*

AT postquam Angli regis iussu, pulsis Caletis ciuibus, eò commigrarunt noui ex Anglia incolæ, hi cum animis imperióque Leges simul Anglicas retinuerunt. Ita Karolus Magn., subactis bello Saxonibus, inde transtulit decem hominum millia, ex iis qui ripam vtrámque Albis fluminis incolebant, & huc atque illuc per Galliam, ac Germaniam, cum vxoribus & liberis, distribuit. Ex Einharto Magni Scriba. Anglicas porro illas Constitutiones, quas nouæ Coloniæ Itium in portum deductæ præscripserunt Angli, non modò hi antepositêre Iuri S. P. Q. R. sed Libro quoque edito testatum posteris reliquerunt, suas eaſdem Lege communi iustiores, politioresque sibi videri Anglico nimirum Codice, & Dialogo, quæ extat, Edvvardi VValliæ principis, cum Anglico Iuris Præfecto: qui Patria exacti Britannico ciuili bello, latebant in Ambarro Galliæ Ducatu, vnà cùm Margareta Angliæ Augusta, matre Edvvardi. Hæc enim Errici. 6. Regis vxor coacta fuerat, domesticis Britanniæ Insulæ factionibus cedere, ac Regno profuga, maturè se cum filio receperat in paternæ ditionis fundum Barroducanum. Quippe qui à Renato patre teneretur, Andium & Ambarrorum regulo, Siciliæ & Hierosolymorum rege. Prædicta autem Dialogus, quæ typis excusa est Anglico idiomate: legitur hac Tituli præscriptione, *Forteſcue in commendation ofthe lavves of Englande, &c.* Atque adeo Tractatus voluitur de Legibus & Consuetudinibus regni Angliæ, Errico 2. rege, cópositus, Anglici tum Anuli Scriniíque Magistro Ranulpho Glanuilla, quem nos *Cancellarium* vocamus. Pari modo apud Succos citare Romanas leges, capitale est: quibus nempe suppetant patriæ Constitutiones Sueticæ. Has Martin. Hecingus, qui fuit Regi Suetiæ à secretis, nostra tempestate Latinè vertit. Sed, vt ad rem, æquum videbatur, recepta de Anglis hostibus Gallica illa oppida subiici Francicis vicinarum Ciuitatum moribus ac Institutis: Ast Principi placuit demum Errico.3., Municipales scribi Leges nominatim limitaneæ huic Prouinciolæ Caletensi. Diplomate 11. Kal. Apriles an. 1583. quod Barn. Brissonius in Senatu Præses, & Anton. Iacomerus, Iudex prouincialis executi sunt, dictatis ciuicis Legibus, ex comitiali Ordinum Pop. sententia. 13. Kal. Maias subsequentes.

Isthæc, regnante in Gallia Ludouico 11.

Patentes Literæ die 22. Mart. 1583. de redigenda scriptis Caletensium Consuetudine per hos duos à Rege huic muneri delegatos, qui rem peregerunt Die. 19. April. seq FáqueCōsuetudo relata est in Acta Curiæ summæ. Die 20. Iulij Eod. an.

PONTIFICIO vtique Rescripto cauetur, eo Iure nos obstringi, si proprium desit, quo proximi Municipes teneantur. Cap. super eo De cens. Quibus autem peculiaris scripta est Consuetudo, vicinam non sequuntur, vel in facti etiam specie Moribus suis intacta & inexcussa: sed Forenses illi controuersias finiunt Iure Romano. Quod & in Feudis vsurpatum prodit Obertus Ortensius, qui Mediolanenses Vsus, de Beneficiis, publicæ memoriæ consignauit. Lites enim iudicio decidisse se profitetur vel Quiritum legibus, vel Longobardorum, aut Regni Consuetudine. Romana quidem Iura non eoúsque vires suas proferre, vt vsum vincant aut mores: Strenuum autem Legisperitum, sicuti casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, 3.

Lex Pontificia consuetudinē proximarum Ciuitatum in re dubia locum habere sanxit.

Illorum temporum hæc fuit ratio, vt in Romandiola, id est, exarchatu Rauennę, Iustinianeæ leges valerēt. In Lombardia autem, ipsorum Longobardorū Iura & Instituta: quæ tribus Lombardę libris continentur. Vt in Lombard. lib. 2. tit. 41 l penul.

vti

vti posse Iure communi. Tit. De feudi cognitione In Feud. Sic Germanicum Ius partim scripto, partim moribus constitisse, liquet Epistola Friderici. 1. Cæs. & German. Episcop. ad Pontificem Adrianum 4. apud Othonem Frisingensem. *Duo sunt*, inquiunt, *quibus nostrum regi oportet Imperium, Leges sanctæ Imperatorum, & Vsus bonus prædecessorum & Patrum nostrorum.* Porrò ambiguæ Consuet. vsúsque interpretationem petere solemus à vicina Lege Prouinciali. Vtputà, si scripti extent ciuiles Maiorum ritus, sed in proposita quæstione dubij plane & ancipites: Tunc eorum obscuritas finitimæ Gentis moribus discutietur, diluetur. Innocentij 3. Epistola Cùm olim De Consuet. Gloz. & Doct. in l. ex ea. π. De Postul. Secundùm Augustinum, Lib. de fide Christiana, in Can. catholica 11. Distinct. Can. illa Can. de his. 12. Distinct. Eámque sententiam Francicis tribunalibus vsitatam dicit Boërius in Aquitanica Curia Præses, Decus. Burdegal. 263. Num. 9. Nam id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum sit, & si qua in re defecerit hoc, tunc quod proximum & consequens est: si ne id quidem appareat, tunc Ius quo vrbs Roma vtitur, seruari conuenit. Lib. 2. De Inuent. Auctoris ad Herennium. Lycurgus verò quùm non inuenisset leges Lacedæmoniis latas, Athenienſium vicinorum gubernationem imitatus est, domíque Democratiam instituit Aristocratia temperatam. Vt concinnè refert Isocrates in Panathenaico.

4. SANE in locis quibusdam Galliæ limitaneis nec proprias leges habet populus, nec in vicinarum verba iurat ex professo, sed quodcumque in forum Gallicum lites suas perfert diiudicandas, eius Fori Ius accipit, suásque omnes controuersias eo Iure patitur definiri. Vtpote in Mosonio Franciæ limitæ ditionéque Lotharingis ac Germanis contermina. Huius enim habitatores nulli certæ legi sese addicunt, sed prout adeunt Sedanij oppidi Pragmaticos, aut Victriacæ vrbis, alióſve de rebus suis consulturi, disceptaturíque de suis forensibus causis, ita cuiúsque leges loci, velut circumforanei, amplectuntur. Quin & proximi Mosonio fines terræ Galliæ, Regem iactitant tutelari iure in eos vti potiùs honorario, quàm adstricta puréque regia Legum Morúmve sanciendorum potestate. Sic Vertodunenses, cis Mosam amnem Franciæ terminum, feruntur olim assumpti in regiam tutelam ac patrocinium, salua iis legum libertate iurísque dicundi: Nempe Erricus Aspremontius Vertoduni Episcopus Comésque Philippum Valesium appellauit protectorem Virdunensem, sub annum 1332. Et Liebaldus Cousantius Pontifex Karolum. 6. regem. an 1389. Vt est apud Ricardum VVasburgium, archidiaconum Virdunen. Ecclesiæ, In Belgica Hist. Quale PROTECTIONIS ius fuit Græcis in more positum, Thessalis nimirum, in Illyrico, Asia, Ægypto: apud Halycarnasseum, Lib. 2. Roman. Antiq. Post Varronem, De re rust. Lib. 1. Sed de forensibus Virdunensium controuersiis libera notio est disceptatióque penes Ædiles vrbis, aut superiori ordine, penes profanos

Mouzon, terre souueraine près Sedan, obeit au Roy en ce tiltre, Henry, &c. Roy de France, Seigneur souuerain de Mouzon. Cuius regia Mosonij oppidi priuilegia Nos infra delibauimus, ad cap. 76. Art. 7.

Verdun, dont fut Euesque & Comte, Henry d'Aspremont, & depuis Liebault de Conſance.

Episcopi Comitísque magistratus. Demus enim, Rhenum flumen, antiquissimum fuisse Galliæ limitem, apud Græcos Latinósque geographos, & ad eum vsque fluuium pertinentes Dynastias Theodorico datas à Clodoueo Gallorum rege parente: Concedo item, ciuili bello coactum Caluum fratribus relinquere cum Germania partem Regni trans Mosam lege familiæ herciscundæ. an. 842. Ex Chronico Reginonis, qui illi ætati suppar vixit. Quin & posteriùs icto Fœdere apud Vallemcolorem, in Ambarris, oppidulum, præsentes conuenêre Albertus. 1. Germaniæ Imperator, & Philippus 4. Galliarum Rex de antiquo harum limite præsertim: Quem, consultò decretum est, ad Rhenum amnem denuò reuocari, licet Mosa flumine concludi paulò antea, terminaríque putaretur. an. 1299. Id quod Francic. Annalibus perhibetur. Verùm enimuerò succesíu ætatum limitanea cis Mosam oppida aliquot Gallicum excusêre iugum, & occupanti se dediderunt vel Lotharingo Duci, vel Germanico Cæs., vel etiam liberali se suáque asseruerunt causa manu: Ex quibus tamen supplices nonnulli implorarunt Regiam Francorum opem, fidem, auxilium: haud tanquam subditi vtique, sed vicini Regis armis à potentiorum iniuria prohibendi. Quo in genere vulgò nunc habentur Vertodunenses. Quum igitur regius Prætor Victriacen. causæ cognitionem sibi sumpsisset inter Virdunenses quosdam, Senatus Parisien. qui prouocatus fuit, rescidit acta gestáque à Præfecto Victriacensi. Annum circiter. 1398. Quod ego quidem S. Consultum legi multoties, à Tribunis plebis Virdunen. causæ suæ patronus nuper adscitus oratórque in sanctiori Prætorio aduersus Virdunenses Canonicos. Horum quippe suasu impulsúque legatus Regius apud Vertodunum, cui Regiæ modò Protectionis partes mandatæ erant, iurisdictionem exercuerat serio inter Canonicos hinc, & Decuriones vrbis inde, litigantes. an. 1578. Qua de re questi apud Principem decuriones suggesserunt, liberos populos non idcirco se vicini Regis Iuridico subiecisse imperio, quòd eius olim velut Tutoris Defensoríque præsidio tegi postularint. Sicuti in medio Romanæ Reipub. flore liberi mansérunt fœderatíque nonnulli, nec in Prouinciæ formam redacti, nec aliquid Populo Rom. pensitantes, eius solùm maiestatem comiter conseruabant. Vt indicat Proculeius I. C. l. Non dubito De captiu. & postlim. Iuxta ea, quæ M. Tullius disertissimè, pro Cornel. Balbo. Vnde modestiores Pop. Rom. magistratus non solebant cum fascibus Insignibúsque Magistratuum, quasi imperiosè versari inter socias gentes, fœderatas. Sicuti innuit Tranquillus in Calig. de German. Cæsare. Atque adeo Romanorum hanc fuisse consuetudinem refert C. Iulius Dictator, vt socios atque amicos nó modò sui nil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores vellet esse. Lib. 1. De bell. Gall. Megarenses necnon Græci, in mandandis magistratibus rationem habuêre fœderatorum atque sociorum. Scriptore Aristotele, Polit. lib. 4. cap. 15. Quocirca Nobis dicentibus, Virdunenses petierunt à Rege, suo

vti

Chron. lib 2.

Vauculeur, en Barrois, cui, Charta *Franchisia* data à Galtero *de Ioinuille, sive de Vauculeur*, Maio Mens. an. 1298. à Rege firmata. Nouemb seq. Dein Regi quæsitum permutatione Oppidum, inseparabiliter vnitum fuit coronæ Francicæ, cum anterioribus suis Priuilegiis. *& fut faicte l'vne des Preuostez Royales de Chaumont en Bassigny.* Literis die 4 Iulij 1365. probatis Karolo 6. Maij die 4. 1381. Et Karolo 7. die vlt. Ian. 1435.

Num verò Virdunenses hi, Francigenæ existimentur, ac tegnicolæ, an extranei & albani, nisi particulares impetrent Literas Naturalitatis regestas in Cameram computorum, Lege infrà, cap. 41. artic. 12.

Digitized by Google

vti Vicario apud Vertodunum interdiceret, ne quam posteà Iuridicam præminentiam sibi arrogaret in Virdunenses. Ac de eo certè Regij Optimates censuerunt pleniùs deliberandum. an. 1579. Pari modo, Tullense canonicorum Collegium defendit in Senatu pridem, regiæ *Gardiæ* obtentu minui non debere liberam, quam supremæ Iurisdictionis legúmque censuram exequi consuêrit in Vicanos suæ Castellaniæ *de Bry*. Hutinus enim Rex suæ Tutelæ custodiæque fecit res omnes sacræ Tullensis Ecclesiæ, Augusto scilicet præsidio tuendas tegendásque in posterum. an. 1314. Quam Phil. Longus PROTECTIONEM confirmauit verè pio Diplomate an. 1320. Sed in causa illa, quùm aduocatus Fisci multa opponeret Tullensibus Canonicis pro regia iurisdictione imperióque in fundis omnibus cis Mosam constitutis, PATRES C. rem consilij esse pronuntiarunt. Arresto postridie Idus Ianuar. 1534. Longouallio, Tullensis Sodalitij sacri: & Montholonio, Fisci causidicis. Illo demum forsan tutelaris Patrocinij argumento, professus est dehinc Nonus Karolus, Tullenses Oppidanos Gallicæ ciuilitatis beneficio non egere, acpurè Gallorum instar, priuatæ cuiusque in Gallia hæreditatis cretionem habituros. Rescripto Kalend. Martiis an. sesquimillesimo. 69. quod in Acta regestum fuit Iuridicialis Regiæ Sedis Caluimontanæ, tertio Kal. Septemb. eod. Anno. Hæc verò recensenti venit in mentem vetus contentio Regia cum Duce Lotharingo, priori non absimilis, de sũmo dominatu Clarimontis oppidi limitanei, Regiunculæque Argoniæ cis Mosam, *Clermont en Argonne*. Quam Senatus controuersiam misit in consilium. 17. Kal. Sextiles an. 1538. Capello, regij actoris: & Magistro, Ducis causam orantibus. Ast rem penitiùs intuenti perspicuum fit, eam regionem Gallico imperio verè teneri, perinde ac Cœnobium *de Monstiers en Argonne, le Comté de Beaulieu en Argonne, Monfaulcon en Argonne, Briolle sur Meuze, Raricourt, qui est encores oultre Clermont*. Huius necnon partis opinionem fidémque auget apud me conditio Ambarri Ducatus, Francorum beneficiarij, intra quem latifundia illa certum est contineri. Sed, ne semel actum agamus, cape de eodem hoc argumento S. C. memoria dignum, tali formula. *Cùm dubitaretur de Garda seu custodia Ecclesiæ Belliloci in Argonia, & vtrum dicta Ecclesia esset sita infra terminos Comitatus Campaniæ, & vtrum etiam esset sita in regno Franciæ, & de Regno. Visa informatione facta super iis, visum est Consilio, quòd sit de garda speciali Comitis Campaniæ, & de garda seu custodia generali domini Regis, & quòd sit infra punctos seu terminos Comitatus Campaniæ, & infra terminos Regni Franciæ, & de Regno.* In Parlam. Pentecostes. an. 1287. Ex Regesto Curiæ antiquiss. fol. 21. verſ.

Pays & Comté de Toul, vers Lorraine.

Arrest du priué Conseil du Roy, contradictoire pour le Chapitre de l'Eglise de Toul, contre le Gouuerneur de Toul, estably par le Roy, nommé le sieur de Vannes, de . . . . . en son surnom. Par lequel arrest du 28. Aoust 1598 ledit Chapitre est maintenu en la iustice temporelle, & auctorisé sur tous ses subiects, sur lesquels defences sont faictes audit Gouuerneur, d'entreprendre aucune auctorité, cognoissance, ne iurisdiction: & à ses soldats, de faire aucune leuee, exactions, ne coruees, ne loger en leurs maisons, &c. Toutesfois pour les contrauentions nouuelles audit arrest, de la part dudit Gouuerneur, & ses soldats, y a nouuelle requeste dudit Chapitre au Roy, à la fin de Iuin, 1604.

Literæ declarationis regiæ. Die 1. Mart. 1569. pro Tullensis vrbis Habitatoribus, quòd possint, tanquã Regnicolæ, propinquis mortuis in bona succedere. Registratæ *au Greffe du Bailliage de Chaumont en Bassigny*. Sed volue infrà cap 41. de Albinatus in hos iure Francico.

Il y a eu la Chambre des Comptes, acte de l'an 1564. d'opposition formee par le Procureur du Roy, à l'entherinement d'vne lettres de naturalité obtenues par vn natif de Clermont en Argonne, comme estrãger, soustenant ledit Procureur du Roy, que ceux de Clermont sont naturels subiects du Roy, encores que le Roy n'y leue tailles, ny face aucun exercice de Iustice, ny de suzeraineté.

Symo Claromontis dominus fecit hominium & tradidit dinumeramentum Theobaldo regi Nauarræ comitique Campaniæ: cuius Cartha est in actis Cameræ ratiociniorum Parisien. his verbis. Item, *de tout ce entierement que se tient en franc aleu en quelque lieu que ce soit par deçà la Meuze, &c.* an. 1241. Est quoque Bellusmons in Argonia, cuius Chartam habeo priuilegiorum, Morúmque ciuilium, dictatam à Rhemen. Archiepiscopo Gulielmo, Cardinali Rom. an. 1182. An. 1373. *les Villes, Chasteaux, &c de Clermont en Argonne, Vienne, & Guememene furent mises en la main du Roy, & en print possession Raoulet sire de Bourfault au nom du Roy. Et l'an 1513. y a vn Arrest sur l'appel du Procureur general contre les Officiers de Clermont.*

5.

De communibus consuetudinum derogatoriis Edictis.

DELIBAVIMVS suprà communes primùm Franciæ ciuiles Mo- 1.
res, tum Francicæ Patriæ Iuris, tum *Consuetudinariæ*, vicinarum dein Regionum inuicem, si qui in vna defeciſſet, ex altera Mos veniret supplendus: A vicinis denique, ad finitimos limitaneósque Gallię agros sumus digressi, vt quænam ibi, & quorum Principum auspiciis ductúque colerentur Leges, animo complecteremur. Nunc communia Gallicæ disciplinæ præcepta teneamus, quæ ab Morum ciuilium derogatoriis Edictis Gallia tota æquè seruantur. Municipij enim gentile Ius ac patrium facilè abrogatur Constitutionibus Principum, si vel nominatim id sanxerint ipsi, vel publicam Regni Politiam constituere decreuerint. Nam generaliter concepta sunt Rescripta Principum, & oportet Imperialia Statuta vim suam obtinere, ac in omni loco valere. Inquit Vlpianus lib. 25. ad Edictum Prætoris, cuius Responsum sic interpretantur classici Legum Enarratores, quia Diuus Hadrianus Edicto disertè meminisset Iuris, cui derogabat, Municipalis. Bart. in l. 3. §. quid tamen ff. De Sepul. viol. Alioquin sacrosancta recepti Moris auctoritas Regia lege non tollitur, absque clausula abrogante. Nam Regio nutu mandatisque scribuntur hodie propria Ciuitatum Iura, promulgantur, & in Commentarios Curiæ regesta conduntur. Ex quo, Principi nota esse hæc fateamur necessum est, Regiisque Edictis, ni peculiari de Ritibus patriis mentione habita, non antiquari. Vt docet Pontifex Max. cap. 1. De Constit. In 6. Per specialem enim generali derogatur sanctioni, & posterior lex est ex priori contrahenda. Cuiusmodi quæstionem fusiùs tractat Cynus in l. vlt. Cod. De Testam. Et in l. vlt. C. Quæ sit lon. consuet. Videamus ergo, quę Municipalium morum derogatoriis Edictis per Gallias vniformiter præcipiantur.

Regia Constitutio tempora præstituit omni rescissioni contractus, eamque rę- porariam decennij fecit.

LVDOVICVS 12. rex edixit, contractuum rescissiones peti intra de- 2.
cennium. Constitut. edita an. 1512. §. 46. hac subiecta periodo, *Nonobstant Statuts, Coustumes, ou Vsances quelconques à ce contraires, ausquelles quant à ce auons desrogé & desrogeons.* Nam ante quadriannium sanctis Cenomaniæ Moribus, salua esse iubebatur integri restitutio maioris annis cognitióque Prætoria tricesimum vsque annum, ex quo pacisćens, dolo metuve circumscriptus fuisset, aut venditor etiam, iniquiore pretij rei suæ vilitate. Artic. 447. eius Consuet. repositæ an. 1508. His affine est, quòd semestri spatio præscribitur actioni, mercium nomine minutatim venditarum. cap. 68. Constitut. Ludouici. 12. cóque iure vtimur, Municipum Moribus nequicquam pugnantibus, qui talem actionem ad biennium produxerint. Andeg. Consuet. §. 508. Rursus ab eodem Rege statutum fuit, coram bino saltem teste Pacta conscribi à Tabellionibus, *Nonobstant quelconque Coustume locale contraire, Laquelle auons declarée & declarons nulle & abusiue.* Artic. 66. Regiar. Legum. An. 1499. Cautum est pariter

Isthic Molineus immemor verborũ Regiæ legis, malè sensit, capita Cenomanæ, & Andens. Consuet. quæ rescissoriæ actionis præscriptionem tricenis annis induxerint, nõ abrogari Regia illa Constitutione. In suis annotat. ad §. 432. Andeg. & 447. Cenom. Leg. Nam & iisdem in Municipiis videmus identidem seruari eam Principis legem, non Consuetudinariam.

Edicto

Edicto Principali, vectigalis agri poſſeſſores vrgeri ad ſolarij reditus ſuè agrarij penſitationem ipſius pigneratione fundi, nec regiam manum in prædia inuectam priùs tolli debere, quàm ij trium poſteriorum annorum reliquias penes dominum obſignarint, lite pendente. Subiuncta quoque Edicto clauſula iſta, *Voulans auſſi reigler la diuerſité des Couſtumes, qui eſt en ce regardés Prouinces de noſtre Royaume.* Hæc perlata Lex Nouemb. Menſe 1563. & in Senatu promulgata 10. Kal. Ianuar. Eod. anno. Itaque ſecundùm Legem hanc pronuntiauit Curia Pariſien. contra Boiorum Inſtituta patria, quibus elapſi decennij penſiones vectigalis prædiarij cenſúſve controuerſi, ſunt interim præſtandæ ſuperiori domino à fundi obnoxij poſſeſſore. artic. 101. Borboniæ Conſuet. Sic iudicio deciſum in 2. claſſe Inquiſitionum Curiæ, ſenatore Puteano litem collegis exponente. Annum circiter. 1576.

Edictum *des cenſuels & rentes foncieres.*

Regii Edicti publicatio in Curia Pariſ. Die 13. Decemb. an. 1563.

AD hæc, quæſitum eſt, Normani nèene auctionaria Fundorum Lege regia obligentur, potiùs quàm Municipali ſua priuatáque, de auctione prædiorum. Illis enim peculiaria olim dicta ſunt Haſtarum ſolennia, & præconiorum publicè venalis agri. Ex præſcripto Normanici *Scacarij* diebus Reſurrectioni Dominicæ feſtis An. 1462. quod Neuſtriæ Legum tabulis inſertum fuit. Quùm igitur nobile prædium *de Languetot* palàm addictum eſſet hac formula Rudolpho Bretello à Iudice Caleti, aditur ex appellatione Senatus Normanicus à Ludouica Bazina agri proprietaria, ſimul cum Nic. Voyſino marito. Eius deinde litis cognitione in Pariſien. Curiam reuocata ex Edicto bellorum ciuilium pacificatorio, ita egimus Nos pro appellantibus in Curiæ auditorio Edictali, fundi licitationem, qua de contenditur, ſolennibus Haſtarum minùs inſtructam eſſe, ſancitis Regia Lege An. 1551. Neque huic formularum omiſſioni prætendendum Neuſtriæ vſum ac ritum particularem: Quippe quem tacitè abroget Politica Conſtit. regia, publicámque ſpectans Francici fori diſciplinam. Verbis dehinc ipſius certabam contraria *Statuta* ſic abolentibus, *Nonobſtant quelconques Statuts & Ordonnances à ce contraires.* Nil igitur obeſſe, quòd Rothomagenſis Curia in Molinenſi Edicto probando, decreuerit (ad artic. 49.) patrium, vt antea, licitationum morem obtinere, nec ab aſſuetis Prouinciæ ſolennibus vel pilum quidem oportere diſcedi. Areſto 3. Kal. Septemb. an. 1566. Chauuelinus, econtrà, pro emptore publico defendit, Normanos eo iure hactenus regi ſolitos in Forenſi prædiorum addictione, quod propria ipſis Regionis lex ſtatuerit, non generalis à Rege perlata: Eámque patriarum ſolennitatum obſeruationem Senatui placuiſſe Normanico, Regia lege peteperam refragante. Placito 6. Kal. Iunias an. 1563. inter Vaſſonem *De Grieu*, & Ioh. Vallam litigatores. Curiæ item decreto 10. Kalend. Septemb. 1564. ex prouocatione, quam Nic. *des Mareſts*, à Præfecto Rothomagen. interpoſuerat, contra Mailletum, aduerſarium. PATRES Pariſien. auditam cauſam in plenius deliberandi conſilium reiecerunt. Sexto Idus Auguſti. 1578. In Camera Edicti quam vocant,

Sur l'Edict des Criees.

Iudex Caleti. *du ſiege de Caux en Normandie.* Cuiuſmodi regiuncula proprios ſuos habuit Mores non ſcriptos, præter Normanicos generales. De quibus cõſule Terrienũ Normanici Iuris Interpretem. Hodie verò Neuſtriæ Conſuetudini ſcriptę intexitur Titulus de Hæreditat. *au Bailage de Caux.*

Placitum Curiæ Rothomagen. Die 30. Auguſti 1566.

Areſtum Rothomagenſe Die 27. Maij an. 1563.

Areſtum die 23. Auguſti an. 1564.

Die 8. Auguſti an. 1578.

Digitized by Google

institutа nimirum Regio iussu, vt Hugnotorum lites ab hac Iudicum Classe dirimerentur in Gallicis aliquot prouinciis: Iuxta ea, quæ Pace inter Regem & subditos inita sanciuntur. Septemb. Mense. 1577. De tali autem Iudicum Decuria scribenti occurrit Tranquilli dictum, (Vespasiano Cæsare,) litium seriem vbique maiorem in modum excreuisse, manentibus antiquis intercapedine Iurisdictionis, accedentibus nouis ex conditione tumultúque temporum. Cæsar igitur sorte legit, per quos capta bello restituerentur, quique iudicia Centumviralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent, & ad breuissimum numerum redigerent. Summa quoque Principibus cautio est interea, subditos, iudiciaria causarum disceptatione obiecta propositáque, inuicem committere, nouarum præsertim rerum auidos: vt forensi pristino implicitis minùs restet otij ad statum Regij imperij quietémque ciuilibus factionibus perturbandam. At longè diuersa, nec probanda eorum institutа Regum, apud Aristotelem, qui crimina inter subditos & pericula creare assueuerant, concitare odiis amicos inter se, plebem cum patritiis, & locupletes vicissim, eósque, qui erant in illorum dominatu, fortunis exuere: vt nec præsidium alerent, & quotidianis operis occupato cuiuis non vacaret impetum facere. Testes huius rei citat Philosophus Pyramides Ægypti, statuas quas Cypseli posteri statuerint, Iouis Olympij ædem à Pisistrati posteris factam, & in Samo Polycratis opera. Hęc enim valebant omnia ad negotium & inopiam eorum qui parebant. Multùm etiam poterat tributorum collatio, vt Syracusis, vbi tyranno Dionysio vniuersas opes quinquennij spatio collatas perhibet idem Aristoteles, Polit. lib. 5. cap. 11. Nunc ad *Consuetudinarias* Theses.

Sueton. in Vespasiano.

DISPVTATVM est insuper de Edicto Francico in fœminas se- 4.
cundò nubentes, traheretúrne ad ea Municipia, quæ contrariis Moribus regebantur. Nam sancita Lex est à Principe dudum, viduæ mulieri, quæ nouas inierit nuptias, nihilò plus licere, nouo marito largiri, quàm vni vel ex liberis priore coniugio editis, vel prognatis inde nepotibus. Adiecto eo, vt quod superstes coniunx præmortui liberalitate lucrifecerit, transcribere ipse nequeat secundo viro vel vxori, vtpote liberis seruandum anteriore thoro progenitis, saluo tantùm penes superstitem vsufructu. Ita sancitum Quintili Mense 1560. perscriptúmque in Actis Curiæ Parisien. Nonis Sextilibus eod. anno. Iuxta Leonis Constitutionem Edictalémque legem. 6. Cod. De secun. nupt. Et Gratiani rescriptum, Fœminæ, eod. Tit. Ponamus autem, peculiari aliquo Municipij Iure donationem stare mobilium rerum, acquisitarum, trientísque patrimonialium. Cedò, si vidua mulier tot bonorum largitionem contulerit in alterum virum dotalibus pactis, ex eáne rescindetur quod amplius est, quàm Princeps dare eos sibi inuicem lege permiserit? Audi Legislatorem, *Toutesfois nous n'entendons par ce present Edict, bailler ausdites femmes plus de pouuoir & liberté*

Ble 1. Augusti. 1560. Gratiani, Valentin. & Theodos. rescriptum Fœminæ. De Sec. nupt.

Vetustioni Andium Consuet. vulgatum erat. *Qui tout donne, tout perd.* Sed æquiùs hodie immensa donatio non tota rescinditur, at reducitur ad modum legitimum, resecto superfluo. l. penult. C. de pact. conuent. l. fine generalis. ff. De iur. dot.

berté de donner & diſpoſer de leurs biens, qu'il ne leur loiſt par les Couſtumes des pays: auſquelles par ces preſentes n'eſt deſrogé, entant qu'elles reſtraignent plus auant la liberté deſdites femmes. Proinde in talibus negotiis edixêre PATRES.C., regiam Conſtitutionem in Prouinciis quoque exercendam patriæ Legi obnoxiis,& quæ viro erogaſſet prima vxor, in alteram licitè non transferri nuptiali munere perpetuo, ſed ad meri vſusfructus modum reuocari. Areſto in ſecunda Inquiſitionum Senatus Decuria. 7. Kal. Mart. an. 1577. quùm Bap. Chabotius, petitoris: & Catharina *Viault* Francici Chabotij vidua, rei partibus ea in cauſa functi eſſent. Altero item decreto Ord. Ampliſſ. 16. Kalend. Sextiles an. 1577. ſecundùm Ioh. Ioliuetum curatorem I. *Leuenier* & Magdalen. *Leuenier*, qui prouocarent à regio minore Iuridico vrbis Andegauen. contra Oliuarium *Leuenier*, communem amborum parentem. In hac quidem facti ſpecie non liquebat omnino iudicantibus, ignobiles nécne Andium coniuges mutua ſe donatione poſſent demereri: idque teſtium turba de patrio Vſu probandum interlocuti ſunt: Sed interim S. C. tacito præiudicatum, eam donationem, ſi quando Andegaua lege, firma validáque teſtibus oſtenderetur, puri vſusfructus finibus moderandam, cum onere ſatiſdationis vſurum fruiturum arbitrio boni viri. Quin & iudiciis definitum eſt, Regium iſtud Edictum, quòd in viduas mulieres latum ſit expreſſim, maritis accommodari nuptias repetentibus: Ita certè, vt Edictum ſequentibus modò formam daret negotiis, non quæ Regiam Legem anteceſſiſſent. Solenni Areſto Pentecoſtes an. 1578. Cui nominatim congruit Cæſarea lex, Hac Edictali. cum Iaſonis reſponſo 198. & Decij Conſil. 230. 245. Quibus deciſum fuit, maritum non minùs vtraque lege, (Hac edictali, & Fœminæ) quàm vxorem contineri.

S. Conſultum Die 23. Febr. 1577.

Areſtum die 17. Iulij 1577. *ſur vn appel du iuge de la Preuoſté d'Angiers.*

Huic Edicto cauſam dedit vidua Antonij *du Prat* præfecti vrbi Pariſien. quæ ſecundò nupſit domino Clarimontis de Amboſia, eúmque profuſis bonorum muneribus cumulauit. Quùm igitur Edictũ in fœminas ſcriptum ſit, videbatur, fœmino maſculinũ minimè comprehendi.

S. Conſultũ percelebre, die 10. Maij 1578.

5. DEINCEPS Gallus rex Edicto ſuſtulit non modo S. C. Tertyllianum, ſed priuata etiam Ciuitatum Iura, quæ paternas cunque vel auitas filij poſſeſſiones matri hæreditate detuliſſent Maio Menſ. an. 1567. Nihilo ſeciùs Iudicatum, Conſtitutionem iſtam in Gallicis oris non ſeruari, quæ more aguntur Inſtitutiſque ciuilibus. Quùm autem Lex ſcripta ſit, nil videbatur proponi, cur parem etiam æquitatis rationem diſpar Legis vſus conſequeretur. In Iuridiciali quidem regione cuſtodiri Legem placuit Senatui Pariſien. Areſto inter Lugdunenſes lato, quorum litè Deherus ſenator collegis ſuis nuper exponebat ciuili ritu iudiciorum. Tholoſatibus verò non eſt vſu recepta huiuſmodi Conſtitutio, nec apud Vaſcones, ac Delphinates. Quorum ſcilicet Curiæ ſummæ nondum eam Legem comprobarunt. Sicuti de eo Nos vberiùs lib. 3. Sacræ Polit. foren. Tit. 8. art. 18.

Sed an regium hoc in matres Edictũ extendatur in Patres, dubitatur: Quùm fœminini appellatione regulariter maſculinum non intelligatur. Not. in §. Gallinarũ Inſtit. De rer. diuiſ. Glo. in §. Monaſteriis De regia ad præl. nomin. In Concor Item patria poteſtate in liberos iuréque ſuitatis non vtitur mater, ſecus in patre. At quia eadẽ prorſus Edicti ratio eſt in patre quæ in matre, ne bona vnius familiæ in alienam ſecundis parentum nuptiis transferantur liberis ſuccedentium, ideo Edictum de matre, trahitur ad patrem, ſicuti lex Hac edictali De ſec. nupt. diſponit de marito perinde ac de vxore.

6. REGIA itidem lege Municipalis abrogatur, in iis quæ generalem Regni Politiam reſpiciant. Vtputà, Rhemorum Moribus conceſſum eſt priuato vtique vrbicarum ædium domino, collabentes eas cum ſuis mœnianis reficere, inſtaurare. Artic. 374. Poſtmodùm edixit Princeps, vrbanarum domuum podia penſilia dirui: quibus Ciuitates

Digitized by Google

Illinc non longè diſtat quòd ſcripſit Faberius. ſanctæ quoque res Inſtit. De rer. diuiſ. Barones ſeu Iuſtitiarios non poſſe dare licentiam appodiandi ſuper muros villarum in quibus iuſtitiam obtinent, niſi cum conſilio & aſſenſu Seneſchali vel Bailliui regis.

earúmque viæ publicæ deformabantur. Aurelianenſis Edicti cap. 104. Inde agitatum eſt, vtram in iudiciis legem amplecteremur, Principalémne, an Prouincialem. Quò in negotio nobis fuit apud Conſcriptos Curiæ dicendum pro Rhemenſibus Tribunis plebis prouocantibus à Viromanduo Rhemorum Suppræfecto, in Ioannem *Lebel*, ex aduerſo, litigatorem, cuius Chandonius cauſam egit. In ea ſanè controuerſia nobiſcum ſenſiebat Briſſonius aduocatus fiſci, peculiarem locorum Conſuetudinem publica ac Politica Regis ſanctione obliterari: ſed in facto verſabatur imprimis cauſæ ſtatus, nûm in ciuis huiuſce domo pergulas verè eſſe interpretarentur periti rerum æſtimatores. Itaque negotium PATRES C. ad pleniorem deliberationem reuocarunt. 6. Kal. Decemb. an. 1577. Porrò nil hodie per Gallias vſitatius Teſtamentaria formula ſumpta ex cap. 83. Edicti illius Aurelianen. quo ſubſcribere quiſque ſuis actis iubetur tum publicis, tum priuatis. Inde enim teſtamenta omnia conſcribi decreuit Senatus, teſtatoríſque ac teſtium anulo obſignari: exploſis quæ vel nuncupatione teſtantis, vel teſtibus multis audientibus condita proponerentur de more complurium Regionum.

Ius non in quæſtione, ſed in cauſa poſitum.

Pergula, pars domus, exporrecta, & propendens, eius generis, quas Salientes artifices noſtri appellant. Die 26. Nouemb. 1577.

Nuncupatiua teſtamenta ſine ſcriptis, reiecta. Vt alibi docuimus.

EÓDEM referendum, quod de publica donationum profeſſione πολιτικὰς Reges noſtri ſanxerunt. Nam Montis Argi quidem Conſuetudine donationes minimè indigent Forenſi monumento. §. 8. Tit. De donat. Nec Trecenſi Iure ciuico, §. 134. Borbonienſi. 218. Aruerno 42. De donat. Aurelianenſi. 237. Niuernenſi. 8. De donat. Imò nec Gallicis Municipiis Legum Roman. inoleuerat vſus regerédę in Acta donationis, quę aureos quingentos excederet, ante ſeſquimilleſ. 39. annum. Vtì ab Municipibus ipſis accepimus, doctis antiquíſque Iuriſperitis. Nullus enim tum in Gallia inſtitutus erat Magiſter cenſus, apud quem donationes in teſtatum redigerentur; id præſcribente Lege, ſecundùm Diui Cod. De donat. l. conſulta Diualia C. De Teſtam. At Prouincialia hæc omnia tacitè abrogantur Regiis Conſtitut. editis an. 1539. 1549. & 1566. tametſi nulla his commemoratione facta de patrio ritu Municipiorum. Ita Senatum iudicaſſe refert Molineus ad prouocationem ex Aruerna prouincia, *Dn. Charron* litigante. In Scholiis Aruernæ Conſuet. Tit. De donat. Art. 41. Quin & piam in fundationem ſacri Sacelli donatum prædium licet donatori ad ſe quandòlibet reuocare, ante publicatam forenſibus Regeſtis donationem. Vt ſolenni purpura pronuntiatum fuit ab Harleyo Curiæ Protopræſide ex Iuridica Andium Præfectura, Diebus Chriſti Natalitiis, ſeu 10. Kalend. Ianuar. an. 1598. Quùm Ianùs *Gallichon* abuſus ergò Senatum prouocaſſet à Pontificia Bulla, fundationis illius probatrice: contra Florentem Lochetellum, Sacelli noui ſacerdotem, qui ex aduerſo conflictabatur. Inſubrum rurſus Conſtitutione, irrita bonorum largitas eſt, niſi propalam euulgata, Forenſéque in Tabularium regeſta appareat. Ex Ioh. Petri Surdi Mantuana Deciſ. 214. Enimuero apud Belgas illos, quibus imperat rex Hiſpaniarum, dona-

7.

In donatione facta naſcituris, vel pupillis, locus eſt reſtitutioni in integrũ contra defectũ inſinuationis *du don*: Areſto Curiæ *au Roolle d'Amiens* die 9. Ianuar. an. 1576. *plaidãs Chanuelin pour les donataires, & Marion, contre.*

Edicta tria Inſinuationis donationum.

Curiæ Placitum die 23. Decemb. 1598. *pour la reuocation d'vn don de fondation, accepté ſeulement par le Notaire, non encores inſinué, ne fulminé.*

Mediolanenſe Statutum.

Digitized by Google

tio non eget actorum confectione obseruationéque monumentorum: Quo verbo Romani Cæss. significarunt eam, quam crebris vsurpamus sermonibus, insinuationem testationémque publicam donationum. Nam Mechlinienſi Flandriæ Sententia vltima obtinuit Hugo Bournellus, cíque adiudicata sunt quæ viuus dederat Lud. Bournellus Ambianotum prætor, latifundia sita in Comitatu Fani Paulini. Neuter certé contrahentium donationem hanc professus fuerat apud Actuarium: Nec eò seciùs victa est iudicio domina *Dorbec*, cui donatoris hæreditas lege obtigerat ab transuersa propinquitatis linea. Decreto, 9. Cal. Octob. 1564.

Arestũ Machlinienſis Senatus Flandr. sl in Brabantia Die 23. Septemb. an. 1564. quo confirmata est Atrebatum iudicum de donatione fundi *de Mouſthy & Faſques* Sententia dicta Die 20. Mart. an. 1560.

8. In summa, quàmlibet variis Moribus inuicem discretæ sint Galliæ regiones singulæ, illorum nonnunquam derogatoriis Edictis conciliantur vniuersę, & perefficacium vbique Regiarum legum similitudine sociantur. Antiquus Franciæ praxiarcha literis prodidit, *que les perſon ſon ſi diuerſes, con ne porroit pas trouer el Royaume de France 2. Chaſtelleries, qui de tos cas vſaſſent d'vne meſme Coſtume*, In Lib. Philippi *de Biamanoir*, Claromonti Bellouacorum quondam Præfecti, hac epigraphe, *Chi comenche li Liures des Coſtumes & des Vſages de Biauuoizis, ſelon che que il couroit, ou tans que chis Liures fu fais, en lan del Incarnation notre Seigneur*, 1283. Ast sensim magistro rerum vsu edocti Principes aulicíque Optimates mutandum putarunt nonnihil ex rigidis & inconditis priscorum Municipum Institutis: politiori vitæ habitu cultúque subditis omnibus pro rerum ac temporum conditione proposito. Faciliùs verò Consuetudines abolentur contrariis Regum Edictis, si quid illæ sanxerint è Rom. Iure transl: tum ac repetitum: Vt ait Ioh. Andr. in cap. vn. De cler. coniug. In 6. verſ. volumus. Geminianus ad cap. 1. de Constit. eod. lib. Rursus specialiter scripta lex Regia tollit Prouincialem: generalis, non æquè. cap. cùm Martinus Ferrar. De Constit. In Antiq. Vnde Sodales Templi, nouo à se *Statuto* condito, censentur diuersæ Consuetudini derogasse. Quò pertinent dictata è Bartolo, in Extrauag. Ad reprimendam. Geminian. in d. cap. 1. Quòd si Princeps Edicto abrogatum velit Municipale Ius contrarium, quæro, particularissne sit huius habenda mentio, an generalis sufficiat derogatoria clausula, *Nonobstant*, &c. Specialem exigere videtur Bonifacianum rescriptum. 1. De Constit. cap. 2. De Præb. in 6. & Clem. 2. De off. ordin. Generalis verò satis superque efficax creditur Lapo, ac Geminiano, in præd. cap. 1. Et ita vtimur.

Ce Debiaumanoir eſtoit Bailliu de Clermont, vt ipse ait cap. 30. & 50. Claromont. Cõsuet.

Cõmuniter Edictis Regiis Consuetudini locorum contrariis sufficit clausula hæc generalis derõgans, *Nonobſtantes quibuſcunque Conſtitutionibus & Vſagiis à ces contraires.*

6.

Vnde pendeat vis Conſuet. & de communi ſcripturarum Conſuet. huius Parlam. repoſitorio.

1. Nvllı planè secundùm Regem licet patrios locorum Mores conuellere, aut contra eorum scita præscriptaque quicquam etiam decernere iure Magistratus. Sicuti vetusta Gallorũ lege continetur, in hanc phrasin, *Iugement appert contre la Coſtume del Pais, ne doit len ne fauſer ne payer: Mais ie lo, que cil contre cui tel iugement ſont rendu, quil die, ie ne reçoy ne ne maſent à tel iugement, qui eſt contre coſtume comune del pais.*

Vetustiss. Liber Frãcicarum Legum manuscriptus annos ante vel circiter quadringentos.

Digitized by Google

Et voiſt au Roy, à cui les comunes coſtumes del pais ſont à guarder, & à fere tenir, qui la coſtume li fera tenir, & deura parmi le iugement qui fu fez contre la Coſtume aueuques lamande que li iugeeur feront au Roi. In Gallico Volum. cui Titulus præfigitur, *Ciſt Liures eſt appellez li Liures la reigne & enſeignedroit à fere & Iuſtice à tenir treſeſpeciaument.* Quantò firmior adhuc hodie Conſuetudinum auctoritas fideſque, ſcriptarum publicis Prouinciæ ſuffragiis? Idipſum palàm arguit ſolennis Renunciatio actorum in Municipali quaque Lege reformanda, quæ & Libello *Conſuetudinario* attexitur. Hinc rectè ſentiunt, qui dicunt talem actorum Renunciationem, quæ contextui Legis patriæ ſubſcribitur, ipſius Animam eſſe Legis: qua nimirum ſtat fides, vis auctoritáſque Prouincialis ritus emendati. Ob id Senatus inter Lodunenſes litigatores non antè pronuntiat ſecundùm eius loci Mores ſcriptos, quàm partes in ipſos conſenſerint ambæ, eáque ex lege iudicatum facturas ſe receperint. Nam Princeps quidem Diplomate auctor fuit Karolo *De Motha* regij Prætorij conſiliario, reſtituendi Iuliodunenſem Conſuetudinem 10. Kal. Februar. an. 1517. Fuítque à delegato Senatore correcta Kal. Sextilib. poſtero Anno. Sed qua nulla extat Actorum ab ipſo renunciatio in Codice Lodunenſis Conſuet. nec ipſa etiam Conſuetudo regeſta in commentarios Curiæ, ideo nullam ei P. C. adhibendam fidem decreuerunt: niſi priuati litigatores eidem ſubiecerint ſe prius in controuerſiis ſuis diſceptandis. Qualem iudicij formulam ac ſeriem tenuit accuratè Senatus inter Ioh. *de Chourches* dominum *de Malicorne*, & Ianam *de Fay* inuicem contendentes de oppulenta ditione Mothemeſſemeæ in Iuliodunenſi agro. Nam vtraque pars litigantium, Curia interrogante, aſſenſa eſt vltrò ius ſibi dici ſecundùm vulgò digeſtam Iulioduni Conſuetudinem: Vnde ſecutum Areſtum 15. Kal. Maias an. 1564. in 2. claſſe Inquiſitionum Curiæ, cum huius adiectione clauſulæ, ne Decretum iſtud peculiare, neu Iulioduni Mos, de quo nominatim iſtîc conuenerat, traheretur in exemplum ad forenſes aliorum quæſtiones. (De Lodunenſis agri fertilititate adito Froſſartem hiſtoricum. Vol. 1. cap. 270.) Nec vero abſimilis fuit Neuſtriæ Legum praxis in Pariſien. ſummo Trſbunali. Quoties enim Senatui iſti attributa eſt antehac Normanicarum litium cognitio, quæ ſcriptis Neuſtriæ Moribus dirimerentur, interlocuti ſunt PATRES identidem, Conſuetudinis vſum forenſibus Pragmaticãn teſtationibus perſcrutandum. Quippe quæ pauculos modo abhinc annos concinnata ſit Principali mandato, aliarúmque ſolenni ritu, Curiæ ſuæ monumentis inſcripta. Calend. Quintilibus. an. 1583.

Eadem ex cauſa præſertim repoſitum eſt Pictonum, & Antiſſiodorenſe Ius municipale an. 1559. & 1562. quòd Proceſſus verbalis vtriuſque antea ſcriptis mandati deperditus fuiſſet.

Die 13. Ianu. an. 1517. Die 1. Auguſti. an. 1518.

Ludouicus 11. Lodunum vocat Cameram ſuam & priſcorum Regum, Diplomate an. 1481. Quum enim Pictones, & Santones olim priorum dominio tenerentur, Loduno tanquam ſuperioris reſſortus Cameræ regiæ reſpondebant. Placitum Curiæ die. 17. April. 1564. ante Paſcha, *touchant la terre de la Mothemeſſe-may reſpectiuemẽt pretendue par droit d'heredité collaterale de Philippe de Fay.*

Antiquitùs Normanici Scacarij Iudices aſſumebantur è Senatorio Pariſien. Ordine: Hinc & Norman. Cõſuetudinem ferunt quidam Philippi. 6. regis mandato allatam fuiſſe in hunc Senatum, ibique regiſtratam. Sed his non facilè credo.

Die 1. Iulij an. 1583.

VNIVERSE enim propemodùm leges Municipales Gallię quondam referebantur ſigillatim in Acta Lutetiani fori ſupremi: vt ſi de iis ambigeremus, ex eo velut Archetypo ſumeremus Legis cuiúſq; exemplarium fidem. Sicuti Romę in capitolio adſeruabantur Legum Tabulæ, quæ antea ptoſcriptæ pro roſtris exhibebãtur. Quo modo & Iuſtinianus Conſtitutiones quaſdam ſuas pręcepit æneis tabulis inſculptas 2.

pro foribus Templorum edi, tum religiosè recondi in ſacrarium Phani maioris. Nouella. 8. Vt præſides prouinciæ abſque vlla pecuniæ datione mittãtur. Atque id factum fuiſſe videtur exemplo Athenienſium, qui leges ſuas proponebant ἐπὶ τοὺς ἐπωνύμους ἡρῶας. Erant eæ ſtatuæ Heroum, à quibus appellationem ducebant Atticæ Tribus. Ne ſileam obiter, quòd Romanorum quoque fœderum leges cum Latinis de ſcripto proferri iuſſit Seruius Tullius rex, & in ænea columna inſculpi, quæ adhuc tempore Octauij Cæſ. Romæ cernebatur in Dianæ templo. Similiter Pariſien. Curiæ charthophylacium, veriùs Nomophylacium dicendum eſt, quaſi patriæ cuiuſque Legis cuſtodia ac conditorium. Ex quo velut αὐθεντικῷ Inſtrumento depromi ſolet noſtratium Conſuet. fides ac veritas. Senatum quippe hunc Francicis omnibus Municipiis iura dixiſſe olim, vel eo ipſo liquet, quòd ſingulæ etiamdùm Prouinciæ deſcribantur recenſeantúrque ſeriatim in forenſi Cauſarum Volumine, quæ toto anno ſuccurrunt municipatim expediẽdæ à Curia Pariſien. retentis ab ea priſcæ auctoritatis veſtigiis, veterúmque apparatu Iudiciorum haud immutato, vel imminuto.

Rotulus cauſarum cuiuſque Bailliæ ſeu Senechaliæ. Qualẽ deprõpſimus ex veteribus Regeſtis Curiæ Pariſien.

3. SCILICET in primo Cauſarum ordine & Catalogo ſunt appellatoriæ lites è Viromanduorum Præfectura, & Neruiorum: quæ poſtridie Martinaliũ quotannis excutiuntur à Lutetiano Senatu pridie Idus Nouemb. Secundo cauſarum Volumine habentur Ambianorum municipum prouocationes, Bolonienſium, Pontiuentium, quæque ex Inſula oppido, Duacenſi, & Orchiarum vrbibus quondam interponebantur. 4. Idus Decemb. Tertium occupant Syluanectenſis & Valeſia prouinciolæ, Giſortium, cum ciuitate Meduntenſi. 7. Iduum Ianuar. Quartum ſibi vindicant Pariſienſium controuerſiæ, ſeu quæ ex Pariſien. præfectura ad Curiam deuoluuntur. Poſtridie Purificationis Deiparæ virginis. In quinto numerantur Senonenſium litigatorum cauſæ, Antiſſiodorenſium, Meldenſ. & Melodunenſium, cum Diuionenſi Burgundiæ, & Campani Comitatus territorio vniuerſo. Nonis Martiis. Sextum huic ſuccedit Cauſarum Volumen è regia Pictonum Prætura, ſeu vulgò *Senechalia*, Andium, Turonum, Cenomanorum, Lemouicum, & Marchianorum. 7. Idus Aprilis. Septimum Normanis tribuitur totíque Neuſtriæ Ducatui: ex foro nempe Rothomagenſi, Eburouicum, Conſtantienſi, Caleti, & Cadomenſi. 7. Iduum Maiarum. Quo temporis puncto Armorici itidem litigantes iubebãtur apud Acta nomen ſuum profiteri. Hũc excipit octauus forenſium litium Catalogus è *Baillia*, ſeu iuridica Sede Matiſconenſi, Cabilonenſi, Heduorum, & Lugdunenſi. 8. Kal. Iunias. Quibus proxima eſt appellantium Series è Carnutenſi, Aurelíorum, Bleſenſi, Biturigum tribunalibus, fani Petri, & Aruernorum. Poſtridie Nonas Iunias. Decimum gradatim locum tenent Petragoricenſes, Cadurcen. Santonen. Rupellani prouocantes ad Ordinem Clariſſimum, Bigerrones, Aginenſes, cum Aquitaniæ Ducatu latiſſimo. 5. Idus Quin.

Vermandois.

Tornacenſes.

Die. 12. Nouemb. quo Senatus haberi incipit.

Die 10. Decemb.

Die 7. Ianuar.

Die 3. Februar.

Die 7. Mart.

Die 7. April.

Die. 9. Maii. *pour le Roolle de Rouen, Eureux, Couſtances, Caux, & Caen.*

Die 25. Maii *le Roolle de Maſconnois, Chanlon, Auſtun, & Lyon.*

S. Pierre le Monſtier.

Die 6. Iunij.

Bigorrenſes.

Die 11.Iulij. Die 25. Iulij

tiles. Postremo albo adscribuntur Tholosatium appellationes, eque Carcassonnen.Bellicardi,& Ruthenens. Præfecturis. 8. Kal.Sextiles.

Post erecta autem Neustriæ & Britanniæ Parlamenta, recognitæ scriptæque Consuetudines vtriusuis Prouinciæ. An. 1520. & 1583. relatæ duntaxat in Acta eorumdem Prouincialium Senatuum. *S.Seuer.*

Aes,seu Aquenses Vasconum.

NIL mirum igitur, Gallici cuiusuis Municipij Leges,quàm primùm restitutæ sint à Triumviris emendatoribus, in Parisien. Curiæ monumenta perferri. Edicto Karoli. 7. Regis Artic. 125. quem explanauimus, 3. Part. 1. Art. 1. Hinc tamen demito Aquitanas quasdam,Belgicas, & Burgundam prouinciolas, quarum Ciuica Iura nec in commentariis Curiæ huius exscripta sunt;nec ipsius auctoritate vim suam obtinuêre. Extant enim apud Aquitanos Burdigalenses, & Santonum Consuetudines, solenni formula instauratæ à Franc. Belcieroy Burdigalen. Senatus Præside summo. Mense Ianuar. & Februar.An. 1520. tum patrij mores Fani Seueri,Daciorum,Baionensium,& Terræ *Delabourt* in literas redacti à selectis aliquot Magistratibus regiis Maio Mense. An. 1514. Solensis dehinc regiunculæ Leges Principali iussu correxit Ioh. Dibarrola, regius Senator Burdigalensis. 12. Kal. Nouemb.An. 1520. Flandri autem, vt à Francico pridem desciuerunt, PATRVMQ. Parisien. imperio, ita suos Ritus patrios non curarunt eiusdem Senatus actis consignandos.Cui rei argumento sunt. Insulæ oppidi Mores, scriptis mandati,auctore Karolo. 5. Cæsare, Kal. Decemb. An. 1533. Testes pariter Atrebaticæ Leges,Karoli ipsius codicillis reformatæ An. 1543. qui fuit,post primam earum editionem, quartus & tricesimus.In hoc genus conijciuntur ciuiles Ritus Vrbis &Castellaniæ Casselensis,recogniti auspiciis Karoli. 5. Romanorum Augusti. 7. Kal. Iunias An. 1534.Tornacenses Neruiorum,Cæsareo quoque iussu collecti ac descripti postridie Kal. Sextiles An.1552. Taceo Hannonum constitutiones patrias Maximiliani, & Caroli Cæs.vicissim mandatis compositas digestasque An.1483.& Idibus Martiis 1533. Neque hoc loco commemorare opus est Somarobrinæ Instituta vetera, in vnum coacta Volumen nuper concordibus Cameracen. ciuium votis,confirmante Ludou.Barlaymontio Archipræsule, Ducèque Cameracensi, Sacri Imperij Principe, & Comite Cameracensij. 4. Kal. Maias An. 1574. Ecquid deinde attinet forenses Eburonum Leges in medium adducere? latas à Georgio Austriaco Pontifice Dominóque Leodiensi. 5. Kalend. Martias An. 1551. Quas nouarunt vicissim Gerardus *de Groisbeeck*. 5. Nonas Quintiles. 1572. & Ernestus Bauarus an.1582.in eum Pontificatum successores. Nimirum Hannonia illa,Cameracensis,Eburonum prouinciæ Gallicum minùs vnquam agnouerunt dominatum.Burgundicam demum Consuetudiné emẽdarunt Triumviri è Burgundo Senatu (non Lutetiano) D. Fiacr. *De la Renye* præses,Ioh. Vintimilius, & Bega Consiliarij in Curia illa Diuionensi kal. Maias 1570. Principali ex Rescripto Pridie Idus Aprileis eod. Anno.

4.

Les Coustumes du Vicomté de Soule reformées le 21. Octob. 1520.

Die 1. Decemb. *Coustumes de l'Isle, Coustumes d'Artois.*

Les Coustumes de Namur decretées & authorizées par le Roy d'Espagne, Comte, le 27. Sep. 1564.

Coustumes de Cassel. Die 16.Maij 1534.

Coustumes de Tournay & Tournesis reformatæ die 2.Augusti 1552.

Die 15. Mart. 1533.

Les Coustumes du Comté de S. Paul reformees l'an 1566. *par l'authorité du Roy d'Espagne Comte d'Artois: & y a plusieurs articles semblables à l'ancienne inserez à l'ancien Coustumier d'Amiens de l'an* 1507.

Cambray & Cambresis. Die 28. April. 1574.

Ordinationes & Statuta Iudiciaria Patriæ, Ditionis,& Diœcesis Leodiensis. Die 5 Iulij. 1571.

Burgundij ducatus Consuetudo reposita Die 1. Maij 1570. iuxta commissionem regiam Die 12. Aprilis eiusd. Anni Hanc ConsuetudinemCõmentarij illustrauit Claudius *de Rubis* consiliarius regius in Præsidali sede Lugdunensi.

*La cause pourquoy les Coustumes des Principales villes de Brabant & de Flandres, comme celles de Douay &c,n'ont esté redigees ne imprimees, est que le feu Roy d'Espagne & celuy qui regne vouloient mettre que la confiscation de corps emportoit aussi confiscation de biens. Dont leurs privileges & vsance sont au contraire. Ainsi que i'ay apprins des Flamens mesmes,*post Molinei relationem ad §. 12. Artesiensis consuet.*Par ainsi les Iuges desdits pays en cas desdites Coustumes non escriptes ont recours à informations par turbes des Aduocats & Praticiens.*

SED

SED de alienis externíſque variarum Gentium Moribus, ſatis: Iam ad noſtrates Andium ritus, de quibus Nobis ſuſceptus eſt ſermo, propiùs accedamus.

PARS III.

Cuius Tit. 5. 1. De vetuſta Morum Andens. & Cenoman. Coniunctione, diſtinctionéque poſteriori. 2. De redigenda ſolius Regis mandatis, non Ducis, aut Comitis, Conſuetudine. 3. De priſca ſcribendarum Conſuet. formula. 4. De diſcrepantibus eiuſdem Municipij Conſuetudinibus. 5. De differentibus Andegauæ & Cenom. Conſuetudinum capitibus.

1. ANDEGAVÆ Legis tractationi parandum duximus aditum deſcriptiuncula iſta Vſus Andium vetuſtioris, diſtinctionéque præuia noſtrorum aliquot à Cenomanis Moribus & Inſtitutis. Antiquitus enim Municipium vtrumque eoſdem habuit vt Regulos, ſic Regulas ritúſque Prouinciales. Quippe Ditiones ambas mancipio tenuêre coniunctim nonnulli Comites (quos recenſuimus in noſtro Opere DOMANII Francici) antequam eorum Britannus hæres ex perduellione mulctaretur vtriuſque dominatu, Regiæ Francicæ Beneficiatio. Nam & Ordericus Vitalis, Anglus, depinxit ſui æui Comites Andegauos Fulgonem Richinum, Gottofredum Martellum, & alios, qui Cenomanis etiam, viuo dùm Comite Helia, ſuperiori iure dominarentur. Hiſtorico Volumine, quod auctoris cœnobitæ calamo exaratum habetur, ab An. 1094. vſque An. 1141. quo Scriptor ille effloruit. Nec diu poſt commiſſum Fiſco Gallico Principatũ vtrúmque, donatus eſt Fiduciæ lege binus Comitatus à Ludouico. 9. rege Karolo fratri. An. 1247. Sextil. Menſ. Succeſſu ætatũ, Dynaſtias haſce contulit Ianus. 2. rex in Ludouicũ filiũ Panagij iure fiduciario. An. 1360. Vtì fusè à nobis dictum eſt in Tractatu Gallici CENSVS AVGVSTI. Quo itidem ſeculo, Andegaui Cenomaníque iiſdem regebantur & Moribus & Ducibus, ſeu Dominis fiduciariis. Idipſum vetus indicat Conſuetudinis Quaternio ambarum Regionum, compoſitus à ſelectis vtrinque Iuriſperitis an. 1411. in ſuburbano Turonum vico Pleſſæo, qui etiamdùm extat. Nobis & alter eſt præ manibus earum Conſuetudinum Liber priuatim exaratus an. 1437. à Claud. Ligerio, Andenſi tum Suppræfecto: Quem nobis vtendum Codicem dedit Ioh. Louetus, è paterna bibliotheca receptum, Clem. Loueti regij nuper Andium proprætoris. Libri titulus eſt, *Ce ſont les Couſtumes d'Anjou, & de Maine, intitulées ſelon les Rubriches de Code.*

Lib. 1. Tit. 7. Art. 9. Et lib. 3. Tit. 6. Art. 23.

Fr. Ordericus Vitalis, Angligena, Cœnobij alumnus D. Ebrulfi, in Normanica Lexouiorũ diœceſi.

Cõſuetudines Andium & Cenomanorum primitus digeſtæ in ordinem concinnatæque *par les gens du Conſeil deſd. Pays* An. 1411. *Il y a auſſi en l'vnziesme Armoire de la Chambre d'Anjou en la Chãbre des Comptes vn Liure en parchemin contenãt les Couſtumes du Duché d'Anjou eſcrit du temps du Roy de Sicile Duc d'Anjou.*

2. AST triennio poſt ita manu ſcriptum Conſuetudinis Volumen, diremptus fuit ab Andegauo Cenomanus ager pro tempore, & à Renato Andium Cenomanorúmque Regulo traditus Karolo fratri, Moritonio Comiti, eiúſque maribus liberis, cum Caſtroduleria ditione, Firmitate Bernardi, Meduana Iuhelli, & Sableyo Baronatu: quò inſignes hoſce fundos poſſideret deinceps Karolus maréſque poſteri directa parétum ſimul & tranſuerſaria communis fratris hæreditate.

Pactum conuẽtum die 4. Auguſti 1440. inter Ren. & Carol. fratres Andegauæ domus de ſucceſſione directa, & collaterali Ludouici primogeniti fratris, qui eius nominis tertius in Apulia deceſſerat An. 1432.

Digitized by Google

Conuentionis chartula Pridie Nonas Sextiles An. 1440. per Ysabellam Lotharingam Renati coniugem ac procuratricem. Qua tamen pactione excipitur nuncupatim caueturque, Sableyam baroniam (quam emerat Ludouicus. 1. Andium Dux) mortuo Karolo redituram ad Renatum tanquam Andegauorum Ducem, & ita Andensi Ducatui perpetuò submissum iri: saluo eo, vt Karoli hæredes vicissim Chastellania potirentur Rupissuriana. Quòd si filias solas moriens relinqueret Karolus, Pacto eo lex dicta est, Cenomanorum Comitatum restituiri numeratis à Renato quadragenis millibus numûm aureorum. Exin Lotharingus Dux Renati aui materni hæres condixit à fœmineis Karoli neporibus Sableyum, Castrodulerium agrum, & plerósque alios, quibus fruendi ius absumptum erat Karoli obitu, masculæ saltem ipsius prosapiæ. De eo negotio fotensis habita est Oratio apud PATRES CONSCRIPTOS, eiúsque altercationis iudiciariæ voluuntur adhuc commentarij in regestis Curiæ, inter Lotharingum regulum, & liberos Iac. Arminiaci ac Ludouicæ Andegauæ coniugis, quæ Karoli filia extiterat, hinc inde litigatores. Tametsi enim Karolo superstes filius in paternas opes successisset, delecta tamen paulò pòst virili hac progenie, locus fiebat Pacti commissoriæ legi secundùm Ducem Lotharigum.

Lettres d'erection du Comté d'Anjou en Pairie, en Septembre l'an 1297. par Philippes Roy de France, pour Charles Comte d'Anjou Pere d. France, extraict de l'inuentaire de la Chambre d'Anjou en la Chambre des Comptes de Paris.

Audit inuentaire de la Chambre d'Anjou se trouue quittance du 8. Aoust 1414. où Marguerite, Comtesse de Penthieure, Vicomtesse de Limoges, & Dame de Clisson, a receu du Duc d'Anjou la somme de 12. mil liures pour le rachapt de la terre de la Rochesuryon.

La Principauté de la Rochesuryon, & Seigneurie de Luc in augmentum Panagij Andegauidatæ, sed postea venditæ à Ludouico. 3. Andiũ Duce, eiusque matre Petro & Ludou. de Beauuau sub facultate redimendi. Cui facultati Ludouicus xi. rex, mortua Andegauastirpe, renũciauit fauore Borboniorum procerum, qui ex filia emptorũ orti erant. Literis Dec. Mens. 1481. regestis in Parlam. die. 8. Maii. 1482.

Rescripta Caroli 8. Galliæ regis Die. 19. Januar. An. 1496. & die. 15. Mart. 1497 Queis delegata est multarum Consuet. reformatio selectis aliquot Consiliariis in Curia Paris. ibidẽ nominads.

Ex quibus apparet, Cenomanos iisdem vtique, cum Andegauis paruisse olim vt Principibus, sic Legibus patriis, domesticísque Maiorum suorum Institutis. Nec enim fraternam illam Principatuũm diuisionem secuta est propterea Municipalium Legum sectio ac separatio extincta quidem Andegauorum Ducum familia, Karolus. 8. rex mandauit Diplomate Senatoribus quibusdam variarum Consuetudinum instaurationem, cósilio Iani Vacqueriæ protopræsidis Parisien. eam in rem adhibito. 14. Kal. Februar. 1495. & Idibus Martiis 1497. Vt habetur in calce Turonen. vetustæ Consuet. At nihilò seciùs concordes vniformésque stetêre Andium ac Cenomanorum constitutiones Prouinciales, publicè etiam conscriptæ, ac typis excusæ vna Charta. 3. Kal. Maias an. 1503. hac Tituli inscriptione, *Coustumes d'Anjou & du Maine*, nullo alio Partium Operis, nec singulorum fermè Legis capitum discrimine. Qualium Consuetudinum multa supersunt exemplaria, horúmque fidem adstruunt Codicilli Ludouici. 12. regis Postridie Kal. Septembres an. 1508. Nam Regiæ literæ ad verbum exscriptæ cernuntur in Lib. Consuet. Andeg. & Cenoman. cum hac periodo, *Et soit ainsi que les Coustumes de noz Seneschaucées d'Anjou, & du Maine, ayent esté pieça en assemblée, deüe & competente, raportées & escrites, &c.* Quinimo vel à prima ambarum Regionum memoria, vtriusque simul inita tractatio est, velutíque inuicem cognatæ permixta à Geographis descriptio. Vt voluere est apud Ptolemæum, Celtogalliæ Lugdunens. Geographico Lib. 2., sua hæc verba sonantem, * Τῶν μὲν σαμνιτῶν ἀρκτικώτεροι, ὀνδιγούνατ-ῶν, πόλις, Ἰγλιόμαγος. Τῶν δὲ ἑφεξῆς, αὐλίρκιοι, Κενομανοὶ ὧν πόλις πρὸς ἀνατολας, ὔιρδινον. Ac confertim

3.

Die penul. Aprilis An. 1501.

Die 1. Septemb. An. 1508.

Lib. 2. Cap. 8. Samnitis orientaliores sunt Andicani: Quorum ciuitas, Iulio magus. Reliquum post hos, ad ortum, Aulorci, qui & Cenomani: Quorum

Digitized by Google

fertim deinceps Andegauam & Cenomanam vrbes numerauit Aimoynus inter præcipuas Celtarum, opulentas, ſuóque æuo celebriores Ciuitates. Karolo Mag. imperante. ciuitas, Vindinum, & Mans. De Geſt. Franc. Lib. 1. Cap. 5.

4. SEORSIM demum recogniti ſunt ſeparatímque amborum Municipiorum Mores priùs confuſi, ſingulos regionatim conſtituentibus Duum viris Conſuetudinis reformãdæ, Theobaldo Bailleto præſide, & Ioh. Lieureo, Regio in Senatu conſiliatio. Quippe qui Andibus primùm repoſuerint ciuilia eius Gentis Iura in medio Pop. cœtu. 7. Idus Septemb. 1508. Aditis deinde Cenomanis patrias Leges præſcripſerint, diſtinctè ab illis excolendas. Nonis Octob. eodem anno. Ac ſumma vtique Principem impulit ratio ad proprias Ciuitatum leges municipatim oppidatímque ſanciendas. Antea enim Pragmatici ſoli collegerant priſca Morum exemplaria pro arbitrio, & quaſi per manus tradita poſteritati reliquerant tumultuariis Pagellis, nulla publica freti Principalíque auctoritate: Longè aliter ac Sextus Papyrius, cuius Liber appellatum eſt Ius Ciuile Papyrianum: non quia Papyrius ibi adieciſſet de ſuo quidpiam, ſed quòd Regum Roman. Leges ſine ordine latas in vnum compoſuiſſet. Simili modo dictum eſt Ius Ælianum, quòd Sex. Ælius actionum Formularúmque librum, quas ſeriatim digeſſerat, Populo dediſſet. Enimuerò forenſibus Patronis non licuit ſtricta ratione, auitos Ciuibus mores affingere domeſtica Chartula, & aduerſariis patrij Vſus Codicibus manu contextis iura dare triplici Municipum Ordini inconſulto. Quandoquidem nec Prouinciales ipſi ſibi conſtituere Leges patrias poſſent in Gallia, niſi ſuffragante Principe: Quantumuis eius ſuſcepti negotij Regulum ſuum Ducémque cierent auctorem. Fab. in §. ex non ſcripto De Iure natur. gent. & ciu. Apud Iuſtinianum. Proinde miſeri tum Populares torquebantur grauibus litium impendiis Foríque moleſtia, in Conſuetudine Regionis ſuæ probanda confuſis teſtimoniis. Donec principali demum iuſſu emendatæ ſunt Leges Municipales, euocatis in id ſingulis Pop. claſſibus, Sacerdotij, Nobilitatis, & Plebis. Die 7. Septemb. 1508. Die 7. Octob. 1508.

2.

Solius Regis, non Ducum mandatis redactam Conſuetudinem valere.

1. VNVS enim Princeps vel legum eſt conditor, vel auctor ſubditis inter ipſos *Statuta* condendi, eximio iſto ſupremi Imperij iure inferioribus Proceribus nuſquam communicato. Bart. ad l. Imperium. π. De iuriſd. omn. iud. Arg. l. 1. De Conſtit. Princ. & l. Normam Cod. De offic. præf. Præt. Afr. Eapropter ciuitatum Dynaſtæ ſolent Regios codicillos impetrare ad cogẽdos Municipum ſuorum Ordines, & Prouincialia Iura popularibus ſuffragiis aut ſtabilienda, aut corrigenda. Sic Alenconius dux Principali diplomate coïre iuſſit Vnellos ſuos ciues, & ita Perticenſis ſui Comitatus leges reponi vnanimi Prouincialiũ ſententia. 4. Nonas Mart. An 1505. Cuiuſmodi Perticenſis Conſuetudo ſcriptis re-

dicta mandãte Rege Literis patentibus Die 4. Martij. An. 1505.

Perticensium Consuet. nonnulli supersunt Codices formis impressi. Nec enim ignoramus, denuo restitutas Constitutiones hasce municipales à Christoph. Thuano præsi de, Bartholom. Fayo, & Iac. Viola Conscriptis Curiæ Lutetianæ, quibus id muneris Princeps demandauit. 13. Kal. Sextiles An. 1558. Haud aliter Ludouicus. 12. Princeps auctoritatem suam accommodauit Petro Boiorum Duci Marchiæque Comiti, Borbonios populi sui Mores in vnum componendi, & Marchianos, per selectos quosdam Magistratus è Curia Ampliss. An. 1500. Quoniam verò priori hac editione Burbonensis Consuetudinis, omissa fuerant pleráque notatu digna, Franciscus. 1. Rescripto concessit Boiorum Heroinæ, vti ciuilia isthæc subditorum suorum Iura instaurentur, 7. Idus Sextiles 1520. Atque id negotij confectum à Rogerio Barma præside, & Nicol. Bracheto senatore in Centumvirali Concessu Parisiorum. 7. Kal. Mart. eod. Anno. Iisdem auspiciis suscepta est absolutáque Marchianarum Legum emendatio. 5. Kal. Maias. An. 1521. Quod peruium est vtique voluentibus Renuntiationem actorum in corrigenda ea Consuet. Nec absimilis superioribus fuit Niuernenses Mores scribendi formula, Principali mandato. 3. Kal. Septemb. & 12. Kal. Nouemb. An. 1534. Maria Alebreta Niuernensium Heroide postulante. Sed etsi Donziacus Baronatus, Feudi titulo, nexus sit Galliæ Patritiali huic Ducatui Niuernensi, nûm tamen ipsi pariter Iurisdictione subesset Legísque cultu Municipalis, Interlocutus est Senatus Regius, 12. Kal. Iunias An. 1581. de communi ritu Donziaci Pop. turmatim ac confusim inquirendum, Antissiodorinè, an Nouioduni ad Ligerim Moribus regi Consueuerit. Quò minùs mirandum, Campaniæ Francicæ ciues nulla, aut pauca Morum suorum exemplaria depromere ab vetusta Comitum suorum memoria. Nam iis ex omnibus vnus Theobaldus præcepit, Campani Iuris patrij Quaternionem confici: lege præsertim familiæ herciscundæ statuta Nobilibus viris, vt quotam hæreditarij Assis vnciam capere ius esset protogenio, cunctis innotesceret. Lata hæc Lex celebri tum instante Campanorum magnatum cœtu, in quibus erant Symo Ioynuilla, Symo Castrouillanus, fani Pauli Comes, Erricus comes Barroducanus, Russiacus comes, Erardus Brennei regulus, aliíque Campanæ nobilitatis proceres quàm plurimi. Diebus Dominico Natali sacratis, Anno ducenteno post millesimum vicesimo quarto. Campanæ autem huic Prouinciæ contributa sunt Municipia quatuor, nunc patriis totidem distincta Constitutionibus, auspice Rege: Victriacum, Trecense, Caluimontanum Bassignei agri, & Meldense.

Altera reformatio Perticensis Consuet. Die 20. Iulij. An. 1558.

Die 7. Augusti 1520. Die 23. Febr. An. 1520. Die 27. April. An. 1521. Regiæ Literæ patentes Die penult. Augusti, & 21. Octob. 1534. ad Niuernen. Consuet. instaurationem. Antea enim Niuernen. Legum quaternio exaratus fuerat, mandante Iano Burgundo Niuernensi Comite die 23. Iunii An 1490. Sed quùm illis regia deesset auctoritas, Niuernenses, iam inde à longo æuo, Burgundi ducatus Consuetudine in multis vsi sunt, aut penè cõsimili. Vt sparsim notat Chasseneus in Consuet. Burgund. Donec regio iussu scripti sunt Niuernens. Mores An. 1534.

Baronnie de Donzy vnie au Duché & Pairie de Nevers.

Curiæ Paris. Arestum interlocutorium die. 23. Maij. An. 1581.

BVRGVNDI certè Campanis finitimi perdiu vsi sunt eo proprio ac ciuili Iure, quod concinnari olim priuata auctoritate præcepit Philippus. 2. Burgundiæ Dux, Francici diadematis beneficiarius. Sed audaculo huic instituto prætendi poterit temporaria Regiæ clientelæ exemptio, antea pacta Atrebatico fœdere Philippo Duci, quandiu 2.

Traitté d'Arras.

Digitized by Google

diu maneret in viuis. Anno 1435. Ob idque Philippus haud incaute videtur hos titulos sibi arrogasse in Proœmio Burgundæ Consuetudinis, insolentes alioquin & Francicis proceribus inusitatos. *Philippus Dei gratia, Dux Burgundiæ, &c.* Quali pariter tituli præscriptione vtuntur Septemviri Germaniæ passim. Easdem supremi honoris notas sibi sumpsit Burgundus ille in Sequanorum Iure municipali constituendo. Decemb. Mense An. 1459. At paucos abhinc annos, Burgundij Ducatus Mores instaurati sunt Regio iussu, ac circumfusa Pop. corona, vt prædiximus. Ea Consuetudine reguntur etiamnum Carolesij municipes, quàmlibet Hispano regi subiecti, iure vtilis dominij. Ac duobus tantùm Oppidulis constat hæc Carcellensis regio; Carolate vrbe, & Paroyo Moniaco. Cæterum diuersa ratione, quàm Burgundus, Allobrogum Dux sibi vindicauit olim patriarum Legum sanctionem & confirmationem, nullis Cæss. auspiciis, nec Romano Principe comprobante. 15. Kal. Decemb. 1477. Nimirum sacri Imperij Vicarium se profitetur Subalpinus Regulus: aliorum instar magnatum, qui Vicariæ huius potestatis obtentu summi fastigij iura sibi Vsurparunt. Quemadmodùm alio loco posteris testatum reliquimus. Eiusmodi Sabaudiæ Legum Codex sic inscribitur, *Decreta Sabaudiæ Ducalia tam vetera quam noua; suasu & ope Petri Care Ducalis consiliarij Aduocatique fiscalis Taurini impressa, regnante Philiberto Sabaudiæ Duce, & serenissima matre Yolant Karoli. 7. Christianiss. Francorum regis primogenita, & filij tutrice, &c.*

Germaniæ Principes Electores hanc præminentem assumunt phasin, *Dei gratia*. Ex Andr. Knichen. Commentar. in Priuileg. Saxoniæ Ducum, litis prouocatoriæ nescium. Cap. 1.

Consuet. de la Franche Comté.

Comitatus *de Charrolois* oppida duo, *Charrolois, & Paroy le Moniac.* Qua ex prouincia appellationes litigatorum deuoluuntur ad Burgundi ducatus Senatum Diuionensem.

Die 17. Nouemb. 1477.

Lib. 1. Doman. Franc Tit. 9. & 10. Hunc tamen Sabaudiæ Ducem negat Baldus compromittere in Regem Franciæ posse, inconsulto Imp. de castris quæ sint ex regalibus Imperii. In Cap. 1. Qui feud. dar poss. Alexand. in Consil. 2. Vol. 5.

3. Bvlionensis itidem Ducis voluuntur Constitutiones, Roberti *de la Marck*, suapte auctoritate editæ, ad tuendam suarum Ditionum ciuilem Politiam ac forensem. Mart. Mens. 1568. Quas nempe ditiones possidere fertur Bulionensis optimo maximo iure, solutáque superiorum Principum imperio ac dominatu. In iis numerantur primo loco Bulionensis Ducatus; Sedanum oppidum, *Iamets*, Raulcurtum, Florengia, Flotanuilla, Messangurtum, *Longnes*, & Saucyum. Porrò excussa est nuper in sanctiori Franciæ Auditorio controuersia de Barroducanis Plebiscitis, & ritibus patriis, quos, Lotharingus dux Ambarris suis sanxisse arguebatur, venia ab Rege non petita. Quippe quùm nemo dubitaret, Ambarrorum Ducatum clientelari Francorum lege teneri. De illo igitur forensibus vtrinque Actionibus certatum est in sacro Principis Consistorio: vbi Pasquerus pro Lotharingo dixit, Marius, contrà, pro Bussio, domino *de Moigneuille*. Hic enim Ambarro Duci negabat ius esse, ciuiles subditis suis leges priuatim statuere, & statutas in iudicium producere aduersus Bussium ipsum: quasi talibus Morum sanctionibus adstringerentur illi, minuta quodammodò Galli regis Maiestate. Sexto Nonas Quintiles. An. 1572. Concedo enim, Renatum Lotharingum Ambarris quondam Moribus summatim collectis interposuisse authoritatem. An. 1506. Fateor & Renatum Andegauensem istius maternum auum irrogasse nobilitatis diploma Iohanni *Dobichon* Barroducano subdito, (quod

Ducatus Bulionen. Partitione An. 1572. in executione Pacis publicæ. An. 1539. obtigit Leodiensi Episcopo Castrum Bulionen. cum Vicis aliquot trans flumen *de Semoy*, & media parte Syluæ eia amnem eundem. At citeriores Vici, cum altera syluæ dimidia, cessere Hērico Roberto *de la Marck*, Sedani domino.

Causæ actio, in intimo & arcano Regis Consilio.

Bar le Duc.

Die 1. Iulij. An. 1572.

Die. 14. Iunij An. 1568.

certò memini legisse) Postridie Idus Iunias. An. 1468. Qualia Nobilitatis collatæ munera purè regia sunt, Regiísque summi beneficij. At posteriot ætas, exactiusre perpensa, Gallici Iuris Impetiíque maiorem videtur habuisse rationem. Vsqueadeo, vt Ambarros populos Senonum Consuetudini obnoxios declararint Triumviri emendatores: quando illi priuatarum Legum, quas ciebant, nulla in medium monumenta protulissent. Nouemb. Mens. An. 1555. Verùm in negotiis, quæ Senonen. Morum correctionem præcesserant, audita est à Senatu Ambarræ Consuet. exceptio & allegatio, decretúmque turmatim anquiri de peculiari hoc Ambarrorum Vsu in iure citato, parta à marito yxori non communicari, nisi & vxor emptionis tabulis nominatim comprehenderetur. Placito Curiæ. 5. Idus Apriles An. 1565. Vltimo dein iudicio succubuit, qui Ambarrorum consuetudinem allegarat. Nam Senonensi ex Lege iudicata est bonorum societas non modò coniuges inter ipsos, sed etiam inter prämortui liberos alterius cum altero coniuge superstite: quasi tacito Pacto ab iis prorogatum esset anterius opum consortium, quas superstes alioquí in testatum redigere communes opes debuisset. S. Consulto. 13. Kal. Maias An. 1567. Alt bino post lustro, cum biennio, recogniti sunt. collectíque Bartensium ciuiles Ritus, sui Ducis auspiciis, suffragante postmodùm nostrate Senatu Anteriori nimirum Transactione bina, deciderat Lotharingus cum Principe de supremis quibusdam Iuribus in Ambarros populares. Prior inita Pactio. 7. Idus Februar. An. 1571. cui Rationales Parisienses subscribere non dubitarút. 6. Kal. Apriles, & Curia Vectigalium publicorum Postridie Nonas April. subseq. Alter autem pactitius Tractatus absoluitur Idibus Febr. An. 1573. De quibus pleráque alia voluere est nostro Lib. 1. Fisci Gallici. Porrò Lotharingi Ambarris proximi seruant Quiritum leges. Dempto eo, quòd per iuridicas Præfecturas seu *Bailliniatus* manu scripta quædam habentur particularium *Statutorum* exemplaria: quibus generosi Equites dirimunt subditorum controuersias, vnà cum Togati ordinis viro Assessore. Cuiusmodi Constitutiones municipales Lotharingiæ postquam Ordinum sententiis emendatæ sunt Dux sanxit Edicto Kal. Iuniis. An. 1595. seruatíque eas voluit, iussit tribus in Præfecturis, sui Imperij, seu *Bailliages de Nancy, Vosges, & Allemagne.* Subdo his vicinarum Mediomatricum Leges populares, seu Plebiscita, interpolatim edita, An. 1555. 1562. & 1563. quæ mihi sunt in manu, typis excusa An. 1565.

Decretum Senatus die 9. Aprilis. 1565. ante Pascha.

Arestum Curiæ die 19. April. 1567. Iohanne & Desiderio Richeloto aliisque lege agentibus in Didonem Theobaldam Mangioti Richeloti secundam coniugem, & in liberorum tutorem ex hoc connubio genitorum.

Die. 7. Febr. 1571.

Die. 17. Mart. eod. An.

Die. 6. April.

Die. 13. Febr.

Tit. 11. Art. 19.

Coustumes & Stille de Lorraine reformez & decretez Die. 1. Iunij. 1595. *& imprimez à Nancy l'an.* 1596.

Ordonnances de la Ville & Cité de Metz, & pays Messin.

Coustumes de Bretagne.

4. ROGET hîc quispiam, cur Britanniæ Celticæ Consuetudo reposita sit Franciſci. 1. codicillis, non tanquam regis Galli, sed tutoris Errici filij Britanniæ Reguli: quæ patronum tamen agnoscebat Franciæ regem. Sextili Mense An. 1539. At verô nodum hunc facilè soluit præcelsa augustáque Henrici dignitas, Regia ex stirpe primigenij, principis Delphinatium, Gallico sceptro destinati: nedum Armorici Ducis. Quam rationem adiuuat Regij nominis interuentus. Diplomate

promo-

promouentis eam Britonicæ Consuet. instaurationem. Planè vt regiis tantùm auspiciis restituuntur Iura Municipalia, sic priuati Magnates qui interceſſerunt talium Legum emendationi, ſolent pendente interceſſionis negotio Principale reſcriptum impetrare: quo aſſerant interim ſeſe in libertatem immunitatémque Tribunalium, ac Magiſtratuum, prædictæ Conſuet. vindicum cuſtodúmque tenaciorum. Verbi cauſa, Bituriges euocatur Ludouicus *de Bueil*, Sacri Cæſaris Comes. An. 1539. quo ſolennis agebatur Bituricenſium Legum recognitio: quaſi Sacrocæſarienſe Oppidum ac Vici pagani legibus Biturigum deberent parere. Buellius verò contrà nititur, ſeque ac ſuos intendit propriis vti Legibus, quæ inter ſcriptos Montrisargi Mores relatæ ſint. An. 1531. Vnde mordicus interceſſit ille Sacri Cæſaris regulus, ne ciuili Biturigum Iuri adſtrictus diceretur. Audita eſt tum Comitis interceſſio, eiuſque iudicium reiectum ad Curiam Pariſienſem. Nec eò ſeciùs Biturigum Iuridici poſtea ex appellatione diiudicabant identidem Sacrocæſarienſis Pop. controuerſias. Proinde Comes obtinuit eximiis Codicillis, vt quandiu ſumma lis de interceſſione penderet in Senatu, tandiu ſingulæ priuatorum cauſæ prouocationeſque à ſuis Iudicibus interpoſitæ, in quibus patriæ Legis quæſtio verteretur, recta defetrentur ad Lutetianos PATRES, non ad illos Bituricæ prouinciæ Suppræfectos. Irrogatum à Principe diploma. 15. Kal. Ianuar. 1557. Senatu cõprobante, *ad onus contentum in Regiſtro Curiæ.* 4. & 7. Idus Februar. Eod. anno. Sed ne longiùs è noſtrorum finibus Andium digrediamur, præſto eſt Fulconis Andegaui Comitis exemplum, ſuperiori non planè diſpar. Nam in lege fundi Vaſtinenſis, quem donatione tranſcripſit Comes Franco regi, iurato pollicitus eſt Rex, *ſe ſeruaturum Conſuetudines Tetræ illius. Aliter enim nolebant milites terræ illius ei facere ſua hominia.* Vt cum Aimoyno loquar, ſeu eius Appendice, de Geſtis Francorum Lib. 5. Cap. 47. Ex quo intelligitur, Reges noſtros, etſi vbique patriorum inter ſuos Rituum fautores ſint aſſertoréſque præferuidi, ipſorum tamen confirmationem & auctoritatem referri voluiſſe ad ſuum nutum arbitriúmque quodammodò: ne, niſi Principalibus ſcilicet mandatis, Gallicarum ciuitatum Mores ſancirentur, probarentur.

Comti de Sancerre.

Labæus in Comment. Bituricæ ſuæ Conſuet. ait. Sacrocæſarienſem Comitatum, & alias quaſdam in Biturigibus Dynaſtias regi patrio More Lorricenſi, non Bituricenſi, idque poſt longam in Senatu diſceptationem fuiſſe quinque Decretis Curiæ iudicatum.

Regiæ literæ patentes Die 18. Decemb. 1557. promulgatæ in Curia Pariſien. Die 7. & 10. Febr. Eod. ann.

Pays de Gastinois.

3.

De priſca ſcribendarum Conſuet. formula.

1. ANDE GAVI itidem Mores ſanctiùs coli pro legibus cœpere, quùm ſublatis Andium Regulis, ditionéque in Regium patrimonium reuocata, proſpexit Princeps Municipalium Conſtitutionum emendationi. Produnt enim vetuſtiores Codices Andenſis, Cenomanæque Conſuet. haud alios conſtitiſſe tum vtrique Municipio certos notóſque Mores, quàm qui priuata cauſidicorum manu exarati fuerant: Quo tempore, Regij ſtemmatis Proceres fiduciario potiebantur Andium Cenomaniæque principatu, quorum & crebra

Antiquiores Conſuetudinarii, ſunt penè tantùm cõſuti centones Legum Roman. quæ hac illac ſparſæ à doctioribus ſuos inter Municipes ciuilem in vſum exercebantur.

mentio habita est in illis Exemplaribus autographis. Ac primitùs quidem Rom. Iurisprudentiæ studiis exculti, inde texuerunt consuetudinum Aduersaria patriarum Consuet. quæ extant, pro animi sententia: sed hæc non ante. 400. circitérve annos, quàm repertæ modò fuerint in lucémque editæ Pandectæ Legum Roman. An. 1100. ab Vvernero I. C. qui eas pariter cœpit profiteri auspiciis Lotharij. 1. Rom. Imperatoris. Alij verò, vt in Græcis artificibus aulœdi erant, qui citharœdi fieri non poterant; sic Pragmatici veteres quum non potuissent Iurisperiti euadere, ad Formulas Iudiciorum deuenerunt præsentémque Fori sui vsum ac obseruationem transferentes in patrios Mores, prouinciarium inde quaternionem Legum exscripsêre. Ac ne quid dissimulem, quas nunc euoluimus recèns correctas Municipiorum Consuetudines, nouæ sunt potiùs Triumvirûm Emendatorum sanctiones legésque eorum iudicio Municipibus dictæ, quàm auita Prouincialium Instituta Plebiscitáque Maiorum. Nam & pleraque nouauit huiusce Iurisprudentia seculi vsúsque forensis. Vnde nec minori laudum præconio digni sunt nostrates Consuetudinum instauratores, quàm Castrensis I. C. maximæ auctoritatis apud Florentinos habitus, quorum Ius Municipale innouauit: ipsómet testante, ad l. vn. Cod. De Inoff. dotib. His etiam consequens est, (quod scholastici Canonum Interpretes tradunt) posteriorem Consuetudinem priori derogare, non minùs ac Leges. Felyn, in can. Ius generale Distinct. 1. Rochus ad Rubr. de Consuet. Alexand. Responso 127. Lib. 1. Boërius accuratè, Decis. Burdegalensi 263. Eòdem spectat prisca constitutio Gallicorum tribunalium manuscripta, hoc verborum tenore. *Se en 1. meismes seignorie diuerses Costumes soient nees en diuers tens, la costume derreniere tolt & ote la premiere. Mes il est autre chose en diuers leus, ne les costumes diuerses des vns, ne doiuent pas oter les costumes des autres par contrere costume.* Ex antiquo Volum. cuius epigraphe est, *Cist liures est apelez li Liure la Reigne & enseignedroit à fere, & Iustice à tenir treſespeciaument.*

Et tenebris erutæ sunt Orbique restitutæ Pandectæ Legum Roman. i. Iurisprudentũ An. 1100 ab Vvernero. Sed longè antea Imperiales leges cognitæ & in vsũ Gallico fuerunt, Aimoyni testimonio, Romanam huiusmodi Legem allegantis, in Hist. Francorum. Lib. 4. Cap. 28.

Nouorum Florentiæ Statutorum cõpilator Paul. Castrẽsis celebratur, ipsius Epitaphio, in templo Seruitarum. Forsteri Lib. 1. Histor. Iuris Ciuil. Rom.

Inferior Pictonum Marchia, *le pays de la basse Marche* pridem nõ parebat Legibus Pictonicis in 4. capitibus. *Assauoir quãs aux exemptions par appel, au temps de releuer les appellations, aux amendes Coustumieres feodales, & à l'an de notification des cõtracts au greffe, indict par icelles Coustumes.* Nunc Marchiani illi vtuntur Pictonica omnino Consuetudine, præterquam exemptionis per appellationem, quæ non seruatur in oppido *du Dorat*, ita Aresto Curiæ obtinen tibus Canonicis dominis *du Dorat*.

Cic. 1. De Orat. Iurisconsultus, inquit verè nominatur, qui legum & consuetudinis, qua priuati in ciuitate vtantur, & ad respondendum, & ad agendum, & cauendum peritus sit.

QVOCIRCA, vt inseruirem egomet huic scenæ, plura isthuc proferenda duxi Regesta Curiæ ac S. Consulta (quibus nostratem fori Vsum assequeremur) quàm Scæuolæ Responsa, aut Diuorum fratrum Rescripta, vmbratilam nempe disciplinam, quæ à professore Legum tractanda sit, potiùs quàm Morum ciuilium. Sic improbatum non est Platonis de re Geometrica consulti prudens silentium, qui conductores sacræ Aræ, de cuius modo ac forma cum eo agere illi conabantur, ad Euclidem Geometren ire iussit. Apud Valer. Max. Lib. 8. Cap. 13. In hanc verò Andegauæ Consuet. explicationem incumbenti mihi mirum est obiter visum, Andegauos complures in Basilica ista Senatoria versatos tandiu summísque exercitatos Tribunalibus, nullum tamen ad patrios Mores adiunxisse literarum lumen, neque eos Forensium rerum interpretatione adiuuisse. Quo in albo ne numeremus Poietum, Ayraldum, Brelæum disertissimos pridem in Senatu 2.

natũ aduocatos Andenſes, fecêre ingentes Fori occupationes, quibus diſtringebantur illi continuò, ad primarios demum ſubuecti Gallicæ Togæ magiſtratus. Vt ex Andibus nunquam Pariſienſi in Curia defuiſſe clariſſimos viros, arguit vel Andræas ille Cortinus, Andegauæ Eccleſiæ Archydiaconus, ſimul & Regius patronus in hoc Senatu. An. 1415. Qui decretò Ordinis Ampliſſ. ad Regem legatus fuit. 13. Kal. Decemb. eò anno, de ſummis Francicæ Reipub. negotiis coram illo dicturus. Ex Regeſtis Curiæ. Vnũ porrò Patria nacta eſt Franciſc. Mingonium, Ciuilis Andium Iuris ſcholiaſten. An. 1530. pio mehercle Interpretis conatu, nec infœlici fortaſſis: ſed fœliciori haud dubiè, ſi commune hoc Galliæ Forum ſibi propoſuiſſet antea ludum ad dicendum, & Francica cum Romanis Scita præſcriptáque coniunxiſſet. Sicuti pater filio, apud Iuuenalem.

Gulielm. Poietũ Galliarum Cancellarius, Franc. Ayraldus ſummus regij annuli Cuſtos, Brelæus Præſes in Magno Regis Conſilio, temporibus Franciſci 1. Regis.

Franc. Mingon Bellofortenſis ſenechallus ſeu Iudex regius ſcripſit in Conſuetudines Andegauenſium Menſe Auguſto. An. 1539.

accipe certis,
Hæc ait, & vigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum Leges, aut vitem poſce libello.

Le Mardy 19. de Nouembre, l'an 1415 ont eſté leuez en Parlement quelques Inſtructions faictes tant par M. André Cotin Aduocat du Roy Archydiacre d'Angiers, que par le Procureur general du Roy, lequel Cotin a aſſiſtẽ pour les prédéfenſeurs du Roy, & remonſtrer les Inconueniẽs qui ſont & ont eſté en ce Royaume, & les remedes pieça adiouſtez par bonnes ordonnances, qui les gardent.

CATO Vticenſis Quæſtor factus haud priùs magiſtratum inire voluit, quàm omnes leges Quæſtorias perlegiſſet & ab iis qui earum ſcientiam callebant, rectè atque ordine ſingulas cognouiſſet. Auctl Plutarcho in Catone Vticen. Ita popularis Iuris Vſuſque profeſſori futuro neceſſaria eſt cumprimis forenſium Regularum cognitio, diutináque obſeruatio patriæ fori Praxeos, ex qua etiam Municipale Ius tractum ac compoſitum eſt: ne ſi è medio vſu quæſtiones vel ratiùs adferat, excutiátve frigidiùs ſuſceptum ſcribendi munus obiiſſe defunctoriè videatur.

4.

De diſcrepantibus eiuſdem Municipij Conſuetudinibus.

1. NAM & pugnant ſæpe inuicem Regiæ Francorum leges, ac Municipales, Forenſeſque aliæ: quas vel conciliare qui neſcit Prouincialium Morum gloſſematarius, vel vtra ſeruanda ſit, in hac vel illa facti ſpecie, diſcernere magiſtra rerum: Experiẽtia, intemperanter abutitur & otio & literis. Quoniam verò Nos regias Conſtitutiones cum Municipalibus ſuprà contulimus, diſpiciendum eſt iam, ecquid Andenſi cum Cenomana Conſuet. conueniat, ecquid interſit, quótve Capitibus ambæ diſcrepent inuicem. Morum quidem iſtorum affinitatem haud metior vnius dominatu principis Francici, qui fiduciarium à fratre Rege accepit Cenomanorum Comitatum Quintili Menſ. An. 1573. ſubſcribente Senatu. 12. Kal. Decemb. 1574. Auctus dehinc Andegauæ ditionis Panagiíque ſuplemento Maio Menſ. 1576. quod in Curia pũblicatum fuit. 9. Kal. Iunias, & apud Præfectos Rationiciorum Pariſien. 5. Kal. Iunij Eod. anno. Sed fecit, opinor, antiqua Cenomanorum cum Andegauis neceſſitudo, vt qui coniunctiſſimè viuerent, concordibus pariter conſentaneíſque vterentur vitæ Inſtitutis. Sed vt ſingulos inter mortales quot capita, tot ſenſus, ſuus cui-

Collatiõ Regiarum & Municipalium Legum ſuprà, in Parte 2. Art. 18. cum ſeq. ad 26. vſque

Regiæ Tabulæ Appennagij Cenomani Comitatus, verificatæ in Curia Pariſien Die 20. Nouembr. 1574. Andegauenſis verò Appennagij literæ regiſtratæ in Curia Die 24. Maij & in Camera rationum regiarum Die 28. Maij. 1576.

Die. 29. Decẽb. 1556. reformata Dorde-

Digitized by Google

Alia Consuetudo à Triumviris toties supra nominatis.

que mos: ita perpetua non est inter propinquas Regiones morum similitudo. Hinc non modò speciales legimus Oppidulorum Consuetudines, tanquam appendices Legum Municipalium Codici adiectas: Verùm & distincti vbique ferè promuntur ex eodem Municipio Mores, seorsum chartulis mandati. Talis est Dordanij agri Consuetudo, quem licet agrum Stampensi prouinciolæ subiecerit Franciscus. 1. rex, quùm Stampas Ducatus Insignibus exornaret: suis tamen priuatim Moribus regitur, qui separatim digesti sunt, in vnumque corpus redacti. 4. Kal. Ianuar. An. 1556. Nil absimile de Castronouo Timerensi, Perticensis olim Comitatus portione, sed cuius ciuiles Ritus disiunctim emendati sunt Pridie Kal. Octob. An. 1552. Subnecte his Valesium municipiolum, Syluanectensi contributum prouinciæ: à qua tamen seiunctum est, patrij Iuris diuersitate, iam inde ex quo Reges Valesiam ditionem Ducatus titulis decorarunt: Nempe Karolus. 6. in Ludouici fratris gratiam, Reguli Valesiorum fiduciarij. Nobis enim in manu est priscum Valesiæ Consuet. volumen, regio iussu collectæ à I. Plumeo Ludouici Ducis consiliario, & Valesij Prætoris vicario Iuridico. Karoli. 6. temporibus, Anno deinde sesquimillesimo. 39. restituti sunt Valesiorum ritus patrij, auctore Principe: Quo anno pariter Duumviri instaurarunt Clarimontis Bellouacorum Mores, Comitatus in Syluanectensi agro siti. Quinimo Claromontani sibi adscripserunt peculiares Leges, iam ex quo Robertus eo dominatu potitus est ab paterna D. Ludouici donatione. Sicuti in literas retulit Philippus *de Biamanoir* Iudex Claromontanus. In Lib. Claromont. Consuet. cuius verba sunt hæc, *Et por ce que noz somes diceli Pais, & que noz somes entremis de garder & fere garder les droicts & les costumes de lad. Comté, par la volenté du treshaut home & tresnoble Robert fils du Roy de France, Comte de Clermont, deuons nous auoir plus grant volenté de trouer selonc les costumes dud. Pais que dautre.* Prodeant in medium quæ Iure scripto reguntur Francicæ Prouinciæ. Communis vtique est iis Romanæ Legis cultus, sed quarum alia alios Mores Oppida sigillatim etiam amplectuntur. Lugdunensibus sufficit vnica censualis professio ad Dominicum ius patronaléque perpetuò constituêdum. Nec vlla ab iis recipitur aduersus rectum dominum temporis præscriptio. Iuxta Fabri opinionem in §. æquè si agat. Institut. De Act. Qua de re interfata est primùm Curia, ciuilem Lugdunensium Vsum decuriatis testibus adprobandum. Arresto pridie Kal. Iunias An. 1554. Negotium tandem Senatus definiuit secundùm dominos, in vectigalium fundorum possessores, vt suprà. Placito pridie Nonas Quintiles An. 1558. quùm Decanus & Canonici Ædis Lugdunensium maximæ iudicio disceptarent in Ianum Cameræ Comitem, eorum clientem beneficiarium. Eodémque PATRES Consulto censuêre, Lugdunensi prædio diuendito, quintum pretij numum patrono deberi iure laudimiorum, & annuæ cuiusuis pensitationis reliquias à possessore agri soluendas, quasi in perso-

Die vlt. Septemb. 1551. restituta Consuetudo *de Chastrabuneusen Timerais.*

Leonara, Comitissa S. Quintini, & domina de Valesio vixit circiter annum 1200. & varia templa in illis partibus piè fundauit dotauitque. Philippo Augus. Galliæ rege.

Loüys Duc d'Orleans, & de Valois.

Claromontanus Bellouacorum Comitatus subest Syluanectensi Prouinciæ ac Præfecturæ, cuius Consuetudo Senlitensis reformata fuit à Iob. *Mord* Senlitensi Locumtenente regio Mens. Iunio. An. 1506. ex delegatione Principis: Deinde An. 1539. Mens. Augusto à duobus alijs delegatis.

Fab. in §. æquè *dit quelesarrerages des cens & deuoirs seigneuriaux sont prescriptibles, mais non le cens & le deuoir en soy.*

Decretum Curiæ die vlt. Maij 1554. Arestum die 6. Iulij 1558.

Digitized by Google

nam obligato. Id quod antea Lugdunenſium Moribus introductum binæ teſtium turbæ firmauerant, interloquente Senatu Die & Principe, quo. ſ. Ac ſummo quidem illi Decreto affine eſt poſterius aliud, eadem ex ora Lugdunenſi, aduerſus diuturni ſilentij præſcriptionem, quæ petito ſolario opponebatur. Prolatum duodecimo Kalendas Februar. an. 1569. Dn. Helino, Conſcripto Curiæ litem collegis ſuis enarrante, in tertia Inquiſitionum Decuria. Vniuerſim autem, Dionyſiani ad Lutetiam cœnobitæ, cuiuſuis præſcriptioni eximuntur, præterquàm centenæ, poſſeſſionis: Quaſi Rom. Eccleſiæ rerum procuratores ac Vicarij. Pontificiis codicillis Gregorij. 10. & Nicolai 4. quos Ianus. 2. rex comprobauit Octob. Menſ. an. 1353. & Henricus. 3. Decembri. 1577. promulgante Senatu Pariſiorum. 16. Kal. Apriles. 1578.

Iudiciũ Senatus die 21. Ianuar. an. 1569. ex Lugdunen. Municipio, *pour Louys de Franc, ſieur de Certaux, contre Nicolas de Cirgue: Que le droict de Cens eſt imprescriptible.*

Die 17. Mart. 1578.

2. NIHIL iſthîc dicam de Petrocoriorum ciuitate, in Aquitanis, perinde vti ſolita Iure Romano. Scripſimus enim antea, nobilium virorum primogenitos ea in Regione ſibi præcipere hæreditarij fundi prætorium ſeu inſignius ædificium, cum hortis adiacentibus & conſeptis, quem volatum caponis nominant. Quod magnoperè aduerſatur æqualitati bonorum, cohæredibus inter ipſos præſtitutæ Iure Quiritum. Petragorios ſequuntur vicini Lemouices, Rom. legibus æquè obnoxij: At quorum priuatos Mores quoſdam admiſit Curia Pariſiorum, latiſque turmatim teſtimoniis probari voluit, iuſſit. Areſto 12. Kal. Sextiles. 1551. ad prouocationem Ianæ & Claudiæ Saligniacæ, ex Lemouicenſi Præfectura; aduerſus Franc. Saligniacum, econtrà, litigatorem. Ab illis enim citabatur vetuſta hæc Conſuetudo, hæredum inſtitutiones valere nuptiali Inſtrumento liberis pactas naſcituris, nec reuocari quidem poſſe, ſed à viuo donatis exæquari: licet aſſe toto ſcriptus fuiſſet hæres ſucceſſórque in fortunas omnes, ſeu præſentes, ſeu olim obuenturas. Poſtremò, confuſis teſtimoniis inquiſita re, pronuntiatur ſecundùm Morem huiuſmodi Lemouicenſem. Placito Curiæ. 4. Kal. Auguſti. an. 1552. Cui conſimilia Decreta produxerant appellantes in iudicium: Burdegalenſe ſcilicet poſtridie Kalend. Apriles. an. 1537. Tholoſana. 4. Idus Maias, & 9. Kal. Iunias an. 1541. In diuerſam verò ſententiam ciebat Franc. Saligniacus Prętoriani Conſilij Decreta duo. 5. Cal. Septemb. an. 1541. & 5. Idus Februar. an. 1544. Burdegalenſe itidem 7. Idus Septembres an. 1532. Cum Pariſienſi. 4. Iduum Iuliarum an. 1544. Queîs deciſum ſit, hæredis nuncupationem tabulis contractam dotalibus, tolli poſſe ſubſtitutione poſteriori. Itaque & Franciſcus iudicio victus egit ſupplicatione apud PAT. CONSCRIPTOS erroris obtentu, necdum annoſa lis ad extremum calculum perducta eſt.

Petragorij.

Pays de Limoſin.

Placitum Curiæ Die 12. Iulij an. 1551.

S. C. Pariſienſe Die 29. Iulij an. 1552.

Burdigalenſe Areſtum Die. 1. April. 1537. Tholoſana duo, Die 12. & 14. Maij an. 1541.

Placita magni Conſilij Die 28. Auguſti 1541. & Die 9. Februar. an 1544.

Burdigalenſe Decretum Die 7. Septemb. 1532. & Pariſienſe Die 12. Iulij an. 1544.

5.

Differentiæ Andeg. & Cenom. Conſuetudinum capitatim.

1. QVORSVM hæc Gallicorum Morum varietas? Vt intelligamus, nouum videri non debere, quòd Cenomani patriarum Legum

capita quædam habeant Andegauis dissentanea, nedum Libellis distincta inuicem. Primùm hoc interest inter Andegauam legem, & Cenomanam, quòd illa denos asses mulctæ nomine indicat alterutri plebeiorum litigatorum, qui causa ceciderit apud infimum Iuridicum. Artic. 1. Hæc verò pari quidem ære mulctet, sed nobilem virum cum ignobili contendentem. Art. 4. Andibus item, molitor publicus minori oneratur farinæ reddundæ quantitate (§. 25.) quàm apud Cenomanos, cap. 26. Illa rursus Lege, patroni Sacerdotalem ordinem cogunt ad recèns partum fundum emancipandum intra tricenos annos, vtì Princeps intra quadragenos. artic. 37. Hac autem, indiscriminatim statutum est vtrique quadragenarium temporis spatium, seu Regi, seu patronis inferioribus ad Dominicum ius istud exercendum. art. 41. Eodémque Cenomanorum Instituto, recti domini faciunt fructus suos clientelarium prædiorum, statim ac in ea manum inuexerint tanquam à Clero acquisita: nisi ipsa profanis intra biennium transcripsisse hic proponatur. Sed Andegaua Constitutione, mirum de eo silentium. Item Cenomano Iure, mobiles res quæ domino vacant, denunciandæ sunt propalam Dominico, alióve Diuis sacro Die in parœcia qua repertæ sint, duabúsque aliis finitimis. §. 47. Verum in Andibus trino Dominico, festóve die edendum est publicum illud præconium. cap. 40. Quo etiam Capite omissa nonnulla, quæ illìc Cenomani sanxerunt. Dehinc apud Feritatem, Cenomanorum oppidum patronis debentur Redemptionalia, cuiusuis clientis obitu, citra exceptionem. artic. 97. Cenom. Consuet. Andibus verò, filij, aut fratres defuncti eximuntur caducario huic Dominorum iuri, tanquam legibus vocati primo gradu ad directas hæreditates, seu quæ transuerso limite obueniant. §. 84. Insuper Andensi, more nostro, dantur. 40. dies singulari successori in fundum beneficiarium: quò patronum adeat, fidelitatis sacramentum præstiturus. cap. 102. At Cenomanis clientibus præfinitum est duntaxat tempus dierum quindecim, intra quos clientelari fide sponsioné que defungantur. Cenom. Legis. §. 115. Nostra itidem Consuetudine, patronis competit feudariæ Redemptionis commodum ex pupillaribus prædiis, quæ tutores clientis sui vel curatores poslideant. §. 106. In Cenomano autem Feritatis oppidi Baronatu, non sunt lege obnoxij tutores caducariæ huiusmodi pupillarium fructuum pensitationi. cap. 118. Quo in proposito, istud quoque Municipalium legum discrimen adnotandum vniuersim. Cenomani quippe patroni, extra Firmitatem Bernardi oppidum & Baronatum, solidos percipiunt pupillaris fundi prouentus, quo anno pupillorum tutores in fidem clientelámque receperint: Seposita minori annis alimentaria pensione, Cognoscentis arbitrio æstimanda. Cenom. Consuet. §. 119. Verùm Andeg. More addicuntur duæ fructuum partes domino prædij superioris, tertia pupillo in alimoniam reseruata. Artic. 107. & 108. Andibus deinde, ita æstimatur anni reditus, quo patroni clientelari

Antequam Consuet. ambæ reformarẽtur Andiñ & Cenomanorũ seperatim, discrepabant tamen inuicẽ Capite sequenti, quod excerpsi è vetusto illarum Codice manu perscripto an. 1417. *Femme roturiere doit auoir la moitié en dõuaire en la terre son seigneur, & la moitié és meubles, en Anjou: & payra la moitié des debtes ou elle prendra le tiers quitte, & sera en son choix. Et pour telle partie, comme elle prendra les heritages, elle vendra de cens & deuoir, & payra tous les deuoirs de qui elles tiennent. Et en Maine n'a que le tiers, &c.*

Des Meubles.

Des Rentes de Reliefs ou Rachapts.

Depart de minorité.

La Ferté Bernard.

Des tailles en coupe.

Digitized by Google

telari fundo potiuntur, iure caduci, vt ſyluam excindant, poſt quinquennium cæduam: vti ſaliceta, coryleta, & fraxinos, exacto nouiſſimæ cæſuræ triennio. cap. 113. At Cenomani, hoc caſu, ſexennio tantùm maturam faciunt ſyluam cæſuræque obnoxiam: ſicuti ſalicta, corylos, fraxinóſque, quadriennio interiecto, §. 124. Præterea Andium Conſuetudine, militaris equus penditur ſuperiori domino ex alterutra feudi vacatione: ſiue deceſſerit patronus, ſiue poſſeſſor prædij inferioris. Art. 132. apud Cenomanos, non æquè. Amborum enim mors mutatióque concurrat neceſſe eſt, antequam militaris equus à clientè poſſit exigi. artic. 142.

Cheual de guerre, deſtrier, ou cheual de ſeruice.

2. In Andibus, laudatiuum præſtatur ſuperiori domino ex fundis pecunia diſtractis, licet immunibus alioqui, nec laudando auctori ſummiſſis §. 140. Leg. Andeg. Cenomani verò ex talibus nulla ſoluunt laudimia. §. 153. apud Andes, capite damnati rei bona ſe mouentia confiſcantur. art. 142. In Cenomania autem, nec mobiles quidem res Fiſco addicuntur, prætetquam in Meduani Baronis territorio peculiari. art. 157. Simplex item parricidium, miniméque inſidioſum nulla ſequitur bonorum publicatio, noſtrate Andium ritu §. 144. Secus in Cenomana Baroniæ Meduanæ Regiuncula, vbi talium Reorum, capitali cum pœna, res mobiles Fiſco adplicantur. §. 159. Quæ itidem irrogantur Andegauis mulctæ nummariæ, (§. 171.) Cenomanis duplicantur, patrio Cenomani aſſis vocabulo, quem Municipes iſti vocant, *ſolz manſays*. §. 180. 190. 191. 192. Nonnunquam & Cenomaniæ Vſu recepta eſt mulctæ dictio in res mobiles ſubditorum iuſta Dominica negantium. §. 195. Andibus verò, mulctatitia pecunia eſt, quantam Iudex arbitretur, ciuili Iure huius Municipij. cap. 177. Ad hæc, More noſtræ Ciuitatis, totidem Pręcipui iura nobilibus tribuuntur primigeniis, quot in Prouinciolis hæreditaria iaceant prædia. §. 223. Sed Cenomanis vnica præceptionis prærogatiua tribuitur maiori natu in bonis hæreditate delatis: tametſi Andegauo pariter & Cenomaniæ ſolo contineantur. cap. 240. Andenſis rurſum arui, ſeu vineæ locatæ, quæ alterutri coniugum peculiariter competebat, fructus communicantur demortui coniugis hęredi cum ſuperſtite, anno mortis. §. 239. Cenomanę autem vitis, agriuè locati, minimè. artic. 256. Andenſis puella, quæ ante. 24. annum ætatis paſſa ſit ſtuprum, exhæres ſcribi poteſt à patre, matre, auo, & auia. §. 251. At Cenomana virgo talis exhæredationis lege non tenetur, niſi antè viceſimum annum eius pudicitię vitium additum ſit. §. 269. Deinceps Andegauus pater matérve ſuccedit vſu ac fructu in patrimonia omnia, & comparata à liberis ſine iuſta ſobole demortuis. §. 270. Cenomani, contrà, liberorum res ſoli non capiunt hæreditario, nec fruendi quidem iure: prætet ea quæ ipſorũ donatione parentum ad filios filiáſve peruenisſent, quorum fructuaria poſſeſſio lege redit ad donatores. §. 288. Cenomanorum item coniugum ſuperſtiti ius eſt fructuarium in partas conſtante matrimonio facultates, nullo delectu, aut diſcrimine extantium, deficientiúmve liberorum.

Lods & ventes, de terre de franc alleu.

Mayenne la Iuhez.

De duplicibus his Cenom. Aſſibus, & denariolis, cautũ eſt Cenom. Moris art. 4. 5. 6. 12. 58. 145. 163. 168. 171. 180. 185. 187. 190. 191. 192. 194. 195. 200. 201. 214. Sed hæc, quoad nummarias mulctas inde ſoluendas. Nam in priuato alio nummorum vſu, Turonenſes ſimplices, eadem Conſuet. intelliguntur. art. 10. 29. 58. 62. 138. 140. 141. 142. 174. 175.

Coniugum ſuperſtes Andegauus, nouis initis nuptiis, priuatur vſufructu mediæ partis acquiſitorum, ſtantibus ex priori connubio liberis. §.

283. Andeg. Consuet. apud Cenomanos non ita §. 299.

Vsque adeò, vt superstes Interdicto licitè experiatur, non tantùm de semisse acquisitorum, cuius proprietas ad ipsum pertinet, sed etiam de parte reliqua in vsumfructum superstiti coniugi cõpetente: Dempto hinc Meduano agro, vbi immobiles quæstus viritim diuidit hæres præmortui coniugis vnà cum superuiuente. §. 299. In Andegauia non idem, vbi coniugum superstes, liberis demum extantibus vsufructu potitur mediæ partis quæsitorum, dimidia altera eius propria manente, dominio ac mancipio, nedum vsu: Nec tali vsufructui conditiones totidem adhibentur, Lege Andegauensium. §. 283. quot Cenomana. 299.

Terres de la Baronnie de Mayenne la Iuhez.

SVBDATVR his ex ordine ciuilium Morum differentia alia vtriusque Municipij. Andenses viduæ mulieri seruant fructus rerum propter nuptias donatarum, ex qua die coniugium morte viri diremptum sit, non qua DOARIVM modò istud à vidua petitum. §. 312. Longè aliter Cenomanis cautum est, ne vidua fructus suos faciat * τὸ ὑπόλοιπον, nisi interpellatis mariti hæredibus ac in mora constitutis. §. 325. Andegauos inter coniuges valet donatio trientis patrimoniorum, simul cum mouentibus se, & fundis ære comparatis. cap. 321. Diuersum inter Cenomanos, qui paternas vel auitas familiæ opes nequeunt donatione conferre in vxores: nisi bona eiusmodi sufficiantur in vicem rerum mobilium, & Acquisitorum deficientium. artic. 334. Eodem Legis capite, donatio inter virum & vxorem reuocatur superstitis transitu ad noua connubia: Andegauo Iure, secus. §. suprà relato. Cenomanis nulla prodita est ex transactione prædiorum condictio iure agnationis, nisi fraude transacta lis priùs doceatur. §. 370. Nostris, econtrà, patet aditus Gentilitiæ agrorum redemptioni ob transactionem quamcunque possessionis fundi translatitiam. artic. 360. In eo quoque dissidant Andium & Cenomanorum Instituta patria, quòd illic emptores à propinquis venditorum non recuperent pretij supplementum rei venditæ, nisi Magistratus iussu numeratum. §. 365. In Cenomania verò, licet sine Iudice solutum, est restituendum. cap. 375. Dominicæ dehinc prædij redemptioni tacitè renunciat directus dominus acceptione prædiarij vectigalis annui. cap. 389. Andeg. Leg. Quod non similiter in Cenomania custoditur. art. 399. Rursum linearis Retractus, & pigneratitia actio tolluntur annali, post citatum reum, silentio, litéque in Andium tribunalibus anno intermissa. §. 461. A Cenomanis, ediuersò, interrupta dicitur solo quinquennij lapsu hypothecaria actio, nec disertè fertur vsucaptum esse idcirco ius hypothecarum, (semel contestato iudicio) vel redhibitionis fundorum consanguineis lege attributæ. §. 466. Denique Cenomanis Moribus sancita est societatis bonorum prorogatio inter liberos defuncti coniugis & superstitem, qui communes res in solenni Repertorio descripsisse se ilico non ostenderit: ni fortè liberi solutam mallent bonorum communicationem priorem, quàm cum ipsis continuatam. §. 506. Andegauis porrò aliud videtur placuisse, personali coniugum

Doarij. 2

3.

Retraict lignager.

Action de retraict, & l'hypothecaire discontinuees par an & iour, prescriptes.

Autre difference entre ces deux Coustumes d'Anjou, & du Maine, c'est que par l'art. 442. le seigneur censier qui s'est emparé de l'heritage censuel, comme defert & vacquant, il se prescript par dix ans en fonds, & ses fruicts, contre tous pretendans droict, venans apres lesdits dix ans, s'ils n'estoient mineurs ou infensez. Mais par la Coustume du Maine, artic.

iugum ſocietate contentis: potiùs quàm vaga, confuſa, laxioríque ipſius prorogatione poſtdiſtractum morte connubium. Vt innuit Andeg. Conſuetudo. §. 511.

511. Ieſts ſeigneur ne preſcript leſdit fonds que par 30. ans, mais ſi gaignele ſes fruits par poſſeſſion decennale paiſible.

4. EXISTVNT pariter Andegaui Moris capita aliquot, Cenomano vel ſuppreſſa in totum, vel aucta, vel imminuta. Sed quia tales Legum Articuli diuerſas inducunt veriùs quàm contrarias pugnantéſque ex diametro Conſtitutiones Municipiorum, illos propterea nunc digito velut indicaſſe ſuffecerit; Ne ſingulorum noſtræ Conſuet. capitum explicationem putemur intempeſtiuè præuertiſſe. Andegaua primùm Lex ſtatuit de authenticis acquiſitionum tabulis edundis domino ſuperiori. §. 4. Quod Cenomana Conſuet. omiſſum fuit. Ex aduerſo, longè amplior latiórque eſt Cenomani Iuris artic. 13. de apibus vagis & oberrantibus, quàm Andegaui de iiſdem caput 12. Nonnihil item de furnis *bannariis* diuersè ſancitur vtriuſque Moribus Municipij. §. 24. Cenom. & 23. Andium. Cenomanæ dehinc Legi inſeruntur de publicis Torcularibus capita tria 28. 29. & 30. Cuiuſmodi proſcriptorum Torcularium nullibi meminit Andegaua conſuetudo. Ita nec ſcriptum iſthîc reperitur quicquam de ſubdito intra ſtationem ſuam coercendo ab infimæ Domino iuriſdictionis. Quod Cenomanis Moribus diſtrictè prouiſum fuit. § 33. Porrò Andenſium capiti. 38. de Manumortua Eccleſiaſtica, adiectæ ſunt clauſulæ quædam Cenomano Iure prouinciali. art. 42. Inſuper Cenomani receperunt Iuridicæ Poteſtatis genus aliquod ſpeciali iure ſubnixum, aut longæua poſſeſſione. art. 51. Cuius tamen nulla euidens mentio in ſubſimili capite Legum Andegauenſium. Sic Cenomano Iure agitur de mercium publicatione ex culpa vectoris. §. 61. De qua apud Andes verbum nullum, conſimili alioquin cap. 53. Addunt etiam Cenomani clauſulam ſequentem artic. 66. *ou pour mener de ſon meuble d'vn lieu à autre, s'il ne ſortoit hors le pays.* Quæ non legitur Andeg. conſuetudinis. §. 53. cæteroquin perſimili. Hac autem lege cauetur nominatim de Iuridicis Procerum conuentibus, quas *Aſsiſias* Practici nuncupant. cap. 64. At de Conuentibus huiuſmodi nil expreſſum video apud Cenomanos. Vice verſa, Cenomanis Moribus ſancitur immunitas exemptióque ſubditorum à Dominica iuriſdictione, quandiu forenſis illorum controuerſia aliqua pendeat aduerſus dominum Iuridicum. §. 77. Id quod ſcripto proditum non fuit inter Leges Andegauorum. Poſthæc in iuridicæ Præuentionis argumento dictata ſunt quædam Andegauis Plebiſcitis. cap. 73. quæ haud ita fusè Cenomanis explicantur. artic. 85. His quoque ſilentur præſcripta Andegauo. §. 77. cuius & anterior parum conuenit Cenomano artic. 82. Hoc eodem Iure vetitum, ne tam arcta iudicij dies dicatur cuipiam de fide ac publica ſecuritate danda, quin citato liber maneat in vicena quælibet paſſuum millia dies vnus, vltra eum quo in ius vocatus ſit. §. 94. Cenom. conſuet. Id quod minimè expromptum eſt Lege Andegauenſi. §. 82. Cenomani item litigatoris abſentiam morbus excuſat. cap. 95. De quo nil ſtatutum apparet Moribus Andegauorum.

Fours bannaux.

Preſſoirs bannaux.

Eſtagiers ſubiects, contraignables par le Seigneur, reſſentir eſtage.

Gens de mainmorte, Eccleſiaſtiques.

Exemption par appel.

Adiournement en demande des treuues & ſaiſie gagerie.

Digitized by Google

Le Bail de mineurs n'a là garde de leurs corps, ſinon le bail naturel, c'eſt le pere ou la mere.

Prinſe à rente, auec deniers d'entrée.

Double les deuoirs au Seigneur.

Guet & garde.

Adueu, & Denombrement.

Separations de biens d'entre mariez, par Lettres Royaux.

Outre le contenu en l'article 178. de la Coſtume d'Anion; diſant que les cens & deuoirs infeodez ſont rendables, au ſeigneur, & non requerables, il y a clauſe adiouſtee au pareil art. 196. de la Couſtume du Maine, & ſi tel deuoir eſt requerable, n'eſt dheu amende qu'apres huitaine de la demande & requiſition d'icelle.

Vaſſal deſaduouant ſon Seigneur de foy.

Ban du Seigneur durãt 40. iours, qu'il vend le vin de ſon creu. Sentẽtia requeſtarum Palatij, die 19 Maij an. 1567. pour le Duc heſſe d'Alençon, contre les habitans de Freſnay le Viſcomte, vendans vin en detail en la ville & bourgeoiſie dudit Freſnay.

Hoc artic. 158. Andeg. Conſuet. excipitur nuncupatim le Pays de Mirebalais, vbi ſuperuiuens alteri comunx nobilis mouentia ſe bona lu-

EXTAT porrò noſtrorum Lex: 89. de cuſtodia pupillorum fructuario tutori non committenda, præterquàm patri vel matri. Qua de re nil definitum comperio Cenom. conſuetudine. Hæc, contrà, diſtinctè explanat, quatenus laudimia pendere debeat, ſeu linearem Retractum agnoſcere quiſquis vectigales agros perpetuò conduxerit, pretio aliquo repræſentato. §. 137. Andegaua autem de eo parciùs loquitur ac ſtrictiùs. §. 127. Tum Cenomana lex iubet, Dominicum vectigal, in quibuſdam eius Prouinciæ partibus, conduplicari. cap. 139. De quo nil Andibus traditum eſt. Illa necnon fuſiùs agit de cuſtodia corporis patroni à ſubditis debita, (cap. 147.) quàm Andenſis Conſuetudo 136. Illa deinceps, multa cumulat de rerum clientelarium catalogo patronis præbendo, cap. 152. Quæ in pari alioquin noſtratum Morum artic. 139. deſiderantur. Prætermiſſa eſt rurſus, noſtrorum Lege, libera illa poteſtas beneficiarij prædij vendundi, quam adſtruit priuatum Ius Cenomanæ præfecturæ. §. 154. Ediuersò, nonnulla præteriit Cenomanus mos, in formula ſeparationis bonorum Coniugalium exorandæ à Principe, quæ ſpecialiter dictantur ciuilibus Andium Conſtitutionibus. §. 145. Verſa pagina, voluitur in Cenomano Codice, de cuniculis furtim ſubreptis, caput. 162. déque falſariis Tabellionibus, 165. tùm de vulnere in foro nundiniſve inflicto, caput. 166. Quæ prorſus intacta ſunt Iure municipij Andegauenſis. Huc accedat Lex Andenſis. 164. in alieni nemoris arbores excindentem, & §. 168. in turbatores alienæ poſſeſſionis. Quod Cenomani pleniùs ſanxerunt. artic. 181. & 188. Noſtratibus item deſunt mulctarum leges in reos adulterinæ vlnæ, ponderis, vel menſuræ apud eos deprehenſæ: Quos mirè exagitat Cenomanus mos. 192. Aſt plura notantur Andegauenſi cap. 181. de cliente patrocinij feudalis inficiatore, quàm Cenomano artic. 199. Idémque perſpicias ex collatione Legis Andium. 184. cum Cenomana. 201. de vino minutatim vendito tempore Dominici interdicti. Cuiuſmodi Interdictum proximè interpretatur Cenom. conſuetudo. 201. Andegaua planè indiſcuſſum. Ex aduerſo, diffuſius eſt verboſiúſque Andegaui Iuris cap. 198. & 200. Tit. Quibus caſibus cliens feudo mulctetur. Quo etiam titulo, quædam ſtatuuntur, art. 93. & 94. quæ Cœnomana lege penitus ſupprimuntur. Cæterùm tricenæ præſcriptionis exceptionem continet Cenomana lex. 216. vltra ea quæ Andibus ſeruanda proponuntur. art. 201. Iuxta hæc, explorandum eſt Cenom. legis caput. 245. quatenus & quomodò ſuccedatur in acquiſita à nobilibus viris natu minoribus. Qualium ſucceſſionum nulla commemoratio apud Andes. Econtrariò, nil Cenomanis ſtatutum fuit de renunciatione ſocietatis bonorum à vidua muliere interponenda, ne communibus æris alieni oneribus immergatur. §. 255. Andegaui verò certum ei renúciationi tempus præſticuerunt §§. 238. Subeſt etiam nonnihil diſcriminis inter Cenom. legem 262. & Andegauam. 245. in tacita bonorum interdictione nobilis patrisfamilias, qui primigenium, tanquam ſuum hæredem, pari connubio

connubio ſociarit: Andium infimis Iuridicis negatur ſucceſſio in bona hærede vacantia, quę mouentia dicũtur. ca. 268. Diſſimile ius intra Meduanam Cenomanorum Baroniam. Cenom. Conſuet. 286. Copioſior eſt inſuper Cenom. conſtitutio. 287. quàm Andegauenſis. 269. in deferenda propinquis abſentis hæreditate poſt ſeptennium, quaſi vita functi. Specialiùs item illa definit rei permutatæ conditionem. §. 290. quàm Andegaua hæc, 273. Vberiùs & prouiſum illa Conſuetudine. 291. quàm iſta 274. de Procuratoribus ſupremorum mandatorum ſeu Executoribus teſtamentariis.

6. EXPEDITVM eſt vtique Andium Moribus, laudimia necne debeantur ex ſupplemento pretij à cohæredibus pacto in diuidunda familia. §. 282. Quod Cenomanis minimè conſtitutum fuit. Sed cautiùs ab his videtur communium viro & vxori bonorum Vſui fructuique proſpectum. cap. 304. & 307. Quùm preſſiùs multò rem attigerit Andenſis conſuetudo: cap. 289. & 292. Enimuerò Andegauis conſultum eſt probè de annuo reditu, qui ab altero coniugum debitus ante contractas nuptias, ab vtroque ſolutus ſit, per alterum media ex parte repetundo, renouando. §. 298. Qua de re nil Cenomanis præceptum fuit. Nonnulla itidem Cenomano Iuri adſcribuntur. §. 324. & 331. Tit. De dotalitiis: præter ea, quæ Andegaui legiſlatores edixerunt. cap. 311. & 319. Quiddam rurſus adiectum eſt. §. 319. Andegauæ Conſuet. Quod ſimili artic. 331. Cenom. Morum ſupprimitur. Peræque diſtinguendi Cenom. legis Articuli. 335. 347. & 348. Tit. De Donat. à compari Andium conſuetudine. §. 321. 335. & 336. Exinde Cenomani latiùs explicarunt patronalem fundi Redhibitionem cap. 359. quàm Andegauenſes. 347. Haud aliter de perpetuo agrorum conceſſione ad libellam, reuocabilis necne ſit in familiam gentilitio Iure. Cenom. lege. 363. Quod breuiùs perſtrinxit mos Andium cap. 352. In fraudis verò quæſtione, quam admiſerit emptor in fundi redemptores propinquos auctoris ſui, anguſtior eſt Cenomana legiſlatio patria. §. 382. 389. 391. 419. 421. & 425. quàm Andegauenſis. §. 372. 379. 382. 408. 410. & 413. His conſequenter, Andenſis prædij Retractus agnatitius, quem vltrò agnorit emptor ſine Iudice, cenſetur nuda ſimpléxque venditio, dempta lege redhibitoria fundi *par Mydenier*, quam extra ius licet exequi. §. 392. At Cenomano ritu patrio, extra iudiciaria agrorum redemptio habetur vſquequaque pro mera ac puta venditione. §. 402. Planè Cenomani, retractus lege ſoluerunt vectigalis annui luitionem, vrbicis ædibus impoſiti. cap. 405. De quo noſtrates Leges conticeſcunt: Veluti & de colono patronalis fundi, qui inferiorem Dominica poteſtate redemerit, aut de conductore cuiuſuis agri emptore facto, in quem res condicatur gentilitate prædiorum. Cuiuſmodi negotiis ius præbuit mos Cenomanus. §. 410. & 433. Agedum quid de vſucapione fundorum? Cenomanæ legi intexuntur clauſulæ quædam. §. 443. 454. 457. 459. & 460. vltra Andeg. Conſuet. præſcripta, in cap. 428. 443. 445. & 447. Nec contemnen-

cratur. Primitiùs autem Mirebella hæc Caſtellania Ludouico. 1. Andium Duci quæſita eſt, emptione contracta, pretio 18. millium libellarium auri, ſoluto venditrici Yſabellæ Comiti *de Roucy*, dominæ *de Mirebeau*, Die, 3. Nouemb. an. 1379. *Par Extraict de la Chãbre d'anion, en la Chãbre des Comptes de Paris.* Mauritius verò Pictonum Epiſcopus fundauit *à Mirebeau* Eccleſiam Canonicorum B. Mariæ.

Retraict Feodal.

Bail à rente Foncière.

Retraict de Mydenier.

Rachapt de vente ſur maiſons de Ville.

Digitized by Google

dum obiter, quòd in omni Retractuum genere minores annis tenentur lege annalis præscriptionis apud Cenomanos. §. 465. Andegauæ autem Legis verbis solùm comprehensus videtur linearis Retractus fundi, in eodem præscriptionum argumento. §. 457. Quin & nostri Municipes silentio transmiserunt quicquid Cenomani scripsêre. §. 458. suæ Consuet. His vicissim proditæ non sunt Andensium sententiæ Legum. 436. 446. 449. 451. cum trib. seq. Præterea nostri homines licentiam coarctarunt cedendi agris obligatis, possessori indultam Iure communi. cap. 467. Tit. De cessionibus agrorum, seu *Exponcionibus.* Id quod Cenomani suis Legibus minimè inseruetunt. Hunc Titulum excipit penultimus, De hypothecis, quibus in discutiendis latiùs excurrit Cenomanum Ius (§. 473.) nostrate Andegauensi. 470. Sed Andium Morem 479. inter suos non transtulerunt Cenomani. Postremò Andegauis latæ sunt de assignatione annuorum redituum leges Municipales 492. 493. cum seq. ad 500. vsque: Quales Cenomani Iuris tabulis minimè continentur. At Cenomano isto vicissim, actui cautio maior adhibetur, Tabellionis accessione: in §. 495. quàm pari Andegauorum Lege, §. 491.

Au procez verbal de la Coustume d'Anjou sur l'artic. 222. appert que M. Jean Baratin Chastellain de Mirebeau, qui a comme ayãt charge des Estats de ladite Chastellenie, que la Coustume de Mirebeau, par laquelle les nobles succedent par testes, fust reduicte à la Coustume generale d'Anjou, en reservant aux puisnez de succeder en leur tiers par heritage. Mais par ce qu'il ne fist apparoir de procuration desdits estats, il luy fust reservé d'envoyer procuration expresse, ou d'en faire apparoir à la Cour, pour estre par elle pourveu sur ladite requeste.

Mirebeau, tenu anciennement pour ville de Poitou, a este par Fouque Nera Comte d'Anjou, au pays de Poitou environ l'an 1010. Et Andeg. Chronic. parte 2. cap. 31. Mais Froissart lib. 1. cap. 270 dit que toute cette Marche grasse de Ladunois estoit le pays d'Anjou, ou les seigneurs Anglois allerent fourager & viure comme en terre ennemie & separee de leur terre de Poitou, environ l'an 1363.

Mirebeau, ancienne Baronnie d'Anjou, vendue le 3. de Nouembre 1379. par Isabelle Comtesse de Roucy, & Dame de Mirebeau, à Louys fils du Roy de France, Duc d'Anjou, de Touraine, Comte du Maine, & l'appelle de, lors Chastel ville, & Chastellenie de Mirebeau, pour 18. mil francs d'or. Extraict de l'inuentaire de la Chambre d'Anjou en la Chambre des Comtes de Paris.

7. PRÆTER summas hasce Andium, Cenomanorúmque Sanctiones patrias, sunt peculiares quædam, vulgi voce *locales* Consuetudines, generalium illarum derogatoriæ. Putà, in Vindocinensi regiuncula, quæcunque, ex feudi alienatione, iuxta quintana, subquintana, & redemptionalia percipere consuêrit Vindocini Regulus, patroníve inferiores, ita ius esse cauetur Libro Andium *Consuetudinario.* §. 156. Eodem in agro Vindocinen., nobiles secundogeniti mares proprietate succedunt in bona parentum, nedum fructuario iure. §. 231. Vtì Cenomano more. 239. & 248. Ibidem & coniugibus acquisita prædia diuidi statim oportet soluto matrimonio, nec vter ex iis superarit, vniuersa potest vsu fructúque retinere. §. 288. Tum apud Mirabellam Andium Castellaniam, res mobiles generosorum coniugum superstiti deferuntur, lege loci huius propria ac priuata. cap. 238. Andeg. Consuet. Similiter intra Mirabellę Ditionis fines, primogenitus haud præcipit hæreditariam portiunculam fratris sororísve, qui Monasticæ Religioni se addixerint votiuo sacramento: Ast in ea causa habetur hæc fraterna portio directarum hæreditatum, ac si illi obiissent die solennis votiuæ professionis. artic. 248. Mitto quòd inibi natu minores se ex æquis hæredes iactitant cum grandiori fratre nobili, salua huic Ædificij præceptione, ex Vsu non scripto. Nam vt demus, talem Vsum suggerentes, à Senatu auditos fuisse, déque eo probando interlocutam Curiam, denique secundùm ipsum, diremisse familiæ herciscundæ

Placita Curiæ die. 22. Iun. 1551. 27. Mart. 1538. Die 8. April. 1540. 23. April. 1543. & 11. Febr. 1554.

S. Consultum in publica fori disceptatione latum. Die. 11. Feb. 1554. Mesnillio, Tristanni Fretardi, Henrousio, Renati fatris, Magistro, Nobilium quorumdam, & Riantio, fisci causam agentibus.

Digitized by Google

dæ iudicium. Decretis. 10. Kal. Quintiles an. 1535. 6. Kalend. Aprileſ 1538. 6. Idus April. 1540. 9. Kal. Maias 1543. & 3. Idus Febr. 1554. Ego quidem vix adduci poſſum vt credam, Morem illum ἄγραφον recipi in Foro oportere. Quippe quùm emendandæ Conſuet. Andium negotio interfuerit Iana Francica Mirabelli domina, cum nonnullis earum partium Equitibus ac generoſis viris, nulla peculiaris ſui Vſus exceptione conteſtationéque adhibita. Itaque Lutetiani PATRES vltimo illo Decreto pronuntiarunt, in hanc modò excluſoriæ præſcriptionis formulam, ne produceretur ad conſequentias. *La Cour declare René Fretard non recepuable à propoſer, qu'il n'y a Couſtume locale au pays de Mirebalois, contre Triſtan ſon frere puiſné, luy enioinct obeyr aux Arreſts donnez pour raiſon de ce concernans les partages par teſtes entre eux. Le tout ſans preiudice des Lettres obtenuës par les aiſnez Nobles dudit Pays de Mirebalois, tendans à ce qu'il ne ſoit deſrogé à la Couſtume generale d'Anjou pour les ſucceſſions: leur reſeruant ladite Cour pour le regard de ladite Couſtume locale, à eux pourvoir, comme il leur aubit ia eſté reſerué par les precedents Arreſts, ainſi qu'ils verroient eſtre à faire.* Hinc, longo poſt interuallo, de ſimili quæſtione inter alios Curia ſtatuit ampliùs deliberandum. Arreſto pridie Idus Quintiles an. 1572. ad appellationem Dynaſtæ *de la Roche-Pouzay*, contra Franciſc. *de la Touſche Seigneur de Chillac*. Briſſonio illius Paſquerio, huius cauſam orantibus in Æde Auguſtiniana Pariſien. Quin & multò antea, particularem iſtum Mirabellæ Caſtellaniæ morem reiecit Senatus, quòd Andegaua Lege ſcripta, de hæreditatibus, nominatim exceptus non fuiſſet. S. Conſulto. 3. Idus Martias. an. 1529. Chauuigneo, & Baudino litigatoribus. Ad Cenomanos accedo, quẽs priuati ſuppetunt certorum locorum ritus publica ſua Lege ſanciti. Nam intra Baronatum Firmitatis Bernardi, competunt patrono redemptionalia ex obitu beneficiarij cuiuſque poſſeſſoris. §. 97. Cenòm. legis. Inibi quoque, tutor vaſalli impuberis nulla debet *Releuiorum* iura caducaria domino ſuperiori. §. 118. Deinde trans Aniſolam flumen, quà itur Cenomano ex oppido Mondoublellum, & aliis quibuſdam in Pagis, ius eſt maſculis nobilibus ſecundogenitis cernendæ parentum hæreditatis pleno iuſtóque patrimonio ac mancipio, nedum vſu & fructu, ſeu χεῖρον βάκτρου cap. 248. Tum apud Firmitatem Bernardi oppidi, Mos obtinuit de *Burſali feudo*, Cenomani derogatorius. §. 282. Item in Meduana Iuhelli, mouẽtia* ἀκληρονόμητα lege veniunt ad dominum imæ Iuriſdictionis. artic. 286. In hoc demum Meduanæ territorio, hæredes coniugis præmortui cum ſuperſtite partiuntur inuicem quæſitas in matrimonio opes, nullo recepto penes ſuperſtitem eorum vſufructu. §. 299.

In Caſtellaniâ *de Faye la vineuſe* Mirabello proxima fertur eadem localis Conſuet. de æquali inter nobiles partitione hæreditatum, ſaluo iure præcipui ædificii, & omnium mobilium penes primogenitum. *En Mirebalois* item, ex more non practicatur *le Deſpit de Fief, en partages: & bien que les puiſnez partagent eſgalement auec l'aiſné noble, toutesfois ils tiennẽt de luy en parage regulierement.*

Placitum Curiæ *ſur la Couſtume de la ceſſions des Nobles en Mirebalois* Die 14. Iulij. 1572.

Arreſtum Curiæ Die. 13. Mart. 1529.

Il y a procez par eſcript pendant en ceſte Cour, ſur ce que l'on pretend qu'en la Chaſtellenie de ſainct Calez membre de Vendoſmois, l'aiſné en ſucceſſions nobles prend les deux tiers ſans preciput aucun par Couſtume locale de S. Calez.

A l'Aſſerté Bern. tant de meubles, tant de Rachats.

Par delà la riuiere de Braye en tirãt du Mans à Mondoublelle & ailleurs, qui ſont Vſages locaux, les puiſnez maſles ſuccedent par heritage.

Aniſola, fluuius S. Karilephi, *Braye*, ex eoque amne, olim Aniſolenſe Monaſterium dictum, *l'Abbaye de S. Calez*. Vt Nos infrà cap. 37. art. 9.

8. COLLATIS mutuò Andium & Cenomanorum Moribus, ſiue in omnes vtriuſuis Prouinciæ, ſeu in aliquos ſpeciatim locorum Municipes ſcripti ſint: accingamur iam Operi, ſingulóſque Andegauæ Legis Articulos, vt inſtituimus, exequamur. Nam è tribus præuiæ huius Inſpectionis Particulis reſtabat hæc deniq;, vt ambarũ Regionum Con-

Fief bourſal, duquelle Fief ſeruant eſtant ouuert, le profit feodal f communique par moitié entre le ſeigneur d'edit Fief bourſal, & ſon ſeign. ſuzerain immediat.

* Morientiũ ſine hærede mobilia ſpe-

Stant ad Bassum Iusticiarium.

suetudines illustraremus certorum distinctione Capitum : vti paria fermè reliqua pari in vtrúmque Municipium studio misceremus Andensium Legum Interpretes. Eamque ad rem vsi sumus ambarum Consuet. archetypo desumpto ex Archiis Lutetianæ Curiæ summæ, à Duûmuiris scilicet correctoribus Legum istarum subscripto & subsignato. Verùm in Regestis hisce euoluendis sensimus, calamo exaratum fuisse Andensis Consuet. exemplar diligentiùs emendatiúsque, quàm Cenomanæ. Vtut sit, gratissimus labor patrios Ritus excolenti literarum monumentis : Hos quidem non modò vetustate venerandos, sed ipsius etiam dignitate Prouinciæ. Cui nimirum qui præfuêre Andium & Cenomanorum Comites, Anglica simul sceptra tractarunt Reges, Neapolitana dehinc, Sicula, Pannonica, Hierosolymorum, Sarmatica : & qui nunc Anglis imperant, ab Heroica Principum illorum stirpe suas ducunt origines, annis iam inde abs quadringéntis. Hinc factum, vt & nostrates Andium Ritus allecti sint in ciuitatem Neapolitanam, Siculis iura dictantes in pleríque, nec Gallicum aliud Municipium priuatos Dominos tulerit augustiores, Regioque ita diademate insignitos. LICEAT ergo proprios Andium Mores, in commune velut Gentium Ius perducere hoc loco, externisque hominibus non dicam communicare, sed restituere quodammodò : quibus nempe Leges quondam illi normámque viuendi præscripserint. Ita fiet, vt priuatæ PATRIÆ cultores, omne etiam Terrarum solum, nobis PATRIAM esse ipsa re comprobemus.

De his Andiũ Principibus, qui fuêre pariter Siciliæ vtriusque, Hungariæ, Hierosolymitani, & Poloniæ reges, diximus identidem, In lib. De Domin. Franciæ.

TRACTATVS

TRACTATVS HVIVSCE CONSVETVDINARII SERIES.

TRIBVS his ſummatim concluduntur Andium Leges Municipales, Iuridicæ poteſtatis regulis, Feudiſticis, tum Prædiariis ſeu proprietatem fundorum vtilem ſpectantibus. Eóque numeris omnibus abſoluta mihi videtur earumdem Legum latio ac ſcriptio, præ multis aliis (abſit verbo inuidia) quòd triplici hoc rerum DOMINIO Priuatum Ius omne mortalium complectantur. IVRIDICO ſcilicet, quod pleniſſimum eſt fundi dominium: FEVDARIO item pleniori, ſeu directo ac fundiario: VTILI demum, fructuario, ac proprio, ex vulgari vſu, quodque agri proprietatem reſpicit Dominium, fructu ipſo ac commercio. Inde partes 16. Andegauæ Conſuet. adſcriptas à maioribus noſtris redegimus in Libros tres, ex totidem Dominicorum illorum Capitum argumento & ordine: Sed ita, vt ſingulis Libris eaſdem intexamus Rubricas ſigillatim, Titulorúmque ſeriem eandem conſectemur, quę Gallico harum Legum Codice ſpectanda profertur. Sicuti proximo ab Indice cognoſces, monendus interim, vt noſtrates Iuriſdictiones Feudáque Romanis ignota fuêre, ſic Nos duobus Lib. prioribus Gallicam ferè tantùm ſecutos fuiſſe Iuriſprudentiam veterem, forenſemque noſtrorum hominum diſciplinam. Tertio autem, cuius materies penè tota è medio ſumpta eſt Iure Rom., coniungendum iſtud duximus conferendumque cum noſtro Iure Municipali: vt quadantenus patriæ, ab externis communibus, Leges diſcrepent, intelligamus.

JVSTICE, FIEF, DOMAINE vtil.

Lib. 1. 2. 3.

Iuſticiarij, verè ac propriè dicûtur Domini.

Seigneur Iuſticier, Seigneur Feodal, ou treſfoncier, Seigneur vtil.

Gallica hæc Legiſlatio Nobis eruenda fuit ex prifcis Codicibus Practicis, & manuſcriptis Pragmaticorum Libellis vetuſtioribus: quos ideò citauimus identidem, intercíſéque aliquando tranſcribere neceſſe habuimus.

LIB. I. DE IVRISDICTIONE ANDEGAVA.

TIT. 6.

1. *De Infimis Iuridicis.*
2. *Media Iuriſdictione.*
3. *Sublimi ſeu Alta Iuriſdictione.*
4. *Caſtellaniæ Iure.*
5. *Baronibus.*
6. *Fori Præuentione Principali.*

Digitized by Google

LIB. 2. DE FEVDIS, SEV DIRECTO FVNDORVM DOMINIO.

TIT. 7.

1. *De Natura Feudorum.*
2. *Clientelari in fidem simplicem receptione.*
3. *Ligiæ clientelæ auctoramento.*
4. *Immunibus fundis, nec laudando auctori obnoxiis.*
5. *Animaduersione criminum, feudorúmque commissoriis noxis, & Dominicis aruorum Obuentionibus.*
6. *Quibus casibus cliens feudo priuetur.*
7. *De Dispertitione Feudi, & Paragio.*

LIB. 3. DE VTILI RERVM DOMINIO ACQVIRENDO.

TIT. 11.

1. *De Hæreditatibus.*
2. *Communium rerum Diuisione.*
3. *Prædiis à coniugibus Acquisitis.*
4. *Muliebri Dotalitio.*
5. *Donationibus & compensationibus.*
6. *Agnatitia, & patronali fundorum redemptione.*
7. *Vsucapionibus.*
8. *Cessionibus prædiorum, seu* Exponsionibus.
9. *Pignoribus & Hypothecis.*
10. *Prædiaria annuorum Redituum assignatione.*
11. *Pro Socio.*

Digitized by Google

CAPITA RERVM HOC TITVLO I. ANNOTATARVM.

1. *Romanarum, & Gallicarum Iurisdictionum differentia.*
2. Maioris, & Scabinorum *Andegauen. Iurisdictio, Cenomanorum, aliorúmque Municipum.*
3. *De Conseruatore scholasticorum Priuileg. Academiæ Andegauen.*
4. *An iura Regia speciali Consuet. locorum regantur, includantur.*
5. *Quotuplex infima Iurisdictio, & eius functiones.*
6. *De quibus cognoscat* bassus Iustitiarius.
7. *Moneta Andegauensis, Cenomana, Turonen., Burdigalensis, & Barrensis.*
8. *Laudimia, dominicus retractus, exhibitio contractuum, mulctæ certis casibus competunt minimo Iuridico.*
9. *Eidem Declarationes rerum censualium, & dinumerationes feudalium tradendæ.*
10. *Fundi prehensionem is habet pro debitis* Feudalibus, *aut* Censuariis *ipsi non solutis.*
11. *Ius quoque terminorum agri constituendorum.*
12. *Paruum vectigal* du leuage des denrées.
13. Espauas *item habet fundiarias, seu* foncieras.
14. *Mulctas ex damno ab animalibus dato.*
15. Espauas *apum.*
16. Bannarium *molendinum frumentarium.*
17. *Molendinum pannarium.*
18. *Furnum* bannarium.
19. *Stagnum, intra fines Feudi.*
20. *Dumum cuniculosum &* garenam *cæteris prohibitoriam.*
21. *Coërtionem in* Manumortuas, *vt res soli acquisitas dimittant.*

LIBRI I. DE ANDEGAVA IVRISDICTIONE ET IMPERIO.

A RENATO CHOPPINO ANDEG. I. C. CONDITI.

DES BAS IVSTICIERS, SEIGNEVRS TEMPORELS.

TITVLVS I.

DE INFIMA DOMINORVM Iurisdictione.

Libri Andium Consuetudinarij Articulos præcedunt duæ eiusdem Clausulæ (Præfationis vice) de multiplici Iurisdictionum genere apud Andes. Quarum clausularum verba subijciemus istic Num. 2. & 5. Expositis deinde his Clausulis, veniemus ad singulos Consuet. Articulos Capitibus distinctos pro suo cuiusque ordine.

IVRIDICÆ POTESTATIS gradus sumuntur (Andegauæ Legis Exordio) è variis Dignitatum patrimonialium ordinibus, Feudorúmque illustrium. Nam Gallico vsu alia Regia est Iurisdictio Imperatoriæ similis: Alia Beneficiaria, quæ ex moribus Beneficiorum descendit, Cæsareísque post Iustiniani seculum Constitutionibus. Antea enim penes Romanos Augustos solida fuit iuris dicundi auctoritas, quam per partes Magistratibus certum in tẽpus deferebant. Vlpian. l. 1. De constit. Princ. & Proœmio Institut. in fi. Neque tum quisquam erat Marchio vel Comes, qui patrimonio suo annexum hoc ius haberet, quasi in hæredes cum reliquis bonis transitorium ac perpetuum. §. 1. Instit. De perpet. action. Authen. De defens. ciuit. Sed post Iustinianum, insignem Legum concinnatorem, occuparunt Longobardi Italiam, circiter annum à Christo 569. duce eorum Rege Alboino, & tenuerunt vsque ad Karolũ Mag. Vt Paul. Diaconus atteſtatur. Ij prædia, quæ vi & armis inuaserant, suis dedêre, certis legibus, cum Iurisdictione in eos qui talia arua incolerent: Hi deinceps aliis eorum partem concesserunt simili conditione, ad plebeios vsque gradatim, qui suas particulas sine vlla ditione nanciscebantur. Et qui secundùm Reges nonnullis Iuridicam tribuebant Potestatem, alij plenissimam dare solebant, alij certis quibusdam finibus circumscriptam. Atque, vt omnia hæc seruarentur fideliùs, lege sancita sunt Longobardis. Quæ etsi cũ Imperio ipso Lex conciderit. Vsus tamé eiusmodi prædiorum sensim manauit ad posteros ex constanti incolarum memoria: 1.

In Regno Francico Iurisdictiones sunt vasallis in feudum concessæ, excepta causa ressortus, quæ ad regios Iudices deuoluitur & prætentionis, in quibusdam regionibus Cõsuetudinarijs.

Digitized by Google

moria: & per annos. 108., quibus Romano Orbi imperarunt Franci reges, è Togata irrepsit in Comatam Galliam sub Karolo Mag. Hæc sunt quæ Feuda & Curias dominicas appellant leges Municipales per Gallias Longobardo sermone. Inde etiam Iurisdictionis domini ius sibi dicunt apud Gallos, exemplo Regum ac Cæss. Teste Fabro, Cod. Ne quis in sua cau. iudic. Iidem creant magistratus, qui Regiorum instar aut Cæsareorum magistratuum, temporariam exerceant, nec hæreditariam, terrendi potestatem sub Ducibus, Comitibus, Subcomitibus, Baronibus, Castellanis: Sublimibus, Mediis, ac Minimis Iuridicis.

Preface de la Coustume d'Anjou. NOVS AVONS LE ROY DVC D'ANJOV, LES COMTES, VICOMTES, BARONS, CHASTELAINS, HAVLTS, MOYENS, ET BAS IVSTICIERS. Tit. 1. DES BAS IVSTICIERS.

2. SPECIATIM verò Andium Consuetudine sancitum est de multiplici Dominicæ Iurisdictionis serie, in hæc verba à nobis Latina facta. NOS HABEMVS REGEM DVCEM ANDEGAVORVM, COMITES, PROCOMITES, BARONES, CASTELLANOS, SVMMOS, MEDIOS, ET INFIMOS IVRIDICOS. In Præfat. Andeg. Consuet. Eosdem patriæ Iurisdictionis gradus, quos dictat Mos Andium, valde commẽdat Do. Ioh. De Feud. in forma libelli quo agitur actione confess. In glo. super ver. plenam & omnimodam iurisdictionem. Imo & Dominicarum Iurisdictionum ordinem nullibi clariùs distinctiúsque legas, quàm in Andium & Cenomanorum Lib. *Consuetudinario*, si credimus antiquo Galliæ Praxiarcæ, in forensi suo Codice, ita loquenti. *Touchant ces Articles de Iustice cy mises, faut veoir le Coustumier d'Anjou & du Maine, qui à la verité traicte ceste matiere mieux que nul autre Coustumier de France: & là trouuerez la distinction des droicts des bas, moyens, & haults Iusticiers, des Chastellains, Barrons, Vicomtes, & Comtes, & la forme de leur Iustice.* Lib. *Cy commence le grand Coustumier de France & instruction de practique.* Talem Andegaui, cum Imperio Legem intulêre Neapolim, vbi Magnates etiamdùm iurisdictioni præsunt in subditos ab continua illa & hæreditaria suarum Ditionum prærogatiua. Neapol. Constitut. Lib. 2. Tit. De dilat. & except. in iudicio abbreuiand. Et ibi Afflict. Num. 40. Yser. in Cap. 1. Quid sit inuest. Matthæus, Decis. Neapolit. 77. Quid de alia Francorum equitum colonia Hierosolymas ducta? Gottofredus Bulioneus subactæ armis Palestinæ leges scripsit in Consessu Procerum Gallorum, nostris haud absimiles, de Beneficiaria præsertim Iurisdictione, & ex Gallico vsu repetitas, in hunc modum. *Es assises dou Reyaume de Ierusalem, &c. y estably. 2. Cours seculieres: Lune, la haute Cort, de quei le chef senor dou Reyaume est gouuerneor & iusticier: Lauere, la Cort de la borgesie, de laquelle il estably 1. home en son leuc à estre en gouuerneor & iusticier, lequel est appellé Viscomte. Il estably à estre Juges de la haute Cort ses homes cheualiers qui li estoient tenus de foi par homage que il li auoient faict, &c. Que nul senor des 4. Baronnies dou Reyaume ne peut estre iugié de son cors ne de son fie, ne de chose de sa Baronnie que par ses Pers: Ce n'est lune desd. Baronnies por les autres, se il defendre seu viaut. Et tos les autres homes dou Chief senor dou Reyaume peuent estre iugiez par les homes de la haute Cort dou*

Vetustiori Andium & Cenom Consuetudini præfigebatur hic Titulus. *Les Iusticiers & Iurees d'icelles, autresfois establies par les Anciens, à ce que l'on peust cognoistre, sans abuser, quelle Iustice les seigneurs Iusticiers ont en leur terre & sur les subiects d'icelle, & cognoistre le degré & prerogatiue l'vne del'autre.*

Domini locorum & Barones, sunt Iudices ordinarij suorum Vasallorum.

Primi Hierosolymorum reges constituerunt Iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca. Vt de Iosaphat rege Iuda relatum est Paralipom. lib. 2. cap. 19.

Reyaume, & par ceaux des autres Cors qui ont faict la ligence au Chief ſenor. Et de totes les autres quereles des Barons, puet checun Cheualier iugier, mes quil ſoit home de Cort, ſil n'a eté attraint ou prouue daucun crime, par quei on pert vois & reſpons en Cort. Ex vetuſto Codice ſic inſcripto. *Des Aſsiſes, des Vſages & des Plais de la haute Cort dou Reyaume de Ieruſalem.*

Erectio Maioris & Scabinorum Andegauæ Ciuitatis.

Michaël *De Ville-Chartre* erat ſubſtiturus Procuratoris generalis in magno Regis conſilio, cui tum aderant Dux Brabantiæ Niuernenſis Comes, Dammartinus Comes Præfectus Aulæ, Boulengerius primarius Curiæ præſes, Franciſcus Haſle Archidiaconus Pariſien. & Regius in Senatu aduocatus, cũ multis aliis Die. 7. Mart. An. 1474.

NON omnis tamen Iuriſdictio fundo cohæret in Gallia, neque ex patrimonio deſcendit. Qualis cenſenda eſt quæ Collegiis licitis in Sodales permittitur: Item illa quæ ciuitatum Decurionibus competit in Oppidanos: tametſi nec eorum clientes neque iis aliàs obnoxios. Sic Ludouicus. 11. rex inſtituit Magiſtratus municipales in vrbe Andegauen. Tabulis ſolennibus, quæ in ſanctiore Principis Auditorio promulgatæ ſunt, regio Subcognitore in ſacro Prætorio aſſentiente. Nonis Matt. An. 1474. Antea enim Andium vrbem caruiſſe publico Decurionum conſilio; ſatis oſtendit Decretum Curiæ vetus An. 1386. ſecũdùm vniuerſitatem Andenſium & Cenomanorum ciuium, Siciliæque reginam ac Hieroſolymorum, quæ Andibus Cenomaniſque dominabatur tutorio liberorum ſuorum nomine. Vt refert I. Gallus Quæſt. 63. Poſtea verò creati ſunt Regio diplomate Tribuni plebis apud Andes, datáque iis Iuriſdictio in ſcholaſticos Andegauæ Academiæ, cum vrbana Prætura ſeu Præpoſitura iuridica, quæ ad primum ab Vrbe lapidem producitur. Singularia item iura alia irrogauit Princeps Ludouicus Ædilium Vrbis ciuſce collegio, quæ recenſere iſtîc minùs ſit tempeſtiuum. Eidem quippe Ludouici filius ademit haud pauca paterni beneficij Priuilegia. Codicillis pridie Iduum Iuniar. Anno 1484. Hic imprimis Andenſem Tribunatum plebis redegit in formam Ædilitij collegij Turonorum ciuium reuocatáque vetere Andegaui Fori conſuetudine, Decurionibus interdixit munere Prætoris vrbani, & Academicorum Seruatoris Priuilegiorum. Cuiuſmodi munera tranſtulerat Ludouicus. 11. à regiis ad populares illos Andium magiſtratus. Manſit tamen penes Ædiles cognitio diſceptatioque de Ciuitatis ærario, iiſdem Karoli. 8. Literis reſeruata Decurionum ordini. Quibus deinde conceditur nouo Reſcripto ciuica Polit[i]a, reorum prehenſio criminúmque inquiſitio per occupationem: ea quidem lege, vt capitis iudicia remitterent ad Principales magiſtratus, alia mulctæ dictione exercerent. Decemb. Menſ. An. 1484. Iſthæc ſanè Priuilegia firmauit Karolus. 9. Iunio Menſ. 1569. iuxta Franciſci. 1. diploma Sextili Menſ. 1534. quod in Prætoriano Conſilio publicatum fuit Septemb. Menſ. eod. anno. Huic planè congruunt Henrici. 2. priuilegiariæ Literæ in gratiam Decurionum vrbis Andegauen. Poſtridie Kal. Quintiles An. 1553. Quorum in Album decurionum relatus fui Comitialibus Vrbis ſuffragiis: vt quandiu lucis

Areſtum An. 1386. pro Habitatoribus Andium & Cenomaniæ, quorum ſi matrices ciuitates habuiſſent, tunc Maiorem & Scabinos, in eorum perſonam conceptum fuiſſet Iudicium Curiæ, nõ in perſonas Habitantium.

Literæ patentes Caroli 8. Die. 12. Iunij An. 1484.

Edicto Henrici. 2. regis Die. 2. Iulij. 1553. conceſſum eſt Andegauis ciuibus, vt Togati ordinis viros in collegium Decurionum vrbis cooptare poſſint perinde ac mercatores, ſeu quoſuis alios. Non obſtante contrario Edicto Octob. Menſ. 1547.

Arreſt du Parlement du 21. d'Auril 1584. en la grand Chambre des Eſchevins d'Angers qui eſt en la Marchepage de Domanio Fiſci.

Concluſio verbis Andegauen. *En l'Hoſtel de Ville, & Aſſemblée publique.*

Die 14. Nouẽb. 1581.

Le 19 iour d'Auril 1584. plaidans Ramas pour le Preuoſt d'Angers appellant, & Buiſſon pour les Maire & Eſchevins d'Angers intimez ſur la queſtion de Police, auquel d'entre eux elle appartenoit, au Preuoſt de la ville ou aux Eſchevins. La Cour appoincta les parties au Conſeil pour voir les pieces & Arreſts. Et ce pendant ordonna que l'Arreſt proviſional obtenu l'an 1583. par leſdits Eſchevins tiendroit, qui eſtoit adiudicatif de la Police generale & concernant le general auſdits Eſchevins, comme pour le faict de la contagion. Meſmes que par l'Edict de l'an 1572. le faict & cognoiſſance de la Police generale du Bailliage ou Seneſchauſſée, eſt commis en Bailly ou Seneſchal de la Prouẽce principalement au Iuge Preuoſt Royal des Villes.

huius

Digitized by Google

huius vſura, fruerer etiam tandiu Ædilitia dignitate, ac Ædilis ritè nuncuparer. Octauo Kalend. Decembres An. 1581. Nec leuiorum vtique Priuilegiorum Chartulis ornata eſt à Regibus noſtræ vicina Vrbs Cenomana. De illis quippe, eximias Ludouici. 11. Tabulas, quæ à nobis alibi non ſemel memorantur, ſtabiliêre poſteri in Regnum ſucceſſores. Iunio Menſ. An. 1515. & quinto Idus Iunias An. 1572. Quorum benignitati Principum acceſſit tandem Senatorius calculus atque ſuffragium. Quarto Kalend. Quintiles An. præd. 1572. Priuilegij capita ſunt præcipua iſthæc, in Ædiles Inſignia titulíque Nobilitatis perpetuæ, cum poteſtate & copia Nobilium fundorum comparandorum: Vacatio item perſonalium tutelæ munerum, ac curationis publicæ cuiuſuis: ius exigendi vectigalis *de Barrage & Pauage*, quod in vſum publicæ Viæ muniendæ impendi conſueuerit: Politica demum notio Vrbanarum Rerum, ac Opificiorum, quæ priſco illo Reſcripto ſigillatim expromûtur. His ſubtexitur generalis Ciuium omnium immunitas, ſolutióque oneris Feudarij militaris: Vnà cum aliis quibuſdam Regiæ in illos Indulgentiæ particulis, quæ eodem Diplomate percenſentur. Iſtuc pariter animi gratia conferre liceat vrbana Santonum Priuilegia, Xanctonenſis putà ciuitatis, haud prorſus abſona ſuperioribus: Quæ *Parlamenti* Iudicio contradicto probata (An. 1279. Februar. Menſ.) ſanxit Philippus. 6. rex, Maio An. 1338. ac Decemb. 1347. Ludouicus. 11. Sextili Menſ. An. 1469. & 1476. Karolus. 8. Maio. 1492. Franciſcus. 1. Decemb. 1517. Erricus. 2. ſeptimo Kal. Apriles An. 1547. Karolus. 9. Aprili an. 1561. Erricus. 3. poſtridie Kalend. Maias an. 1576. & 14. Kal. Quintiles. 1584. Henricus. 4. Maio Menſ. 1593. Quibus Principum Tabulis priuilegiariis calculum adiecit Senatus Burdigalenſis. 3. Nonas Maias An. 1594. poſt Magiſtros Rationiciniorum Pariſien. 4. Idus Quintiles. 1584. Finitimæ item Santonum vrbis Sant Angelianæ Regia extant beneficia Philippi. 6. Iulio Menſ. 1331. & Maio. 1341. Karoli. 5. Quinto Idus Nouemb. 1372. Karoli. 7. Ianuario. 1422. Ludouici. 11. decimoquarto Kal. Mart. an. 1461. & Septemb. 1481. Karoli. 8. Ianuario 1483. Ludouici. 12. Iulio 1498. Comprobante iſthæc ſuprema Aquitaniæ Curia. 3. Idus Februar. eod. An. 1498. Eadem Priuilegia Franciſcus. 1. conſtabiliuit Literis Febr. Menſ. 1519. queîs ſubcripſêre Lutetiani Vectigalium Præfecti ſummi, 16. Kal. Decemb. An. 1520. Atque hi propterea ſecundùm libertatem Ædilium Sant Angeliac. vindicias dixêre, merciumq; negotiationis in ipſos obiectione poſthabita, iudicarunt pro immunitate plebeiarum Indictionum publicarũ. Decreto. 7. Kal. Nouemb. An. 1523. Proxima quoque Santonenſi oræ Engoliſma, paribus ſubnixa eſt priuilegiis, ab rege Ludouico. 12. An. 1503. Et à Franciſco. 1. Dec. Menſ. 1516. Præter vetuſtiora, quæ aliis noſtris Opuſculis minimè ſilentio præteruecti ſumus. Nec ſuis etiam Burdigala caruit beneficiis Principum Karoli. 7. Ludouici. 11. tum Karoli. 8. An. 1487. Franciſco. 1. dehinc gratis acceptíſque An. 1521. Quorum expromptа fit apud Boërium, Burdiga-

Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 10 Art. 7. Ac. Lib. 3 Parſien Morum Tit. 2. Art. 24.

Parentes literæ Karoli. 9 Priuilegiorũ Cenom. vrbis confirmatoriæ Die. 9. Iunii. 1572. Verificatæ in Parlamento, Die. 28. Iunij inſequentis.

Scabinorum Nobilitas hæreditaria, & facultas tenendi Feuda.

Exemptio Banni & Retrobanni, *de oſte, chevauchées, & armées.*

Xainctes, a priuilege d'election de Maire & Eſcheuins annuels par mort, ayant la Police & Iuſtice de la Ville, auec l'exemption de l'Arrierehan, & pouuoir d'acquerir Fiefs nobles ſans payer finance, &c.

Die. 26. Mart 1547. Die. 1. Maij. 1576. & 18 Iunij. 1584.

Literarum veriſicatio in camera cõputor. die. 12. Iul. 1584. & in Curia Burdeg. die. 5. Maij. 1594.

S. Iean d'Angely, priuilegié, inſtar d'Abbeuille, & la rochelle tenans auſſi leurs Priuileges de Charles, 4. auec pluſieurs franchiſes & exemptions, nobleſſe d'eſchevins, &c.

Die. 11. Februar. 1498.

Priuilegiorum veſtificatio in Curia Iuuaminum Die. 16. Nouemb. 1520. Et Areſtum die. 25. Octob. 1523.

Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 13. Art. 15. & Lib. 3. Tit. 20. Art. 5. 6.

Reſtabliſſement & reglement du College de

Maire & eſcheuins de Bordeaux, en Aoust 1550.

len. Præsidem commemoratio, Decis. 246. Tholosates verò suorum Priuilegiorum assertorem vindicémque acclamant Philippum. 3. D. Ludouici filium, qui, Alphonso fratre mortuo, Tholosæ Comitatum Rex primus obtinuit. Ac, longo pòst temporum interstitio, Ianus. 2. rex. & Karolus. 5. Tholosana priuilegia confirmarunt: vti pronepos Karoli Ludouicus. 11. seriatim. Epistolis apertis Mai. Mens. An. 1463. & 9. Kalend. Apriles. 1471. Karolus. 8. an. 1495. Applaudante his Tholosano Senatu. 10. Calend. Ianuar. eod An. Quantùm ex Nicol. Bertrando assequimur, ea in Curia Aduocato, De gestis Tholosatium. Et Benedicto ad Cap. Raynutius In ver. & vxorem Num. 572. 573. ac seqq. Sed etsi minora Procerum Oppida Tribunatum plebis hisce Dominis ferant acceptum, vtpote Occitanum, Vticense, Roberto & Berengario *d'Vzes*. 4. Cal. Decemb. an. 1320. Maleficio tamen, excidunt Tribunitij iure Collegij. Vt de Laudunensi Veromanduorum vrbe, quæ Episcopum, Ducem purè agnoscit, relatú est Philippina Valesij Charta regia, Mart. Mens. an. 1337. ac pòst Sigebertum in Chronico, Francicis Æmilij Pauli Annalibus, Lib. 5. Ciuitatem vtique Ludou. Crassus decorarat Ædilitio plebis Ordine, an. 1112. Sed popularium seditione occiso VValdrico Præsule, quùm suæ res Ecclesiæ propugnaret, mulctati fuêre ciues eo Decurionum titulo muneréque honorario. Quorum in vicem regius Iuridicus subrogatur iussu Philippi. 6. Literis suprà designatis. Haud dispari argumento, Anicienses Vellauniorum ciuitas suis exuitur Priuilegiis, vrbaníque titulo Collegij, ob seditiosum Plebis insultum in Episcopales Magistratus, corúmque Officiales. Atesto *Parlamentari* an. 1276. quod Nobis est in manu. Ast diutiùs iam lustratis alienis, Patriam Vrbem repetamus.

Parentes literæ die 24. Mart. 1471.

Publicatio Literarum in Curia Tholos Die. 23. Decemb. 1495.

Mairie & eſcheuinage d'Vzes en Languedoc, Die 28. Nouemb. 1320.

Leon, en Vermandois.

Ville du Puy, en Velay.

Arestum in Parlam. Candelosæ An. 1276.

Aux Coustumes & vsages locaux de la ville & banlieüe d'Abbeuille arrestez l'an 1507. auec & au bout de la Coustume generale du Comté & Senechaussée de Ponthieu, il est dict que les Majeurs & eſcheuins d'Abbeuille ont toute Iustice haute, moyenne, & basse & la Police des mestiers en ladicte ville & Banlieue d'Abbeuille: ensemble l'administration & gouuernement de la maison & Hostel du Val aux malades de lepre, auxbourgs & d'icelle, auquel Hostel y a plusieurs droicts & priuileges des Papes confirmez & admortiz par les Roys & Comtes de Ponthieu.

En Octobre 1512 les Maire, & eſcheuins d'Abbeuille obtindrent du Roy pour leur ville exemption de toutes tailles par lettres Patentes.

Aultre Boulongne sur la mer est franche & exempte de toutes tailles subsides, & gabelles. Par l'Art. 4. de la Coustume locale de la ville, Baillieuille, Bourgaige & Banlieue de Boulongne sur la mer, qui est au bout des Coustumes du pays de Boulenois.

ADMOTANDVM hîc obiter, iuris dicundi potestatem, quam Andegauis Tribunis plebis irrogauit Ludouicus. 11. Rex, cuidam præbuisse nuper argumentum captandæ ambitiosiùs Iuridicæ Scholasticorum Præfecturæ, eíque ideò peculiarem Magistratus titulum exercitiúmque attribuendi, noua huius muneris Institutione Codicillari subdolè impetrata. Maio Mens. An. 1577. Ille enim falsò suggesserat Principi, Decurionum Præfectum Andensem fuisse primitus Scholasticorum Seruatorem creatum seorsim, temporísque successu magistratum hunc confusim translatum ad regios iudices: Andium nempe proprætorem, & minorem vrbis Iuridicum, qui à nostris Præpositus appellatur. Quùm igitur in Curiam perlatum esset Diploma noui scholasticarum litium Iudicis regij, mordicùs intercessit Vido Leratius, *Senechalli* Andegauen. regius Vicarius, & Guill. Bonuoysinus Prætor vrbanus: Quorum causam egimus in primario Cutiæ Auditorio, his ferè verbis. Reges priscos excitasse Andense Musæum, stimúlque

4.

Regiis literis Dec. Mens. 1484. sur l'appel des eſcheuins contre le Sieur de la Gruture Seneschal d'Anjou, qui les vouloit contraindre luy bailler les clefs, Le Roy dict que lesd. Maires & eſcheuins auront les clefs comme ceux de la Rochelle, & de Poitiers.

De noua erectione Regij officij Conseruatoris Priuilegiorum Andegauæ Vniuersitatis.

Lieuten. du Senechal, & le Preuost.

Digitized by Google

múlque Muſarum alumnis Seruatores dediſſe Andium Propræfectum, ac Præpoſitum minorem; de eorum controuerſiis cognituros ſolida in diuiduáque poteſtate, & cum ordinario ipſorum Magiſtratu coniuncta. Sic Iuſtinianum Byzantiis ſcholaſticis Iuridicum deſignaſſe Præfectum Vrbi Conſtantinopolitanæ, & in Berytenſium Academia præſidem Phœniciæ maritimæ, vnà cum ciuitatis Epiſcopo, & Legum profeſſoribus. §. penul. In proœm. Inſtit. Eo modo Leonem Auguſtum Priuilegiariis aliis Iudices deſtinaſſe, qui iam antea publico iudicandi officio fungerentur. l. Præcepit C. De can. largit. titul. Lib. 10. Cod. Hos ſecutus Fridericus. 1. Cæt. Ordinarios iudices, eſſe iuſſit ſcholaſticorum Priuilegiorum vindices & aſſertores. Lege lata apud Roncalias, quæ Iuſtinianeo Codici inſerta eſt. Allegabam rurſus, regia Munera fori profani nihilò magis à Principe nouari poſſe contra legem aut vnionem in fundatione literarij Gymnaſij dictam, quàm ſacra munera ſeu beneficia, contra legem ipſorum fundationi adhibitem. Ruzeus in Priuil. 49. Regaliorum. Priuilegia enim non licet infringere, quæ Pactitiam in formulam indulta ſint. Bald. ad l. Qui ſe patris Cod. Vnde lib. Neque inficiabar, Bituricenſes literarum ſtudioſos peculiarem habere ſuorum Priuilegiorum Seruatorem: Sed id propterea factum Biturigibus aſſerebam, quia cautiones adiectæ in condenda Schola Auarici Biturigum non repugnarent particulari Magiſtratus huiuſce creationi. Fuit autem in Senatu promulgata Bituricæ Academiæ inſtitutio Principali iuſſu bis terque iterato. 3. Kal. April. 1469. Vti ex Regeſtis Curiæ admonuimus. Lib. 3. DOMAN. FRANC. Perorata cauſa, cenſuerunt PATRES amplius deliberandum. 17. Kal. Ianuar. 1577. Ac quatriduo pòſt, interlocuta eſt Curia, publicène expediret diſtinctum hoc creari iudicandi munus, an quiri debere. Arreſto. 13. Kal. Ianuar. Eod. anno. Poſthæc definita res ſecundùm nouum illum Magiſtratum. Februar. Luce. 18. An. 1578. Deinceps verò antiquatum eſt Edicti, ſublatumque publicum hoc Scholaſticorum Iudicis officium, apud Andes. Mart. Menſ. An. 1580. & Septemb. 1586.

De Andegauê Academiæ inſtitutione per Carolum 1. regem. vide quæ ſcripſimus Lib. 3. De Doman. Franciæ. Tit. 27. Art. 11.

Apud Andes extât Inſtrumenta & Acta multorum Conſeruatorum. *Pierre Guyot Lieuten. à Angiers & ou reſſort de M. le Seneschal d'Anjou & du Maine, iuge & Conſeruateur deputé de par le Roy noſtre ſire des priuileges par luy donnez aux eſcolliers &c. le 24. Mars l'an 1403.*

Iacquet Lobreau deliurant les taxes en l'abſence de M. I. du Chaſteau Lieuten. du Conſeruateur des priuileges Royaux de l'Vniuerſité. 11. Octob 1483.

Ieh Belin Lieuten. à Angiers & ou reſſort de M. le Seneschal d'Anjou, Iuge Conſeruateur &c. le 24. Ianuier. 1487.

Die 30. Mart. An. 1469.

Die. 16. Decemb. An. 1577.

Decretũ Curiæ die. 20. Decemb 1577. *Suppreſſion du Conſeruateur des priuileges de l'Vniuerſité d'Angiers moyennant le rembourſement de ſors fait, & encores vn Office de Cõſeiller eſtably au lieu du Conſeruateur.*

Auſſi par l'Art. 72. de la Couſtume de Tourraine, où il eſt dict que le Seigneur Laïque peut dõner à ſon vaſſal haute Iuſtice, moyenne & baſſe, Toutesfois ne les peut donner au preiudice de ſes ſubiects, ny des droicts du Roy, ou du reſſort.

5. QVOD PRÆFATVS eſt Andium Mos, periodo ſuprà relata, varios Iuriſdictionis procerum gradus vſu recipi, idipſum temperat Clauſula Proœmij eiuſdem, Latinè à Nobis expreſſa, ABSQVE PRÆIVDICIO IVRIVM REGIORVM, QVÆ VNIVERSIM HABET PRINCEPS IN TOTO HOC GALLORVM IMPERIO. Nam Prouincialium *Statutis* tacitè videtur excepta ſuperioris Domini auctoritas: vulgoque ferunt, Principem Municipali ſubditorum legi non ſubiici, in auguſtioribus, ſummiſque Diadematis Inſignibus. Fateamur enim, Sacerdotes, Equites, vnà cum Plebe, propria ſibi Iura ſcripſiſſe Regio conceſſu: demus & procuratorem Fiſci conuentibus Populi intereſſe, Ciuiles ſuos ritus componentis. Haud ideo tamen Reges, quaſi faſcibus ſubmiſſis, adſtricti cenſentur Legi populari, ſed Procuratoris ſui interuentu illo nudam præſtitiſſe auctoritatem Mo-

SANS PREIVDICE DES DROICTS ROYAVX, QVE LE ROY HA VNIVERSELLEMENT PAR TOVT SON ROYAVME.

Ex eodem Conſuet. Andeg. Proœmio.

rum Prouincialium emendationi. Ob eam rationem diſſerebat Meſnilius aduocatus Fiſci apud Conſcriptos Curiæ, Rupellanos Ædiles Plebis temere diem dixiſſe regio apud Rupellam Procognitori in appellationis iudicio, quam illi ad Senatum interpoſuerant à nonnullis patriæ Conſuet. capitibus. Affirmabat enim Meſnilius, priuatos Municipij mores nec prodeſſe nec obeſſe Principi, eiúſve Conſtitutionibus: Sed illorum vim effectumque ad Municipes modò pertinere, talibus inuicem Moribus aſſuetos: quos ideo vocare in Curiam debuerant Tribuniplebis, de prouocatione ſecum litigaturos. Actione forenſi. 13. Kal. Iunias An. 1566. Quin & antea ſic egerat in Senatu Marillacus patronus Fiſci, haud ideo ius Gladij ſoli competere peregrino Prætori apud Pontiſaram, nec mediæ tantùm ac imæ coërcitionis, vrbano, quòd ita diſcreta proponeretur vtriúſque Iudicis poteſtas veteri Pontiſaræ Conſuetudine. Nec enim coacto in vnũ populo Municipij licitum eſſe, nec regiis Conſuetud. Emendatoribus, quicquam ſtatuere de regia iuriſdictione & imperio. Qua tamen in quæſtione interlocuti ſunt PATRES, Conſuetudinis Pontiſaræ vſum teſtibus adprobandum: nullo interim præſcriptionis excluſoriæ præiudicio. Decreto Curiæ. 3. Nonas Februar. An. 1544. inter Iac. Criſpinum, Pontiſaræ prætorem vrbanum appellantem, hinc, & Karol. Choartum prætorem peregrinum, inde, altercantes. Quorum cauſam, Riantius appellantis, & Thuanus, aduerſarij perorarant.

Le Substitut de M. le Procureur general, à la Rochelle.

Publica forenſis diſceptatio in Senatu Pariſien. Die. 20. Maij. 1566.

Preuoſt forain de Pontoiſe, ville & ſiege particulier du Bailliage de Senlis.

Interlocutio Curiæ, *ſans préiudice de la ſouueraineté & ſouueraineté.* Die 3. Febr 1544.

MEA vtique fert opinio, ſuprema Principis iura, quæ Diademati 6.
purè nuncupantur, Municipali aliqua Conſuetudine non teneri: quùm ea generale quoddam præferant ſummi faſtigij ſymbolum, nec certi fundi rationibus circumſcribantur. Sicuti à Bartolo adnotatum eſt in l. Lucius Titius. ff. De fideicom. libert. A Baldo, in Authen. quibuſdam Cod. De Epiſc. & Cler. Alexandro, & Iaſone, ad l. Cætera §. 1. ff. De legat. 1. Cum Archydiaconi Scholiis ad Cap. Vt animarum De conſtit. In. 6. Sunt enim in Reipub. patrimonio Dominica illa regij Imperij Inſignia, & ſacrorum inſtar, minimè ſubiiciuntur vulgari mortalium commercio. De iis ſaltem minuendis diſtrahendíſve agi non poteſt, præterquàm frequenti Gallicorum ordinum conſilio, ſeu in Pariſien. Senatu qui triplicem hunc Ordinem exprimit. Eundem propterea, veteres dixerunt Curiam Franciæ, nedum *Parlamentum*: quo tamen *Parlam.* nomine, congregati Status Regni intelliguntur Anglis & Scotis. Auguſti igitur CENSVS imminutio, vel alienatio permittenda non eſt peculiari vnius Prouinciolæ conuentui, per cauſam reſtituendæ Legis prouincialis: tametſi Regius Municipij procurator adſtiterit popularibus Comitiis patrios Mores reponentibus. Non enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt. Vti de procuratore Cæſaris reſpondit Vlpianus, Lib. 16. ad Edictum l. 1. De offic. procur. Cæſ. Vnde & Melodunenſi lege demuntur à regulis *alte Iuſtitiæ* Principalia Iura, Regiæque vel notionis, in criminibus quibuſdam, vel poſſeſſionis, in

An Conſuetudo liget Fiſcum, & Dominum Terræ.

Conſt. de Melun.

bonis

bonis exterrorum. Artic. 1. & 5. Consuet. Melodun. Tit. De sublimi Iurisdictione.

7. De prædiis autèm DOMINICIS, vel prædiariis iuribus, quæ certo addicta sunt Municipio, aliud constituendum. Nam legibus suis solutus est Princeps, Municipalibus non æquè: Sceptro nimirum Imperióque vetustioribus. Vice exempli sit ius successorium in bona aduenarum sita apud Senonas, quod in suo quibusque Dominis territorio attributum est patria Lege, nulla eximia Regis in eo prærogatiua. §. 10. Senon. Consuet. Fundorum enim morem antiquum seruandum, notat in eos Vlpianus, qui publico nomine lapides cædere conabantur in alienis priuatísque agri lapidicinis. l. 13. §. vlt. Commun. præd. Sed hoc ita intelligendum est, nisi Municipalis *Statuti* verbis excipiantur Cæsariani aut Regij fundi, Legísque nexu liberentur. Quo modo Caluimontanis Moribus singularia habentur Regiæ clientelæ prædia; communibúsque feudorum præceptis libera, quæ recepto Prouinciæ Vsu sanciuntur. Artic. 20. Caluimont. Consuet. Sic Regia nemora, lege eximũtur Bononiensi Belgica. §. 34. Principis item fisco obnoxij vectigalésque fundi. §. 115. Melodunen. Consuet. Principales notarij, Cap. 159. Turonen. Regia persona, in fide sponsionéque clientelari danda. §. 191. Marchianæ. Iura demum regia, in nobilitate ex matre quæsita. Artic. 2. Chatalaunen. Morum apud Viromanduos. Porrò quod de vetusta diximus, idem de nouata Consuet. recénsque emendata puto iudicandum, vt hac peræque regius Fiscus obstringatur, etsi noua Lege veriùs quàm Consuetudine. Pendet de eo ardua inter Magnates controuersia, Andium Ducem scilicet, qui ab Meduntensi suo Comitatu actoris partes sustinet, ac Franc. Betunij liberos, contrà, ex insigni feudo suo decertantes in Foro. Cap. 6. Medunten. Consuet. Ille enim, Meduntæ, regia fiducia, Comes deposcit *Releuiorum* iusta caducaria ab liberis clientis demortui, successoribus in ditionem *de Rosny*, beneficiarium Meduntensis Comitatus. Negant verò isti, patrono quicquam se debere ob hæreditarios parentum fundos, quasi coniunctim ab ipsis possessos iure Sui. Vt cauetur nominatim Meduntensi Consuet. scripta An. 1556. (§. 6.) contrariæ veteris emendatrice. De hac forensi quæstione adhibiti Nos in consilium à Meduntensi Propræfecto, censuimus Municipij legibus teneri Regem, atque exhinc Meduntensem Comitem illum fiduciarium. Quo etiam nos impulit Triumvirûm Consuet. reformandæ ordinaria solennisque Sententia, vetantium, quasi ex condicto, alios denuo Mores vsurpari à dominis prædiorum, quàm prædiaria lege Meduntensi ac Consuetudine præscriptos. Itaque quod iussit vetuítve Prætor, tolli non potuit contrario, nedum minore, imperio: Quùm præsertim à Triumuirûm decreto illo Senatum Comes minimè prouocasset. Simili modo nobis lege agendum fuit Municipali apud CONSCRIPTOS CVRIÆ pro regina Scotica Pictonum fructuaria, aduersus Ludouicam *de Mont-*

Fons Domaniaux du Roy, aux Emillages, hors les droicts Regaliens, & de Couronne.

Senonum antiquitas, maximéque Senonen. Ecclesiæ dignitas perspicitur. Odorani Chronico autographo. Monachi in monasterio S. Petri viui Senon. qui à Roberto rege in familiaritatem adscitus fuit. Aiunt enim, Synodo Pontigoni habita. Ecclesiasticum Galliæ & Germaniæ Primatum Senonensi Archiep. tributum perpetuò fuisse à Ioh. P. M. annuente Karolo Caluo rege An. 861.

Chaumont en Bassigny. Bolongne sur la mer. Chaalons, en Champagne.

Francisc. Andium Dux. Errici 3. regis frater, *Comte de Mante par Appenage.*

An Rachatus feudalis debeatur ex successione directa.

Pour le Royne d'Escosse, douairiere de France.

Mainlevée provisionale du Fief saisy.

bron clientelaris fundi proprietariam. Huic enim Pictauensis Suppræfectus addixerat seruientis feudi possessionem vindiciariam, quæ patronali iure regio publicè tenebatur, antequàm fœmina cliens in fidem se contulisset Regis Pictonum domini, & nummaria vacui feudi commoda dependisset Augustæ Scoticæ, Pictonum fructuariæ ex regia donatione propter nuptias. Proinde in causa appellationis, quàm à Pictauensi iudice interposuerat regina Scotorum, nitebar ego imprimis vulgato Pictauorum More aduersus inferioris prædij dominam, quasi ipsius prouentus fructuariæ patronæ cessissent pœnæ nomine in desidem vasallum, quoad clientelaræ munus expleuisset. Cliens, è diuerso, in patronam retorquebat nonnulla Consuet. eiusdem capita. Rem vltro citroque actitatam PATRES miserunt in

Die. 23 April. 1575.

consilium 9. Kal. Maias. an. 1575. Martino, clientis fœminæ causidico. Pluribus de eo scripsimus alibi, nûm Municipali legi obnoxia sint Fisci iura Principalis. Lib. 2. De Fiscali Galliæ Patrimonio,

Tit. 1. Art. 2.

vbi Fabrum protulimus, aliósque Legum Antecessores, qui eam variæ quæstionem exagitarunt. Particulatim verò Regia iura, quæ Mos

Regiorum Iurium reseruatio facta à Cõsuetud. Andium, in Præfat.

Andũ receptitia sanxit. 3. indefinitè discutiemus suo loco, i. Tit. De Præuentione Principis. Interim pergamus ad explicationem singulorum patriæ Legis Capitum pro suo cuiusque ordine ac numero.

Cap. I. Andens. Consuet.

Pour la declaration des Iustices, degrez & prerogatiues desd. Seigneurs, selon l'vsage, Coustumes & commune obseruance dud. Pays, sera traitté en premier lieu des Droicts & cognoissances, qu'ont les Seigneurs ayans seulement basse Iustice, Iustice fonciere & simple Voiere, qui est tout vn, & apres, de chascun des autres au dessus. Et est à entendre, que de tous les cas & droicts declarez en chascun degré, dont la cognoissance appartient aux Suzerains, les inferieurs n'ont aucune cognoissance, s'il n'est expressément declaré. Mais au contraire, les Suzerains en Iurisdiction ont la cognoissance en toutes matieres, qu'ont, & sont fondez leurs inferieurs.

Tertus Andeg. Consuet.

AIT Lex Andium, AD DOCENDAS NOCENDASQVE IVRISDICTIONVM SPECIES, GRADVS ET PRÆMINENTIAS MAGNATVM VIRORVM, IVXTA VSVM, MOREM, VVLGATAMQVE HVIVS REGIONIS OBSERVATIONEM, TRACTABITVR PRIMVM DE IVRIBVS NOTIONIBVSQVE CAVSARVM SPECTANTIBVS AD DOMINOS IMÆ IVRISDICTIONIS SEV BASSÆ IVSTITIÆ, FONCIERIÆ, ET SIMPLICIS VOYERIÆ, (QVÆ IDEM SONANT:) TVM DE ALIORVM QVOLIBET GRADATIM. SCIENDVM QVOQVE EST, OMNIBVS REBVS IVRIBVSQVE ENVMERATIS IN OMNI IVRISDICTIONIS GRADV QVORVM COGNITIO SVPERIORIBVS DOMINIS COMPETIT, INFERIORES MINIME INTERPONERE IVDICIVM: NISI NOMINATIM ID DECLARETVR

Digitized by

ECONTRARIO AVTEM, SVPERIORES IVRIDICI NOTIONEM HABENT CAVSARVM VNIVERSARVM, QVIBVS IVS DICVNT DICEREVE POSSVNT INFERIORES. Decreuimus enim verbum verbo reddere pingui Minerua in citando hoc Gallico Andium More ciuili, ac populari ſermone agere, vt ait Cicero, cùm verſemur in opinione moreque populari. Nam & ſua quædam ſunt ac propria Legis vocabula Municipalis, non minùs quàm Romanæ: cuius peculiarem phraſin edocuit Ælius Gallus Lib. edito De verborum, quæ ad Ius pertinent, ſignificatione. Dicitur ergo Francicis Moribus ima Iuriſdictio, ſeu forenſi voce, *Baſſa & fundiaria*, quæ patrono competit in clientem huiúſque ſubditos ex beneficiario fundo: Item Domino in poſſeſſores, ſolario cenſuíve agrario obnoxios quotannis: Quæ demum exercetur ſubditos inter ipſos, limitata quadam iuris dicundi poteſtate. Sic Andibus Infima iuriſdictio latè producitur, complectitúrque iuridicam vim inter ſubditos circumſcriptam, nedum *Feudarij* iuris Dominici cognitionem. §. 2. & toto Tit. hoc De minimis Iuridicis. Quippe in Gallicis prouinciolis, quarum lites definiuntur Lege Municipali, minima eſt alia ſeu ſimplex iuriſdictio, alia plenior ſeu media, tum pleniſſima, ſeu *alta Iuſtitia*. De quibus ſigillatim Bart. ad l. vlt. D. vti poſſid. Verſ. *Item poteſt eſſe apud plures iuriſdictio, vna alta & magna, alia baſſa & parua.* Haud eadem vtique fuit priſcis Romanis iuriſdictionum diuiſio. l. Imperium. π. De iuriſd. omn. iud. Sed quæ ſuum etiam locum tueri poſſit in Iuridiciali Galliæ regione. In Municipio autem, quod partim Moribus regitur, partim Lege ſcripta, ſequendam arbitror vulgarem receptámque inibi Iuriſdictionum conditionem ac diſtinctionem Arg. l. Cùm de lanionis. §. aſinam. De fund. inſtr. Et l. librorum. §. Quod tamen Caſſius. De leg. 3. Iaſ. in l. Nemo poteſt. π. De leg. 1. Aruernæ enim Prouinciæ pars vtitur ſuo ciuili Iure, pars altera Romano & externo: Vtpote Gergouia, Epiſcopalis Aruernorum ciuitas, quam Iuri ſcripti eſſe declararunt PATRES Pariſien. S. Conſulto Nonis Septemb. An. 1490. Ex Regeſtis Curiæ. Vulgò autem, montium Aruernorum res ſua dirigi Conſuetudine, docet vetus *Parlamentare* decretum Pentecoſtes. an. 1281. quod extat Part. 7. Areſtor. in Stylo Parlam.

Clermont & Auuergne.

Areſtum Curiæ Die. 1. Septemb. Ann 1490.

Montana Aruerniæ, ſunt de Patria Conſuetudinaria, nempe *le qui eſtant des Montagnes d'Auuergne, reſſortiſt au ſiege Preſidial de Riom, cela eſt Pays couſtumier comme la ville de Riom. Mais cequi reſſortiſt au Preſidial d'Aurillac qui eſt le Bailly des Montagnes d'Auuergne, comme la ville de S. Flour, & autres, c'eſt Pays de Droict eſcript, comme lad. ville d'Aurillac.*

2. INFIMA iuriſdictio, quæ huius loci eſt, diducitur in duo genera ſeu functiones Iuridicas pro variis quibuſque Francicarum regionum Inſtitutis. Vocatur enim ſolaria ſeu fundiaria altera, vernaculè *Treſfonciere, cenſuelle ou cenſiere, ou Iuſtice domaniaire*, ita dicta à Maſuer. §. item omnia De iudicib. Altera verò, purè *Baſſa* vel modica coerctio nuncupatur. De vtraque, extant Senonum Legibus & veterum Antiſſiodorẽſium Tituli ſinguli, quibus vel talium diuerſitas Iuriſdictionum ſatis indicatur. Arg. l. Si idem C. de codicil. Vtriuſque & diſcreta munia produnt regiæ Phil. 3. Tabulæ, quibus deſcribitur territorium poteſtáſque Iuridica Monaſtici primatis Fani Eligij, in vicis aliquot &

Baſſe Iuſtice, Iuſtice Foncière.

Ann. 1507. ſcripta Altiſſiodoren. Conſuetudo diſtinctos habet Titulos *De baſſe Iuſtice, & de Iuſtice cenſiere.* Nouã

autem & correcta An. 1562. ſub vno Tit. *De Iuſtice*, diſcernit vtriuſque munia *de baſſe Iuſtice, & Iuſtice cauſſere* 3.17.18. 20. & 21.

finibus Lutetianæ vrbis, adiecta hac exceptione. *Inſuper retinemus in tota terra ad dictum Priorem pertinente in villa Pariſien. extra loca ſuperiùs expreſſa Iuſtitiam altam & Baſſam, & omnes coſtumas, excepta Iuſtitia de fundo terræ, quam tantummodò prædicto Priori & ſuis ſucceſſoribus volumus remanere.* Sextil. Menſ an. 1280. Infimæ ergo Iuriſdictionis nomine primùm venit prædiaria illa Iuriſdictio, ex qua ius ſit manus prædio iniiciendæ. Moribus enim data eſt hæc terrendi poteſtas leuicula Domino ſoli, Villæ, vel Pagi ad tutanda duntaxat iura beneficiaria, ſeu quæ à ſubditis annuatim ipſi penduntur. Molin. in Conſuet. Pariſ. Tit. 1. §. 1. ver. *le Seigneur.* Ac ne patrio in Iure peregrinemur, idem elicitur ex §. 190. & 221. Andeg. Conſuet. §. 419. Cenomanæ. Qualis *fundiaria* Iuriſdictio tantùm diſtat à patrimoniali, quantùm ſpecies à genere: quùm facultatibus noſtris accéſeatur Iuridica omnis poteſtas apud Francos. Faber in Authen. Statuimus C. De Epiſc. & cler. Ea eſt videlicet, quam Bartolus loco cohærentem eiúſque ſequacem adſtruit. In l. inter eos. ff. de acquir. rer. dom. Verùm apud Valeſios, quibus alij etiam ſunt *Baſſi* Iuridici, alij *foncierij* ſeu *cenſuarij* domini, iſti nulla prædiți ſunt Iuriſdictione omnino, ſed Dominica ſua iura perſequuntur apud ordinarios territorij Iudices. §. 6. Valeſiæ Conſuet. Econtrario, Gallici Iuris Prudentes quidam *Baſſos* iuridicos redegerunt in ordinem cenſualium Dominorum, hac ſcriptura. *Si ſachies, que les Iuſticiers, qui tiennent en baſſe Iuſtice, ſi eſt auoir tant ſeulement Iuſtice de lui fere payer de ſes rentes, & ſur ce fere plainte ou iugement de ſes hoſtes ou tenans, de auoir amande de 3. ſols & en deſſoubz, de auoir vn Sergent à meſsier & garde des champs ſur lamende de 3. ſols, ne autre amende ne peut calengier. Et eſt ceſte Iuſtice appellée fonſſerie par les Couſtumiers.* Tit. *Du droit au bas Iuſticier*, In Summa Rurali, à I. Buticularío collecta circiter Annum 1402. Superiori quoque æuo, ſolariis Dominis tributa eſt in Gallia iuriſdictio hæc minima ſeu *fundiaria*: vt perhibet vetus Codex manu exaratus, Diuo Ludouico rege. *Quant homs coſtumiers ne rant ſes cens & ſes coſtumes au ior qu'il les doit au Segnor, il en feroit le gage de la loi damande.* Cap. *De rendre cens à Couſtumier.* Huc alludunt quæ de communi Francorum Iure retulit Phillippus *De Biamanoir*, illi ætati ſuppar, & Claromontanus Bellouacorum prætor an. 1284. hoc modo. *Chil qui a le campart en autrui treffons, tote le Juſtice & le ſegnorie apartient à li par noſtre Coſtume, & qui ne fet de ſon campart che ce quil doit, il quiet en 60. ſols damande, & ſi doit rendre le campart.* Cap. 30. Libri nondum editi, qui de Bellouacen. Conſuetudine inſcribitur, ſed veriùs de forenſi Gallicorum Morum obſeruatione. Sicuti eius lectione ſparſim deprehendi. Rurſus Libro 4. *Du grand Couſtumier de France & Inſtruction de practique* intexitur Titulus *De Iuſtice fonciere*, cuius partes iuráque ſic depinguntur ibidem, *Au ſeignenr foncier appartient receuoir les deſſeſines, & bailler les ſeſines des heritages venduz & acheteż, qui ſont ſeans & aſsis en ſon fons & en ſa cenſiue, & à luy eſt le profit des ventes, aſſauoir 12 den. pour liure. Et des ſeſines, c'eſt aſſauoir 12. den. pour ſeſine:*

Prioratus *de S. Eloy, à Paris.*
Ibi Molineus Num. 16. dicit Iuriſdictionem prædialem eſſe, ex qua, licitum eſt Dominica manu fundum prehendere.

Art. 221. Andeg legis ſic habet: *Il doſſors le paragen, ſes gens & officiers y feront tous exploicts de Iuſtice comme en leur Fief & nuepce, &c. Car la foy, qui luy eſt faicte par parage failly, luy acquiert iuriſdiction & cognoiſſance ſur les choſes baillees audict parageau & ſes ſubiects nuement & ſans moyé, &c.* Cenomanæ autem verba sũt hæc, *le ſubiect qui eſt demant ſon ſeigneur de Fief, eſt veu eſtre en iugement pour beſongner auec luy ſans attendre ſes plets ou aſsiſes.*

Apud Aruernos Dominus feudi non habet iuriſdictionem per ſe, *mais peut led. Seigneur feodal par conſortemain du Seigneur Iuſticier, en la Iuſtice duquel eſt led. Fief, ou du ſuperieur, faire aſsigner ſur iceluy Fief.* §. 2. *Des Fiefz* in Aruerna Conſuet.

Dominus ſolarius *ſeigneur foncier, cenſier, & plus pres du fonds de terre.*

Quia cauſæ quæ oriũtur ratione fundi, ſicut emendæ, vẽtæ, & ſaiſinæ, coram domino fundi venſilari debent.

Digitized by Google

ne. Et peut faire conuenir lacheteur pardeuant luy en ſa court par voye de ſupplication pour luy eſtre payé. Quin & Andibus extitit quondam in regia Iuriſdictione ſelectus Iudex Dominicorum iurium, agratiíque vectigalis. Quem vulgò vocabant *Seneſchal des cens d'Anjou, le Iuge & reformateur des cens d'Anjou.* Vt liquet ex Renunciatione actorum in Andeg. lege reſtituenda. an. 1508.

An. 1508 Rob. *Dellanoue* erat ſeneſchallus *des cens d'Anjou.* Et Ioh. *Lenfant greffier des cens d'Anjou. Par le proces verbal de ſuſte Conſtume.*

3. Imæ Iuriſdictionis genus alterum dicitur *Baſſa Iuſtitia* propriè, & ὑποπικώτερον, qua leues ſubditorum inuicem controuerſiæ diiudicantur: nedum clientelaria iura & Dominica, de quibus. ſ. Maſuer. In Praxi Tit. De Iudicib. & eorum Iuriſdict. §. Item aliæ cauſæ pecuniariæ, perſonales, & poſſeſſoriæ non priuilegiatæ, & etiam exceſſuum, quorum pœna non excedit 60. ſolidos, ſunt *Baſſæ* Iuriſdictionis. Talem Iuridicæ poteſtatis ſpeciem exprimit quoque graphicè antiquus Pragmaticus in forenſi, Volumine, cuius chirographum exemplar ſic habet. *Celuy qui ha baſſe Iuſtice, ſi ha cognoiſſance des meffaits en cas perſonels, comme des iniures dictes, & de battures de coups orbes, & autres iuſques à ſang, & où il n'y auroit peril euident. Mais il n'a pas cognoiſſance d'aſſeurement, ou autre cas priuilegié, ou qui ſentiſt crime. Et peut tel ſeigneur bas Iuſticier auoir cep pour mettre les priſonniers criminels, & les garder vne nuict. Auſsi a-il la cognoiſſance des villenies dictes entre ſes ſubiects. La iuſtice tresfonciere, eſt, de mettre bournes entre deux cenſues, & entre les heritages partiz & diuiſez entre heritiers ou autrement: d'auoir la cognoiſſance des debats deſdits partages, de la proprieté du tresfons cenſuel, comme de retraits, faire arreſt pour cauſe de cens & rentes, & de ventes non payees, auoir & prendre 60. ſols pariſ. & vng den. d'amende pour arreſts briſez, forages, & rouages.* In Codice nondum formis impreſſo, cui Titulus eſt, *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de proceder eſt en Court laye, par la Couſtume notoirement gardee par droit au Chaſtellet de Paris.* Sed tot infimæ Iuriſdictionis munia obire non licet minimis Andium Iuridicis, vt §. ſeq. docebimus. Ambæ certè functiones Iuridicæ, Ima, & Fundiaria confunduntur apud Andes. cap. 1. noſtræ Conſuet.

Le ſeigneur bas Iuſticier, ce plus prochain du fonds, ita vocatur Pictonicæ Conſuet. §. 40.

Sic in Altiſſiodorenſi Municipio infimis Iuridicis data eſt notio diſceptatioque negotiorũ omnium ciuilium & delictorum, ad multãtam vſque aſſium ſexaginta §. 17. nouæ Conſuet. Antiſſiodor.

Apud Bononienſes Belgas dicitur, *La Cour des ſeigneurs de Fief: leſquels ayans 3. hommes de Fief ont cõmencement de cour, & peuuent exercer leur Iuſtice ès metes de leur Fief en empruntant de leur ſeigneur ſuperieur deux de ſes hommes de Fief, leſquels il eſt tenu luy bailler.*

4. Hoc poſito interim, quæ & quotuplex foret *Baſſa Iuſtitia*, cedò, cur eadem, ſimplex *Voyeria* nuncupatur à concinnatoribus Iuris patrij? In ver. *& ſimple Voyerie, qui eſt tout vn.* Alia planè eſt magna *Voyeria*, quę Mediæ iuriſdictioni adæquatur lege noſtri Municipij: Alia ſimplex *Voyeria*, qua, Iuriſdictio minima ſignificatur, vt hîc. Illam quidem excutiemus Tit. 2. Libri huius ſimiliter inſcripto, *De media Iuſtitia, quæ magna Voyeria, & Iuſtitia ad ſanguinem, eſt vna eadémque.* At ſimplicem *Voyeriam* ſic interpretati ſunt olim Galli praxiarchæ, *Voyerie eſt, d'auoir la cognoiſſance de iambes d'huyſſeries, de remuees de feneſtres, d'eſgouts, de ſaillies, eſtauts, buffets, penniers à poulaille, & autres ſemblables. Et n'a aucun droict de Voyerie, s'il n'a Iuſtice.* Hæc ex vetere διάγραφο exemplari, cui titulus preſcribitur, *Pour monſtrer & enſeigner, &c.* Haud inſulsè igitur *Voyeria* dicta eſt à viarum curatione, quæ Magiſtratibus Romæ competebat: nec ſine tamen vrbicarum viarum à ruſticis diſtinctione, quam notat Domitius Vlpianus. l. 2. §. hoc interdictum. Ne quid in loc. pub. Publica-

Le ſeigneur cenſier peut proceder ou faire proceder par voye d'arreſt ou brandon ſur les fruicts pendans en l'heritage tenu de luy pour les arrerages de ſon cens §. 74. Pariſ. Conſuet. nouiſſimè ſcripto redactæ. an. 1580.

Media Iuriſdictio à rerum imperitis ſtultè vocatur mixtum imperium.

Au droict de Voyerie eſt proprement de bailler l'alignement à ceux qui veulent baſtir, ne la via publ. ædificet.

rum vtique viarum curatio, nostrate Vsu symbolum habetur iustæ pleniſſimæque Iurisdictionis, eleganti hoc nomine *de Voyrie:* niſi patrius Mos refragetur. Andibus putà, de admiſſis in via publica ſolius notio eſt Caſtellani domini. i. §. 43. Alio quoque ſenſu Municipes noſtri, vt Bleſenſes, medium Iuridicum, vocant medium Viatorem, *grand Voyer, gros Voyer*: Infimæ verò iurisdictionis dominum, ſimplicem Viatorem, *ſimple Voyer*. Vt 3. & §. 21. cum ſeq. ad. 28. vſque Bleſenſis Conſuet. Per hunc modum Turones Andibus Bleſiſque finitimi *Baſſam Iuſtitiam* deſignarunt *Baſſæ Voiriæ* appellatione: Sicuti magnæ *Voiriæ*, mediam Iurisdictionem. Tit. 1. & 2. Legum Turonen. Quas hoc in Opere Leges conferemus identidem cum Andegauis & Cenomanis, quòd & proximè ad has accedant, eundémque olim Prouinciolæ tres Regulum fortitæ ſint fiduciarium. Ludouicus enim Andium Dux. 1. ornatus eſt pariter Turonenſi Ducatu, Regiæ fiduciæ lege perſcripta in Tabulario Cameræ Ratiociniorum Pariſien. Regeſto. 143. Liter. 14. 15. 16. & Regeſto. 103. Liter. 216. Ne longiùs hîc repetam priſcorum Heroum origines, Turonenſi Andegauóque agro ſimul dominantium iure proprietatis. De quibus nos accuratiùs, in Tract. REI DOMINICÆ FRANCORVM.

Voyrie, ſigne de haute Iuſtice.

Syluanectenſes diſtinctis Legum ſuarũ Titulis ſcitè deſcribunt iura Caſtellaniarum, & Altæ, mediæ, minimæque Iurisdictionũ. Tit. *Des droicts appartenans au ſeigneur Chaſtellain.* Tit. *Des cas appartenãs à haute Iuſticier.* Item de aliis.

QVOD ait Mos, infimum Andenſem Iuridicum de iis ſibi ſumere cognitionem non poſſe quæ ſuperiori attributa ſint, locum non habet, quùm litigatores ſeſe vltro ſubiecerint Iuridicæ inferioris poteſtati. Salicet. in l. certa ratione C. Quan. prouoc. Ex reſponſo Iuliani I. C. l. De qua re. De Iudic. Idque in Foro Delphinate receptum, tradit ſparſim Vidus Papa, Deciſ. Gratianopol. 285. & 626. de Caſtellanis, qui minima tantùm Iurisdictione præditi ſunt apud Delphinates Nempe ad duos florenos vſque, vel æris aſſes. 60. ad ſummum. Vt ſcriptum eſt cap. 1. Statut. Delphinal. De poteſt. Caſtell. Eòdem refertur Franciſci Marci Deciſio Gratianopolitana. 280. cum duab. ſeq. Parte. 1. Vbi, quid veniat *Baſſæ* iurisdictionis nomine, explicat, & infimis Iuridicis Caſtellanos æquiparat Delphinates. At ſi maior Iuridicus queratur, prorogatam minoris Iurisdictionem ſuæ ipſius eſſe fraudi, valebit tum quidem inferioris Sententia, non quaſi pronuntiatum quid in iure, ſed Pactum ſponte à litigatoribus initum. l. 2. & ibi Accur. C. commun. vtr. iud. Pedanei verò iudices Romæ exercebant tenuium liticularum iudicia, mandãte Prouinciæ præſide, nec niſi de minutis ſeu dupondij cauſulis cognoſcebant. Vt ſancitum eſt à Diocletiano & Maximiano Impp. l. 3. & 4. De Pedan. iud. De iiſdem Iulius Paulus, Recept. Senten. Lib. 5. Tit. ad L. Iuliam repetundarum, & l. ſi quis aliquid. §. iudices Pedanei De Pœn. Cuiuſmodi Iudices memoranti occurrit A. Gellij locus, de pedariis Senatoribus loquentis Lib. 3. ſed alio ſenſu. Rurſus Prætores quòdam, Iudices dedêre priuatarum cauſarum, Recuperatores. Quorum meminit Plautus in Bacchide, M. Tullius in 1. & 5. Verr. & Lib. 2. De Inuent. Octauius item Auguſtus ad tres Iudicum decurias quartam adiecit ex inferiore cenſu, quæ Ducenariorum

Franciſcus Marcus ſenator Gratianopolitanus, rege Ludouico. 12.

Minutas cauſas, Cic. pro Quintio, etiam dupondij vocat.

Anianus Pauli. I. C. Interpres ibidem interpretatur Iudices delegatos, qui ideò Pedanei dicebãtur, quòd nõ eſſent à Tribunalibus, vel ſellis curulibus, ſed ab inferioribus ſubſelliis.

Non pauci ſunt, inſtit Gellius, qui opinantur pedarios Senato-

cenariorum vocaretur, iudicarétque de leuioribus ſummis. Auctore Tranquil. in Auguſto, Reſcriptum eſt deinceps à Valentiniano & Valente Cæſſ. paruas exileſque controuerſias dirimi à Ciuitatis defenſore oportere, ad quinquagenos ſolidos, nec ampliùs. L. 1. C. De defenſ. ciuit. De quo fusè Aufrerius, Deciſ. Capel. Tholoſ. 343. Sic propemodùm Decurionibus vrbium aliquot Gallicarum data eſt Ima iuriſdictio quondam Præpoſituræ titulo à Regibus, Ducibus, Comitibúſve proprietariis. Nempe Meduntenſi Ædilium collegio irrogatum fuit à Phil. 3. Rege *droict de Preuoſté*, an. 1274. Et oppidanis Feritatis ad Albam fluuium, à Theobaldo Briæ Campaniæque Comite, *la Mairie & Preuoſté, i. baſſe Iuſtice.* Ianuar. Menſ. an. 1231. Quemadmodùm ex vetuſtis Tabulis conceſſionum huiuſmodi percepimus. Nec multò aliter Eburonum Ædiles præſunt Infimæ Iuriſdictioni, (quam & ipſi *Baſſam iuſtitiam* appellant) ſedentque pro tribunali qualibet hebdomade, aut ſaltem intra quindenum quemque diem §. 17. 22. & 23. *Statutorum* Leodienſium, quæ inſcribuntur, *Reformation de la Iuſtice.* In Tit. *Des Majeurs & Eſcheuins, Greffiers, & autres Miniſtres tant de la haute Juſtice du Liege, que d'autres Iuſtices ſubalternes.* Sed & apud Saxones latiùs patet minimi Iudicis poteſtas, quam pedanei, aut Municipalis magiſtratus lege Romana, qui vltra 300. aureos iudicare non poterat. Huiuſmodi Iudicem vocat Saxonica Lex *Dem die Erbgericht zuſtehen.* Vt apparet ex textu *Landrecht* Lib. 2. artic. 13. Quòd etiamdùm Saxonico vſu retentum, indicat Liber differentiarum Iuris Ciuilis & Saxonici. Baldus vtique ex Nouella Iuſtiniani lege definit imam Iuriſdictionem, quæ inferiorem non habeat, vtpote à 50. aureis, vel quæ iure magiſtratus competat. In Cap. Irrefragabili. De off. ordin. Argum. §. Audient. In Authent. De defen. ciuit. Et in l. vlt. D. Vti poſſid. De hac eadem infimi Iuridici poteſtate, pluribus agit Petrus Iacob. in Tit. libelli ſuper Iuriſd. At Francicis Moribus longè diuerſum obtinuit, multúmque coarctatur hæc Ima Iuris dicundi auctoritas, quæ ad ſeptem modò aſſes cum dimidio protenditur. Cuiuſmodi peculiari Regionum Vſu, minima eſt Iuriſdictio emetiunda, definienda. Iudicio Franc. Marci, in Delphin. Deciſ. 280 ſupra citata, ex ratione Leg. 1. Cod. De emancip. liber.

res appellatos, qui ſententiam in Senatu non verbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent.

Manſe.

L'Affertiſur Aullè.

Conſules, vel Rectores ciuitatis habent iuriſdictionem ſimplicem, non merum ac mixtũ imperium. Exceptis ciuitatibus Lombardiç, quæ omnem iuriſdictionem cum mero & mixto imperio habent conceſſione Imperiali. Tit. De Pace Conſtantiæ Bal. in capit. De Pace iur. fim. Aufrer in Deciſ. capel. Tholoſ. 343.

Infima iuriſdictio Iure communi ad 10. ſolidos (pro quibus, hodie aureis vtimur) extendebatur l. 1. C. De defenſ. ciuit. Poſtmodum Auth. Iure ad trecentos eſt eadẽ aucta. In Authen. eod. Tit. § & iudicare Col. 3.

Verſ. de Baſſa Iuriſdictione.

Part. 1.

6. Qvovsqve enim porrigatur hæc infimi Iuridici poteſtas apud Gallos, oſtendit non ſolùm Lex Andegaua, Cenomanorum, Turonúmque, ſed diſertè etiam Pictauenſis. §. 17. De Feud. & Iuriſdict. Omnium verò optimè diſtinctéque, Syluanectenſis conſuetudo. Tit. *De baſſis iuſticiariis*, & de cauſis ad eos ſpectantibus. Secundùm Iulioduni Leges Tit. De iuribus *Baſſæ Iuſtitiæ.* Nec ad rem pertinet quod de pedaneis Iudicibus in foro Pariſien. præfecturæ dicit Practicus ſcriptor Lib. *Conſuetudinarij* Franciæ, in hanc phraſin. *Les 2. Auditeurs du Chaſtellet, que lon dit eſtre Suffragans du Preuoſt de Paris, cognoiſſent des cauſes perſonnelles iuſques à 20. liures pariſ. & au deſſoubz tant ſeulemẽt. Et de leurs iugemens, quant on ſe ſent greué, on peut demãder l'amendement dud. Preuoſt. Et ſi le iugement par eux donné, eſt confirmé par le Preuoſt, celuy qui demande l'amendement, doit eſtre con-*

Conſtume de Senlis.

Loduneis.

De Auditorum, in Caſtello Pariſienſi, iuriſdictione, Nos Lib. 3. Morum Pariſien. Tit. vlt. art. 8.

Digitized by Google

demné en 40. sols pàris. d'amende. Hactenus compositor *du Grand Coustumier de France*. Lib. 1. Tit. *Des droicts Royaux*. At enim Regij sunt isti, licet inferiorum subselliorum, Iudices ac magistratus: de quibus minimè nunc agitur, sed de Beneficiariis, Dominicisque Iuridicis. Roget hîc aliquis, nûm inferiori Iudici libera sit in superioris Officiales animaduersio, quos deprehenderit suo in Vico delinquentes. Quidni autem? modò ne is transiliat modicę suæ coercitionis metas, & patrati facinoris certiorem faciat eum, qui maiori Tribunali præsit. l. In officiales C. De offic. rect. Prouinc. & ibi Bart. Azo in Summa eiusdem Tit. Huc spectat. Vidi Papij Gratianopol. Decisio. 328.

Subsellia Romæ fuerunt Tribunorum, Triumuirûm, Quæstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium: qui nõ in sellis curulibus nec tribunalibus, sed in subsellijs considebant. Ex Pediano in Diuinationem Ciceronis.

ENIMVERO maiori Iurisdictionis domino fas est, de iis cognoscere omnibus, quorum minor iustus Iudex sit ac disceptator. cap. 1. patriæ Legis. Sed hoc ciuiliter vtique accipiendum, vt suis quisque subditis ius dicat in primaria lite ordinanda definiendáque, ac suis se finibus contineat: salua Iuridicis gradatim causarum deuolutione prouocationéque in Sedem iuridicam superiorem. Bal. in l. 1. q. 13. D. De off. consul. Id quod exemplis præiudiciisque illustrare est operæpretium: quùm in Ciuitatis vel Prouinciæ More explorandum sit imprimis, an contradicto aliquando iudicio firmata sit Consuetudo. Vlpian. l. 34. De Legib. & l. 1. C. quæ sit long. apud Suessionas, Cœlestini cœnobitæ, qui imam Iurisdictionem habent, postularunt, Ioh. & Pet. Randones suum in forum transmitti à Iudice Suessionen. Comitum. Quùm enim vnico pugni ictu pulsatũ se ab reis quæreretur Iac. Paruus, intenderunt illi, tale delictum infimæ coercitionis esse, non pleniſſimæ: quamuis ex illa pugni percussione effusus cruor proponeretur. Adducebant eódem forensia acta innumera, quibus eiusmodi notionẽ maleficiorum probarentur quasi vsu cœpisse, Comitum tamen Iudex pro sua iurisdictione pronuntiauit. Delato pòst ex appellatione ad Senatum negotio, defendit Portanus pro Comitibus, & Seguerius patronus Fisci, infimo Iuridico non licere, superioris iura ac prærogatiuas sibi vsurpare quàmlibet longæ possessionis obtentu. Placuit demum Senatui rectè iudicatum, vniuersimque edixêre PATRES, vulnus omne, quo respersus sit sanguis, ad iusti Tribunalis notionem pertinere. S. Consulto. 8. Kal. Decemb. an. 1551. Roberto, Cœlestinorum, & Randonum causam agente. Rectè quidem. Patrimoniis enim Dominorum adnumerantur Iurisdictiones hæ beneficiariæ, in Gallia potissimùm. Fab. ad §. Item Seruiana Instit. De action. Nec ideo subditis concessum est, inuito Domino, regium in magistratum vltrò consentire, vel Dominica alia iurisdictione Iudicem. Fab. ad l. si qui ex consensu C. de Episc. audien. Dempto, si inferior Iuridicus abutatur potestate iuris dicũdi, vel ea in exercenda oscitantiùs versetur. Quo casu ad superiorem iurisdictio deuoluitur. §. 197. & 198. Andeg. Legis. Quibus autem casibus inferior ritè ius dicat, excluso superiore, vel cum eo, concurrenti, docet Felyn. ad cap. Pastoralis De off. ordin. Alex. in l. Gallus. ff. de liber. & posthum. Iaſ. ad l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de legat. 1.

Vetſ. Mais au contraire les ſeigneurs en Iuriſdiction ont la cognoiſſance entiere: mettent à tout, ou ſont ſondez leurs inferieurs.

An. 1269. Suessionũ Comes venundedit vicanis pagi Villanouani Bassam iustitiã, quæ ipsi ibidem conferebat. Inde autem octogesimo, aut circiter, anno, Villanouani cedunt ea ima iurisdictione Celestinis Suessionen. vt ab his Plebeia quidam indictione annua liberarentur.

Arestum Curiæ Die. 24. Nouemb. An. 1551.

Suessionen. Cœlestinorum Ecclesia fundata ab Enguerrano Suessionum Comite, & Couciaci domino, Die. 26. April. an. 1190. Quam fundationem confirmauit succeſſor Comes Ludouicus Aureliæ Dux Nou. Mens. an. 1404. Illis donata admortizante Carolo. 6. rege.

CAP.

Cap. 2.

Nous auons en generaux termes, deux actions, l'vne Criminelle, & l'autre ciuile. Des criminelles les bas iusticiers n'ont aucune cognoissance : mais sont fondez de cognoistre entre leurs subiects des ciuiles reelles, concernans choses immeubles, soient petitoires, ou possessoires : dont pour choiste d'icelle cause n'y a que la loy d'amende, qui est sept sols six deniers tournou entre nobles, & dix sols entre roturiers. Toutesfois s'il interuenoit aucun incident en ladite cause, comme vice de litige, fausonnerie, ou autre crime incident, seruant en preiudiciable à la decision de la matiere, La cognoissance leur en appartient, auec l'amende & taxation d'icelle, selon les loix interuenues audit incident.

1. HABEMVS SVMMATIM DVPLEX ACTIONVM GENVS, ALIAS NEMPE, CRIMINVM CAVSAS, PECVNIARIAS ALIAS SEV CIVILES CRIMINVM IVDICIA NON EXERCENT, INFIMI IVRIDICI, SED DE PRIVATIS COGNOSCVNT SEV CIVILIBVS IN REMACTIONIBVS, TVM PETITORIIS, TVM POSSESSORIIS: EX QVIBVS NVLLA IVDICANTI COMPETIT GRAVIORIS MVLCTÆ DICTIO, QVAM SEPTENORVM ASSIVM TVRONEN. CVM SENIS DENARIOLIS IN NOBILES GENERE, AVT DENORVM ASSIVM IN PLEBEIOS. SI TAMEN IN PECVNIARIAS LITES INCIDERIT MAIOR QVÆSTIO, VTPOTE LITIGII VITIVM, VEL FALSI, SIVE ALIVD CRIMEN EMERSERIT, CVIVS DISCEPTATIO NONNIHIL CONFERAT VEL PRÆIVDICIO CERTET CVM SVMMA CONTROVERSIA, ILLIVS NOTIONI MERITO PRÆERIT MINIMVS IVRIDICVS CVM MVLCTÆ IRROGATIONE, ÆSTIMATIONEQVE INEVNDA PRO INCIDENTIS LITICVLÆ PONDERE ET ARGVMENTO.

In omnibus fanè Politiis, Iudices alij rerum priuatarum fuêre, vt hîc, alij publicarum. Priuatarum, minores quidem huiusmodi discceptatores apud Romanos, arbitri, centumviri, X. Viri stlitibus iudicandis, Recuperatores, Iudicesque domestici, qui ciuilium causarum notioni præerant. Publicis verò iudiciis præfecti erant Duumviri perduellionis, Populus Rom., dein Quæstores parricidij, Triumviri capitales. De quibus passim apud Liuium, Cic. Pro Rabir. Posthumo. Asconium, Pomponium I. C. & Saluſtium in Coniur. Catil. Sic in Attica Republ. dispares inter se fuerunt diuersæque, pecuniariæ ac criminum quæstiones, nec modò actionis iudiciique ratione, sed etiam Iudicum, qui eas cognoscerent, dissimilitudine. Nam in Palladio Athenarum foro soli diiudicabant Ephetæ de cæde inconsulta, vt scribit Pollux: tum ab vno Palladio ipsi ad reliqua de cæde fora sunt traducti. Postea enim in 4. Tribunalibus de sanguine tulerunt sententias, in Prytaneo nempe, Palladio, Delphinio, & Phreattio. Ex Commentariis Arpocrationis & Suidæ. Vt taceam Atticos priua-

Pomponius imprimis refert in l. 2. §. De orig. iur. Triumuiros capitales septentiis capitalibus tanquam executores præfuisse. Hi fortè ministeria Carnificũ sub se habebant, per quos eaſdem sententias à Iudicibus datas exequebantur. Nam hi carcerum custodiam habebat, vt cùm animadverti oporteret, eorum interuentu fieret. De iisdem, Saluſt. in Coniur. Catil.

tarum litium cognitores, Magistratusque varios, quorum effusa apud Aristot. commemoratio, Politic. lib. 6. cap. 8.

De grande & petite Voyerie, seu de Media & infima iurisdictione apud Andes. De qua Voyeria dictum est cap. præcedenti.

HAVD nouum igitur, nostrates Iuridicos litium inuicem genere ac varietate secerni, alios pecuniarias decidere, alios criminum controuersias rerumq; capitalium. Nam, vt propriùs iam attingamus patrias Iurisdictiones beneficiarias, quæ Andibus olim vsu receptæ sint, in vetusto Legum Andeg. Codice hæc lectitantur. *Ils sont trois manieres de Iurisdiction, c'est à sçauoir simple Vairie, & grant Vairie, & grand Iustice. La simple Vairie appartient au sieur du fie, qui a la cognoissance des heritages, qui meuuent d'eux en simples demandes, qui ne portent que 7. solz six den. d'amende, de leurs homes leuans, & des amendes personnelles, qui ne portent que 7. solz & demy d'amende. Grant Voirie est toutes choses qui ne portent plus grans gaiges de 60. s. A la grant Iustice n'appartiennent que les 4. cas, rap, murtre, encus, esce pillerie de cheman, & equipolens.* Etsi verò criminosis causis notionem suam non accommodet infimus Iuridicus, modica certè coërcitio cuilibet competit vel imæ Iurisdictionis domino. Quippe quùm mandata Iurisdictione, etiam imperium, quod non est merum, videatur mandatum: eò quòd iuridica Potestas sine leui coërctione nulla sit. Ex Paulo I. C. l. vlt. De off. eius cui mand. Scio tamen, inter huiusmodi animaduersionem quæ mixti imperij traditur vulgò, & eam quæ minimę seu modicæ inest Iurisdictioni, statutam esse Moribus nostris differentiam. Vt vult Masuerius, In Praxi Francica Tit. De iudicib. & eorum iurisd. §. alta iustitia. §. item media iustitia, & §. item aliæ causæ. Planè missio in vincula publica pertinet ad infimum Iuridicum, modò illa custodiæ ergò decreta sit in re pecuniæ controuersa. Bald. ad l. imperium. ff. De iurisd. omn. iud. Eidem propterea apud Senonas ius est sedis forique iudicialis, vicani Magistratus instituendi, eiúsque officialium, & carcerum ad reos custodiendos. Senonen. Consuet. artic. 19. Melodunensi item lege, concessa est minimis Iuridicis reorum criminis præhensio: sed ita, vt eos confestim ducant ad superiorem Quæstionum Iudicem. cap. 20. legis Melodunen. Sanè in Antissiodoren. regione, Dynastis huiusmodi inferioribus data est Iuridicialis sedes, Magistratus creatio quem Præpositum nuncupant, Maior seu *le Maire*, apparitores, carcer, & custodiæ ad reos vinculis continendos. §. 18. Morum Antissiodoren. Carcere autem, Quirites nefariorum scelerum vindice vtebantur, Tulliano elogio, in 2. Catilinar. At Niuernensibus vtique infimis Iuridicis negatur hic carcerum vsus. §. 13. Niuernen. Consuet. Nisi in deprehensos* ἐπαυτοφώρῳ: Quos alioquin

Le seigneur haut Iusticier peut auoir siege notable, Maire, Sergent, prisons, & cep pour garder ses prisonniers. Mais le seigneur foncier peut auoir siege d'une forme ou d'une table pour recenoir ses cens au iour & lieu accoustumé. §. 17. & 11. Leg. Senonens.

Melun.
Auxerre.
Prison fermee, cept, anneaux pour mettre & tenir en seurté les malfaicteurs.

Pœnalis verò non est Francis carcer, præterquàm in foro Pontificio, quùm reus perpetuis vinculis damnatur. cap. Quamuis de pœn. In 6.

* *sur le faict & en flagrant delict.*

Protinus obrueret manifestos pœna nocentes,
Publica cùm lentam non capit ira moram.

NEC verò Alberici Rosatis accedo sententiæ tali, minimum Iuridicum torquere posse litigatores in ciuilibus negotiis ad veritatem eruendam: & tormenta, quæ priuatis in causis adhibeantur, infimæ etiam esse potestatis Iuridicæ. Alber. in cita. l. imperium col. 6. Bal. ibidem col. 6. Versic. sed an *quæstionare*. Atqui regulariter non habentur

quæstiones

quæſtiones in libera capita, niſi de maleficiis grauioribus, reóque ſuſpicionibus valde onerato. Sicuti & diuus Auguſtus conſtituit, & epiſtola diui Hadriani ad Sennium Sabinum continetur. In l. 1. ff. De Quæſt. Bart. ad d. l. Imperium, & ad l. interdum. §. qui furem. ff De furt.

3. PERCONTEMVR iam, minimúſne Iuridicus plectendi ius habeat alienæ cædis fruſtra tentatæ reum, an verò ſolùm iuſto Tribunali præfectus. Vocabit hic ad partes Diocletianum & Maximianum Auguſtos, qui, alterius necem molientes, licet irrito conatu, puniendos reſcripſerunt ex Lege Cornelia, tanquam ſicarios & parricidas. l. Is qui cum telo ambulauerit Cod. Ad L. Cornel. de ſicar. Nihilò ſeciùs decreuit olim Curia Pariſien. eum delinquendi nixum & affectum, quem effectus ſecutus non ſit, adſignandum veriùs inæ, quàm mediæ vel ſummæ criminum coercitioni. Vetere S. C. ſecundùm Peronæ vrbis Decuriones, infimos Iuridicos: contra regium Prætorem Viromanduorum, & Præpoſitum Peronenſem. Vt narrat Vilhelmus Brollius, in Senatu aduocatus quondam, & Senatorij huius decreti oculatus teſtis, Phil. Valeſio tum Galliæ rege. In Stylo Parlam. Parte 1. cap. 31. Cui ſuccinit Ioh. Galli dictum, Quæſt. 287. Sed hæc pridem reiecit noſtrorum temporum Iuriſprudentia; nec puto, minimos Iuridicos delictorum coercitionem ſibi rectè vindicare. In Andibus præſertim, vbi Iudicum eiuſmodi imperium eſt * ἀνάμακτον, negatúrque iis criminum inquiſitio ac caſtigatio, niſi ciuile in negotium inciderit.

Hanc Leg. Is qui cũ telo, non vigere in Patria Conſuetudinaria Franciæ, ait I. Gallus: Niſi reus ad actum procedere ceperit, additis circunſtantiis aliis, iuxtã Arreſtũ die 23. Maii. 1191. quod citat ille, Deciſ. 287.

Eſchevins de Peronne.

* Incruentum.

4. ECQVID de contumelia & conuitio, poterítne de eo infimus Iuridicus cognoſcere extra ordinem? Videtur ex ſupraſcriptis poſſe, in §. 1. art. 3. Atque id imprimis, ſi paulò vberior illi Iuridica poteſtas data ſit à Principe. Vt putà, Ædilibus Meduntenſis oppidi Philippus. 3. tranſcripſit antiua penſitatione. 300. libellarum annuarum *Totam baſſam Iuſtitiam, quam noſtri* (inquit Rex) *Præpoſiti Meduntæ hactenus habuerant in Villa & Banleuca, emendas quoque ad dictam Iuſtitiam pertinentes de 60. ſolidis, &c. Retinentes nobis & ſucceſſoribus noſtris omnimodam altam iuſtitiam, cum pertinentibus ad eandam; & caſus criminales mortis & mutilationis membrorum: Et conceßimus eiſdem cuſtodiam priſionis, in qua tenebuntur cuſtodire priſonerios noſtros & ſuos: Cuius cuſtodiæ onus ad eos pertinebit.* Poſtmodùm, priuata iniuria vltro citróque verbis illata, quæſitum eſt, an Meduntæ Suppræfectus de ea potiùs inquirere decerneréque deberet ſolito more iudiciorum criminalium, quàm minimi illi Iuridici. In publica demum fori diſputatione pronuntiauit Senatus, hoc genus cognitionis ad Decuriones vrbis pertinere, ab ima ſua poteſtate Iuridica. Areſto pridie Kal. Februar. an. 1535. quùm I. Faber, Decurionum iſthuc prouocantium: Seguierius, prouocati: & Capellus Fiſci cauſam egiſſent. Nec immerito ſanè: nam leuis conuitij diſquiſitio, non eſt meri mixtíve imperij, nec quàmlibet atrox contumelia capitali pœna mulctatur.

Patentes du Roy Henry 2. du mois de Septembre 1550. verifiées en Parlement le 22. Mars 1571. par leſquelles au lieu des 12. Eſchevins de Mantẽ viagers qui eſtoient d'ancienneté, il n'y aura que 4. Eſchevins annez vn Maire, qui ſeront annuz par election à l'iſſue de la Meſſe, chacun iour de Touſſaincts.

Literæ Philippi Audacis regis an. 1274. quarum meminimus ſuprà cap. 1. Num 5. Aliis quoque Priuilegiorum tabulis ornati ſunt Meduntenſes Ædiles à Philo. 2. an. 1211. de Franchiſia quam vocant, A Carolo. 5. an. 1376. de inſtituendis Officiariis politicis. A Karolo. 6. an. 1381. A Carolo. 8. *d'vn don de Marché franc.* Placitum Curiæ Die vlt. Ianuar. 1515. Maior & Scabini *de Mantuan de Sole*, en

Guyenne, habent omnem iustitiam ciuilẽ *en la ville, & en 5. gros bourgs: & de la criminelle, appointez à informer auec le Viscomte royal.* Aretio Burdigalensi an. 1532. & 7. Augusti 1581. Quo interim, Scabinis criminalẽ exercere permissum, haud inflictiuam pœnæ mortis, vel fustigationis.

Addito, quòd vrbium Plebeij magistratus habent ius animaduersionis minorum criminum. §. audient Authen. De defensor. ciuit. Legibus verò Andegauis strictiùs angustiúsque sumitur ima Iurisdictio, nec ita late funditur, ac Ædilitia illa iuris dicundi potestas beneficio Principali. Quandoquidem Vrbis Decurionibus recèns creatis plena simul est attributa Iurisdictio, vt plurimùm, à Regibus ipsis. Verbi gratia, Philippus. 2. in Senonum ciuitate COMMVNIAM ET IVRATOS instituit an. 1189. cum periodo infrascripta. *Si aliquis aliquam iniuriam homini vel fœminæ de hac Communia fecerit, & clamor inde venerit ad Iuratos, de corpore illius vindictam capient: nisi forisfactum emendauerit illi, cui illatum fuerit, secundùm legitimum illorum Judicium, qui Communiam custodierint, &c. Si quis hominem vel fœminam de Communia implacitauerit homo vel fœmina, dum Iustitiam facere voluerit consideratione Iuratorum, non exibit Villam Senonensem causa placitandi: nisi pro submonitione Archiepiscopi, inquantùm debuerit, vel nisi de feodo, vel censu, qui sit extra leugam Ciuitatis, implacitetur.* Altisliodorensi verò in Vrbe, distributa sunt iuridici Imperij munia à Mathilde, Nouioduni ad Ligerim, & Antisliodori Comite Heroine, quùm illi primùm Ædiles præficeret. Priuilegiaria Charta Sextilibus Kalendis an. 1223. quam Ianus Cabilonensis, Antisliodori Comes, & Tornadorensis ratam habuit. an. 1319. seriatímque Princeps Karolus. 5. an. 1379. Augusto Mense, post coemptum de Ioh. Cabilonensi Vilhelmi filio Comitatum an. 1371. Sarlatensem, ad hæc, Petrocoriorum ciuitatem auxit Phil. Pulcher Tribunitio plebis Magistratu, qui non modò Iuridica præditus foret potestate, sed vectigalis etiam in res Vrbanas ciuibus indicendi. Auctore Boërio, in Burdigalen. Decis. 60. Citerioris item Britanniæ, Alethensi vrbano Decurionum Collegio Sacerdotumque, irrogatum fuit à Karolo. 6. diploma, antiquæ illorum Iurisdictionis vicissim, Immunitatúmque probatorium An. 1395. Quod & Karolus. 8. pronepos sigillatim renouauit. Epistola aperta. 3. Idus Octob. An. 1493. promulgata in Auditorio Lutetianæ Curiæ. 4. Idus Maias. 1494. Nannetensibus autem Regum priuilegiis nullum adscriptum video Iuridicum munus, quod Tribunis plebis detulerint Armorici Duces, & Galli dein Principes confirmarint: sed ius modò Nundinarij mercatus liberi, indictionum, patrimoniique onerum vacationem, cum potestate & copia fundos comparandi insigniores, nonnullisque aliis prærogatiuis. Regio Karoli. 8. Rescripto Mens. Mart. an. 1490. quod vetustiora Ducum priuilegia stabiliens publicauit Senatus Parisien. Kalendis Quintilib. an. 1491.

Chartre de la Commune de Sens, ab Augusto rege, quam filius Ludou. rex confirmauit an. 1220. Sed Ludouicus. XI. eam splendidiore titulo honoréque affecit Maioris & Scabinorum *solennellement receuz*. Vt Nos Lib. 3. Doman. Franc. diximus, Tit. 20 art. 7.

An. 1319. die Iouis ante Ramos Palmarum.

Acquisitio, *du Comte d'Auxerre, moyennant 31. mil francs d'or, depuis remboursez au Roy par les habitans d'Auxerre.*

Mairie, Consulat, ou Eschevinage de 24 Conseillers de ville, à Sarlat en Perigort.

S. Malo de l'Isle, ville priuilegiee. Literis regiis Ducalia eius priuilegia firmántibus die 13. Oct. 149. Verificatis in Parlam. die 12. Maij. 1494.

Nantes, priuilegiee Literis antiquiorũ cõfirmatoriis an. 1490. lectis in Curia die 1. Iulij 1491.

Priuilege de Philippes de Valois, à la ville de Mascon, en Feurier, 1346. Lan d'exemption de tailles, toltes Chevallerie, ny d'aide de mariage, ny de prison, ny d'autres exactions, ne subuentions, Que des contracts faits à Mascon, les Citoyens ne peuuent estre conuenus ailleurs que à Mascon. Confirmation du Roy Iean en Nouemb. 1360. & en Iuin 1363. Et du Roy François 1. en Septemb. 1542. publiez en la Cour, le 15. de Ianuier mesme an, 1542. Voyez les autres Priuileges de Mascon, de Domanio Franciæ.

DE eo rursus ambigi poterit, minimóne Iuridico liceat subditos in fidei suæ præsidium recipere, violatámque pœnali iudicio vindicare. Dicent nonnulli, publicæ fidei tutelæque assertionem, meri esse Imperij,

Imperij, nec niſi pleniſſimæ Iuriſdictionis domino permittendam. Quò vergunt Iuris argumenta à nobis adducta Lib. 2. DOMANII Francici. Tit. 8. Ne iſthic præter morem noſtrum bis eandem inculcaſſe videamur orationem atque ſententiam. Proinde Senonum Plebiſcitis cautum eſt expreſſim, publice ſecuritatis conceſſionem infimis, mediiſve Iuridicis non competere, ſed Dominis duntaxat ius Gladij exercentibus. §. 171. Senonen. Conſuet. Tit. De Securitatibus ſeu *Aſſecuramentis*. Qua autem in Prouincia nil conſtitutum de eo ſit nuncupatim Lege Municipali, credibile eſt, minimum etiam Iuridicum à vi & iniuria prohibere ſuos poſſe, ac ſubditos compellere ad mutuam ſecuritatem præſtandam: ea tamen conditione, vt talis in fidem receptio ad iura ſolùm pertineat infimæ poteſtatis Iuridicæ, non plenioris, aut pleniſſimæ. Sic à Maioribus ex facto reſponſum eſt inter Regios, & Municipales magiſtratus Peronæ Belgarum oppidi. Quùm enim illi meri Imperij faſces, hi minimam Iuriſdictionem haberent, dubitatum fuit, recténe Ædiles ſuam in fidem tutelámque ſubditos aſſumpſiſſent, eiúſque violatæ reos cohibuiſſent mulctæ irrogatione. Obſtabat his facti atrocitas, quùm indictæ Securitatis turbatores pacíſque veniant capite plectendi, pro arbitrio eius qui tali cognitioni præſit. Verùm, exactiùs re introſpecta, magis placuit, eius negotiis diſceptationem ac iudicium eſſe penes Tribunoſplebis Peronenſes, tametſi infimos Iuridicos: quia iſtud tum à priuato commiſſum, haud peculiariter adſcriberetur ſublimi vel ſummæ Iuriſdictioni, ſed infimæ. Vt refertur Stylo *Parlamentari*, Parte. 1. cap. 31. De alta, media, & baſſa Iuriſdict. Andium porrò Iuridici minimi, nulla ſuffulti ſunt de criminibus cognoſcendi poteſtate, nec mulctæ quidem infligendæ vltra modicam æris ſummam. (§. 2. noſtræ Conſuet.) Quo minùs licitè animaduertant in violatores publicæ ſecuritatis. Obſerua interim, Peronenſes illos, hoſtili Cæſarianorum obſidione ſoluta, non modò ciuicam Coronam promeritos, ab incredibili ſua virtute in mœnibus obſeſſi Oppidi tuendis, verùm & ab Rege decoratos ampliſſima Fiſcalium Indictionum, militariſque Euocationis vaſallorum immunitate perpetua. Reſcripto Februar. Menſ. An. 1536. cui Lutetiana Curia calculum admouit Pridie Nonas Mart. ſubſeq.

Hauts Iuſticiers, quibus Gladius habent.

De ſecuritatis promiſſione & fide publica Librum ſcripſit Petr. Promus I. C. & Ducum Saxoniæ cõſiliarius. an 1555.

Municipales magiſtratus, ſeu Ædiles Boloniæ habent mediam & baſſam Iuſtitiam, cum Politia Vrbis, *bourgage*, & *Lanieres*, aliaque priuilegia & Immunitates ampliſſ. à Comitibus Boloniæ, tum à Regibus, confirmatas ab Errico 2 & 3. Huius Literæ de iis, die 2. & 8. Auguſti 1575. verificatę ſunt in Camera computorum die 18. eiuſd. Menſ. & in Curia Iuuaminum die 9. Ianuar. an. 1576.

Peronne, Picardiæ vrbs obſeſſa à Comite Naſſouio. Cæſariani exercitus duce an. 1536.

Affranchiſſement royal de tous ſubſides, & du Ban & Arriereban, Verifié die 6. Mart 1556. *Ce priuilege d'exemption des tailles, & autres pour la ville de Peronne, eſt recité par Rebuffe de la meſme annee 1536. qui eſt eſcript en ſon Commentaire ſur les Concordats*, In Rubr. de collationib. *vers la fin de la derniere rubrique.*

6. CÆTERVM pecuniariam in litem incidens criminoſum iudicium tribuitur quantulæcumque domino Iuriſdictionis. Andegauo More, (§. 2. & 39.) cuius eſt, Iuridicum vt imperium, ſic formulam ac modum variè diſtinctéque locorum Dynaſtis præſtituere. l. ſi lex Municipij Cod. De emancip. liber. Et Innocentiana Epiſt. Decretali Cùm contingat De for. compet. Propone nunc, litigatorem apud infimum Iudicem falſa adulterináque protuliſſe litis inſtrumenta. Hoc caſu Diuus Pius reſcripſit, eundem de falsò ritè cogniturum: ita quidem, vt ſi plus falſarium meruiſſe videatur, quàm ex forma imæ Iuriſdictionis pati poſſit, æſtimet Iudex, quatenus coërceri debeat pro

Verſ. *Et peut cognoiſtre des incidẽs, cõme deſſus*, Sed alius Iuſtitiarius de falſo principaliter cognoſcendi ius habet, nedum incidenter. art. 42. Andeg. Leg. in verſ. *Peut principalemẽt cognoiſtre de fauſſonneris & de ce qui en depend.*

Digitized by Google

moduſo Iuridicæ ſuæ auctoritatis. Ex Caliſtrato, lib. 3. De cognit. l. 31. D. Ad l. Cornel. de falſ. Etſi enim nummariæ incidentem falſi quæſtionem agitare liceat coram infimo Iuridico: haud ideò tamen is ius Gladij ſibi aſſeret, extremovè ſupplicio afficiet falſarum tabularum reos, ſed irrogata mulcta, principem controuerſiam ciuili more definiet. Habito nimirum iuridicæ Poteſtatis cuiuſque delectu, non aliter ac puniendorum maleficiorum, quæ variè pro cuiuſuis pondere qualitatéque admiſſi expiantur. l. Pedius. §. penul. π. De incend. ruin. l. Aut facta. §. 1. π. De pœn. Porro Legum interpretes quidam ſenſerunt, vel infimum pecuniarię cauſæ Iudicem ritè ius dicere de incidenti criminis controuerſia, nec ciuiliter tantùm, ſed etiam extra ordinem, publicæ animaduerſionis exemplo. Accur. & Cyn. ad l. Nullum C. De teſtib. Angel. in l. 3. C. De iudic. Argum. eorum quæ Baldus Angeli frater adnotauit in l. 1. Cod. De off. rect. prouin. Quorum ſententiam vt refellunt Bartoli rationes validiores (in cita. l. 31. De falſ.) ita nec ego probandam opinor apud Gallos præcipuè, quorum ſua cuique Iuriſdictio certis Territorij limitibus ſepta præfinitur iure patrimoniorum ac fundi Dominici.

Ex perſonarum conditione & rerũ qualitate diligenter æſtimandæ ſunt cauſæ, ne quid aut duriùs aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit.

Dominicus iudex vel iuridicus, *inge de ſeigneurie, inge patrimonial, inge ſubalterne, inge vaſſal*, vt quidam nominant.

COMPLVRIVM regionum Moribus attributa eſt infimo Iuridico non ſolùm in rem actionum cognitio, ſed in perſonam etiam conceptarum. §. Item aliæ cauſæ pecuniariæ perſonales & poſſeſſoriæ Tit. De Iudicib. apud Maſuerium in ſua Praxi. Eóque iure Senonenſes vtuntur. §. 18. Tit. De ima Iuriſdict. Melodunenſes itidem. §. 20. De infima Iuriſdict. Tum Valeſij Municipes. cap. 5. Tit. de Iuridica poteſtate. At poſſeſſoria vtique iudicia ſibi aſſeruêre nuper regij Andium Magiſtratus contra dominum *de Dureſtal*: quaſi interdictorum diſceptatio nulli alij competeret quàm regio Iudici, auguſtiore quodam & eximio iure noſtrorum Principum. Sed à PATRIBVS decretum eſt, poſſeſſoriæ litis notionem de re profana, peræque ad Dominicos pertinere, ac regios Iuridicos. Areſto Curiæ Kal. April. 1574. Quùm Marius, pro Dn. *de Dureſtal*. Nos, contrà, pro regiis Andium Baugæi Iudicibus diximſemus.

Decretum Curiæ die 1. April. an. 1574. pro Ioh. *Deſpinay*, domino Dureſtalio, apud Andes.

Saluo tantùm regiæ Prœuentionis iure, *en telles Complaintes*.

PORRO ne quem ſubeat admiratio, nobilium virorum controuerſias iſthîc dirimi à minimo Iuridico, Senatus Regeſta produnt, ſic definita fuiſſe olim diſtinctáque regiæ notionis litium capita inter Karolum. 5. Regem, & Ludouicum Ducem Andegauum, vt ne maiores quidem domini Iuridici exercerent criminoſa iudicia in militaris ordinis viros Andenſes, Cenomanos, & Turonenſes: Quibus tamen ius reddere poſſent Dominici quique iudices, (nedum Regij) in ciuilibus negotiis fundorum proprietatem ſpectantibus ſeu poſſeſſionem: dummodò prædiaria & *reali*, vt aiunt, Iuriſdictione prædiți eſſent. Hodie actiones in rem conceptæ diiudicantur etiamdùm inter nobiles genere à Dominicis magiſtratibus quibuſuis, nullo graduum Iuriſdictionis diſcrimine. Ex Andium Lege ſupràſcripta. Pari modo, regiis *Burgenſibus* ademptum eſt Regij fori priuilegium, in

Hæc Ordinatio, de cauſarum diſtinctione Regiæ iuriſdictionis, vel Ducalis Andium, Turonum, & Cenom. pro Duce Panagiario, tranſcribitur infrà cap. 65. art. 2.

vindicatione

vindicatione fundi, vel moto de rebus ſoli Interdictio Trecenſ. Conſuet. artic. 2. Senonen. 142. Antiſſiodorenſis. 199. Victriacæ. 6. & in Stylo Parlam. Parte. 3. Tit. 45. De Priuilegiis regiis ac *Burgenſibus*. Reis pariter licitum non eſt, petitorias lites vel poſſeſſorias ad ſuum Iudicem reuocare: quùm vbi nimirum conſtitutæ ſint, ibi iudicio decidi res ipſas oporteat. Cæſarea Diocletiani lege. 1. Vbi in rem act. Et Valentiniani l. vn. Cod. Vbi de poſſeſſ.

Des Iurez & bourgeois du roy, eorúmque illibus, vbinam tractandæ ſint. Nos lib. 1 Doman. Frac. Tit 7. art. 9.

9. ANTIQVITVS patrio ritu, viri Nobiles, qui iudicio condemnati erant, mulctabantur ſua mobili ſupellectile, non re nummaria. Vt legere eſt identidem in veteſtis noſtratium Legum Codicibus. Sicuti primùm Multa, Oſcorum lingua, pœnam ſignificauit, haud pecuniariam vtique, ſed pecuariam, auctore Varrone. Cùm enim Legum antiquarum pœna non niſi pecore conſtaret, Pliniano teſtimonio, rectè eam Oſco vocabulo Multam nominarunt. Sed huiuſmodi mulcta pecoris armentíque æſtimata à Magiſtratibus, poſtea lege Aterina conſtitutæ ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues æris centeni. Et Feſtus, Quæ pecudes, inquit, poſtquam ære ſignato cœpit vti Pop. Romanus, Tarpeia lege cautum eſt, vt bos Centuſſis, ouis Decuſſis æſtimaretur. Porrò nummariæ mulctæ quantitas non eadem eſt vſquequaque apud Andes: Minima quidem, ſepteni: minor, deni aſſis: maxima, ſexageni. Illas lege irrogat infimus Iuridicus. §. 2. & 165. Andeg. Conſuet. Hanc neutiquam, niſi Dominica manu violata. §. 3. 169. & 170. vel ob celata per annum laudimia. §. 3. 4. & 133. ſeu poſitis ſine Iudice agrorum limitibus. cap. 3. & 280. aut incidenti ciuilem in litem quæſtione criminis, ex qua, mulctæ dictio, Cognoſcentis arbitrio relinquitur: §. 2. Leg. Andeg.

Text. Andeg. Leg Dont pour chacune d'icelle cauſe n'a que la loy d'amende, qui eſt 7. ſols 6. den. tourn. entre nobles, 10. ſols entre roturiers.

Plinius, Natur. Hiſt. lib. 18. cap. 3. & Lib. 33. cap. 1.

Emendæ Conſuetudinariæ, quæ contumacibus reis iudicio indicuntur, à Forenſibus vocantur, Deffaux, exploits & amendes de la Cour, & autres tels droicts curiaux.

10. DEMONSTRATVM eſt ſuprà, dominis imæ Iuriſdictionis in criminoſos animaduertere non licere. Nam ſimplicis Iuriſdictionis nomine merum hoc imperium in reos delatos non continetur, vel auct. Tullio in Orat. pro Murena. Quem nempe Murenam ſcribit iuris reddundi Poteſtatem ſortitum fuiſſe, i. ciuilium cauſarum notionem, in qua ſapiens Prætor vitabat offenſionem, modò æquè decerneret ac leniter audiret: Sulpitium verò ſortitum fuiſſe peculatus, & ſcelerum cognitionem triſtem & atrocem, &c. Quòd ſi pecuniariæ ſubrepat criminoſa quæſtio, illius Iudex huic obiter ſuas partes interponet: tametſi minimam omnium habeat Iuriſdictionem. Vt monuimus antea. Cedò iam, quid inter Nobiles, incidentis liti, flagitij reos? Cauetur certè noſtrati Conſuetudine, Nobiles viros imæ Iuriſdictioni Dominorum obnoxios eſſe perinde, ac Plebeios, in petitoriis iudiciis vel poſſeſſoriis, ſecundùm formam ei Iuriſdictioni Moribus præſtitutam. Aſt de maleficio ciuilibus irrepenti negotiis nil expreſſum eſt in huiuſmodi Equeſtris ordinis viros Lege noſtra Municipali. Diuerſa quidem ratio ſuadere videtur diuerſam de vtróque Ordine conſtitutionem. Vetera enim Galliæ Inſtituta voluenti ſuccurit generalis fermè hæc ſententia, generoſis hominibus mirè

Suprà artic. 6. Conſuetudo locorũ Iuriſdictionẽ tribuit, eiuſque formam ac modum. cap. dilecti De arbit cap irrefragabili de offic. ordin. Can. conqueſtus. 9. Quæſt. 3.

Digitized by Google

plausibilis, quę ex moribus traducta est in Codicem calamo exaratum, hac clausula. *En cas criminel, & en cas reel feodal vng haut Justicier n'a pas la cognoissance des Nobles, si par especial nen est ensaisine. Mais se il a Iustice fonciere & reelle, il peut cognoistre des cas reelz seulement. Car de tous personelz & ciuilz, le Noble en est exempt ou cas dessusd. Combien quil en eust la confiscation.* In Gallico Lib. cui titulus est, *Pour monstrer & enseigner à vng chascun quel ordre de proceder est en la Cour laye, &c.* Quanto minùs ergo infimi Iuridici clarorum genere delictis cognitionem suam accommodarint. Inde est propemodùm, quòd Franciscus. 1. rex sanxit Edicto, maiores Prouinciæ præfectos solos de maleficiis Equitum iudicaturos, déque actionibus in personas ipsorum institutis: Minores autem Iuridicos regios, de petitione rerum soli, (plebeiarum vtique, non clientelarium) quæ Nobiles ipsos respiciant. §. 5. 6. 7. & 8. Legis regiæ Cremolienſis latæ. 13. Kal. Quintiles an. 1536. quam Senatus in Actis præscribi iussit. 16. Kal. Maias Anno proximè consecuto. Opinor hercle, inferiores Dominos, qui in milites Iurisdictione prediti sint quadantenus, (vtpote apud Andes) consequenter posse de eorum crimine huc incidenti ex legibus inquirere, tanquam præiudicanti ciuilem litigantium controuersiam summam. Nam & Cremolienſis Edicti conditor disertè excepit Dominicas iurisdictiones in subditos ac clientes Dynastarum inferiorum, seu equestres, seu ignobiles viros: inter quos sartam tectámque esse voluit iuridicam omnem Dominorum potestatem. Sanctione Compendij edita. 6. Kal. Martias an. 1536. quam PATRES Parisien. comprobarunt. 9. Kal. Maias. 1537.

Reiglement des causes des Nobles, & roturiers entre les Baillifs & Preuosts royaux.

Die 19 Iunii. 1536. Die 16. Aprilis an. 1537.

Edict de Cremieu.

Edict fait à Comtiegne die 24 Feb. 1536. Die 21. April. 1537.

II. In proposito autem roget aliquis, cur Andium Mos in criminosis pecuniariæ litis appendicibus numeret vitium litigiosi. Nimirum sacra Vetustas lites execrata est, vsqueadeo, vt rei litigiosæ emptor eadem olim priuaretur, & venditor pretij sorte Cæsareo fisco inferenda. Sic Iustinianus edixit, leg. censemus C. De litigios. Nec multò aliter in sacerdotiis constitutum fuit à Bonifacio. 8. P. P. in eos, quicedente, vel decedente sacri beneficij competitore litem renouarent, quasi in ius prioris litigatoris successores singulares. cap. Si hi contra quos. Vt lite pend. At posterior ætas subdolè confugit ad Diplomaticæ officinæ artes, impetrata à Principe identidem subrogatione in locum decessoris: callido sanè commento, vt mortalium lites fierent immortales.

Vers. *comme vice delitieg, ou autre crime incident.*

De vitio litigii Romanæ leges non seruantur in Francia, licet ad honestatē publicam maximè pertinentes, vt tot infestæ ciuili societati lites præciderentur.

CAP. 3.

Digitized by Google

Cap. 3.

Et au regard d'autres actions réelles, dont l'amende excede les loix & amendes dessusd. & des pures personnelles, ils n'en ont aucune cognoissance: s'ils n'auoient acquis ce droict par tiltre particulier, priuilege, ou prescription. Fors pour leur saisine brisée, où ils peuuent taxer par leur Iustice l'amende de lx. solz tournois pour iceluy bris, & pour les ventes qui leur ont esté recelées par an & iour. Aussi pour auoir mis & assis bornes en leur Fief sans auctorité de leur Iustice, où ils peuuent taxer ceux qui y ont assis bornes de leur auctorité priuée, pour chacune borne assise, lx. solz tournois.

1. ACTIONVM IN REM, EX QVIBVS VICTO MAIOR INFLIGITVR MVLCTA, QVAM SVPRA-RELATA PERSONALIVMQVE, MINIME COMPETENS EST INFIMVS IVRIDICVS: NISI EAM NOTIONEM SIBI COMPARARIT IVRE PARTICVLARI, PRIVILEGIO, AVT TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE. SI TAMEN DOMINICÆ MANVS INIECTIO VIOLATA SIT A SVBDITO, NON MALE PETET IMÆ IVRISDICTIONIS DOMINVS, SIBI PER IVDICEM SVVM ADDICI TAXARÍQVE MVLCTAM. 60. ASSIVM TVRONEN. IN ILLVM PVBLICÆ MANVS VIOLATOREM. EADEMQVE NVMMARIA POENA DAMNANDVM EST NOVI EMPTORIS ANNALE SILENTIVM, LAVDIMIA AB SE DEBITA TANDIV NON PROFESSI APVD PATRONVM SVVM, SEV DOMINVM SOLARIVM. TANTVMDEM MVLCTÆ NOMINE PENDENDVM MINIMO IVRIDICO (SI PETIERIT) AB IIS, QVI TERMINOS FIXERINT INTRA SEPTA FEVDI SVI PRIVATO ARBITRIO, NEC DOMINICI AVCTORITATE MAGISTRATVS.

In Verf *s'il n'y a tiltre; prescription, ou exemption au contraire.*

Commune est omnibus ferè Municipiorum Moribus, vt Dominicam Iurisdictionem eousque progredi sinant, quò producta sit veteri beneficiaria cautione, seu priuilegio, vel vsu diuturniori. Vt constat ex. §. 3. 9. 14. 156. 184. & 186. Andeg. Consuet. Item Cenomanæ Legis Cap. 51. 136. 201. & 204. quæ in beneficiariis iuribus, iurisdictionéve nominatim admisêre peculiares conuentiones, præscriptionem possessionémque temporis longissimi. Feuda enim, quibus Iurisdictionem metimur Galli, pendent à priuata lege clientelari veriùs, quam ab certa publicáque Municipij Constitutione. Vt ostendimus Libello superiori, Parte. 1. Quæst. 5. Cessante autem particulari clientelæ lege, succedit Andegaua hæc, imò generalis propè Consuetudo Francorum, ne vltra exiguam æris summam mulctantes ferantur minores Iuridici. de. §. 3. Faber ad l. illustres Cod. de mod. mulctar.

Faber, quamuis, inquit, de consuetudine emendæ vsque ad taxam in singulis casibus sint taxatæ in eurijs temporalibus, sic quòd excedere non possunt, non tamen Domini possunt totum exigere, imò debent taxare infrà illam summam, &c.

2. MERITO Andegaua Lex secernit priuatas subditorum inter ipsos controuersias à feudisticis, quæ recti domini iura respiciant. In his

Fors pour leur saisine brisée, où ils peuuent taxer l'amende de 60. sols tourn. pour iceluy bris.

enim latiùs patet notio minimi Iuridici, maiorque ei in clientes competit mulctæ dictio: Quùm feudi quæstiones haud alius diiudicet Feudistica lege perpetua, quàm dominus Curiæ. Id quod Pontificia etiam Rescripta probant Alexandri. 3. Cap. verùm. Cap. ex transmissa De for.compet. Hinc vulgò proditum Moribus Gallicorum municipiorum, patronos quoluis imæ Iurisdictioni præesse, vt beneficiarios suos arctiùs compellant ad iustæ clientelæ obsequium. In Germania tamen, haud soli Domini iudices sunt vspiam, nec, nisi cum paribus curiæ Dominicæ; lites definiunt. Zasius De controuers. feudal. Parte. 11. Qua in re Longobardici Ritus hanc adhibent, distinctionem, vt si de beneficio inter clientulos instituta lis sit, vel de beneficiarij portione fundi, limitibúsve, aut accessionibus, ea tunc vnum agnoscat patronum, causæ Iudicem ac disceptatorem. Glo. & Doct. ad Cap. Imperialem. §. præterea. 3. De prohib. feu. alien. per Frider. Sin autem inter duos de feudo illo certetur, quorum alter verus, alter assertus sit cliens, tum pares Curiæ de eo ferent sententiam. Cap. 1. Apud quem vel quos. Et cap. de lege Conradi. in Feud. Inter clientem verò, & extraneum res dirimetur coram ordinario Iudice. Cap. 1. De controuer. inter domin. & al. Idem iuris est, si occasione feudi emerserit contentio inter patronum, & alium non clientem: vtpote super feudi pigneratione, vel finibus, & si quæ aliæ feudi qualitates occurant disputandæ. Nam eo casu apud ordinarium Iudicem agitabitur negotium. Zasius vbi 3. Rursus inter patronum & clientem controuersa feudi vestitura priuatiovè deciditur Parium Curiæ iudicio. Cap. 1. §. penul. De prohib. feudi alien. Cuiusmodi Parium frequens Ambianis Vsus etiamdum, Bolonienfibus, ac Belgis propemodùm vniuersis. Nec prætereundum obiter, Domini & Parium iurisdictionem, licet ordinaria sit, haud vtique generalem esse, sed inter vasallos, & *Feudalium* litium septis inclusam. Proinde Vlpiani

D. de Iudic.

responsum, (si quis ex aliena) locum non haberet in limitata hac potestate iuris dicundi. Citatus enim, de cuius subiectione non liqueret, minimè comparere teneretur, allegaturus præscriptionem fori. Glo. & Bal. ad Cap. 1. De inuest. in marit. fac. Vtut sit, in tali Iurisdictione Dominica consulendus est mos Prouinciæ, patriúsque sequendus Iudiciorum ritus. Francis. Curt. in 7. Parte, post Bald. in cita. Cap. 1. §. præterea. De prohib. feudi alienat. Abbas in Cap. Nouit, De Iudic. Verbi causa, Lothatingij Equites, torquatæ Principis militiæ, suprema Sententia definiunt forensem quamque controuersiam, in Iuridicis Conuentibus Nanseyæ, Vosgesæ, & Germanicæ Præturæ: qui in aulico Ducis Prætorio haberi consueuerunt. §. 5. Tit. De statu & condit. person. In Codice Legum Lotharing.

Les Gentilshommes de l'ancienne Cheualerie du Duc (les autres non) iugent souuerainement & sans appel de toutes causes des Assises des Bailliages de Nancy, de Vosges & d'Allemagne, & d'autres, à l'hostel de monseigneur le Duc.

Præcipve verò Andegauis Legibus amplior facta est mulctæ irrogandæ potestas taxatióque dominis infimæ Iurisdictionis triplici casu: nempe ob suæ manus fundo iectæ violationem, ob suppressa, laudimiorum iura Anno & Die, tum ob limites fundorum à priuatis 3.

Bassi Iustitiarii, pro iurium suorum feudalium conseruatione maiores habent emendas Consuetudine indictas.

constitutos,

Digitized by Google

constitutos, recto domino inconsulto. §. 3. Nam & huic licitum est, vinculis subditos coërcere, qui bona publicè possideri iussa retinere sint ausi, & ita Dominicam in ea inuectam manum infringere. Exempli causa, Vindocinenses cœnobitæ, in Andibus, habent imam Iurisdictionem loci *du Houssay*, cuius media pleniorve, ac plenissima competit Vindocinen. Duci Ioh. Gaillartus eo in vico pagano sibi comparat prædium, solarij nomine obnoxium monachis Vindocinen. Ab his mox prehensus est fundus ob iusta dominica non soluta: Nec diu pòst, emptor ipse in carcerem coniicitur, quòd fundum ita pigneratum temerè ingressus esset ac sine Iudice, eiusdem messes collecturus: quasi publicam aruorum possessionẽ hoc modo subuertisset. Ab ea verò carcerum inclusione quùm appellasset Senatum emptor, Brodeus huiusce patronus contendit Actione forensi, minimis Iuridicis ius non esse in libera capita subditorum, neque eos in publicam custodiam mittere licere, sed mulctam dicere septeni assis, vel sexageni, ad summum: Qui talis potestatis Iuridicæ modum transgressi sint, in ordinem redigendos. Ad ea, Chomedeus, (pro Monasterio Vindocinensi), cui data sit Moribus in prædium manus iniectio, ei quoque concessa videri, sine quibus Manus isthæc superior non subsistat. Multorum testimoniis elogiisque, appellantem fuisse publicæ manus corruptæ reum factum. Descendit in causam Vindocinen. Regulus, intendítque suam vnius esse in eo Territorio præhensionem corporum carcerúmque potestatem: vbi nimirum meri mixtíque Imperij fasces exerceret. Senatui placuit malè prouocatum. Arestо. 11. Kal. Quintiles. An. 1538. Cui consentaneum est Andegauæ Legis caput. 169. Ac propterea regium vel dominicum velum, quem *brandonem* patriæ Leges vocant, suspendi solet prædiis quæ auctoritate Iudicis possideantur.: ne ignorationis obtentu vllo vis fiat publicè possidenti aut Dominica fundi prehensio violetur. l. 2. Cod. Vt nemo priuat.

quàm in diiudicandis subditorum suorum controuersiis, vbi emendæ sunt tantùm. 7. vel. 10 assium. §. 3. Andeg. leg.

Bris de la saisine du seigneur.

Abbatia S. Trinitatis, in Vindocino Andium Oppido. De qua, Nos infrà. Cap. 49.

Placitum Curiæ Die. 21. Iunij. An. 1538.

§. 169. Vers. *Et outre peut estre contraint par prinse de corps, &c. à redintegrer la main de la Cour.*

4. QVANTOminùs ferendus inferioris prædij possessor, si sexagenis assibus mulctatum se queratur Dominicæ manus infractæ nomine? Talis enim fuit Galliæ in vniuersum Consuetudo, quam priscis exemplaribus autographis insertam comperi, *Qui brise sesine de seigneur, sil est homs de poeste, il doit. 60. solz damende, & si est tenus au lieu resaisir: Et s'il est gentixhoms, & le sesine est sor fief, il est à 60. liures damende, & est tenus à resaisir le liu.* In Lib. Francicorum Morum Philippi *de Biaumanoir*, Claromontani in Bellouacis Præfecti, sub Roberto Clarimontis Comite filio D. Ludouici regis. An. 1283. Idem planè ex Gallico vsu sensit Boërius ad. §. 16. (Tit. De consuet. feudor. & recept.) Biturigarum Legum Municip. Nec diuersum statuit Andegauus Mos de sexaginta æris assibus mulctatitiis in conuellentes Dominicam manum. Cap. 169. 170. & 171. Quibus etiam Capitibus præscribitur formula missionis in possessionem fundi clientelaris patronali iure. Nudo tamen verbo facta beneficiarij agri pigneratio non est tanti, vt

Vasallus (Boerij verbis) qui nonobstante arestо per dominum appositо vtitur re feudali & rumpit arestum, debet per consuetudinem generalem in regno Franciæ obseruatam 60. solidos Turon. & etiam redingrare quicquid post dictum arestum acceperit. Licet in aliquibus locis fiat differentia in arestis ruptis inter nobiles, qui in 60. libris Turon. & ignobiles, qui in 60. solid. Turon. puniuntur.

Digitized by Google

cliente denuo agrum occupante, mulcta illa patrono committatur, quaſi eius violata manu. Nam & ita Maiorum noſtrorum vſus ferebat, *Se aucuns ſires diſoit à ſon home coſtumier, ie preing cete choſe en ma main & en ma ſeſine, & la denommaſt, & il nempreiſt la ſaiſine autrement, & li homs coſtumiers otaſt la choſe ou remuaſt, il nen feroit à ſon ſeingneur que le gaige de ſa loy. Car cete ſeſine net pas certaine, ele net que vee. Et ſi il loſtoit de ſaiſine, puis que il leut ſaiſi, & puis mis en ſa main, il empaieroit 60. ſolz damende.* Ex Lib. Gallico vetuſtiſs. *Ci commencent li e Statu dou Reyaume de France.*

Turonenſes ideo aſſes dicuntur, quòd valeant 12. denariolis, quæ apud Turones à longo iam æuo excudi cœperunt. Inde communiter, *Tournois* dicti. Vt autem Regia poteſtas præminentiáque oſtenderetur præ ceteris monetæ fabricatoribus Regulis, Pariſienſes aſſes percuſſi ſunt antiquitus qui argenteo quadrante reliquos excederent.

Hunc Librum nobis commodauit Dn. Lautierus vnus è Præfectis Curiæ monetalis Franciæ ab ipſo excerptum olim è Londinenſi Angliæ arce: in quâ priſci Angli Franciæ incubatores tranſuexerant vetuſtiora Gallici regni documenta monumentaque ex Camera Raciociniorum Pariſien. Recẽtiora enim ſunt alia, nec Phil. Valeſij temporibus antiquiora, quæ Pariſienſes Lutetia profugi ſecum Pictones raptim tranſtulerunt, ne in Burgundionum Lutetiam occupantium, & Anglorum ſociorum, manus incideront. An. 1419.

Abb. de S. Vincent, lez le Mans, de cuius fundatione, Nos ī. Cap. 37. Art. 9.

Manceau, vaut Normant & demy.

Ex Archiis Cenomanę maioris Eccleſię.

QVVM autem hoc mulctarum modo ad certam ſummam conſtricta ſit Iuridica poteſtas infimorum Dominorum apud Andes, ſpectare eſt obiter, Cenomanos dynaſtas duplo ampliorem carpentes ac vbertiorem Iuriſdictionis ſuæ fructum, quàm Andegauos. Noſtrate enim Conſuetudine, mulctatitij adſignantur Dominis aſſes Turonenſes, ī. quorum ſinguli duodenis Turonum tetunciis æſtimantur. §. 3. At Cenomana lex ſanxit, mulctæ titulo ſolui æris aſſes Cenomanos: quorum ſinguli binis aſſibus Turonicis exæquantur. Artic. 4. 5. Nam ius monetæ habebant priſci Gallicarum ciuitatum Reguli ſuóque nutu & arbitrio percuti numum iubebant. Hinc Cenomani, Comite ſuo auctore, feriebant monetam, quæ in vetuſto Lib. monetali ſic deſcribitur. *Manſſois deniers à. 6. den. de loy argent le roi de 2. den. de poix ou enuiron, au feur de. 192. pieces de taille au marc. Les 13. pieces deſd. manſſois valent. 2. ſolz tourn. des petits den. de coing du roi.* Cenomanico huic numiſmati impreſſum vidi Crucis inſigne, hoc lemmate, SIGNVM DEI VIVI: & in poſtica facie Coronam cum flore liliorum, hoc titulo, CENOMANA MONETA. Sic vincentiani cœnobij, apud Cenomanos, antiqua phraſi, *Dedit Reginaldus Abbs Hugoni domino Firmitatis Bernardi, pro confirmatione donationis Tuffiani trecentos ſolidos denariorum Cenomanorum*, ī. monetæ Cenomanæ, quæ alterius cuiuſuis pretium æſtimationémq; ſuperabat. Vnde vulgi voce percrebuit, Cenomanum ſeſquialtero Normano æquualere. Quod de nummo, non de homine intelligendum. Quin & Cenomanis Epiſcopis indultum eſt quondam à Francis regibus, vt ſuapte illorum auctoritate publici nummi procuderentur. Codicillis ita relatis, *Theodoricus rex Francorum vir illuſter &c. Compertum eſt prudentiæ omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtrorum, quatenus vir ſanctiſſimus, & religione ac ſapientia genereque nobiliſſimus domnus Aiglibertus Cenomanicæ vrbis Archiepiſcopus nos deprecatus eſt, vti Monetam publicam in ſua Ciuitate, & in nomine S. Geruaſij ac noſtro ei concederemus: quod ita & fecimus. Ea videlicet ratione, vt ipſe, & ſui miniſtri hoc valde præuideant, ne aliqua fraus in ipſa moneta noſtris futuriſque temporibus appareat. Jubentes ergo præcipimus, vt nullus ex fidelibus noſtris, aut quilibet ex iudiciaria poteſtate de præfata Moneta prædicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, aut rectoribus ſuæ Sedis Eccleſiæ aliquam calumniam, aut iniuſtam pulſationem, vel cauſationem, ſine aduerſam machinationem aduerſus eos, vel ſuos ſucceſſores*

Rectores

Rectores eiuſdem Eccleſiæ vllo tempore facere audeat, aut machinari præſumat. Et hoc præcipimus, vt ſi aliquis hoc fecerit, .600. ſolid. auri aduerſus eum vel ſuos ſucceſſores componat. Datum. 6. Kal. April. 12. An. Regni noſtri. Porro Andenſium Comitum auſpiciis conflatus eſt olim numus eiuſmodi, *Deniers à. 3. den. 10. grains de loi argent le roi, de. 19. grains de poix tresbuchans chacune piece au feur de. 234. pieces de taille au marc. Maillon à 2. den. 21. grain, &c. La liure dud. ouurage valoit. 3. ſolz. 4. den. moins que la liure des den. du coing du roy: de ſorte que. 14. den. des ſuſd. ne valoient que. 12. den. du coing du roi.* In tali verò Numiſmate erat pulchrè expreſſa Andegauen. Comitis effigies, hoc elogio, *Karolus comes:* Et aduerſa facie, *Clauis ſimulachrum*, hoc inſculpto vocabulo, ANDEGAVENSIS. Ex antiquo illo Codice manu deſcripto, quem 3. citaui, Cap. *Monnoye du Comte d'Anjou.* Die. 27. Mart An. 627.

Extraict des anciens Regiſtres de la Cour des monnoyes à Paris. Durant le regne de S. Louys, & depuis l'an 1227. qu'il commença à regner ſe forgerent monnoyes blanches & noires à tournois & Pariſis. Durant led. regne & depuis, telle fabrication a eſté pratiquée, & a on touſiours communement vſé en France de monnoye Pariſis, qui a touſiours plus valu que celle à tournois d'vne cinquieſme partie. Et eſt ceſte monnoye Pariſis ſi frequente, que les amendes de Iuſtice, taxes de deſpens & appretiations, & preſque tous prix faicts & ordonnez par auctorité publique ont eſté faicts à Pariſis. Ainſi aud. temps de S. Louys les contracts de redemances & rentes foncieres ſont conclutz en deniers & ſols Pariſis, & tous les droicts conſuels ſeigneuriaux & amendes des Couſtumes deues & adiugées aux Seigneurs ſont analuez à ſols & deniers Pariſis. Et par led. Regiſtre des monnoyes appert clairement que led. monnoye blanche & noire eſtoit reellement & non imaginairement forgée auec nom & valeur de Pariſis, comme gros Pariſis & deniers Pariſis. Et pour en ſçauoir la valeur & eſtimation aux payemens & anciennes redemances lors qu'elles a proceez au Parlement ou aux Requeſtes, ou aux Iuges ordinaires, les parties ſont ordinairement renuoyees en lad. Cour des monnoyes pour en auoir l'eualuation parauant que proceder au iugement deſd. differends. Et par leſd. Regiſtres ſe voit de temps en temps iuſques à preſent depuis le regne de S. Louys que lad. mõnoye Pariſis y a eſté continuée alternatiuement & concurremment auec celle de tournois. Du temps de Philippes 4. en cõmença à faire des deniers appellez Bourgeois, qui auoient cours pour 2. deniers Par. en Ianuier 1310. Du temps de Louys Hutin le 19. Sept. 1311. l'on fit auſſi monnoye de deux ſortes, l'vne appellée petit Pariſis, & l'autre petit tournois. Du tẽps de Philippes le Long depuis le 1. Mars 1317. l'on fit auſſi des petits Pariſis qui auoient cours pour 12. deniers Pariſis piece, vallant deniers. Du temps de Charles le Bel depuis le 20 Ianuier 1326 l'on fit aboles blanches d'argent & doubles Pariſis. Du temps de Philippes de Valois le 20. de Septemb. 1330. le meſme fut faict. Idem du temps du Roy Iehã le 14. Nouemb. 1350. Idem du temps de Charles V. le 13. Auril 1361. Idem de Charles. 7. le 10 Ianuier l'an 1446. qui fit forger monnoye de Pariſis & de tournois. Et ainſi de tous les Rois ſuyuans iuſques à noſtre temps qui ont fait forger auec la monnoye à tournois celle des doubles & ſimples ſols Pariſis vallans vn cinquieſme plus que la monnoye à tournois. Dont appert que le compte des monnoye Pariſis n'eſt pas imaginaire comme aucuns ont penſé, ains qu'il eſt réel, ſolide & ſubſtantiel, fondé par eſpece de monnoye actuelle en eſpece de monnoye courante. Tout ainſi que le compte à tournois eſt fondé ſur le prix & compte de monnoye actuelle en eſpece fabriquée & ayant cours par auctorité du Roy. Or les Rois deſſuſdicts n'ont pas touſiours eſgallement fabriqué leur monnoye de meſme bonté, veu que par diuers accidens remarquez aux hiſtoires & auſd. Regiſtres lad. monnoye a eſté fabriquée tantoſt forte tantoſt foible, & en fin ſont touſiours venus à ce point que de la ramener au fort pour la richeſſe du Royaume. C'eſt pourquoy ceux qui ont leurs redeuances foncieres conſtituees & aſſignees au temps de la forte monnoye, ont gradd intereſt que la iuſte valeur de leur redemance leur ſoit continuee en la monnoye courant à preſent, & par le compte que l'on en peut faire cela ſe iuſtifie clairement. Et meſmes au cas du Tonlieu de 3. deniers Pariſis deu par les Boulãgers de Paris aux Religieuſes de Long champ lez Paris, quelle apparence y auroit il que la monnoye du Roy S. Louys qui eſtoit fabriquee ſur le pied de 5 B. ſolz le marc d'argent le Roy fit eualuer à meſme prix que celle qui ſe fabrique à preſent ſur le pied de ſix A. 20. ſolz led. marc d'argent le Roy, qui eſt ſix fois pour le moins plus foible que celle dud. S. Louys, qui vaut ſix fois d'auantage que celle de preſent, de ſorte qu'vn ſol Pariſis de ce temps là vaut pour le moins 6. ſolz Pariſis de ceux qui courent à preſent, reuenans à ſept ſolz 6. deniers 3. tournois. C'eſtoit vne leſion trop enorme. Ainſi a l'on accouſtumé en Iuſtice d'en venir à l'eualuation iuridique, & pour ceſt effect ſe pourueoir en la Cour des monnoyes.

6. ANDEGAVÆ etiam monetæ meminerunt veteres Tabulæ Comitum Andenſium, (quæ Scriniis Baſilicæ Andium ſacratiſſimæ aſſeruantur,) hac verborum nuncupatione. *Ego fulco iunior Andegauorum Comes notum fore cupio poſteris meis, quoniam adierunt ſerenitatem noſtram Canonici S. Mauritij poſtulantes, vt eis concederem pro remedio animæ meæ ac prædeceſſorum meorum Comitum aliquid, quod ad honorem matris Eccleſiæ & ipſorum vtilitatem pertinere videretur. Conceſſi ergo eis, & conceſſionis meæ donum coram teſtibus ſuper altare poſui per cultellum, vt ex hoc in reliquum, in Vrbe, vt in omnibus Suburbiis Andegauis nullus audeat cambiare monetam vel pigmentarias ſpecies venundare, niſi in area Canonicorum iuxta Eccleſiam in eorum ſtationibus, quas eis liberas conceſſi ab omni poteſtate & vexatione Præpoſitorum vel Vicariorum: Niſi fortè falſa moneta apud cambitores inuenta fuerit, cuius rei Iuſtitia ad Præpoſitum meum pertinebit: Ita tamen, vt Decanus vel aliquis de maioribus Canonicis cum Pra-*

Fulco Rechinus, nepos Fulconis Nerræ: cuius Bertrandæ cõiux, (eo mortuo ſub An. 1110) magnificè inſtaurauit ac refecit Arcem vrbis Andeg.

Digitized by Google

posito meo præsens sit, & eius iussu Præposito moneta tradatur. Datum Andegauis ante altare Dominicum. An. Domini. 1093. 2. Non. Decemb. Indict. 1. Sic triennio pòst, de Andensi moneta, ab eodem Comite facta est commemoratio, huius Instrumenti verbis. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Fulco Andegauen. Comes, &c. Dono ergo Deo & S. Mauritio matri Ecclesiæ Andegauensium, cui dominus Gauffredus de Meduana Deo ordinante præest Episcopus, totum quod habeo in Insula Calonnæ, solutum & quietum, sicut habeo, in perpetuum habendum, tenendum, vendendum, seu donandum, cùm voluerit Episcopus. Sed & aquam iuxta decurrentem, &c. Exceptò, quòd si fortè homines mei per eandem aquam transeuntes inter se seditionem fecerint, forisfactum erit meum. Quòd si homines Episcopi inter se seditionem fecerint, inter me & Episcopum erit forisfactum: sed Episcopus distringet eos vel Præpositus eius, & accipiet de districtione. 21. solidos & dimidium. Itaque firmam fore hanc donationem in perpetuum volumus tam ego quàm filij & filia, acceptis tamen quinquies mille solidis Andegauensis monetæ ab ipso Gauffredo Episcopo, &c. Actum Andegauis in Camera Episcopi. 9. Kal. Iulij, vigilia S. Iohan. Baptistæ An. Domini. 1096. Indict. 4. Epacta. 23. Anno, quo innumerabilis populus ibat in Hierusalem. ad depellandam Pincernatorum perfidiæ persecutionem, scilicet secundo anno quo Vrbanus Papa Andegauum visitauit. Philippo regnante super Francos, Fulcone iuniore dominante super Andegauios, sub Gauffredo de Meduana Andegauorum Episcopo, An. 1. ordinationis eiusdem.* Hæc Andegauos quidem inter ipsos: sed aliis quoque & confinibus populis in vsu fuisse nostratem monetam, arguit vetus Transactio Biturigibus inita ab Collegio canonicorum, cum Decano Bituricen. maximo. An. 1196. in hunc modum. *Notum sit omnibus, &c. Quod cùm inter nos & D. R. decanum Biturien. controuersia verteretur super donatione Ecclesiarum de Belloloco, de centragiis, & de quibusdam aliis quæstionibus, &c. Sciendum, quòd cùm ad Decanum solá pertineat donatio vicariarum de Voeto, sicut aliarum balliarum, ad eum pertinent legumina omnia, siligo, canabum, lina, milia, penilia, rapæ in terra Capituli de Villanoua & de parochia de Giro, vsque ad viam Dolensem. Quæ omnia habemus in vadimonio ab Henrico quondam Iudice de Voeto pro 30. libris Andegauen. & ea licebit Iudici de Voeto redimere, &c.* Ex Cattophylatio Biturici templi Archiepiscopalis. Eòdem vergit Sigeberti locus in Chron. An. 1182.

Die 4. Decemb. An. 1093.

Donum Fulconis Andium Comitis de Insula Calonnæ Episcopo Andegauen. Cuius doni Literis præsentes subscripserunt Rannulphus de Credone, Abo de Brioledo, Segebrandus comes Stabuli, &c.

Filius huiusce Fulconis fuit Fulco, maritus filiæ & hæredis Heliæ Comitis Cenoman.

Die 23. Iunij. An. 1096.

Ampliora Nos, de Andensi moneta prisca, Lib 3. Ecclesiast. Polit. foren. Tit. 6. Art. 17.

Vetus quamuis pater eius (Ericus. 2. Angliæ rex) quindecim milia librarum, Andegauen. monetæ, & eò amplius, quotannis daret ipsi Henrico filio, &c.

Talentorum priscorum genera varia, Atticum, Rhodium, Alexandrinum, Neapolitanũ, Syracusanum, Rhenum, Babilonicum, Syrium, Eucboicum.

QVINETIAM, florente Rom. imperio, haud soli Cæsari ius fuit cudendæ monetæ, sed inferiores sparsim Prouinciarum Respub. conflarunt nummos, ac certam quæque speciem, proprio charactere, materia & pondere. Vt notat Serbidius Scæuola, lib. 3. Respons. l. creditor. De Solut. ibi, mox pecunia, qua, illa Respub. vtebatur, quasi ærosa, iussu Præsidis sublata est. Hinc & Cenomanum assem (de quo 3.) Turonici æstimationem excedere, nouum non erit priscarum Politiarum mores respicienti. Varium enim ac multiplex fuit Siculi talenti prætium, auctore Suida, & Polluce, Lib. 9. Apud Græcos item alia rei nummariæ ratio, vt obolus Atticus octonos Chalcos valeret, 7.

licet

licet Plinius denos dicat. Lib. 21. Natur. Hiſt. In Gallia demum, Hutinus Princeps regium in ius imperiúmque tranſtulit ſolidam excudendæ pecuniæ poteſtatem, quæ magnatibus Francis competebat: priùs tamen æſtimata monetæ Procerum fabricatione, vt viciſſim à Rege ex æquo penſaretur. Decemb. Menſ. An. 1315. Vt ergo ritus patrios recolamus, hodie certè vna vtimur ærei aſſis ſpecie, ſignatíque præſente nota: Verùm haud obſcuro Antiquitatis veſtigio; retenta eſt alibi Pariſienſis aſſis denominatio æſtimatióque, alibi Turonenſis, Cenomanenſis alibi, tum etiam Burdegalenſis. Vt indicant Articuli 53. 54. 55. 59. Pariſien. vetuſtæ Conſuet. & nouæ Art. 76. & 82. & §. 86. 89. 92. Legum Burdigalenſium, ibi, *cinq ſoZ Bourdeloys*. At illuſtrius adhuc nobis reliquit Burdegalenſis monetæ teſtimonium vetus Chartula donationis, quam Vilhelmus Aquitaniæ Dux contulit in Burdegalen. Eccleſiam hac verborum formula. *Ego Guilielm. totius Aquitaniæ, Dei omnipotentis nutu atque hæreditario iure patris mei ac parentum meorum, Dux & Dominus; pro redemptione animæ meæ, patris mei, vel parentum meorum, Sanctæ Dei Burdegalen. Eccleſiæ in honorem B. Andreæ Apoſtoli dedicatæ, quam ab antiquis regibus, Karolo videlicet ac Lodoico ſeu Pipino cæteriſque ſumma veneratione quondam habitam, omnibus bonis ditatam agnouimus, ſed nunc, peccatis noſtris exigentibus, miſerabiliter dilapſam videmus, quicquid ei Comes Sãtius, & pater meus Guiliermus dederunt ac ceſſerunt, ſcilicet tertiam partem Cameræ ſeu Monetæ, ſiue etiam omnium teloniorum, ac curtem ligiam, &c. ad reſtaurationem ædificiorum, ſeu poſtmodùm ad Menſam Canonicorum, donamus, &c. Et hanc chartam ſuper altare S. Andreæ poſui ſubinde Petro decano & Achelino archydiacono oſculum pacis, & veræ concordiæ & cæteris fratribus Canonicis libenter tribui, &c.*

Lud. Hutinus rei maiorem partem monetæ Dominorum reduxit in ius regium: Alij autem viciſſim Reges eam conflandi nummi prærogatiuam ſui iuris purè fecerunt ſenſim emptionibus vel confiſcatione bonorum. Nempe Tornacenſis monetæ fabricationem totam auctoritatémque Francireges olim pretio comparârunt.

Il y a en la ville dudit & pays Meſſin les gros Meſſins, les francs Meſſins; les lourts Meſſins. Par les Articles. 6. & 20. des Ordonnances de ladicte ville & pays de Meſſin de l'an 1555. peu après augmentées, publiées, & imprimées.

8. Inde abſurdum non eſt, cuiuſque pretium nummi explorare pro variis Regionum moribus ac inſtitutis: quùm præſertim minimi Andium Iuridici, ac Cenomanorum, mulctare quenquam vetentur vltra certam patriorum aſſium ſummam, ſua vtrobique Ciuili Lege. Atque id conſentaneum eſſe videtur aliquantulùm iis, quæ ſtatuit lex vlt. De mod. mulct. In codice Iuſtiniani. Hac enim conſtitutione, omnibus prohibitum eſt Iudicibus, infra Proconſularem poteſtatem, ne vltra quadrantem auri cuiuis mulctam irrogarent. Cuiuſmodi quadrans auri valebat paulo minùs triginta aureis coronatis, i. argenti drachmis trecentis. Proconſulare autem imperium ſummam mulctam, non vltra auri ſemiſſem, dicere poterat, i. aureos ſexagenos. Budæo numiſmata hæc ita interpretante. Hactenus coërcita erat omnis poteſtas pro contumacia quidem punienda, aut leui admiſſo. Nam delicta priuata, vt concuſſio, & furtum, vlteriùs poterant mulctari. Eodem titulo, mulctæ dicendæ ius erat Præfecto prætorio quinquagenas vſque libras auri pro ſummo maleficio. Quod non ad dignitatem Præfecturæ, ſed ad flagitij attrocitatem eſt referendum: quùm Proconſul, qui intra ſemiſſem arctatur, omne imperium habuerit. Vt ex Tit. de officio Proconſulis intelligimus.

Sic pij in Eccleſiam donatores priſci, ſuper altare ponebant vel modicum terræ donatæ, vel Inſtrumentum donationis. Cap. 1. De conſuet.

Digitized by Google

HÆC de iudiciario mulctandi iure, quid in priuatis hominum pactionibus nummariisque commerciis? Assemne, de quo ff., eum accipiemus, quem Cenomani, aut Parisiorum Mores scripti induxêre, an quem Turonensem appellamus? verbi gratia, negotiator Cenomanus merces suas venundedit Andegauo centum assibus indistinctè, habita fide de pretio, in vrbe Cenomana. Quæritur, numerandine sint asses Cenomana lege æstimati, an Turonenses. Prima fronte responderis, Cenomanos esse soluendos: inspecta Regionis consuetudine, in qua cõtractum fuerit negotium. Bart. ad l. Paulus. ff. De solut. Id quod Vlpianus significauit quodammodò Lib. 20. ad Sabinum, cùm diceret, nũmis simpliciter legatis, exiguiores legatos videri: si neq; ex patris familiæ, nec ex Regionis, vnde fuit, consuetudine posset apparere. Sed hoc ciuiliter interpretandum de ea pecunia, quæ hodierno vsu vulgarique cõmercio protrita sit ac vsitata, non quam Cenomanorum Mores de scripto proponant: vtpote asses Cenomanos, specie ipsa obsoletos iamdiu, & hodie incognitos. Itaq; in Pactis assium mentione facta, præsumptum est, de Turonensibus paciscentes cogitasse, tanquam populari Vsu receptissimis. Franc. Curt. in l. Cùm quid ff. De reb. cred. secundùm Bart. ad l. semper in stipulationibus. ff. De regul. iur. Ne quid interim commemorem de Barrensibus libellis argenteis, quæ 13. assibus Turonens. æstimantur, aut de Burdigalensibus, vulgò dictis, *francs Bourdelois*. De quibus vtrobique Consuetudines scriptæ.

9.

L. Nummis. ff. De legat. 3. l. apud Iulianum §. scio. ff. De legat. 1.

Barroducanæ Consuet (Art. 48. 50. 53. loquuntur *de trois gros barroys valans 5. solz., & de 3. francs Barroys*. Item Burdigal. Moris Artic. quos suprà in Textu citauimus.

RETICENTI iusta laudimia, quæ quis ex contractu debeat, infligitur mulcta. 60. assium, minimo Iuridico applicanda: siquidem ille per annum & diem inofficioso isto vsus sit silentio. Cap. 3. & 153. Morum Andegauen. Quòd si tricenis modò diebus celet aliquis fundi emptionem à se initam, plectitur leuiore mulcta nummaria. Vt latiùs Nos postea, in explicatione citat. §. 153. Cur autem isthîc dies, vnà cum anno, lege expectandus sit: antequam commitatur prædictæ reticentiæ pœna, hæsitant pleríque. Hanc enim anni dieíque coniunctionem exemplo non carere, testentur aliæ passim Andium Constitutiones annariæ: quibus dies simul cum anno præstitutus est ad dictandum emptori, persequendúmve gentilitij Retractus iudicium, seu ad coniugalem bonorum Societatem ineundam. Artic. 346. 461. & 511. Consuet. Andeg. Eódem recidunt Feudisticæ leges de noui clientis cooptatione vestituráque à patrono petenda intra annum & diem Cap. 1. Quæ sit prim. caus. benef. amitt. Cap. 1. §. præterea De prohib. feudi alien. per Frider. Credendum est verò, haud temerè diem anno adiectum, ne in annali præscriptione seu præfinitione temporis computetur dies pacti conuenti vel possessionis cœptæ. Quemadmodum si die Kalendarum Martiarum quis stipulationem interponat, Vlpiano placet actum videri de sequentibus Kalendis. Lib. 50. ad Sabinum l. eum qui De verb. oblig. Vnde Spurina aruspex, qui Cæsarem monuerat, caueret periculum, quod non vltra Martias

10.

Art. 3 Ver. *Et pour les rentes, qui leur ont esté retollées par an & iour.*

Extat & antiquum Francicæ Legis Caput, *Dedans l'an chalongier & le iour par retraict*. In Lib. *Ci comencent li eStatu dou Reyaume de Frante.*

Offre d'hommage par le nouuel vassal.

An de momento ad momentum computatio fieri debeat.

Idus

Idus proferretur, eidem irridenti & falsum arguenti, quòd sine vlla noxa Idus Martiæ adessent, respondit veniſſe quidem eas, sed non præteriſſe. Vt est apud Tranquillum in Iulio Cæs. ita in vsucapionibus haud à momento quidem ad momentum, sed totum postremum diem computamus. Vlpian. lib. 11. ad Edictum. Si tamen non appareat quid inter pascicentes actum sit, tunc à momento in momentum tempus spectatur à l. Coss. l. 3. §. minore quàm 25. annorum natu. De Minor. Sed dubitationis tollendæ causa, includitur aliquando nominatim, vel excluditur prima dies gerendi actus, verbis ipsius Legislatoris. l. 1. §. biduum D. Quan. appel. sit. L. 6. & 7. ff. De Vsucap.

11. CVIVSMODI Iuris quæstionem ex facto tractatam memini in Senatu, quùm prædij emptor differeret, tempora effluxisse familiaris in ipsum redemptionis fundi, ob libellum de ea ineptè conceptum. Nam Carnutum Moribus cautum est, emptorem conueniri non posse à venditoris agnato ad resoluendam emptionem gentilitate prædiorum, nisi octiduo lapso: nempe vt Iudicij dies post octauum saltem constitueretur. Artic. 68. Quùm igitur diecula ipsa, in quam conferebatur citatio, numeranda non esset in legitimo illo temporis spatio, defendit emptor, solidam integrámque interceſſisse octo dierum intercapedinem. Ediuersò autem, venditoris propinquus, rectè vocatum in ius emptorem hoc modo, *à de demain en huictaine*: nec quicquam proponi, quominùs octoni dies interpositi viderentur. De eo tandem Curia censuit maturiùs deliberandum, cuius nempe definitio patriæ Legi interpretationem esset allatura, maximéque pertineret ad exemplum. Aresto. 5. Nonas Mart. 1570. Mario, & Loysello partium aduocatis. Verùm haud multò pòst, rem iudicio diremit Ordo Ampliss. nostræ Consuet. explanator. S. C. memorabili postridie Kal. Apriles An. 1573. secundùm Ren. *Buschet* qui prouocarat à *Senechallo* Andegauen., contra l. Bertinam Vilhelmi *Herbereau* viduam mulierem. Decretum est enim; verba isthæc Andegauæ Legis. §. 370. (*Et n'y a que huict iours pour executer le retraict*) accipi cum hoc temperamento oportere, ne diei vltimæ, operi præfinitæ computatio ineatur. Idèmque de more vsurpari, asserit Baldus, ad l. eos. §. finautem Cod. De appell. Alex. in l. 1. D. si quis caution. Vido Papius in Decis. Gratianopolit. 270. Decius ad cap. super eo De appell. Iuxta hæc quoque, iudicatum est ad appellationem ex Cenomana Præfectura contractæ venditionis diem citationísque numerari non debere in annali præscriptione Retractus agnatitij *de l'an & iour*. Decreto Curiæ Paris. 6. Idus Iunias. 1577. quod & ipsa in forensi Auditorio Cenomanæ vrbis iussit promulgari: velut præiudicium & exemplum quod in similibus controuersiis Ius dicturi sequerentur. Litigatorum isthìc nomina erant, Franciſca *de Cossé* vidua coniux Fœlicis *le Clere* tutrix liberorum suorum, quæ appellarat à sententia Cenomani Suppræfecti prolata Nonis Ianuar. 1572. Et Ludouicus *Renault*, illius aduersarius. Plusscula in hoc argumentum congessimus. i.

Retraict lignagier.

Mors huictaine.

Die. 3. Mart. 1570.

Aresto Die. 2. April. 1573. in publicis causarum actionibus latũ, Brussello, appellantis, & Dogerio, aduersæ partis causam orantibus.

Dies termini non computauit in termino.

Placitum Curiæ die 8. Iunij. 1577.

Sententia Locumtenentis Cenomanæ Vrbis & Municipij. Die. 5. Ianuar. 1572.

Lib. 3. Tit. de Retractu, præsertim ex nostrate Vsu forensi. Ne Ti-
Gloz. 11. Num. 23. raquelli de ea re dictata hoc loco refricemus. In §. 1. Tractat. Retractuum.

MVLCTA, quæ Moribus addicitur infimo Iuridico, non debe- 12.
tur ob quamlibet noui possessoris moram, qui suum illi contractum non exhibuerit. Pone enim; rem venditam, aut personam emptoris immunem esse exemptámque laudimiorum pensitatione. Illo quidem casu minimè mulctanda est noui clientis contumacia, tabulas suas non edentis domino superiori: Hoc autem, mulctæ locus relictus videtur prima facie in eum, qui personali tantùm fulciatur immunitate laudimiorum. Cur tam variè? Quia Re ipsa soluta laudimiorum onere, sublata est quoque funditus clientelaris seruitus eiusmodi, & quæ inde pendent accessiones, mulctæ, aliáque patronorum vtilia in subditos iura ac emolumenta. Quales laudimiis vacuos liberósque agros intuemur cùm alibi, tùm in Meldensi Briæ regione. Lib. Meldensium Consuet. Tit. de peculiaribus Meldensis Castellaniæ moribus. Si autem fundus maneat obnoxius, sed persona speciali beneficio exoneretur præstatione laudatiui, tunc non censetur condonata mulcta contumaci Priuilegiario, nec instrumentum emptionis suæ proferenti. Hic enim cumulatè satisfactum immunitati suæ putare debet nuda remissione ipsa laudimiorum, non vt ex ea rursus exhibendi obsequium; vel ei succedaneam mulctam remissam possit causificari. Cap. in his, Et ibi Gloz. vlt. & Doct. Cap. porrò De priuil. Decius ad Cap. cùm ordinem De reser. Et ad l. 1. Cod. De secund. nupt. Æquius tamen est, neutro casu pœnam videri commissam: siue rei, siue personæ remittantur ~~indistinctè~~ illa seu laudimia. Nam, vt agamus ex Legis formula, Andegauus Mos ita scriptus est mulctam indici ob celata laudimia annali silentio. Vnde apparet, subditos haud ideo mulctæ damnari, quòd apud dominum professi non sint, se emptionibus prædium comparasse, nisi & ex tali acquisitione debita ab iis laudatiua ostendantur. Alias Iuris rationes promit in eandem sententiam Molineus, vti benigniorem & humanitati congruentem. In Tit. *Des Censiues.* §. 54. Parisien. Consuet. Quænam verò in personas concepta sit laudimiorum exemptio vacatióque, produnt diplomata Francisci. 1. in gratiam regiorum Amanuensium, qui pecunia fundos mercarentur, Galli Principis merè beneficiarios. Priuilegij literæ Decemb. Mens. 1518. Senatui probatæ. 3. Iduum Sextilium An. 1519. Quibus accesserunt Regis eiusdem Codicilli postridie Idus Apriles. 1545. promulgati apud Præfecturam Ratiociniorum Parisien. 4. Idus Iunias, & 12. Kal. Quintiles Eod. anno. Moderatione hac interim Priuilegio adhibita à Magistris rationum Principalium, ne latifundij emptor sub Regia aliqua ditione, quam priuatis antea mancipasset Princeps oneroso titulo, immunitate vteretur: Excepto etiam, si nulla priùs iusta dominica Regi deberentur, quùm priuilegiarius ab emptore agrum euinceret

Realis, aut personalis laudimiorum exemptio.

Terres de Franc alleu.

Bailliage de Meaux, en Brie.

An duo singularia simul concurrant.

Talis dominicalium iurium immunitas prius irrogata fuerat à Ludouico 11. rege huic Secretariorum Collegio An. 1482 Vt adnotauimus Lib. 3. De Domanio Franciæ. Tit. 21. Art. 8.

Die. 11. Augusti. an. 1519.

Die. 14. April. 1545.

Die. 10. & 20. Iunij eod. Anno.

gentilitia

gentilitia redhibitione. Vt patet ex Regestis Cameræ rationum Regiarum, Die & Cos. suprà scriptis. Quæ torquato pariter Almi Spiritus Ordini Equestri adplicantur, ne is fundi comparator laudatiuo immunis habeatur, in tertium regiæ superioris Dynastiæ possessorem anteriorem. Neque enim æquum videtur, Principalia immunitatis Rescripta, in priuatos detorqueri, patrimonialis tributi iure præditos: quo, nouus dehinc, recensque cinctus Eques liberum se exemptúmque contendat. Vt Bartolo placuit, Bald. & Immolæ nominatim, ad l. Ab omnibus. π. De legat. 1. Huiúsque partis sententiam variis fulcit argumentis Francisc. Ripensis, Responsor. Lib. 2. Nec absimile Iuris problema Lusitanico in Senatu agitatum decisúmque refert Aluarus Valascus, Lusitanica Decis. 12. Tom. 1. In summa, rem distinctione dirimendam opinor, vt Regia vetus immunitatis concessio producatur etiam in fiduciarium prædij Fiscalis emptorem posteriorem: noua autem illa, antiquiori possessori minimè officiat. Alioquin, Galliæ DOMINICA Re priuatis distrahi solita identidem, graue in dispendium vergeret patrimonialis muneris vacatio, si eam noui subinde Equites; quotannis crescente numero, vsurparent in singulos Publici Patrimonij possessores. Atque ita, rogati sententiam, respondimus An. 1598. de ambigua quæstione ad Senatum delata, secundùm Dianam Francicam; Castriheraldi, in Pictonibus, Ducem heroidem, aduersus Dn. *de Villequier*, auratum S. Spiritus Equitem, qui beneficiarium Fiscalis huiusce Ducatus, Baronatum Claræuallis postea coëmisset.

Cheualiers de L'Ordre du S. Esprit, en France.

Cap. 7.

Vlyxipponensis, Portugaliæ Decisio, quòd exemptio Senatoribus data, de non soluendo aliquo tributo seu iure regali, non præiudicat tertio existenti in possessione illius Iuris.

Baronnie de Clermeaux, en Poitou, tenuë du Duché de Chastelleraut, paranant donné par le Roy à Dame Diane de France, sœur legitimée du Roy, & lad. Baronnie acquise, lors que lad Dame tenoit lad. Duché.

13. TERTIO casu minimis Iuridicis licitum est, æris assibus sexagenis subditos mulctare, qui limites suis agris imposuissent priuato arbitrio, spretáque illorum auctoritate iuridiciali. Talium enim Iudicum muneri incumbit, terminos fundorum constituere, vel pro voto consentientium inuicem possessorum, vel peritis rerum subsidio adhibitis. Vt sanxit Lex Andium. §. 8. & 280. Belgicæ pariter vetant Hannonum Consuetudines, Insulæque Flandrorum oppidi; ne fines prædiorum distinguantur, nisi auctore Prætore & Ædilium collegio. Hannonicæ Consuet. cap. 30. *Pour le fait de Cerquemanaige*, Et Insulanæ legis. §. 231. Tit. *Des bonnages, Cerquemanaige, & visitations de maisons.* Hoc ampliùs, Iudici finium regundorum permittitur, Vlpiani responso, vt vbi non possit dirimere finem, adiudicatione controuersiam dirimat: Et si forsan, amouendæ veteris obscuritatis gratia, per aliam regionem fines Iudex dirigere velit, potest hoc facere per adiudicationem & condemnationem. L. 2. fin. reg. Quam in partem scripsimus etiam nonnulla, in nostro Opere De Priuil. Rustic. Lib. 3. Verùm antiquissimo Gallorum vsu, liberum fuit quibuslibet agrorum proprietariis, terminos iisdem statuere vicissim, nullo adito Iudice: Saluo eo, vt si de finibus incideret controuersia, Iudex discerneret. Atque hæc Druydum imprimis cognitio fuit ac diiudicatio. Apud Iul. Cæsarem, Lib. 6. de Bel. Gall. Sic posteriori ætate

Text. Andeg. Leg. *Ausi pour mesoir mis & assis bournes en leur Fief sans auctorité de leur Iustice: où ils pennent tauxer ceux, qui y ont assis bournes de leur auctorité priuée, pour bourne assise, 60. sols tournois.*

Coustum. de Hayno & de Lisle.

Meres & platez bolrnes.

Parte. 3. Cap. 1.

seruatum inuenimus apud Gallos, vt priuati fundorum domini in iis terminos ponerent soli, nec petita ab Iudice venia. Quemadmodùm vetusto Francicorum Morum Codice perhibetur, his verbis, *Totes gens qui requierent bonnage, le doiuent auoir, & bien poent les parties, se eles s'accordent, bonner sans Justice: Mes que ce ne soit en diuerses Segnories, où il ait plusors segnors. Car en deuise de plusors segnors, li tenant ne poeut bonner sàn les segnors apeler.* Hodierno itidem More Andium, fratribus concessum est, palos quosdam diuisis inter se prædiis infigere, aliáve separationis agrorum monumenta: quousque maior potestas Iuridica limites in fundis constituerit. Andeg. Legis. §. 280. De finium autem parte, cum vicino, litiganti adhibitus arbiter Otho Siluius Imp. redemit agrum totum, ac emancipauit. Auctore Tranquillo, Lib. 8.

Ex Lib. Philippi *Debiaumanoir* De Consuet. & Vsib. Bellouacorum, aut Francorum veriùs.

Qvî fit porrò; vt Agrarios terminos dirigant imæ Iurisdictionis Domini quùm iis auulsis medius Iuridicus notionem suam adhibeat, nec alius eo inferior? Artic. 39. & 280. Andeg. Consuet. Ratio hæc potest esse, quia termini moti non mulcta pecuniaria est, sed pro conditione admittentium coercitione est transigendum. Vt Hetennio Modestino placuit Lib. 8. Regularum, & Diuo Hadriano, cuius rescriptum de eo citat Callistratus Lib. 3. de Cognitionibus. l. 2. De term. mot. Atquin nullæ sunt infimi Iuridici partes vltra mulctam Consuetudine definitam, vt diximus 7. Demus enim, Caium Cæs. Agraria lege istis pœnam imposuisse, qui terminos statutos extra suum gradum finesve pepulissent: Certè non minor ea fuit in terminos singulos, quos eiecissent illi, quàm aureorum 50. Platonica verò Nomothesia, præscribitur Terminalis Iouis lex isthæc, Nemo terminos agri moueat, nec ciuis vicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat: sed putet id esse verè quod dici assolet hic immobilia mouet, mallítque vnusquisque saxum ingens mouere, quàm paruum lapidem à Diis iureiurando firmatum, quo amicitiæ & inimicitiæ terminentur. Alterius enim Iuppiter contribulis, alterius Hospitalis est testis: qui hostili prælio semper insurgunt. Eum igitur qui mouerit, ad Agricolas deferat, qui volet, Agricolæ ad iudicium ducant: quo damnatus, vt pote terminorum clam víque turbator, reddat patiatúrque, prout Iudices sententiis suis pronuntiarint. Lib. 8. De Legib. IN PROPOSITO autem, non pigebit fortassis, de finibus supremarum Ditionum quæstioné inter Germanicos Proceres, grauissimam excutere: de qua Iuris Responsum, quod dictaui, in Germaniam ilico transmissum fuit nonis Februar. An. 1598. Lotharingus putà Dux, & Archiepiscopale Treuirorum Collegium sanctius litigant inuicem de limitaneis aliquot Vicis vtriusque Territorij ac Principatus, vtri amborum, sint recto dominio ac iuridico addicendi. Qua ad amussim discussa litis specie, Nobis visus est status causæ pendere ab primæua fundorum conditione, de quibus disceptabatur: obnoxij necne fuerint primitùs summo Ducis dominio, an

14.

Plato in sua Nomothesia, seu Legumlatione.

Consultatio, ex facto vtrinque proposito, scripta Die. 5. Febr. An. 1598.

Archiepiscopus de Treues, Archicancellarius Galliarum, & Capitulum Ecclesiæ maioris, seu Archiepiscopalis.

sacræ,

Digitized by Google

ſacræ, contrà, Treuirorum Eccleſiæ. Alioqui enim dubiæ quæſtionis ſolutioni neutra ſufficit, vtrinque prolata in medium, ſeu Chartulá vetus (an. 1269.) à Treuirenſi Sodalitio Eccleſiaſt., index ſuorum libertatis prædiorum, ſeu aduerſaria poſſeſſio dominatus maximi, à Lotharingo Principe. Nam, ſi nuda priſcarum Tabularum verba ſpectentur, perſpicuum eſt, generalialienatione vel abdicatione iuris in fundum cuiuſque, ſeu Iuriſdictionis, haud abdicata cenſeri Regalia, Principalíſque ditionis Notas illuſtriores. Bald. ad l. 1. §. cùm vrbem. ff. De off. Præf. vrb. Lucas Pennat. ad l. quicunque. 2. De omn. agr. deſer. Lib. 11. Cod. Alberic. in l. 1. ff. De off. eius cui mand. eſt Iuriſd. Et in l. vlt. C. de iuriſd. omnium Iudic. Ediuersò quoque, ſi poſſeſſionem titulo contrariam ſeparatim expendas, inefficacem comperies præſcriptioni temporis inducendæ: cui nimirum ius titulúſque rei prorſus obſiſtat. Cap. dudum De decim. l. vlt. Cod. De acquir. poſſeſſ. l. malè agitur C. de præſcript. 30. vel. 40. ann. Bart. ad l. pignori. ff. De vſucap. Proin, altiùs petita re, & ad fontes originéſque ſuas reuocata Treuirenſis agri conditione, Duo ſtatim occurrunt, priùs è Francicis Annalibus, poſterius ex antiquiſſimis Templi eius Monumentis. Quibus ex duobus, ſupracitatum Eccleſiæ titulum, cùm poſſeſſione Ducis, conciliare eſt, & hanc quidem, antiqui illius interpretem potius, quàm oppugnatricem, iudicare. Quoad prius attinet, Galliarum Belgica prima Treuiros prætendit, domicilium Principum clarum. Marcellini verbis; Lib. 15. Saluianus item Maſſilienſis, Treuerim, Gallorum vrbem vocauit opulentiſſimam. Quippe quæ cis Rhenum, Galliæ noſtræ antiquum limitem, ſita, eiuſce finibus Galliæ includeretur. Eiuſdem ætate Saluiani, Gallias, cum Treueri, occupantibus Francis, Clodione Rege noſtro, iis ceſſerunt Treuirenſes vnà cum Gallis, Francíque dominatu Principis regi cœpêre. Vt Ado Viennen. atteſtatur, Trithemius Abba; & Aimoinus, Ret. Francic. Lib. 1. Inde Francorum etiam Regum maſculæ ſtirpi hæreditaria obuenit, Treuerim vſque, Prouincia, Auſtraſia tùm dicta; mox Mediomatricum regnum, dein Lotharingia, ab Lothario, Ludouici Pij Galliæ Regis, ac Cæſ. nepote. Quorum idcirco beneficiarios ſe profeſſi ſunt Treuirenſes Antiſtites, perinde ac Gallorum regum. Hinc illi Theodoricus Sigebertus, regiíque alij Franciæ liberi, viciſſim Mediomatricum Reges, apud veteris Memoriæ Magiſtros. Lotharij vtique illius familiarem à conſiliis, ceu ſubditum, prætulit ſe adeo Treuirorum pontifex Tetgaudus, vt, auctore eo, cum Tetberga vxore ſua diuortium ille fecerit. Quo nomine grauiter perſtrictus vterque legitur à Nicolao. 1. PP. ad Epiſcopos Galliarum reſcribente. In can. vlt. Cauſ. 2. Quæſt. 1. Atque, vt inſtitutum propiùs attingatur, en tibi conſignata literis, Francorum Regum, Lotharingiæque Principum beneficia in Treuirenſem Clerum eximia de latifundiis. Quorum patronos ſe ipſi, vindices aſſertoréſque nuncuparint, ſuprema interim Ditione ſibi recepta. Cuiuſmodi Diplomatum exemplaria viſuntur Lib. Stemma-

Belgicæ Galliæ Pars. Treuiren. Dœceſis.

Li. 6. de Prouid. Dei.

Ado, ætate. 6.

Royaume de Metz.

tum Lotharingię, deprompta ex Archiis Treuirorum Fani sacratissimi. In iis primas tenent munificæ Dagoberti regis Tabulæ. 3. Idus Nouemb. an. 623. in gratiam Modoaldi, Treuirensis Archipræsulis, pro cella B. Eucharij, ac rebus Ecclesiæ D. Petri Treuirensis. Ibidem regios alios voluere est Codicillos pleróque, vt Principalis Gallorum in eam Ecclesiam munificentiæ testes, ita salui exceptique ab iis in sacros fundos imperij maioris. Peræquè deinceps, Regiæ soboli delata hæreditatibus Lotharingia, huius Principes multa piè erogarunt Archiepiscopo, sanctioríque Treuirorum Basilicæ. Solennibus Instrumentis Zuentebaldi, an. 898. & 899. pro Ratbodo Treuirensi Pontifice. Queis subtexitur Ragneri Ducis Lotharingi Rescriptum Cœnobio gratiosum B. Matthiæ, ad muros Treuirorum, septimo Idus Maias an. 913. Ragneri rursum Gisilberto filio, Lotharingiæ Duci accepta tulêre prædia nonnulla Fratres Ædis Eucharij ad pomœria Treuirorum augustæ. Insigni charta, 5. Iduum Iuliarum an. 940. quam Rosarius, Tullensis Archydiaconus historico Lotharingiæ Operi suo intexuit, cum suprarelatis. Ex quibus facilè elicitur, Lotharingi Ducis beneficiarios Sacerdotes Treuiren., eorúmque res Prædiarias haud ideo eximi illius imperio dominatúque maximo, quòd Pactitia tabella. an. 1269. designatas, Dux liberas solutásque res agnorit, nullum sibi in eas ius suppetere, tùm contestatus. Quàmlibet enim generaliter concepta Dominicæ Curtis cessione & abalienatione, nunquàm cessum creditur remissúmque supremum dominium. Quod nec expressim consentientibus auelli nobis possit. Lucas Pennat. in l. prædia De locat. præd. ciuil. Lib. 11. Cod. Benedict. ad Cap. Raynutius De testam. In ver. & vxorem nomine Adelasiam, Num. 319. Tametsi verò iuridicam ipsam Vicorum Dynastiam, de quibus contenditur, Lotharingicum fuisse beneficium, haud liqueat planè: Trino certè argumẽto colligitur Lotharingica in eam potestas ac ditio summa. Primò ex vniuersæ Treuirorum Regionis situ, putà Cisrhenanæ: Cui quidem Franci Monarchæ, ac eorum posteri dehinc, Lotharingi Principes, olim imperarint. Ex peculiari item Vicorum ipsorum territorio, qui Lotharingicis vndique finibus septi tenentur. Vnde Legum coniectura præsumptum est, eos Lotharingi Dynastæ imperio subiacere. Vt asserit I. Faber, (in l. cunctos populos De sum. Trinit.) motus ciuili ratione leg. Forma. §. Si verò quis agrum. ff. De cens. l. qui ex vico D. Ad Municip. l. Insulæ Italiæ. ff. De iudic. l. Ædes sacra. §. intra maceriam. ff. De contrah. empt. l. notionem l. pupillus. §. territorium. ff. De verb. signif. Tertiò dubitationi huic, si qua iam superfit, lucem adfert clarissimam possessio supremi dominatus penes Lotharingum, plusquam secularis, mortaliúmque adeo memoria vetustior. Quanquam enim tanti non est possessio sola, vt reluctantem ipsi titulum rei deuincat: obscuro tamen huic explicando interpretandóque confert plurimùm. Cap. Abbate S. Syluani De verb. signif. l. si de interpretatione ff. De legib. Tali igitur, tamque diuturna ex possessione, liquidò

Die 11. Nouemb.

Die 9 Maij.

Die 11. Iulij.

Summi dominatus iura inalienabilia.

Vsus ac possessio, ambigui tituli interpres.

Digitized by Google

liquidò patet, Lotharingos Duces, vt ante Treuirenſem Chartulam (an. 1269.) præditos fuiſſe ſuperiori in Curtem controuerſam iure ac dominio, ſic dominium iſtud eadem Charta neutiquam dimiſſum abdicatúmque à ſe voluiſſe. Ita ex facto in conſultationem collato reſpondi, cum I. Coss. aliis Ordinis noſtri, Reſponſúmque Romano ſtylo editum, ſubinde poſtulantibus dedi, ad ſummatum virorum litem honorario Arbitrio dirimendam.

Cap. 4.

Les bas Iuſticiers ſont fondez d'auoir ventes, retraicts par puiſſance de fief, exhibition de contracts des acqueſts faicts en leur fief, amendes pour default d'auoir exhibé leſdicts contracts, rachapts, & autres emolumens de fief, comme ſera cy apres declaré.

1. IMÆ IVRISDICTIONIS DOMINI IVS HABENT PERCIPIENDORVM LAVDIMIORVM, REDHIBENDI NECNON VENDITOS INFERIORES FVNDOS PATRONALI DOMINICOVE IMPERIO, PETENDÆ ITEM EDITIONIS INSTRVMENTORVM, QVIBVS SVÆ CLIENTELÆ PRÆDIA ACQVISITA SINT. IN EOS VERO, QVI TABVLAS ACQVISITORVM NON EDIDERINT, MVLCTÆ DAMNATIO EST. REDEMPTIONALIA DEIN HISCE DOMINIS COMPETVNT, ET ALIA REI BENEFICIARIÆ COMMODA, SICVTI INFERIVS EXPONETVR.

Les droicts & Droicturres de fief.

RECTI dominij iure beneficiaria commoda nobis arrogamus, obſequium, reditus, & id genus dominica: Eóque reſpectu Beneficium patrimonio dominióque noſtro ineſt. Sicuti, econtrà, vtile ius efficit ſeu vtile dominium, & quaſi dominium, vt beneficiarius cliens in patrimonio quoque ſuo beneficium eſſe contendat. Non eò quippe ſolùm ſpectat infima Dominorum iuriſdictio & prærogatiua, vt de leuibus ſubditorum cauſis notionem ſibi ſumant, quas recenſuimus ſuprà: Verùm vtì aduentitiis etiam inferiorum prædiorum fructibus obuentionibúſque potiantur: de quibus nunc agitur. Inde minima noſtras Iuriſdictio vocatur vtróque modo, *Iuſtice, & Seigneurie de fief en nuepce* patria voce Andium & Cenomanorum. §. 10. 13. 29. 179. 221. 268. Legis Andenſis, & §. 11. 13. 236. 286. Cenomanæ. Qua etiam appellatione cenſetur ſolarium, ſeu cenſuale dominium. His enim Ritibus patriis ſolarium eiuſmodi vectigal, index eſt feudalis meri puríq; dominatus rei prædiariæ, ex qua debetur. citat. §. 179. Molineus in. 2. Parte Conſuet. Pariſ. De quo turmatim rogati Pragmatici ex Curiæ decreto, iêre in hanc ſententiam, cenſus beneficiariáque iura omnia tolli tricena præſcriptione apud Andes. Circiter annum. 1576. in Salmuro Andium foro regio, inter Dn. *du Coudray Macouart*, & mulierem quandam nomine *le Feure*, vtrinque litigatores.

Froſſarti verbis, *les droicturres que sire feal doit faire à son seigneur.* Hiſt. Vol. 1. cap. 229.

Beneficiũ fidelis, obſequij gratia fruendũ datum, quod à fide aut fidelitate corruptè feudum appellatur. Tit. in quib. cauſ. Tit. per quos fiat inueſt. Tit. De cognit. feud.

Molineus ibi ait, cẽſum & feudũ in Andegauia ſimul confundi.

Enqueſte par turbes faide à Saumur, ſi le cens, encores qu'il ſoit ſeigneurial, & marque de ſeigneurie feodale, n'eſt pas preſcriptible par 30. ans.

Vtilitates feudi ſeu fructuaria iura, *Profits & aduentures de fiefs, lods, ventes, & honneurs.*

Digitized by Google

Quibuſdã Moribus per Gallias emptor vel ſucceſſor poſſeſſionem feudi vacuã non niſi approbante domino adipiſci debet: Et ſi contrà fiat, cõmittit beneficiũ: In Belgica Picardorum fit *la deſſaiſine, ſaiſine, deueſt. veſt, reſtauration, miſe de faict, decret de droict, & nantiſſement par l'auctorité du ſeigneur.*

PRIMVM ergo vtiles feudi obuentiones dicuntur, laudæ ſeu laudimia: quæ fundi emptione Dominis debentur. Siue enim prædia inſignia ſint, gentilitia & clientelaria, ſiue plebeia & ignobilia, in eorum poſſeſſionem inducendus eſt nouus emptor auctore patrono ſeu domino ſuperiore, (cap. ex ore De his quæ fiunt à mai. par. capit.) cui idcirco Honorarium appendi oportet, vulgò laudatiuum. Quoniam verò non vbique certa ſumma eſt laudimiorum titulo exoluenda, ſed boni viri arbitratu re deliberata conſtituitur, propterea in variis Legibus Prouincialibus vocantur *accordements*. Aliàs enim, Laudum, pro arbitrio, vſurpatum ſignificat Helmoldus in Slauorum Chron. clauſula ſequenti. Cúmque non longè abeſſet pugna, factum eſt conſilio vtriuſque partis, vt laudaretur pax, vſque poſt biduum: id eſt, communi aſſenſu firmaretur. Cap. 17. & 51. Speciatim verò in feudi veſtitura, priſcis Gallis vſitatum fuit Laudi vocabulum. Vt prodit Dionyſiana Hiſtoria, hoc verborum tenore: *Les Eueſques & Archeueſques ſeroient inueſtis par Charlemaigne, & ſ'ils y entrent par autruy ſans ſon gré & ſans ſon los, qu'ils ne peuſſent de nulluy eſtre ſacrez.* Id eſt, *ſans ſon accord & conſentement*. Latini rurſus, à laudando, ï. nominando auctore deducta putant laudimia. Emptor enim nominare auctorem ſuum domino ſoli tenetur intra paucos dies, & ab eo rem mancipio accipere: quod Formularij *inſeſinari* dicunt, alioquin mulcta committitur. De iis Budeum conſule in l. Hetennius. ff. De Euict. Hinc & Caput duplex inſeritur Libro. 2. *De Grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique*. Alterum. *De ſaiſine en cenſiue*: alterum, *de ſaiſine en fief*. Illa ſic definitur eò loci, *Qu'il faut que le vendeur ou ſon procureur ſe deſſaiſine deuant le ſeigneur cenſier apres la vente: Et en ſigne de deſſaiſinement, doit bailler audict ſeigneur, vn feſtu. Et adonc l'acheteur doit requerir aud. ſeigneur dedans le temps de la ſaiſine, en diſãt, Monſeigneur ie vous requier, que vous me ſaiſiſſiez*. Poſteriotis verò *ſaiſinæ* in feudis, quæ clientelari fide ſponſioneque abſoluitur, formulam dictabimus infrà Tit. De natura feudor. Quoad priorem ſpectat, in Atrebatibus, domini ſolarij de inferiorum fundorum veſtitura cognoſcunt miſſionéque in eorum poſſeſſionem, ï. *de la ſaiſine & deſſaiſine*. Artic. 1. & 2. Atrebaticæ Conſuet. primitùs ſcriptæ ac editæ an. 1509. 2.

Hæc beneficiaria ſponſio agnitioque officij à cliẽte certis verbis comprehenditur, & in ſupplices manus dando oculúmque porrigendo conſiſtit Tit. Quid præſtare debeat, & 3. ſeq. In Feud.

An laudimia computentur in pretio fundi, de cuius venditione reſcindenda agitur, variè certatũ eſt. Putà ſi dominus vendidiſſet *en ſon fief dõt partãte ſont dcües vintes*, Vtrum idem poſtea reſciſſionem petens, ad læſionem probandam deducere tantumdem poſſit de pretio conuento, quàm laudimia conſtitiſſent emptori, ſi emiſſet ab alio, quaſi ea non faciant partẽ pretii, ſed quid ſeparatum? Reſpõdi non eſſe ex pretio deducẽda, quia nuſquam debita fuerunt, ſed confuſa in perſona venditoris, *De ceyx proces party en la 3. Chambre des Enqueſtes en Ianuier 1579. entre Bonaumure Gillier demandeur en propoſition d'erreur, & Franc. & Iacq. Gilliers deffendeurs. Toutesfois il fut ingé plaidé M. de Fontenay des 30. ans ſont, que leſd. lods & ventes*

3. VIDEAMVS iam in quæſtione laudimiorum, vter audiendus ſit, ſuperioríſne prædij fructuarius qui laudatiuum, an proprietarius qui rem ipſam petat Dominica redhibitione. Nemo ambigit, laudimia generatim ad fructuarium pertinere: tametſi penes proprietarium ſtet honos veſtituræ clientulo tribuendæ. Deciſ. Delphinali. 477. Exadueríso, pergraue eſt, fructuarij commodi prætextu laudimiorum, patronos excludi perpetuò à fundorum conſolidatione reſtitutionéque fauorabili in priſtinum vnionis ipſorum ſtatum. Noſtri enim homines cumprimis fauore proſequuntur mutuam rerum clientelarium conſolidationem. §. 205. Legis Andeg. Inter duos quidem proprietarios patronos expeditum eſt, ſuo quemque iure vti poſſe: vt alter, ſi malit,

malit, laudimia capiat, alter fundum condicat patronali redemptione. Haud ſecus, ac ſi hæredum alter voluerit rem à legatario poſſideri, alter non: ei qui noluerit, competet interdictum. Quorum legatorum; ei qui voluit, non competet. Sicuti auctor eſt Vlpianus, l. 1. §. penult. Quor. legat. De eo Vidus Papa, Quæſt. 411. Verùm diuerſa fructuarij cauſa eſt, pro tempore modò fruentis prædio dominanti. Vt ergo proſpiciatur vtrique non incommodè, fructuario ſimul & proprietario, optima cautio eſt in Feudis inſignibus, Procuratorem quendam *proprietarium* conſtitui, (quem ita nuncupant) præter antiquum & vulgò notum Fiſcalem Cognitorem: quò Dominicus ille Actor ſedulò aduigilet, ne noui emptores admittantur ab ordinario locorum Magiſtratu, porrectis in eam cauſam pecuniis iure laudatiuis. Tunc enim is intercedet conteſtabiturque, dominum proprietatis velle fundum redimere iure patrocinij, & vnà quoque indemnem præſtare fructuarium nummaria laudimiorum penſitatione. Id quod iampridem ſeruatum accepi in Monſtreubelleo Andium Baronatu, qui *Doarij* lege poſſeſſus eſt identidem à viduis coniugibus fructuariis clariſſimæ domus Longeuillanæ. Ac, ſi de Regiis ditionibus obiter dicendum eſt, Molinenſis Boiorum metropolis habet à longo iam æuo Procuratorem Regij patrimonij, præter ordinarium Procuratorem fiſci, qui Borbonij olim Ducis fiduciarij res gerebat. Ille enim eximiè inſtitutus fuit Pridie Nonas Decemb. an. 1486. vltra Ducalem fiſci Cognitorem. (Iano Duce Burbonenſi) Extinctis deinde Boiorum Regulis, & ſoluta Ducatus fiducia Regia, Franciſcus. 1. lege ſanxit confirmauitque Regij Canonis Procuratorium munus. Codicillis Mart. Menſ. an. 1531. publicatis in Curia Pariſien. 9. Kal. Maias an. 1532. aduerſus Principales magiſtratus Fani Petri: Qui idcirco publicationi Diplomatis intercеſſerant, quòd Regalia omnia iura, præoccupationes cauſarum, Iuriſque dictionem regiam ſibi arrogarent in toto eo Ducatu: qualem antea viuis Ducibus exercebant. Inde Molinis Boiorum hactenus manſêre Actores publici duo, ordinarius nempe Burbonenſis Præfecturę, & regij DOMINII procurator. Contradicto Iudicio Senatus. 6. Kal. Sextiles an. 1573. Mario, & Edelino vtrinque dicentibus.

non faciunt partem pretij *touchant la terre d'Ermenonuille vendue francs deniers au vendeur, lequel autrement euſt deu les ventes au ſeigneur par la Couſtume. Et fut dit que encores que* in vim *de ceſte clauſe l'acheteur les euſt payez au ſeigneur,* non faciebant partē pretii, *pour empeſcher la reſciſion par leſion d'outre moitié. Veu que le pris n'eſt que ce que le vendeur embourſe.*

Procureur proprietaire, fiſcalis cognitor, *procureur fiſcal, procureur de Monſieur, procureur de ſeigneurie, procureur d'office, procureur public, procureur de cour, promoteur d'office.* Ita enim Foreſes, & Cōſuetudinarij variè loquuntur. *Procureur du Domaine royal en Bourbōnois Autre Procureur de la Seneſchauſſee dud. Pays.*

Die 4. Decem. 1486.

Arreſtū die 23. Aprilis an. 1532. *contre les Officiers royaux de S. Pierre le Monſtier.*

Decretū Senatus die 27. Iulij 1573. quo domanialis Iuriſdictio Molinenſis ſeparatim cōprobata eſt, inhibitúmque iudici Caſtellano Gilberto *de la Loere,* ne de cauſis Domanij cognoſceret, ſed remitteret

au Lieutenant dud. Seneſchal en la Chambre du Domaine, où y a procureur dud. Domaine. Louys Duc de Bourbonnois, & d'Auuergne, par Chartre du 2. Auril auant Paſques, l'an 1402. erigea ſa Chambre des Comptes à Molins, de toutes ſes terres & Seigneuries, laquelle cognoiſſoit de tout ſon domaine, & auroit la garde de tous les tiltres de ſeſdites Seigneuries, eſtans en la voute du Chaſteau dud. Molins: depuis, & le 4. d'Auril, l'an 1486. apres Paſques, Iean Duc de Bourbonnois par ſa patente, erigea vn Lieutenant dud. domaine, procureur & greffier dudit domaine, interdiſant à lad. Chambre des Comptes, de ſe plus entremettre que de l'audition des comptes, où elle eſtoit aſſez empeſchee. Laquelle erection d'Officiers ſpeciaux dud. domaine, fut confirmee par patentes du Duc Pierre, frere & ſucceſſeur dud. Iean, du 16. de Decembre, l'an 1491. Or le Roy François 1. par Edict du mois de Mars 1534. verifié en la Cour le 23. d'Auril 1552. en deboutant les Officiers Religieux de S. Pierre le Monſtier de leur oppoſition, il confirme leſdits Officiers particuliers du domaine, nonobſtant l'extinction de l'appennage de Bourbon & reunion à la Couronne. Et de fait au procez verbal de la redaction de la Couſtume de Bourbonnois de l'an 1520. y eſt nommé M. Iean Cadier Lieutenant du domaine, le procureur du domaine, &c. L'eſtat dud. Lieutenant du domaine conſiſte en 4. poincts: le premier en la reception des foys & hommages des vaſſaux, & des declarations des ſubiects cenſiers. Le 2. aux compoſitiōs ou adiudications des lods & ventes, & droicts ſeigneuriaux. Le 3. aux Baux iudiciaires à ferme du domaine. Le 4. en la garde des Tiltres dud. domaine eſtans dans la voute dudit Chaſteau de Molins.

4. MEVIVS vno pretio ſibi parauit ampliſſima latifundia, quæ ex duorum clientela pendebant. Patronorum alter laudimia depoſcit eius agri nomine, quo; dominus ſuperius agnoſcebatur. Quid agendum? Reſpondet Pomponius, ineundam eſſe pro bonitate inferioris fundi æſtimationem: quùm ita confuſè vniuerſis prædiis dictum

Digitized by Google

pretium fuerit. l. si plura De ædil. edic. Atque idipsum forensi vocabulo appellamus, *ventiler*, i. æstimare ex totius contractus pretio & fundi bonitate, quanti emptum videatur hoc clientelare prædiolum. Idem in retractu Dominico sequendum est, quo non aliud patronus distractum vindicare potest (vel emptore volente) quàm sui beneficij patrimonium. §. 368. & 384. Legis Andegauæ. Tametsi diuersum placuerit Francis etiam Iurisperitis, quorum rationes argumentaque congessit Delphinalis Decisio. 508. apud Vidum Papam. Quidnam vero de familiari retractu fundi statuendum sit hac in parte, dispiciamus. Iac. Thuaudo vna licitatione addicuntur variæ res soli, variis antea pretijs adscriptæ, palámque propositis auctionibus discretæ inuicem ac separatæ. Intra annum, Anton. Arondellus lege egit Cenomanorum Municipali, ad vnum è prædiis venditis in familiam reuocandum gentilitia redhibitione. Defendit publicus emptor, agris bona fide partis cedere se non teneri, & vnicam ipsorum adiudicationem aut dissoluendam prorsus, aut nullatenus mouendam, rescindendam. Sicuti ex vsu Gallici fori tradit Masuer. in Praxi Tit. De retractu Vers. Item vna vel pluribus venditis, proximior non auditur, &c. Post Bartolum. (quem tamé Masuerius minimè citat) in l. Cui vsusfructus. ff. De vsufr. leg. Cenomani Præfecti iudicio absoluitur licitator, nisi ab eo totum, quod publica addictione continebatur, agnatus redimeret. Verùm, inde prouocato Senatu, iusta est appellatio pronuntiata: permissúmque venditoris propinquo, fundum redhibere, cuius ergò actionem instituerat, S. Consulto. 4. Iduum Ianuar. an. 1577. Chauuelino, Arondelli prouocantis: & Escorceueo, Thuaudi aduocatis. Causa dubitandi erat, quòd si emptor à toto contractu velit discedi, quùm partem non esset empturus, omnino rescindi debeat venditio, vel omnimodò confirmari. Scæuolæ responso l. Tutor. §. curator adolescentium. De Minor. Sed ambiguitatem hanc diluit nota I. Coss. distinctio, an plura arua vno pretio vænierint, an diuersis. Vt vult Ælius Martianus Lib. 3. Regularum l. si duos quis seruos De contrah. empt. Et Domitius Vlpianus Lib. 28. ad Sabinum l. quòd si vno De in diem addict. Nam cùm eiusdem generis res distrahuntur simul, referre ait Africanus, in vniuersos, an in singulos pretium constituatur: vt scilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligantur. l. Cùm eiusdem. De ædil. edic. Quò spectat Pomponiana lex antedicta, & Calistrati l. Cùm plures. ff. De euiction. Sed, vt reuertamur ad Dominicum ius laudatiui, vnicuique ex patronis, quorum sub ditione plures fundi coempti sint vno pretio, assignatur sua laudimiorum portio, inspecta qualitate bonitatéque fundi, simul & pretij conuenti quantitate. Vt prisca Francorum Iurisprudentia cautum fuit, in hanc formulam. *Se aucunes genz estoient qui achetassent luns des autres, & elles ne fussent pas dun fié ne dune seignorie, li sires feroit les terres prisier à preudomes, & de tant com eles seroient prisiees, de tant aueroit li sires de ventes. Mais se elles estoient totes dune seignourie, il ni aueroit nulles ventes, se en vne maniere nestoit, que nous*

vous

Linearis Retractus fundi vnius ex pluribus simul diuerso pretio venditis.

Arestum Curiæ Die. 10. Ianuar. 1577.

vous dirons. Que li homs teniſt de 2. Barons, & qu'il euſſent homes en chacune Chaſtelerie, & li homes chãgeaſſent li vns à l'autre, les vẽtes en ſeroient payees par la reſon de ce que ce ſeroit de 2. fiefz: Et tout fuſt ce que ce fuſt d'vn ſeigneur. Ex lib. *Ci comencen li e Statu dou Reyaume de France*, Cap. *de Seſine & deſaiſine.*

Accordement, lods, ventes & vnmeroles.

§. LAVDIMIORVM præſtatio emptori iniungitur patrio Ritu multorum Galliæ Municipiorum. Ex vulgato Iure Romano. Cui congruit mos noſter Andegauenſis cap. 158. & 159. Venditor autem laudimiis Meldenſi obligatur lege, 129. Melodunenſi. 180. Senonenſi, 1. Aurelianenſi vetere. 131. Ponamus iam, in lege fundi ſtipulatum venditorem, ne iuſta hæc patronalia teneretur exoluere: Quod Practici dicunt, pretium pleno iure paciſci. Nunquid priuilegiarius emptor vtatur eo caſu dominicorum iuriũ immunitate, quaſi nouus ipſorum debitor ex pacto conuento? Haud vtique videbatur, quùm talis immunitas Ciuico Iure oneratum emptorem liberet, non venditorem ipſum, patrono ſemel obnoxium factum Municipali Cõſtitutione regionum quarumdam. Nec mutat, quòd priuatim inter illos conuenerit, prædiũ optimo iure vendi, venditionaliúmq; onere emptorem defungi. Huiuſmodi enim conuentionem, quantùm ad ſuperioris rationem domini, non eſſe ſeruandam, putat Æmilius Papinianus Lib. 17. Reſponſ. Sicuti & priuatorum pactis formam iuriſ. fiſcalis conuelli non placuit. l. Inter debitorem. ff. De Pact. l. vlt. Cod. Sine con. vel reliq. Contrà, pro emptore ſic agetur, inutile ſibi & inefficax fore exemptionis priuilegium, niſi ad eum caſum producatur, quo, venditor liberam immunémque pretij ſortem fuerit ab emptore ſtipulatus. Nam pactione iſta ceſſante, multò pluris fundus væniret hoc nomine, quòd véditor laudimiorum præſtationi maneret obſtrictus. Vnde nec in fraudẽ patroni alienator pactus cum emptore videri poteſt de venditionalium indemnitate. Sic legitimam eſſe cõuentionem, Vlpianus ait, vt ſi quas ſummas, propter tributiones prædij pignori nexi factas, creditor ſoluiſſet, à debitore reciperet, & tributa eiuſdem prædij debitor appenderet. Lib. 3. Opinionum l. Epiſtola. §. pactum. De Pact. Præterea ſcriptis Moribus Prouinciæ rata eſt validáque vendentis ſtipulatio, vt ſolidum rei ſuæ pretium conſequatur, nulla * τῶν λουδεμιῶν ſolutione minuẽdum. Ea autem quæ ſunt moris & cõſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis debent venire. Inquit Vlpianus l. quòd ſi nolit §. quia aſſidua. De ædil. edic. His conſequenter, venditor eodem iuuandus eſt exẽptionis beneficio laudimiorum, quo & emptor: quem alioquì véditor ſuę indẽnitatis ſponſorem auctorémque foret laudaturus. Nam & perſonæ priuilegiũ datum, ad alias porrigitur quæ regreſſum habituræ eſſent in Priuilegiarium ipſum, niſi iis pari iure ſubueniretur. Vlpiani l. Minor. de Procur. Idem à Iuſtiniano ſancitum l. vlt. §. vlt. Cod. De Vſur. rei iudic. Ob íd-que aduerſus ſententiam arbitri factum, viſum eſt Viris prudentibus, ſi peteretur ab eius fideiuſſore, à quo arbiter peti vetuerat. Ideóque hoc caſu pœnam æquè commiſſam Sabinus ſcribit, quùm τῷ λουδεμίῳ à reo petatur. l. Aduerſus. ff. De receptis, qui arbit. recep. Hùc alludit

Veteri quoque Pariſiorũ Conſuetudine vẽditor debebat patrono venditionalia. §. 23. & 24. ſed hodie id oneris in emptorẽ tranſlatum eſt, *ſans prendre du paſſé*. §. 23. nouæ Conſuet. Idem de Aurelien. Conſuet. noua. §. 1. 2. 44.

Venditio pacta *frãc deniers au vendeur*: ne laudimia ſoluere teneatur.

* Laudimiorum.

Statutum Marchiæ Anconitanæ.

Phil. Cornei responsum. 78. de ciuica Pentapolis Constitutione, seu Piceni Italiæ oppidi: qua Constitutione indictum erat vectigal nauium magistris, quæcunque in portum delatæ fuissent, præterquàm Venetis mercatoribus. Picenum appulit extranei cuiusdam ratis mercibus onusta, sed quarum dominus erat Venetus ciuis. Quæsitum fuit, an à magistro nauis rectè exigeretur portorium. Minimè exigendum consultus respondit Corneus, quùm eo cariùs alioquin Veneto constaret suarum vectura mercium, quò grauius tributum soluere nauis dominus cogeretur.

Secretarii Regij. Die 30. Ianuar. an. 1578. Die 4. & 8. Ianuar an. 1574. Arrestum Iudicũ delegatorũ in Camera Reginę matris (cui rex nempe dederat feudalium suarũ obuentionũ reliquias.) Die 26. Nouemb. an. 1571. secundùm viduam regij Secretarij: Quùm & viduas immunitate Secretariorum frui debere constet Regiis literis, quæ in Acta Curiæ relatæ sunt Die 21. Augusti an. 1519. *Se trouuent 2. autres semblables Arrests du grãd Conseil du 23. Aprril, l'an 1530. L'vn entre le Procureur du Roy, demandeur en saisie de la terre & seigneurie de Marly, & M. Iacques Danes Secretaire du Roy defendeur, (auquel auoit esté vendu frãcs deniers au vendre sel ẽ la Coustume de Paris) le College des Secretaires ioinct auec luy qui auoit faict euoquer & renuoyer la cause de la Chambre du Thresor au grand Conseil. Second Arrest entre ledit procureur du Roy, & Damoiselle Anne de la Rue, vefue de M. Iean Blondel, sieur de Roquemont Secretaire du Roy: Par lesquels maintenue leur est faicte des choses par eux acquises, sans payer quints ne requints au Roy.*

Patentes du Roy, du 12. May 1545. que par autres lettres du 14. Aprril precedent aud. an, le Roy exempte les Secretaires des francs fiefs & nouueaux acquests, lods, ventes, quints & requints, rachapts, reliefs, treizieſmes, & autres droicts & deuoirs, dens par eux ou leurs vendues pour leurs fiefs nobles, ou terres roturieres, & auſſi que eux retirans comme lignagers, iouissant de l'exemption. Et le Roy veut que encores que son domaine fust aliené, ou engagé, en ce cas qu'ils iouyssent de leurd priuilege Verificatiõ en la Chambre des Comptes, le 10. Iuin 1545. *sous ceste modification, d'sauoir que lesdits Secretaires ne iouyront desdits droits pour le regard des terres & membres du domaine cy deuant aliené à tiltre onereux, ne aussi desdits droits qui ne seront dens au Roy, lors que les impetrans retireront par retrait lignager sur un acquereur. Et y a pareil Registre de verification le 20 Iuin 1548.* Patentes de Loys XI. en Nouembre 1482. pour lesdits Secretaires, desquels il se dit chef dud. corps & college, verifiees au grãd Conseil, le 28. Aprril 1483. & au Parlemẽt le 5. Iuillet 1483. Patentes du mois de Decemb. 1518. verifiees en Parlement le 11. Aouſt 1519. où le Roy cõfirme l'exemption des deuoirs seigneuriaux donnée auſdits Secretaires du Roy Louys XII. soubs le nom desquels droits & deuoirs seigneuriaux, le Roy Francois par ſadicte patente, declare estre entendus les reliefs, rachapts, quints, requints, lods, ventes, octroys, cheuauchees ſeruice, & autres deuoirs seigneuriaux qui pourroient estre deus par eux, ou leurs vefues, par permutation, don, ou autrement.

Talibvs Iuris argumentis defensa palàm est à Nobis causa Collegij Scribarum regiorum: contra Ioh. Baquetum aduocatum fisci in Auditorio Cameræ Reginæ, apud Lutetiam. Feudisticis enim oneribus eximuntur Principis Amanuenses, ex fundis quos compararint, Gallici Sceptri purè beneficiarios. Ediuersò autem, fiscalis Actor, quintum pretij numum à venditore deberi patrono (constante tùm More Parisiorum), non ab emptore. Ergo Dominicum ius istud interuerti priuatorum pacto non potuisse, nec agnoscendi eius onus à venditore transcribi in priuilegiarium emptorem, certissimo patroni dispendio. Rem vltro citróque agitatam selecta Iudicum Decuria, quæ pro tribunali cognoscebat, misit in consilium. 3. Kal. Februar. an. 1578. In Camera Reginæ matris, cui Christoph. Thuanus, Lutetiani Senatus Antistes, præsidebat. Sed longè ante forensem hanc disceptationem explicatum est sacro Diplomate priuilegium Scribarum regiorum, vt immunes solutíque Dominicorum iurium pensatione haberentur, siue iis emptores rectà obnoxij fuissent patrio More, seu priuata venditoris cautione. Putà, si in lege mancipi dictum esset à venditore, integram liberámque pretij summam sibi adnumerari. Rescripto Principali, Decemb. Mens. 1573. quod promulgatum fuit in Curia Parisien. pridie Nonas Ianuar. & apud Præfectos rationum regiarum, 6. Idus Ianuar. an. 1574. Ac sub idem ferè tempus iudicio obtinuit Maria *Bruſlart* vidua coniunx Ioh. *Preuoſt*, regij Amanuensis, aduersus procuratorem fisci in Camera illa Iuridiciali. Decreuerunt enim Cameræ Iudices, fisco nil deberi ex publica fundi addictione *de Brou*, nec à priuato venditore, nec ab emptore hoc priuilegiario: qui venditorem alioqui hoc nomine indemnem præstare fuisset compellendus. 6. Kal. Decemb. an. 1573.

6.

Varia est laudimiorum æstimatio, pro cuiusque Ritu Municipij ac Consuetudine. Andensibus dominis rectis adsignantur viceni denarioli,

7.

Digitized by Google

narioli, aut in locis quibuſdam aſſes tres cum. 4. teruncijs in ſingulas pretij libellas Turonen. §. 156. Leg. Andegauen. Sed quia hoc Legis capite, ſalua integráque manet vtrilibet parti Vſus exceptio, minoris maioríſve quantitatis laudimiorum, idcirco decretum interpoſuit Lutetiana Curia, talis Vſus fidem turmatim faciúndam, aſſuetæque Emptionalium taxationis ac ſolutionis in Regiuncula, quà iacebat emptum inſigne latifundium *de Quelaines*, Caſtrigonterij Baronatus clientelare. Bina Interlocutione. 8. Kal. Februar. an. 1530. & 12. Kal. Sextiles. 1531. inter Vindocinenſem Ducem, Franciſcæ Alenconiæ maritum Baronem Caſtrigonterij; qui Honoraria illa commoda petebat: & Ianam Sanſeuerinam Karoli Rohani viduam coniugem. Poſtremo dehinc Senatus iudicio, Rea ſuccubuit, Actoríque damnata eſt ternum aſſem cum quaterno denariolo appendere in quamlibet Turonen. libellarum pretij conuenti. Decimo ſexto Kalend. Iunias an. 1532. Alibi verò paſſim in Gallia adſcribitur Domino ſuperiori quintus & ſubquintus pretij numus. Iure Rom. quinquageſimam pretij partem exoluebat nouus emphyteuta. l. 3. C. De iur. emphyt. Venetis porro Conſtitutionibus debetur quintellum, i. quintum quinti pretij rei venditæ. Cuiuſmodi STATVTORVM originem progreſſúſque indicauimus obiter Lib. 2. Gallici Regum Patrimonij. Planè Auenionen. Lege laudimium accipitur pro octaua pretij parte ſeu æſtimationis. Vt *Statuti* eius verbis vtar. Sed quæſtionis fuit apud PATRES PARISIEN., nûm ex rerum diuiſione inter cohæredes, licitationéve ſubſidiaria, pendendum eſſet laudatiuum domino beneficij. Tandem pronuntiatum eſt, illud non deberi. S. C. ſolenni diebus Paſchati profeſtis an. 1538. Sant Andræo Præſide palàm recitante. Cui conuenit vulgatum Iuris theorema, de neceſſariis fundorum alienationibus, apud Bart. in l. Et ideò. ff. De condict. furt. Iaſ. in l. 3. C. De iur. emphyt. Deciſ. Gratianopol. 48. apud Vidum Papam. His etiam proximè accedit Allobrogica vetus Conſtitutio, in hanc ſententiam, *Laudimium non debetur de bonis hæreditariis, legatis, fideicommiſſis, nec de rerum diuiſione: nec quicquam vltra laudimium exigendum eſt pro culpa, vel aliàs indebitè.* Ex Lib. Statut. Sabaudiæ. Rurſus mutua prædiorum commutatio nullum parit laudimiorum commodum domino prædij dominantis, Iure communi variis Municipiis. Pet. Iacob. in Tit. De action. in rem quæ pro re emphyt. Delphinates certè dimidia exoluunt laudatiua ex tali agrorum permutatione. Vidi Papij Deciſ. 92. Solida verò integráque, Andegaui noſtri. §. 155. Andeg. Conſuet. In vniuerſum denique, Francica Nobilitas poſtulauit à Rege nuper in Comitiis Bleſenſibus: vt quoties latifundia mutarentur annuis Reditibus ære comparatis, toties purè vendita cenſerentur, indéque patronis iuſta Dominica ſoluere tenerentur noui fundorum poſſeſſores. Artic. 56. ſupplicis Libelli Francorum equitum, qui Principi oblatus eſt in celeberrimo totius Galliæ concilio. 3. Kal. Februar. an. 1577. Hactenus tamen permanſit an-

Interlocutoria Areſta Curiæ *d'vniformer par turbes et l'Vſance du Pays, touchant les Ventes doubles.* Die 14. Ianuar. 1530. Et 21. Iul. 1531.

Definitiuũ Areſtum die. 17. Maij 1532. *Pour les Ventes & vſu-s, ſeu Ventes dou'les du ſeigneur à 5. ſol. 4. den. pour liure.*

Quintz & Requintz.

Tit. 7. art. 6.

Die 30. Ianuar. an. 1577.

Notatamen, Senatũ, Aurelianen. Cõſuetudinis interpretem iudicáſſe, poſt binam teſtium turbam examinatam pro officio, reditus pecunia conſtitutos eſſe ibidem immobiles, & tales adiudicaſſe Nicol. & Vilhel. *les Berches* auunculis hæredi-

bûsque patrimoniorum Ludouici *le Masne*, qui appellarant à Baill iuo Aurelianen. Contra Sebastian. *le Masne* patrem hæredémque mobiliũ defuncti: Ac ideo Curia decreuit, Arestum hoc legi & publicari in foro Præfecturæ Aurelian. vti pro lege seruaretur. Die 25. Febr. 1577. Atque ita dein. statutum nouata Consuet. Aurel. §. 351.

tiquus mos liberè commutandi prædij annuo Vectigali pecunia constituto, quasi re pariter immobili, ac neutro proinde laudimiis obnoxio. Quibus autem in Prouinciis reditus huiusmodi adnumerantur rebus mobilibus, eorum cum fundis permutatio est pro venditione accipienda. Nam hypothecarij reditus mouentibus se bonis accensentur quodammodò, priscis Moribus Aureliorum. §. 175. & 262. Blesensium. 158. Trecensium. 66. Caluimontis Basligniaci. 64. Victriacensium. 131. Antisliodoren. 185. Belquercensium. 31. Burgundorum §. 1. Tit. *Des rentes.* Atrebatum. 94. Ac in Belgicis demum Galliæ nostræ finibus, quos vocant *Pays de namptissement.* Quale Laudunum, Rheimi, & Perona Viromanduorum, Pontiuenses, Ambiani, Bononienses Belgæ.

ILLINC suboritur alia dubitatio de æstimatis dotalibus prædiis, 8.
nûm iustè ex iis laudatium petantur, tanquam è nummaria fundi, qui doti dictus sit, alienatione. Laudimia peti non posse, arbitror cum Iasone ad l. vlt. Cod. De iur. emphyt. Quæst. 9. Num. 49. Et cum Molineo, Parisien. Consuetudinis glossematario, in §. 56. Glo. 1. Tit. 2. *De Censiue.* Tametsi diuersam in sententiam procliuiores sint vetusti Legum Scholiastæ. Specul. in §. nunc aliqua. Vers. 110. De Locato? Nam ita res distinguitur à priscis Legum professoribus. Aut fundi dotalis æstimatio est eiusmodi, quæ venditionem inducat, tunc laudimiorum ius acquirit recto domino: quùm æstimatio faciat emptionem. Vlpian. l. plerunque §. penult. & l. seq. De iur. dot. Aut verò inæstimatus ager doti adscribitur, eo casu nil exigi posse laudimiorum titulo, fatentur Legum Interpretes. Et huic quidem opinioni conforme legimus Auenionense *Statutum*, in hæc verba, *Si detur prædium in dotem non æstimatum à dotantibus, nullum soluatur laudimium. Sin autem æstimatum tali æstimatione quæ faciat venditionem, soluatur integrè laudimium.* Sanè Francica ciuilis Prudentia non admisit hanc distinctionem, in pecuniaria rei dotalis æstimatione. Quamuis enim nuptiali pacto fundus detur æstimatus à patre filiæ, haud ideo patronis ius est venditionalium, quasi ex venditione proprietatis agri translatitia. Senatu ita decernente contra dominum superiorem. 5. Idus Ianuar. an. 1548. Æquissimè, quùm liberis veriùs prærogata sit hoc casu pars hæreditatis paternæ dotalibus tabulis, quàm contracta certi prædij alienatio. Imò & si sponsa sponso fundorum dotem constituerit æstimatam, haud protinus laudimia hæc patrono debebuntur. Quippe quùm talis æstimatio, tacita conditione suspensa sit, (quæ in arbitrium mariti confertur) vtrum maluerit is soluto matrimonio restituere, fundúmne dotalem, an conuentum eius pretium. cita. l. plerunque. ff. De iur. dot. Neque his absonum est, quòd, iubente testatore, secundonatum certa æris summa contentum abire, si hic in solutum acceperit opimos agros à primigenio fratre, nullum ideo Honorarium quæratur patrono laudimiorum commodum, vel redemptionalium feudi. Ex suprema Clariss.

Curiæ tamen Arresto iudicatum die 9. Iunij 1548. ex assignatione prædiorum à marito facta pro dote pecuniaria, locum esse laudimiis, & retractui lineari. Quia assignare in causa dotis, est dominium transferre.

Arestum Die 9. Ianuar. 1548.

Placitum Curiæ die. 1. Augusti. 1579. pro cliente meo Ioh. *de Ramburet*, intimato, contra Nicol. *Renault* Dn. *de Gamaches*. Dn. Brageloniorelatore. Nam ex necessaria datione in solutum laudimia non debẽtur, secus de voluntaria. Phil. Corn. in Consil. 160. & 168. Ludou. Bologn. in Cons. 25. & Chassen. in Consuet. Burgũd. Ti. *Des mainmortes*. §. 10. Num. 31.

Ordinis

Digitized by Google

Ordinis Sententia Kalendis Sextilibus. 1579. in secunda Inquisitionum Senatus Decuria. Prudenter hercle, quùm pactitia fundi datio, vice nummarij legati, induat speciem diuisionis paternarum facultatum, hæreditariámque earum portionem inducat, filio Natura sancitam. Vlpij Marcelli leg. 56. §. vlt. De Ad leg. Falcid. Atqui ex necessaria hæreditarij assis partitione nil debetur recto domino, nec huius quidem assensus Longobardo Iure expectandus in diuidunda ab hæredibus familia. Cap. 1. §. præterea Ducatus De prohib. feud. alienat. per Frider. l. voluntas Cod. De fideicom. Bartolus nuncupatim, ad l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. De verb. oblig. Et ad l. cùm hi §. si vni. ff. De Transact. Alberic. in l. 1. C. commun. vtr. iudic. Ias. ad l. vlt. Cod. De iur. emphyt. Quinimò etsi beneficiarium prædium dotis ergò abalienari nequeat, insscio & inconsulto patrono, apud Longobardos. Cap. 1. §. donare Qualit. ol. feud. poter. alien. Cap. 1. De eo qui sibi & hæred. suis. In Gallia certè, vbi perpetui titulo patrimonij tenetur feudale beneficium, nil compendij ad patronum redit ex prædiaria filiæ adscripta dote, vel nummarię istius loco, adsignatione fundorum. Vt suprà expositum est.

Licet hæredum vnus det pro supplemento *de son lot plus fort quelques ventes n'eſtans de la ſucceſſion* in solutum *de la plus value d'icelles*, laudimiis locum non esse iudicauit Curia, relatore Prospero Bouino, post consultas omnes Curiæ classes, Maio Mens. an. 1569. pro Matth. *Chartier* Senatore, *à cauſe de ſa terre de Lacy*, contra viduam Ioh. *de Rubay*, Magistri Libellorum supplicum.

9. Haud vbique insupet laudimia Dynastis lege addicuntur ex nummaria fundi alienatione. Nam iusta Dominica & agraria, prædiario Vsu ritúque Prouincialium constituuntur, potiùs quàm natura ipsa rei diuenditæ. Vlpian. l. venditor §. si constat De comm. præd. In ver. solitum solarium. Et Pomponiana leg. quod in rerum §. penult. ff. De legat. 1. Inde Ambarri populi, ex empto & vendito, nil præstant Domino superiori, titulo laudimiorum: Dempto, si hic peculiari, cum subdito, pactione suffultus, illa sibi vindicet, possessionevè longissima. §. 52. Ambarræ Leg. Municipalis. Per hunc modum, Tornadorenses, in Senonibus, Oppidani iudicio euicêre à Francisco Bellayo, Comite libertatem immunitatémque laudimiorum, quæ, distractis inferioribus fundis, sibi parta Comes asserebat. S. C. percelebri. 5. Idus Mart. An. 1552. post solennes Pragmaticũ testationes de patria Obseruatione perceptionéque Dominicarum huiusmodi pensitationum. In Angolismis pariter, vendita sylua non cædua, vsitatum, recto domino nil dari, præstari. Teste Gandillaudo, regio Engolismorum Consiliario, suæque Consuet. Interprete. Ætiologia est, quòd grandium arborum venditio contrahatur, quasi mobilis superficiei, à solo saltem mox separabilis, destinata syluæ cæsura. l. cætera §. sed si separauit. ff. De legat. 1. l. penul. & ibi Bart. ff. De testam. milit. P. Castrensis diserte. Respon. 132. Lib. 1. Vers. breuiter ego puto. Nonnulli præterea censuêre, Francicis Legum Roman. Municipiis inaudita esse laudimia: (de quo nos ℣., in Operis Proœmio) Sed valeat hoc quidem extra Lutetiani Senatus territorium, quùm hic ipse aliud inter suos pronuntiarit. Quippe qui Iustinianeam legem secutus, addixerit Procuratori Fisci laudatiuum ex emptione seruientis fundi, Regiæ Castellaniæ *de Belac*, quæ Iure scripto duntaxat vtitur.

Bar le Duc.

Ville & Comté de Tonnerre, au Baillage de Sens.

Aresum Curiæ die 11. Mart. 1552.

Vente & coupe de bois de haute fuſtaye.

l. Cùm dubitatur Cod. de iur. emphyt.

Digitized by Google

Belac, l'une des Chaſtellenies de la Baſſe Marche.

Decreto Pariſien. 10. Kal. Maias an. 1595. pro Franciſco Raymundo, patrimonialium Fiſci redituum Coactore, aduerſus Vilhelmum & Franciſc. *Fontreau*, qui à regio Iudice Caſtellario *de Belac* Curiam Pariſiorum appellarant. Item etſi laudimiis nullus patefiat aditus ex partitione bonorum inter cohæredes, illis tamen locus tum fore exiſtimatur, quùm hæredum alteri vniuerſa penè ſint adſignata hæreditatis corpora, quæ alioquin ſcindi in partes commodè potuerint, alteri vero grande æs attributum, cum vili prædiolo, dicis cauſa dato. Nam ita res geſta, neceſſariæ diuiſionis placitum, mutata ipſius ſubſtantia, in aliam transformauit nummariam alienationem ſpontaneam: præſertim ſi emptor cohæres, propriis, nec hæreditariis loculis pretium exoluat alienatori. Sumpto argumento l. Cùm manu ſata §. vlt. ff. de contrah. empt. l. ſi patruus Cod. De rer. permut. l. vbi ita donatur. ff. De donat. cauſ. mort. Cum §. 252. Turonenſ. Mor. Duos autem nunc audio Dominici fundi colonos, altercantes inuicem de iure laudimiorum ex perpetua vectigalis agri conceſſione, quam ſimul prætio certo redemptum iri quandòlibet, accipientis nutu arbitrióque, conuenerit: Vter amborum ſcilicet Iuſtiùs laudatiuum ſibi depoſcat. Prior vtique differit, in ea prædiarij vectigalis conſtitutione luitioni obnoxia, ſpectandum contractus initium (cuius celebrati die, colonus fuerit ipſe dominantis latifundij) potiùs quàm contractus ſequacem luitionem reditus pecuniariam, cuius tempore alter ſuperius prædium conduxiſſet. Ex ſententia leg. Si filiusfamilias. ff. De verb. oblig. l. quæ legata l. non omne. ff. De reg. iur. l. 5. Cod. De condit. inſert. At ſecundus, ediuersò, colonus, nullum laudatiui compendium re vel ſpe quæſitum patrono fuiſſe ex primario contractu libellario, ſed ex annui modò redemptione vectigalis, cuius lege condicta, locatus ſit perpetuò fundus. Quoties enim ager cuiquam in annuum reditum tranſcribitur, liberè luendum poſſeſſoris arbitratu, nulla tùm laudimia patrono quæruntur ante peractam vectigalis agri redemptionem. Andegauo More, §. 154. 159. 354. & 355. Subiuncto eo, redimendi conditionem pacto adhibitam, quæ in paciſcentium ſit poteſtate, vel in alterius voluntatem conferatur, ad pactionis diem minimè retroagi, ſed eius duntaxat implementum conditionis intuendum. l. potior l. qui balneum D. Qui potior. in pign. Pariſiis verò, ſecus: vbi vel ſola fundi ceſſione libellaria, cum luendi ſolarij facultate, parta ſunt recto Domino Honoraria commoda ac emolumenta. §. 78. & 137. Pariſien. Conſuet. Quare probabilior mihi videtur cauſa ſecundi conductoris Dominicæ Rei, apud Andes.

Arreſt du 22. Aprił. 1595. aux Enqueſtes, pour le Receueur du domaine en Pays de droict eſcrit, comme en Pays coûtumier, quũ vtrobique feuda ex æquo patrimonialia habeãtur.

Nec debentur quidẽ laudimia, ex datione fundi in ſolutum pecuniæ dotalis à patre filiæ: ſed à ſocero nurui aſſignatione facta, dominij tranſlatitia fundorum pro dote nũmaria tradita. ſectus. Quia hic inter extraneos res geritur: illic inter coniunctiſſimos, per anticipationem legitimæ debitæque ſucceſſionis.

Bail d'heritage à rente, admortiſſable à la volonté du preneur.

Poteſtatiua conditio non retrotrahitur ad diẽ cõtractus: Caſualis, contrà.

CÆTERVM vendente patrono Dominici ſui partem, ſaluo patronali in eam dominatu, nullum ipſi penditur laudimium ex tali contractu. Argum. §. 202. 203. Andeg. Leg. Molineus itidem nuncupatim, ad §. 17. Caluimont. Conſuet. Sed eo cariùs indicaſſe rem ac venundediſſe creditur patronus, quo libetiorem laudimiis em- 10

C... na Baronia de Sablé, vendita au ſieur du Bois-dauphin Die 29. Nou. 1593.

ptor

Digitized by Google

ptor mercaretur. Vtputà Karolus Lotharingus Meduanæ Dux ære mancipauit Sableium Baronatum, Ducatus ſui partem, Vrbano Lauallo, Boſci Delphini toparchæ, tertio Kalend. Decemb. An. 1593. recepto penes venditorem feudali imperio. De Iuriſdictione autem ſuperiore in Baronis ſubditos, prouiſum eſt regio poſteriori Edicto Sextili Menſ. An. 1595. cui Senatus calculum adſcripſit pridie Idus Septembres, Magiſtri rationum Principalium. 16. Kalend. Octobr. ac Vectigalium Curia. 14. Kal. Octob. ſubſeq. Nam hoc quidem Edicto prouocationes à Baronis Iuridico, interpoſitæ, rectà deuoluuntur ad Senatorium Ordinem: Vtpotè quem vnum, Baronatus, ante venditionem, quaſi Patritialis Franciæ Ducatus portio, obſeruabat ſuarum litium, ſecunda cognitione, diſceptatorem ac Iudicem. Peruetuſta nimirum Nobilitate effulget Sableya Ditio, cuius Oppidum Arcémque munitiſſimam An. 1380. prædicauit Froſſartes hiſtoricus, Lib 2. Cap. 59. Quam in arcem, ceu Aſylum tutiſſimum, ſe recepit profugus Lutetia Petrus Crao, Sableyi Toparcha: quòd parum gratioſus foret in Aula, ſæuéque inſuper Magiſtrum Equitum Galliæ nocturnis inſidiis cæciditſet An. 1392. Vt idem ſcripſit Froſſartus, Hiſt. Volum. 4. Cap. 26. 38. & 39. Nec minorem Baronatus hic à ſuis Dominis ſplendorem claritatémque nominis accepit, quàm dedit. Nam Vilhelmus Rupeus, Andium Prætor & Cenomanorum, qui vxorio Margaretæ Saboliæ titulo obtinuit Baronatum, bellica virtute præluxit egregiáque in Auguſtum regem fide: Sic, vt præualido Rupis Monachi Caſtro incluſus à Britanno rege, qui Andibus dominabatur, eum obſidionem ſoluere coegerit. An. 1214. Rigordi coæui relatu, in vita Philippi. 2. Regis. Rupeo autem è viuis ſublato, Iana Rupea, filia dotalem intulit Baroniam ad Almaricum Craonem, maritum. Vnde Craones Dynaſtiam hanc ſeriatim tenuêre, proceres totius Andegauiæ nobiliſſimi: Donec Almaricus Crao Baronatum nuncupatis conditionibus tranſcripſit, Precigneámque Caſtellaniam Lodoico Andegauorum Duci. Pacto conuento poſtridie Kal. Ianuar. An. 1371. Quoniam verò Ducis vidua coniunx iſthæc remanciparat omnia Petro Craoni, condita pretij ſorte, Idibus Iuniis. 1390. Eadem Baronatum redemit ab Armorico Principe, An. 1394. cui, medio tempore, Crao illum diſtraxerat, 4. Idus Maias An. 1392. Qua ex tempeſtate virilis Andenſium Ducum proſapia Baronatu potita eſt, iiſque extinctis, fœminei hæredes Andegauæ ſtirpis Arminiacus putà Nemoroſi Dux, Lotharingi demum Reguli: quouſque ab his Laualli heros, Boſci Delphini dynaſta, Baronatum emit, natalitio idem ſtemmate clariſſimus, & ex Laualla, antiquiſſima Cenomani Equitatus gente, propagatus. Quem, virtutis merito, virum Rex noſter prudentiſſimus non ſolùm Equeſtri ornauit ſui Ordinis dignitate primaria, ſed illuſtri quoq; Francicorum militum Tribunatu An. 1597. In Sableyo certè eius Oppido, præſentes olim Karolus. 7. Viennenſium tunc Delphinus, & Ianus Armoricæ Dux mutuam coiêre ar-

Vrbain de Laual Seigneur du Bois-dauphin Baron de Sablé, Vicomte de Breſſaan, Seigneur de Prétigny, Aalnay, Boiſ. Lauallé, S. Aubin de Coudrayé. Iſſe femme Magdelaine de Montmorler Dame de Bourgon, Dairon, de Boisanpare, & de la Chaſtellenie de Montandain, en Maine.

Edictum verificatum in Parlamento die. 12. Septemb. In Camera computorum die. 16. Septéb. Et in Curia Iuuaminum die. 18. Sept. An. 1595.

Oliuarius *de Cliſſon* Comeſtabilis Franciæ, grauiter vulneratus Lutetiæ *par Pierre Sire de Craon.*

Guillelmus *Des Roches*, Senechalus Andium, & Cenomaniæ, fundator Abbatiæ muliebris *de Bonlieu* An. 1219. *Sieur du Chaſteauduloir & de Mayet, aſſiegé à la Rocheau Moine.* Vbi Rigordus loquens etiam *de Rochefort proche*, Caſtrũ hoc inexpugnabile vocat.

Die. 2. Ian. 1371.

Die. 13. Iunij. 1390.

Die. 12. Maij. 1392.

In Petrũ Craonem Areſtum pro Regina Siciliæ, Andium Duce An. 1391. lege apud I. Gallum, Quæſt. 341.

Cheualier de l'Ordre du S. Eſprit, à Noel. 1596. & Mareſchal de France, en Octob. 1597.

Traitté d'Alliance de guerre faict à Sablé, Die. 8. Maij. An. 1421.

Baronia de Craon, en Anjou.

morum Societatem in Anglos, communes Gallorum hostes. Fœdere icto postridie Nonas Maias An. 1421. quod in Britonum Chronicis perscriptum comperimus. Ex prædictis interim coniicere est, quantus sit etiam in Andegauia Craonum Baronatus, abs quo, Craones, Sableij Barones prisci, sumpsêre cognomentum. In his quippe emicuit quondam Andræas Crao, Fulconis Andium Comitis gener, An. 941. Guerinus dein, ex Andreæ posteris, Craonium Baronatum profiteri coactus est Britonici Ducis Comani beneficiarium, quòd eum Brito, & alios Prouinciæ suæ confines armis recto Domino ademisset, Fulconi Andegauorum Comiti. Sed tali fidelitatis sponsione, excandescens in Guerinum Andegauus, necandum ipsum curauit An. 1071. Quantùm ex Andegaua Hist. percepimus. Craonum indeistorum nepotes bellica gloria floruêre, Phil. Valesio, & Iohanne. 2. Regibus. Vtì à Frossarte enarratur, Lib. 1. Cap. 48. 157. 159. Tres posthæc Craones Azincuriano prælio interfecti feruntur, Monstreleto, An. 1415. Hist. Volum. 1. Cap. 149. Inclyta denique, apud Pictonas, Tremolia domus successit in amplissimas Craonum Ditiones, fœminea hæreditate, maribus fato præreptis. At missis iam fumosis stemmatum imaginibus & vmbris, veras Res vtiliáque Nobilium fundorum iura & commoda, vt instituimus, persequamur.

André sire de Craon, & de Loches, mary d'Agnes d'Anjou.

Messr. Ieh. de Craon, Archeuesq. de Rheims sacra le Roy Charles. 5. l'an. 1364.

Le Sire de Craon, grand Baron.

Ysabeau de Craon, mere de Marie de Sully femme de Georges sieur de la Tremouille, Rege Karolo. 6.

Emptione iudicio resoluta, non debentur laudimia, & soluta repetuntur.

PLANVM est, Dominis Iure patrio adscripta esse Emptionalia. 11. Ast rescissa Iudicio nummaria prædij comparatione, iustis Dominicis comparator absoluitur, exoneratur. Fabri elogio, ad leg. 1. Cod. quanlic. ab empt. Ex sententia Saluij Iuliani I. C. in l. quoties §. vlt. ff. De separat. Ecquid verò, si fundus alio commutatus sit partim, & partim diuenditus vni eidémque acquisitori? Alteronè euicto prædio, quod permutatione dederit ille, totus contractus infirmabitur? Probabilius est equidem, partis illius euictione vniuersam alienationem in irritum recidere, non periculo tantùm ac dispendio priuati emptoris simul & permutatoris, sed feudalis etiam Domini: ne quantulamcunque laudimiorum particulam iustè possit exigere. Pactionem enim in totum agnosci, aut à tota recedi oportet: nec pro parte abiri ab emptione potest. l. cùm queritur. ff. De administr. tut. l. 1. ff. De rescind. vend. Idemque Lutetiano Senatui placuit. 15. Kal. Sextiles an. 1598. secundùm clientem beneficiarium, Mereuillæ, in Belcia, Procomitem, cui aduocatus præsto adfui, contra Stampatum Ducem Heroidem, & Catharinam Lotharingam. Eduar. Moleo litis expositore, in Senatoria Classe Tribunalitia. Nec diuersa propemodùm ratione, laudimiis absoluendus videtur vrbanarum ædium locator perpetuus, qui ob æs alienum coloni palam venales ipsas licitatus sit cum lege & onere annui sui vectigalis. Etsi quippe rectus Dominus à publico hoc emptore laudimia deposcat pro sortis modulo annui reditus vrbani redimibilis, nedum pretij rei à Iudice dicti: Verius est tamen, domus locatorem perpetuum, qui publicè eam mercatus sit, tanto laudatiuo minimè obstringi, dissimilem nempe extranco

Decretum Curiæ in magna Camera, die. 18 Iulii. 1598. de maintenuë de tout le Viscomte de Meruille saisy par les Dames feodales pour les droicts seigneuriaux de l'alienation d'iceluy, faicte partie par eschange de la Chastellenie de Bellabre depuis euincée, partie par argent.

Adiudicatio fundi à la charge d'vne rente rachetable, est laudimiis obnoxia, etiam pro rata sortis, de lad. rente, quæ

Digitized by Google

extraneo licitatori, qui *fundiarium* reditum quotannis pendere teneretur ſacro Edicto an. 1539. Nam illo, contrà, ſibi ſeruiens prædium emente, extinguitur ſimul confuſione ſeruitus, annuíque penſitatio ſolarij. l. ſi quis ædes. §. De ſeruit. vrb. præd. l. 1. D. quem-adm. ſeruit. amitt. Itaque vectigalis Pacto ſoluto, réque ad priſtinos Dominos poſtliminio reuerſa, Annuum iam illud, quod prorſus deſiit, nec extat ampliùs, in æſtimationem pariter deduci nequit, quò Dominica iuſta adaugeat. Siquidem reſoluta neceſſariò paciſcentium conuentione, locus fit laudimiorum etiam repetitioni, quæ recto Domino ab illis depenſa ſint. Fab. ad l. vlt. Cod. commun. de leg. Præterea, illuſtres inter Magnates, patruus impuberis patroni tutor clienti benemerito condonauit Honorariam laudimiorum præſtationem, pupillo debitorum, fundi emptione beneficiarij. Quæſtionis fuit, hiccine maior annis factus, Tutoriam acceptilationem ſeu remiſſionem emptionalium improbans, audiatur. Rem ita dirime: aut tutor clientulo Honorarij commodi liberationem impertiit, promeritis ipſius motus, in pupillum eiuſvè parentes vèrè collatis. Ac tum quidem, honoris ergô debitum liberaliter remittere, licuit Proceribus agnatis, qui Dynaſtæ impuberis tutela fungerétur. Iulij Pauli leg. cùm plures §. cùm tutor l. Tutor ſecundùm dignitatem. ff. De adminiſt. tut. l. qui filium D. Vbi pupill. educ. l. 1. §. ſi pupillis §. ſed & ſi ſeruis. ff. De tutel. & ration. Ceſſante autem * ἀντιδώρῳ ratione eiuſmodi, arbitrarer, intempeſtiuum illud & inconditum tutoris munus haud imputandum pupillo, neque hunc ratam habere talem liberationem compellendum. l. 13. §. 2. ff. De adminiſtr. tut. Et cita. l. §. ſed ſi minus nuptiale.

minuit prætium iudiciale. §. 83. Pariſ. Conſuet. Idem prope dicendum putaretur *des rentes foncieres des maiſons des Villes, rachetables par Edict de Henry. 2. de l'an. 1553.*

Tutori necne liceat, gratuitò remittere laudimia emptori feudi ſeruientis, ex cauſa meritorum illius.

* remunerationis.

12. RETRACTVS Dominicus fundi ſeruientis perductus eſt ex Iure Longobardo in mores Gallicanos. Tit. Qualit. olim feud. alien. pot. Nam vetuſta Inſubrum Conſuetudine, liberum erat clientibus, dimidiam ſaltem feudi partem cuiuis diſtrahere, inſcio vel inuito patrono: ſalua tantùm ei redimendæ rei prærogatiua. Cap. 1. De alien. feud. in Feud. Quòd ſi poſteriore vteremur Cæſarum lege Feudiſtica, Lotharij. 2. & Friderici. 1. ſuperuacua eſſet patronis rei beneficiariæ redhibitio: Quam vel alienari quidem prorſus vetuerunt iſti, niſi patrono aſſentiente. In Gallia pariter, antequam hereditarij perpetuíque ſancirentur omnino clientelares fundi, credibile eſt, eos mancipari alteri, niſi auctore domino, nullatenus potuiſſe. Id quod è Syriacis Francicæ coloniæ Legibus elicui, quas Franci proceres ab noſtrate Vſu decerptas Hieroſolymitanis dedêre quingentos abhinc annos. Harum Legum ſententia talis eſt, *Les homs qui tienent fie dou chief ſegnor, ſoit Baronie, ou ſegnorie, qui ont cort & coins & Iuſtiſe & autre fié, & ceaux qui tienent fié d'aucun des homs d'ou chief ſegnor, pueent vos lors fies vendre, & partie de lor fié doner & demembrer por partie dou ſeruiſe, mais que ce ſoit par Aſſiſe ou Vſage dou Reyaume. Autrement ne ſe peut fere, ſi ce net quil baillaſt à aucun de ſes homs, & par l'ottroi dou ſegnor,*

Retrait ſeigneurial ou feodal, Droict de retenue, Prelation feodale, par laquelle le ſeigneur faict de ſon Fief ſon domaine.

Beneficia patrimonialia dicũtur apud Gelios ex Fab. in §. Adeo Inſtit. De loc. non quòd plenum iuſtúmque dominum beneficiarius habeat, ſed quòd inconſulto domino abalienare poſſit: Id quod emphyteutæ, Iure Romano, & beneficiarijs, Lotharij ac Friderici Sanctionibus, non licuit.

Manus mortua, Eccleſiaſtica poteſt retrahere iure feudi, quia retractus eſt tantùm fructus feudi. Eáque in re, emptoris non intereſt, *ains ſeroit l'intereſt du ſeigneur ſuzerain de l'Egliſe retrayant feodal, pour par apres faire vuyder les mains à*

Digitized by Google

Lud. main-mirti retractus: Et talis consolidatio venit ex antiqua causa feudi, cautioré que Iudices in tali retractu adiudicando legem adiiciunt, *à la charge que les lieux retirez seront tenuz, & perpetuellement consolidez auec le Fief principal ecclesiastic, sans en pouuoir disposer.* Atque ita pronunciatum est in requestis Palatij pro Priore Argentolio contra Petr. *Belet* Septemb Mens. An. 1578.

Retractus feudalis.

Arestum Curiæ die. 14. Mart. 1573. *Que le Retrait feodal est cessible, Entre les Sieurs de Chastillon, & de Pontalier.*

Et qui autrement le fera, son heir le puet rapeler, se il vaut. Quibus hæc proximè subiungntur ibidem, *Qui aliene son fié ou partie sans lotroi dou segnor, & autrement que par l'Vsage dou Reyaume, & le met en main d'Yglise, ou de Religion, ou de Comune, ou d'aultre, le Segnor de qui il tient cel fie, puet prendre ce que il a aliene, & tenir & vser come la soue chose. Car le segnor dou fie par le fet qu'il a faict, enchet vers son segnor de perdre à tos iors luy & ses hers ce qu'il a dou dit fie aliene, & retourne au segnor principal.* Iam vt nostrate ex Vsu praxíque Fori, accingamur Dominicæ redemptioni alienatorum, dispicere est primùm, aliam, de ea, priuati Domini, aliam, Fisci causam esse ac conditionem. Ille enim liberè conditionem ex lege Retractuum vel mouet suo nomine, vel transcribit alteri in emptores mouendam, exercendam. Patronalis namque Redemptionis fundi cessionem vulgò probant Lutetiani PATRES, ni peculiari forsan Regionis More prohibita hæc reperiatur, Insigni Iudicato pridie Idus Martias an. 1573. de controuersa re Dn. *de Chastillon*, & Pontalieri Magnatis. Aliter verò iudicatum à Gratianopolitana Delphinatium Curia testatur Vido Papius, in Delphin. Decis. 411. Ex argumento Cæsariæ Legis vlt. §. sed nec hac occasione C. de iur. emphit. & §. de cætero in Authen. Vt de cætero non fiant commutationes. At Parisiensi certè illi S. Consulto Melodunensis quadrat lex municipalis. §. 164. Meduntensis, 78. Borbonia, 457. Marchiana, 280. Aruerna, Tit. De emphyt. §. 20. Turonica, secus, Art. 188. ac Lorriacensis, 91. De feudis. Nostrates verò Andium Leges, (§. 399.) & Cenoman. (409.) sinunt, retracta etiam à patrono, indeque rei Dominicæ nexa ac consolidata, liberè abalienari. Econtrario autem, Princeps tali Retractu nullibi experitur ipse, sed experiundi ius, in priuatum ritè transfert. Id quod planiùs alibi discussimus. Nunc percontandum, an fiduciarius prædij Fiscalis possessor licitè intendat redhibitoriam hanc distracti inferioris fundi actionem. Hæsitandi argumentum præbet auctoris Fisci conditio, cuius Procuratori fisci Dominicus Retractus abnegatur, constanti illa Gallicorum tribunalium Obseruatione. Ast longè diuersa Fisci Principalis ratio est à singulari ipsius successore. Ideò quippe illi præciditur spes iúsque Patronalis agrorum redhibitionis, ne priuata, quæ venierint, patrimonia, reuocatorio iudicio permisceantur publicis Sceptrorum latifundiis. At singularis successor in Res Fisci, Dominico Retractu vtitur, quasi mero fructu Principalis patrimonij: quem sibi lucrifacit, nec, soluta Regiæ ditionis Fiducia, restituit. Bald. ad l. vlt. D. solut. matrim. De quo à Nobis fusè tractatum, Lib. 2. REI DOMINICÆ Francorum. Regij enim Canonis emptori licet non competat honoraria clientum in fidem clientelámque assumptio: vtilia certè ac fructuaria Feudi iura omnia quæruntur. Principis porro Amanuenses, qui nummis parto fundo, laudimiis eximuntur Fisco debitis, Immunitate eadem perfruuntur in Fiscalis Ditionis comparatorem: non modò vt Emptionalium præstatione vacui solutique abeant, sed ne talis

Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 23. Art. 3.

An Fiscalis Domanii emptor rectè agat Feudalis retractus nomine.

Tit. 3. Artic. 3. 4.

Priuilegiaria emptoris exemptio à laudimiis, liberat quoque eum à feudali Retractu.

Digitized by Google

talis Retractus formula, agenti, cedere fundo teneantur. Iisdem quippe regulis constant Dominica laudatiui, & Retractus prædiorum iura. Vt inquit Faber ad §. 1. Institut. De rer. diuis. Et in §. 1. Instit. De empt. & vend. Alioquin deteriore loco staret priuilegiarius, abs quo, res empta Patronali condictione euinceretur, quàm gregarius quispiam è fæce vulgi: propterea quòd ipsa de re identidem pericli-taretur ille, in fraudem libertatis exemptionisq; laudimiorum. Iuxta hæc, ambigitur, nûm patronus institutæ de Retractu liti incidentem Venditoris actionem rescissoriam ex leg. 2. summoueat, oblato iusti pretij complemento. Patronum quidem istic iuuat concepta alternatim, seu optione, suspensa eiusmodi restitutio in integrum Coditillaris, ab Cæsarea Diocletiani sanctione. Sed talis optio nummarij supplementi, quæ in emptoris arbitrium lege confertur, huic idcirco prodest vni, quòd bona fide contractu perfecto, numeratáque pretij sorte, inhæreat iam ipse fundo, cúmque possideat: qua semel quæsita possessione deijci ipsum pergraue videatur. Aliter de patrono venditi prædij redemptore, cui necdum res Dominico eo iure adiudicata sit, nec illatæ ab eo pecuniæ, multo minùs cœpta rei possessio. Nam vt fateamur Patronalem distracti agri retentionem vtiliter Moribus receptam, Valeat hæc certè in nouum & extraneum fundi acquisitorem, non verò in antiquum possessorem, alienatorem: qui rei suæ recuperandæ fauorabiliùs instet. Quòd si patronus, decisa iudicio Redemptione feudali, nactus iam esset rei possessionem, inque emptoris vicem, refula pretij sorte, suffectus, tunc venditionis rescissionem postulanti facilè os occluderet, legitimi prætij additamento in iure porrecto: Quale & offerens prædij comparator, cui patronus subrogatus est, venditorem excluisset. Rursus effinge, venditorem emptori conuento, Retractus nomine, tacitam fidem accommodasse in fraudem patroni actoris, specie restitutionis in integrum, quam liti intercedens ille, aduersus venditionem impetrarit. Eo casu reor, patefacta venditoris fraude, perlusorióque iudicio, saluum ac incolume patrono ius in rem permansurum, & in emptorem qui re possidere non desierit. Argum. l. sicut §. superuacuum D. Quib. mod. pign.

Feudalis Retractus peti agnoscique extraius potest apud Cenomanos. §. 429. Cenom. Consuet. Secus apud Andes, vbi talis extra iudicium Retractus, cẽsetur noua venditio conuentionalis. §. 391. & seq.

L. 2. C. de resc. vend, *soubs l'alternatiue du supplement du iuste prix.*

Venditoris autem cessionarius actionis rescissoriæ non impediret feudalem domini Retractum: quippe qui in cessionem illam perinde, ac in venditionem primam, aduersus emptorem, protenderetur.

13. DISCEPTATVM est non semel à patrij Moris Consultis, an Retractus clientelarum haberet locum, re vendita, necdum tradita. Vt paucis agam, Franci vtuntur eo iure vulgò receptiori, nuda etiam venditione contracta, superiori Domino experiri licere, fundi redhibitorio iudicio. Quandoquidem Leges municipales, quæ patronis hanc deferunt alienatorum reuocatoriam conditionem, maiori ex parte loquuntur de mera puráque venditione. Andegaua specialim Consuet. §. 156. & 347. Nec absimili ratione, Masuerus censuit, ex venditione huiusmodi, iusta Dominica recte peti ante rem traditam: etsi lis mota fuisset de eius traditione inter emptorẽ & venditorẽ. Tit. De retractu, col. vlt. §. Item pone emptor. Vers. quid de domino.

Digitized by Google

Nam solo consensu absoluitur venditio, licet nondum transferatur res in manum emptoris. Franc. Aret. in l. si fideiussor. §. meminisse. π. De leg. 1. Quin. & Steph. Bertrando visum est, hoc casu deberi laudimia, etiam si negotium contrahentes, ante traditionem, à contractu discesserint Responso. 199. lib. 1. Quòd si Regia auctoritate conscripti non essent mores Municipales, Practicorumque denuò iudicium foret explorandum, thesis ista variè forsan diiudicaretur. Vnum modò è multis adducam, Pragmaticæ artis callentissimum Butelerium in *Summa Rurali*, diuersæ sententiæ assertorem, hac clausula. *Aucunefois auient, que puis que vn vendage est d'aucun heritage, supose que le vuerp n'en soit pas fait, si veulent auoir les Seigneurs, de qui les heritages sont tenus, leur droicture, ainsi come se vuerp en estoit fait par eux & par leur loy. Or sachiez, que se tels deuis de marchie d'heritage est traitte ou fet, iaçoit que le denier à dieu en soit donné, & le marchie promis à faire: Toutesfois se le vest & desuest n'est pas fait, ne l'heritage cogneu deuant le signeur, pour tel marchie ainsi fet le Seigneur ny a que demander, deuant que vest & desuest soient fais deuant luy & ses homs. Et s'il auenoit que le marchie deuise traicte & fait, ainsi come dit est, sans estre recogneu deuant loy, les parties se repentent & ne vousissent proceder auant en l'adheritement faire, pource ne les pourroit ne deuroit le seigneur traitter à amẽde ne droitture. Car repentir se peuent quand il leur plet, iusques à ce que deuant le Seigneur soient venus recognoistre.* Eundem in sensum vergunt notata à Fabro in cit. 1 §. Instit. De empt. & vend. & l. 1. C. quan. lic. ab empt. Vbi ait, hoc casu spectãda Consuetudinis verba: deficiẽte autem Consuetudine, nil patrono debitum videri, nisi venditæ rei traditione ac vestitura præeunte. Versa pagina, demus, fundi comparatorem, decennio integro, eum possedisse: dein exhibitis patrono emptionis tabulis, dimittere rem ipsi damnatum redhibitoria lege Dominica. Nunc in redemptorem patronum certatim confluunt emptoris creditores Hypothecaria formula: Quam & decenni fulciunt possessione sua, communísque debitoris, antequam fundus à Domino condiceretur. Argu. leg. 1. 2. Cod. si aduers. cred. At probabiliùs defendit Reus, euicto in emptorem Prædio ab Legis sanctione antiquiori, hypothecas resolui abillo impositas l. 1. 2. Cod. si pig. pign. dat. l. 31. π. De pign. l. si quis domum D. loc. Nullam præterea longi temporis hypotecarum rationem habendam, aduersus dominum præsertim, qui emptionis ignarus, culpa possessoris tabulas sibi non eductis, iusta rerum ignoratione se tueatur. Quandoquidem, suppressis emptionum instrumentis, nec exhibitis, in tricennium producatur condictio ex lege Retractus Dominici. §. 347. & 387. Andeg. Morum. Subiuncta ratione Caij. I. C. l. 6. π. De Calumniat. Vers. qui nescit, is videtur experiundi potestatem non habere: & verius est, ex eo annum numerari, ex quo cognorit.

Extat similis sententia in Lib. manuscripto, cuius titulus est, *Pour monstrer & apprendre à vn chascun, quel ordre de proceder est en court laye par la Coustume notoirement gardés par droict au Chastellet de Paris &c. Vn noble vend son fie, & est le marchie faict, & puis despuecent leur marchie sans auoir fait saisine ne dessaisine de fex, ond, cas le seigneur de fien'en aura nul profit.*

Dordana item Consuetudine iuxta Stampas negantur laudimia domino feudi ex simplici venditione verbis inita modò partes ab ea discedant intra 15. dies. Nisi talis pactio scripta fit à Notario, vel res tradita, pretiumve numeratum. §. 48.

Dominus directus venditum fundum retrahens pro Potestate feudali, non tenetur hypotecariè de debitis ab emptore, à quo rem euicerit.

TENETVR ergo nouus possessor, suorum fundorum auctoritates proferre penes dominum prædij dominantis. Primaria enim clientelæ lege impositum est clienti onus, beneficiarij agri, literas documen- 14.

Digitized by Google

torem obſeruatur. Cald. ad. l. Inſtrumenta Verſ. quæro an Feudatarius Cod. de fideicom. Ex. Accurſ. in l. 2. Cod. Quan. & quib. quar. Nemo quidem cogitur, edere ſuæ poſſeſſionis titulum Iure Romano: Sed alia cauſa eius eſt, qui ſibi nonnullum aſſerat ius in rem alienam. Tunc enim ipſi oſtendere inſtrumenta compellitur proprietarius fundi inferioris. Dec. in Reſpon. 61. Per hunc modum, ſacerdotes Pontificia lege vrgentur ad edendas poſſeſſionis ſuæ chartulas iuráque Diœceſano ſacrorum Antiſtiti. Bonifacius. 8. Cap. Ordinarij De off. ordin. Ex facto autem agitatum eſt, nûm emptor, cui imperata ſit contractus ſui penes patronum editio intra octiduum Turonica lege, videatur ſatis ipſi feciſſe, oſtenſis tabulis intra octauum diem adeptæ poſſeſſionis, licet menſtruum poſt ſpatium, quàm emptio contracta ſit. In hac patrij Iuris ambiguitate, ſic agebat Portanus apud CONSCRIPTOS PATRES pro Leonora Auſtriaca Turonum fructuaria, meritò iniectam fuiſſe regiam manum in Baroniam *de la Haye*, Turonici Ducatus beneficiariam, quòd eius Rohanus emptor cautiones ſuæ emptionis non ediditſet patrono Regi, nec laudimia ſoluiſſet intra octauum pactæ alienationis diem. Cap. 3. priſcæ Conſuet. Turon. Vnde apparebat, regiam manum tolli non debuiſſe ex conſenſu Procuratoris fiſci, priuſquàm inſtrumentorum copia fieret Principi domino beneficij, & aduentitium feudi commodum fructuariæ dominæ appenderetur. Ediuerſò, *De la Rue*, pro emptore Rohano. non niſi traditione ipſa perfectam dici emptionem, nec laudatiuum exigere licere nuda venditione, quam conſecutus non ſit, in poſſeſſionem ingreſſus. Nam & Turonico illo More, valet alienationis ſpòtanea reſolutio, antequam vtrinque nacti ſint cõtrahentes alienatæ rei poſſeſſionem. §. 17. His addebat, patroni partes fuiſſe, quàm primùm emptionis literæ ipſi exhibitæ ſint, vtrum mallet, optare, vel ſibi laudimia ſolui, vel fundum reddi Dominico iure *Feudarij* retractus. Ea optione pendent, enullam clienti moram obiici poſſe, proppter quã fructibus prædij mulctandus ſit. Vt Cæcilius Proculus ait, l. Licinius Locuſta. De leg. 2. ac Seruidius Scæuola l. filium De opt. leg. Senatus rem conſilio commiſit Pridie Idus Nouemb. An. 1556. Aſt ego quidẽ, exploſa ſubtili patroni ratione dierúmque momentis, opinor ſecundùm clientem, benignè iudicandum.

Proprietarius fundi inferioris, *le ſeigneur proffitable ou demainier*: Sicut directus dominus, *le chef ſeigneur, ou foncier*. De quo, & quid ſit proprietas, dominium: vtile, pete et Bal. in cap. 1. De his qui Feud. dar. poſſ. In. Vſib feud.

Aegid. Lauallus vendidit Baroniam *de la haye* Guliel. Morenneo cum facultate redimendi: Quam ille quùm tranſcripſiſſet Lud. Rohanno Dn. *de Guemene*, hic, reſtituto emptori pretio, nactus eſt dominum Baroniæ.

Tit. *Deſtrachepts & ventes.*

Die. 12. Nouemb. An. 1556.

13. DE TABVLIS exhibendis, à patrono agitur in clientem, non modò ſi qua inde fructuaria, ſed etſi honorifica iura ſit perceptus. Intereſt enim ipſius, non tantùm laudimiáne, & quanta debeantur, noſſe: verùm & patefactis literis contractuum, cenſualem profeſſionem à nouo recipere poſſeſſore. Vt Molineus ſcribit in Conſuet. Pariſ. Tit. 2. Gloz. 3. §. 51. Secus reſpondendum de inſtrumento diuiſionis inter cohæredes, tali editioni minimè obnoxio. Propone enim, adiudicatum vni fuiſſe ab arbitrio familiæ herciſcundæ prædiolum cum lege nummarij ſupplementi, haud ideo hæres iſte tenebitur diuiſionis cautiones patrono prodere: licet aliunde quàm è

An feudi emptor qui, pendente lite duorum de patronatu eius Feudi certantium, vtrique exhibuit ſuum contractum, interim, anno præſcribat actioni retractus Feudarij à die exhibitionis? Puto quòd non, antequam præiudicialis quæſtio terminetur. l. Contra maiores C. de inoff.

Digitized by Google

test. Ac velut in cõflictu patronorum clientes neutrũ interea tenetur agnoscere: Ita nec patronus clientem. Arg l. qui fundum D. loc.

bonis hæreditariis collatum sit pretij additamentum. Illi quippe obuenit latifundium ex veteri causa hæreditaria veriùs, iustáque portionum distributione, quàm nouo acquisitionis iure. Quò fit, vt res eodẽ in statu permanere videatur. Sicuti apertè indicat Paulus lib. 11. ad Sabinum l. vlt. Si ex nox. caus. ag. vbi Alex. & Ias. Pergraue insuper cuiuis patrifamiliâs molestúmque foret, patronos curiosiùs alienæ hæreditatis arcana rimari prætextu Dominici cuiusdam imperij. l. 2. & ibi Bart. C. Quan. & quib. quar. Lib. 10. Quod autem diximus, possessorem lege obligari edundis fundorum suorum instrumentis & cautionibus, id pertinet ad omnia prædiorum monimenta, quæ apud possessorem sint: vtì ea sigillatim in nouas Domini tabulas censorias referantur. Et ita Senatus decreuit pro domino, aduersus Vicanos pagi *de Briseau*, in Veromanduis. 9. Kal. Iulias An. 1542. Dormantio senatoribus collegis litem explanante.

Arestum Curiæ Die. 23. Iunij An. 1541. pro hæredibus inuicem diuidentibus, contra dominum feudi.

CONTVMACI verò clienti, nec literas suas exhibenti irrogatur 14
mulcta Lege Andium. (§. 4.) in gratiam patroni. Hoc ita, nisi à nouo possessore annuum solarium purè acceperit Dominicus procurator, seu dispensator dominicarum rationum, nedùm dominus ipse. Generali quidem procuratori libera non est alienandi potestas, vel dominicam mulctam remittendi, pœnámque ipso iure patrono commissam. Sed quia domini solent, plebeiis agrorum proprietariis mulctas condonare, moram nempe emendátibus celeri ac spontanea editione instrumentorum, censetur hoc etiam mandatum fuisse, vel permissum Dominicis procuratoribus. Eo modo iudicatum Imperiali sententia in cognitionibus prolata, refert Paulus lib. 1. Decretorum in l. Titianus Quod cum eo, & ibi Castrens. Bald. Responso. 138. lib. 5. P. Castrens ad l. dominum D. Quod iussu. Decius ad l. certi condictio §. si nummos. ff. De reb. cred. Diuersum probatur in eò, qui edere nolit tabulas empti & venditi, ideóque vocatus sit in ius à procuratore domini superioris. Huic enim iam inde adempta est facultas remittendæ mulctæ peruicaci subdito, ne transigere negotium merus procurator videatur. Quod ferendum non est, in liquido præsertim debito ære, & pœna iam acceptata. Bart. ad l. præses prouinciæ C. D. Transact. Quippe similiter procuratoria acceptilatio canonis emphyteutici excludit dominum lege commissoria fundi: Sed isto priùs contestante, rem se commisso vindicaturum, tacitè interdictum est Dominico illi negotiorum gestori, ne, nummis vltrò receptis, domino officiat in iure commissi persequendo. Ioh. Andr. & Imol. ad Cap. potuit De loc. Alexand. Responso. 112. Vol. 4. Mathæus in Neapolit. Decis. 129. Porro quidam possessor ante edita instrumenta diem obiit, relictis aliquot hæredibus, singulænè à singulis exigentur mulctæ? Primo intuitu credibile sit, pro numero hæredum tantumdem mulctatitij æris luendum esse; quasi pœna diuisionem non admittat Iure Ciuili. Æquiùs tamen dicetur, omnes vnam solùm in mulctam integram incidisse, nimirum ex

An conductoris factum, Dominicivè Receptoris ordinarij præiudicet domino in Retractu feudali, vel confiscatione feudi, Vide à Nobis scripta Lib. 3 Doman. Franc. Tit. 23. Art. vlt.

vnius

Digitized by Google

vnius mora contractus seriùs exhibiti. Id quòd latiùs confirmat Molineus, ad vetustam Consuet. Paris. §. 55. Gloz. 4. quæst. 1. & §. 62. Tit. *De censiues* Num. 17. De patrono autem, qui, exacta mulctæ nomine pecunia, fundi redemptionem petat Dominica potestate, cedò, iustà ne ipsius petitio est, non refusa mulcta? Quidni? (dices) quùm ius vtrumque Domino competat *Feudarij* retractus, simul & mulctarum, ob non editas emptionis tabulas indistinctè. Hoc §. 4. Andeg. legis. A parte vero aduersa suggeretur, talem mulctam, etsi purè indefinitéque hoc indicatur Articulo ob neglectam instrumentorum exhibitionem, pressiùs intelligi postea, interpretationéque restringi ad celata laudimiorum iusta patronalia. i. §. 153. Quem ad articulum refertur præcedens hic §. 4. Quùm ergo laudimiorum contemplatione, eorúmque reticentia quasi debitorum, patrono mulcta debeatur, huius exactio, tacita quædam est ac præuia laudimiorum postulatio, redhibitoriæ fundi actioni contraria. Vnde si patronus, mulcta soluta, prædium condicat Dominico iure, mulctá credas ab eo restituédam. Duriusculum enim fuerit, emptorté, à quo fundus euincatur, Patronali retractu, mulctæ rursus damno affectum manere: qui, resoluto contractu, indemnis saltem abire debuerit. Quocirca verius est, pœnam hanc nummariam, quæ suppressa laudimia reposcenti patrono addicitur patrio More ad eundem alienata reuocantem minimè porrigi, spectaréque oportere.

Art. 4. In Vers. *retraicts par puissance de Fief, exhibition de contracts faicts en leur Fief, amer dè pour defaulx d'auoir exhibé lesd. contracts.*

§. 153. Vers *En ventes recelées. 30. iours apres le contract passé, y a amende de la loy, & quad les recele par an & par iour, y a 60. sols d'amende.*

§. 4. Vers. *comme sera cy apres declaré.*

17. AD Redemptionalia feudi pergamus. Hæc Moribus quibusdam competunt superiori domino, qualibet possessoris mutatione pactitia clientísve beneficiarij: nisi ea contingat per emptionem, vt Lege Parisiorum. Normanis verò emptoribus impendet hoc onus redemptionis Clientelarum. Ciuica Neustriæ Constitutione. 171. Longobarda vtique Consuetudine, clientes nil patronis exoluebant pro vestitura *feudi* innouanda: sed nisi illi fidelitati, sacramentum his præstarentur intra annũ & diẽ, *feudo* mulctabantur. De Capit. Conradi. Deinde exemplo iuris emphyteutici, laudimia ab emptore dari cœperunt, auctorem suum laudante: vti venditionalia, à venditore clientelam exuente. Ac postea nouo commento Redemptionalia transcripta sunt in leges Municipales. Ea nuncupantur Aureliorum Moribus, *Releuationes arbitrariæ*, luendis censualibus prædiis, quæ intra Vrbem ac suburbia situm habeant, quandocunque mutarint possessorem. Gallicè *releuoisons à plaisir*, quasi renouationes redemptionésque *feudariæ*, quæ pensitantur dominis solarij ob mutatum fundi proprietarium. Tit. *De releuoisons à plaisir.* A quibus haud discrepat Blesorum patribus Ritus. Artic. 109. Quo ritu, ex plebeiis Vrbis ædibus recto Domino penduntur *Releuia*, titulò census, *à cher pris* vulgò Dicti. Cæteroquin feudalia sola beneficia huic redemptionis oneri subiiciuntur. Vnde Karolus. 9. annua æris pensitatione commutauit Dominicum ius suum τῶν Ἀναγκίων seu *Releuij* in vrbanas Aureliæ domos ac suburbanas. Codicillis Septemb. Mens. 1572.

Longobardo Iure vasallus paganus annum & diem habebat ad petendam antiquæ inuestituræ renouationem Cap. Imperialem 3. Præterea De prohib feud alien per Frid. Sed militi indulgebatur dilatio anni & mensis. Cap. 1. Quo temp. milit.

An dominus in anno Rachatus possit expellere colonum? Non posse, summis rationibus tenet Pontanus In Comment Blesensis Cõsuet. Tit. 6. Art. 78. Idem nostra Consuet. cautum §. 122. Sed antiqua Iurisprudentia Franciæ fuit in contrarium. hoc modo. *Le seigneur de fief prenant le rachapt dois entretenir la ferme à moeson, si ferme y a: Combien que, s'il luy plesoit, il pourroit à mestié au moissonier sur le champ, ou il pourroit tout prendre en rendant au moissonier ses gerbes & semences.* Ex lib. manuscripto, *Pour monstrer & aprendre à un chacun quel ordre de proceder est en cour laye, &c.* Nos de eo plenius in d. §. 122.

Patentes literæ in Parlam verificatæ die. 7. Mart. 1573 remissionis perpetuæ *dos*

Releuaisons à plaisir deues au Roy sur les maisons de la ville & fauxbourgs d'Orleans, à la charge du cens qui seroit nouuellement imposé, & des lods en cas de vente.

Arestum Curiæ Paris die 23. Ianuar. An. 1599 in 1. Camera Inquestarũ pro Iac. *de Bez* tutore liberorum Claudii *du Pré* damnati Maiestatis, *appellans du Bailly de Forests, contre le Sieur de Chemeteres intimé. Qui demandoit les Mlods ou Rachapt pour la remise faite par le Roy aux enfans des biens paternels confisquez.*

quos Senatoria Curia publicari iussit Nonis Mart. posteri Anni. Displicuit insuper Lutetianis PATRIBVS Dominica redemptionalium petitio, ex Regia in liberos damnati perduellis donatione seu restitutione bonorum Fisco commissorum Decreto in prima classe Inquisitionum Curiæ, 10. Kal. Februar. An. 1599. ad prouocationem ex Foresia prouincia: quam interposuerat tutor liberorum Claudij Prati, aduersus Iacobum *de Myolans*, Dominum superiorem. Eius quippe narrator controuersiæ in Senatu Iac. Riuerius gener meus consuluit alias sui Ordinis Decurias, quæ in vnam pro liberis sententiam omnes coiêre. Iuxta æquissimam Boërij præsidis Decisionem Burdigalen. 279. post Philip. Probi Additionem, in Cap. 1. De restit. in integ. Lib. 6. Eòque spectant à Nobis tradita Lib. 1. FISCALIS PATRIMONII Gallorum, Tit. 8. Quæro nunc, patrona in *feudarij* agri possessionem iit, tanquam, mortuo proprietario, vacui, & iustis caducariis obnoxij, quæ *Releuia* appellamus. Sed publicæ huic possessioni intercedit vidua mulier, mordicúsque defendit, suum esse illum ac dotalem, non mariti fundum. Nuptialibus enim tabulis conuentum fuisse, vt qui doti adscribebantur nummi, in comparationem prædiorum, prædiáque ipsa in formam vxorij patrimonij conuerterentur. Hinc latifundium, quod prima statim emptione in matrimonio partum sit, dotale existere, & vxoris proprium, non mariti. Quippe quùm viuus iste coniunx postmodùm scripto professus sit, agrum se dotali ære comparasse. Ad ea, replicat patrona, emptionis chartula non cauisse virum, qua ex pecunia res prædiarias sibi vxoríve mercaretur. Inde igitur rectis dominis iure quæsito, posteriorem mariti professionem contestationémque iis non nocere: præsertim vxoris gratia factam, cui maritus donare prohibeatur in fraudem creditorum. PATRES causam vtrinque auditam miserunt in consilium. 6. Kal. Octob. An. 1569. Fonteneo, pro Anna Bailleta, & Thorodeo, pro vidua illa dicentibus. Vltimo dehinc iudicio patronam obtinuisse accepimus, quòd in contrahenda emptione ipsa maritus disertè non adiecisset, dotales se nummos eam in acquisitionem fundi conferre, prout facturum se receperat nuptialibus Instrumentis.

. Iudicatum est die 21. Mart. 1578. in 3. Camera Inquestarum Curiæ inter Nic. *Ransoni*, & Ianam *Leuergeur* viduam Karoli *de Frenel*, quòd prima inter coniuges acquisitio non censetur fundus dotalis vxoris, licet dotalibus nummis partus qui in emptionem fundi pro vxore conferendi erant ex pacto nuptiali, nisi in emendo maritus id expressè declararit: Qui ideo remanet adhuc pro dote obligatus. Dn. Courtino relatore.

Die. 26. Septemb. 1569.

INCVRRIT & alia de *Releuiis* inspectio, eáne patronus rectè pe- 18.
tat à fœmina, cui nuptæ communis quidem hæreditas, sed viduæ diuisim fundus obuenerit clientelaris, fraterna partitione familiæ. Credas forsan, Redemptionalia hoc casu patrono deberi. Semel enim initam à muliere cum cohæredibus bonorum diuisionem tacitè retroagi, ferríque retrorsum ad diem delatæ primùm hæreditatis. Quoniam igitur medio tempore filia conuenit in manum viri, & dominum Æneam in regna recepit (vt ait ille) maritus fingitur hæreditarij prædij dominus extitisse, hincque *feudum* ilico luendum: quasi semel è familia defuncti in exteram peruenerit. Contrà, disseret mulier, nostratium Legum interpretem Curiam iudi-

Hæres collateralis redimit fundum vi pacti de redimendo à venditore defuncto reseruati. An debeat rachatum domino directo, quasi fundus, vel actio ipsius reuocatoria, fuerit in bonis defuncti tempore mortis? *Il est den rachapt* pro rata *de la plusvalue du fons plus que ne pezoit lad faculte. i. le remboursement du premier pris du contract, duquel pris*

casse,

Digitized by Google

caſſe, nullum tenuati *feudi* præmium domino pendendum ob ſolas filiæ nuptias, cui obtigiſſet cum aliis hæreditas indiuiſáque ipſius iura, ſed ex quo tantum beneficiarius ager diuiſione ipſi ſortéque eſſet addictus. S. Conſulto in 4. claſſe Inquiſitionum Curiæ. 8. Idus Apriles An. 1574. poſt confuſas Pragmaticõ teſtationes, quibus probandum obſcurum Cenomanæ vſum Conſuetudinis interlocuti fuerant PATRES. Dn. Bragelonio huius litis enarratore inter Ianam *de la Rouſſardiere* hinc, & Balduinum *du Bouchet* inde, contendentes. Ex quo probabiliter dicatur, redemptionalium debitricem non eſſe mulierem, quæ, diſtracto duntaxat matrimonio, diuiſum cum fratribus *feudum* ſortita ſit hæreditarium. Nam ita demum locus fit Dominico huic emolumento Legibus patriis, ſi fœmina cliens connubio iuncta reperiatur. 7. §. 87. Maritum enim, Francico ritu defungi oportet clientelaribus obſequiis, & iuſta Dominica perſoluere, Fab. in §. fuerat Inſtit. De Action. Verſ. ſed quid dices. Cenobij paritet, aut Collegij ſacri Magiſter ſi non luerit pro tempore feudale beneficium, Vix eſt, vt ſucceſſor in ſacerdotium illud, exoluere cogatur præteritorum annorum Redemptionalia deſidi præſertim ac iuris ſui antea contemptori patrono. Quippe cui debitum, à temporariis ſingulatim feudi poſſeſſoribus Eccleſiaſticis, fuerit exigendum, quaſi fructuum onus. §. 110. 112. Andeg. Leg. Quibus adiiciet loquax muliercula, (more ſexui vſitato) partitionem hæreditatis tum quidem retroagi ad tempus delatæ eiuſdem, ſi ſoror interim cum fratribus poſſederit pro indiuiſo. Vt notat Põponius lib. 35. ad Q. Mutium. l. duo fratres De acquir. hæred. Alioquin licet hæredum quiſque Gallicis Legibus habeatur pro poſſeſſore intra annum obitus demortui: hæc tamen fictitia ac ciuilis poſſeſſio tollitur, expugnaturque naturali contraria. Atqui frater commune *feudum* vi occupauit, ſolidóque viuus eo potitus eſt: donec ſoror, merũ depoſito fraterna morte, filium fratris conuenerit iudicio diuidundæ hæreditatis. Andegaua rurſus, ac Cenomana Conſuet. clientis fœminæ virum conſtituit debitorem Redemptionalium, non fœminam ipſam. Quare de ſeipſo patronus quæri debet, ſuæque ignauiæ expenſum ferre, quòd tandiu commodi huius beneficiarij exactionem moratus ſit, vel cohæredes omnes non vrſerit ad beneficium partiundum: ne de ſuo iure ſemper incertus ſuſpenſúſque animo teneretur. Tandem fœmina iudicio victrix euaſit contra patronum, in Iuridicis Vindocini conuentibus, quos vocant, *Les grands Iours de Vendomois*. Ac deinceps Summam Curiam appellante patrono, Nos conſulenti fœminæ reſpondimus, iuſtè pronunciatum videri. Extat hæc etiamdum in Senatu controuerſia Rolandæ *Lenaſſeur*, ſororis defuncti Dn. *De Coignées*, in Vindocinenſi regiuncula, aduerſus patronum dom. *De Fontaines*. An. 1578. Ac omnino quidem publicè expediret, patronos, clientelaris fundi prouentus haud carpere ita libeté, prætextu *Releuiorum*, ſed hæc potiùs nummaria quadam iugerum agri æſti-

le ſeigneur auoit ja receu les quints. Fit ita Togati plures conſuluimus.

Decretum Senatus die 6. April. 1574. Rachatum domino non deberi ex fundo hæreditario plurium filiorum, vel pro parte quidem coheredis hinc nuptæ, quoad dimidij placito compertum ſit, vinculo feudum, an muliebre ſit permanſurum.

Nouus quiſque Abbas Prior, aut Decanus Eccleſiæ debet Rachatum domino feudi, ex morte vltimi poſſeſſoris.

Stipendia, tributa, indictiones temporariæ, aliaque huiuſmodi impendia fructuum onera ſunt & à fructuarijs penſitanda l. 7. §. pendentes. 6. l. vſufructu relicto. ff. De vſufr. l. 13. ff. De impenſis in res dot.

Iudicatum eſt die 24. Auguſt. An. 1577. in Camera inquæſtarum Curiæ, relatore Dn. *Vaſſeur* pro N. Forino, contra N. Boiſſeau & *Boiſſeau* fermier du Domaine *Vendoſmois*, qui *le ſeigneur ne ſ'aſſure prend le reuenu de la premiere année pour ſon rachapt, il ne pourra prendre à ſon plaiſir aucune des années ſuyuantes, ains aura ſeulement l'eſtimation de la.* an-

nee premiere du reuenu comme courant en rachapt, & nè enfruict de pure perte à faute d'estre allé offrir.

matione dissolui. Quemadmodùm Moribus prouisum fuit in Neustria,& Castronouo Timerensi apud Vnellos, vt pro anno caducario certa solùm pecuniæ summa patrono à cliente erogetur. §. 152. & seqq.10.Norman. Legis,10.11.12.Castronouanæ.

De hoc vide Molinæi quæstionem & resolutionem, in l. 33 Parisien. Consuet. De feudis, in Glos. 1 In vers. *la reuenue du fief d'vn an.*

ECQVID autem de coniuge à viro separata censu, cui *feudum* hæ- 19
reditate obuenit, lueréne istud à patrono compelletur? Non cogendam fortè existimes, quùm separatione bonorum ipsa sibi vxor acquirat in posterum,non marito, & causas suas iudicio persequi sola possit, nec auctore quidem illo. Sicuti Lege. xii. Tabul. si vir cum muliere diuortium fecerit, mulier suas res sibi habeto, ei vir claues adimito. Apud M. Tullium Philipica. 2. Hodie quoque in Patria Iuris, vbi nulla est fortunarum inter coniuges statuta societas, maritus non, nisi vxorio permissu, administrat bona paraferna. l. hac lege Et l. vlt. C. de Pact.conuen. In contrarium verò dicetur, rerum communicatione soluta, haud ideò solutam fuisse coniugem lege potestateque mariti, sed ipsius, vt antea vxorem permanere. Eapropter nil proponi, quò minùs redemptionalia ob feudum vxorium maritus, qui nouus possessor semel factus sit, iustè dependat domino superiori. Denique ita pronunciatum fuit ex minùs probabili specie facti. In Parlam. Pentecostes. An. 1270. hac verborum conceptione, Gilo de Meloduno duxit in vxorem Ioannem dictam *la cource de Mensaraſco* viduam, & durante matrimonio inter ipsos per. 8. vel. 7. annos, vel circiter, separati fuerunt per Ecclesiam. Prædicta Ioanna accessit ad dominos suos, videlicet Almaricum dictum Riole de Melenco, & Galterum de Strecellis milites, & requisiuit eos, vt ipsa faceret sibi homagium de sua propria hæreditate. Dicti domini noluerunt eam recipere in homagium, quia volebant quòd faceret homagium,& solueret rachatum per Consuetudinem Patriæ. Dicta domina respondit ad hoc,quòd ipsa debet morari in statu, in quo erat, antequam dictus Gilo ipsam duxisset in vxorem, & proposuit quòd talis causa,vel consimilis,multoties in partibus illis euenerat, & quòd nunquam rachatum inde petitum fuerat, vel solutum. Per inquestã super præmissis factam determinatum est,quòd dicta domina tenetur ad rachatum. Ex vetustiss. Regesto Curiæ,fol.5.

Si pacto nuptiali cautum sit, alterum coniugum ab altero contracta priùs debita soluere non teneri, & maritus postea geminum Releuium ex feudis vxoris domino pensitet, ex paterno nempe & fraterno vxori delatis hæreditario iure, solutúmne poterit condicere ab vxore? Quoad fraterni feudi releuium, repetitioni locus est: quia & alioqui innupta hoc ipsum debuisset. At paterni feudi rachatum minimè reposcet vir à coniuge. *Car il le doit payer nonobstant la clause du mariage. Veu que la femme n'eust esté tenue aud. rachapt, si elle n'eust esté mariée, & sinon par le mariage.*

Voyez ce qui est escript sur ce page 38. lib.2. de Feud. Andegauis.

Item s'asseoir si le don fait par l'ayeul au fils de son fils aisné est sujet à droit de relief feodal. Car jaçoit qu'en succession d'ayeul lon ne puisse doiue rachapt, Art.84. de la Coust. d'Anjou. Toutesfois secus videtur in donatione auita erga nepotem, vengue, hoc casu nepos immediate capit ab auo, non mediatè, comme il aduiendroit, en ladicte succession d'ayeul, per necessariam representationem patris Sicuti ergo filius vel filia donatarij d'vn fief ne doiuent relief au Seigneur. Art. 96. de la Coustume d'Anjou. Idem videtur in donatione directò facta nepoti en la n'a besoin de moyen ains de representation, comme il auroit s'il venoit per successionem intestati Lequel cas de rachapt est succession directe par moyens, estant odieux & exorbitant in suo casu restringitur, nec ad directam donationem extenditur.

Coniugum viduus in commune patris omnibus fruitur, horum tamen si media solùm parte dominus sit. Andeg. More § 283.

PERGAMVS iam ad viduas mulieres, quæ communibus re- 20.
rum soli quæstibus Lege potiantur. Nouusne ipsarum maritus cogetur à patrono luere solidum clientelæ fundum, priori in connubio partum? Offert ille quidem recto domino redemptionis pretium dimidiæ portionis, quæ vxori proprietate competat: reliqua verò ex parte fructuaria, negat quicquam deberi, quùm solius mutatione domini proprietatis, non fructuarij, Redemptionalia patrono tribuantur. Art.316.317. Andeg. Consuet. Subrexit his, quæsitorum vsum-

fructum,

Digitized by Google

fructum, repetito à vidua coniugio, ſubinde extingui. i. §. 183. (cum Cæſarea Conſtitut. Si ſecun. nupſ. mul.) Ideóque lucre ſe non compellendum, quod minimè poſſideat, poſſidereve queat. Ediuersò autem, conflictans patronus differit, viduam coniugem, quæ totius prædij communis nomine, capax fiat iurandæ ſibi fidelitatis apud Andes, in totum pariter debitis ex prædio Honorariis commodis obſtringi. i. art. 99. 101. & 294. Ad ea replicat maritus, fructuarium quemuis, nullatenus præſtando hominio eſſe idoneum. i. §. 125. Quod verò de communibus fundis aliter ſtatutum videatur patrio More. 3. rolato, id ciuili quadam æquitatis ratione ſpecialiter receptum, vt ab promiſcua indiuiſáque vniuerſi poſſeſſione penes coniugum ſuperſtitem, hic vniuerſim quoque & indiuiſum iuret in verba patroni, nec ſuo tantùm, ſed vicario ſimul domini proprietatis nomine, cuius in rem viceſque, procuratoriam hac parte operam ſubeat. Vti eleganter Pariſiorum Moribus explanatur. §. 2. Et Vlpiani reſponſo, in l. 1. §. vlt. ff. De nou. oper. nunc. Neque his propterea conſequens eſt, vſufructuarium, qui alienam clientelaris officij functionem obeat, eatenus fundi Redemptioni priuatim deuinctum manere. l. Plautius. ff. De Procur. l. ſi ſe non obtulit procurator. ff. de re iudic. Tametſi enim noſtræ Lex Prouinciæ, quæ fidei ſacramento viduam alligat, de *Releuio* ſimul in eam ſanxerit ſecundò nubentem. d. §. 99. Hoc prudenter benignèque interpretandum de muliebri purè vel patrimonio, vel quæſtuum portione immobilium, quæque pleno dominio ad viduam coniugem ſpectet: vt inſulſæ abſonæque explicationi Legis occurratur. Alioquin rectus dominus, qui pro ſuo iure caducario in beneficiarios fundos manum inuehit, iiſque fruitur anno, (i. §. 108. 113.) multum adferret incommodi proprietatis ex alieno fructuarij facto ſeu matrimonio. Iniquùm autè fuerit, alterius culpa vel cauſa, alteri damnum infligi. Vnde nec, feudalis clientis beneficio vacante, ideirco vacat ſubclientis latifundium, qui ſuo antea in patronum munere perfunctus ſit. i. art. 123. Apud Vnellos haud ita, quorum More, ſubbeneficiarius quilibet ſexagenis aſſibus æſtimatur, in nummaria vacui Beneficij redemptione compuranda, ineundáque *τῆς Λύσεως ſuæ æſtimatione artic. 62.

Mariti autem patrimonia, quels vidua fruitur iure doarij, ſi pendente eo, incidat in Rachatum feudalem matrimonio hæredis, iſte Doariam indemnem præſtare debet: Cæteroquin dominus feudi rachatum percipiet ſolo doarij periculo ac detrimento §. 316. & 317. Andeg. Leg.

Des Arrierenaſſaux, quiſont en foy, le Fief n'eſt expleictable, que le plain Fief du vaſſal ouuert. Perticenſis Conſuetudo.

*Releuij ſeu rachatus.

21 RVRSVS, in eodem Redemptionalium tractatu, ambigi poterit, nûm reſciſſa feudi venditione (ex l. 2. C. de reſc. vend.) in emptoris filias hæredes, quæ rem iuſti pretij ſupplemento retinuêre, ſolidum debeatur ipſarum nuptiis *Releuium* patrono, an prò rata duntaxat conuenti pretij portione. Mea fert opinio, feudi redemptionem, ex pacta ſorte pretij: laudatiuum, ex reliqua, priori adiecta, à clientibus agnoſcendum, penſitandum. Quamquam enim legitimi pretij additamento, contracta priùs emptio, retrò firma ratáque habeatur. Tamen intuitu tertij, cui ab variis hiſce actibus varia parantur iura, idem diſtinctos ſigillatim producunt effectus. Nam quatenus emptio manet ſuo conuenta pretio, eatenus vim exerit ſuam, vt emptore partim

Nouatione contractus ex varietate pretij, variantur etiam ac diſtinguuntur vtilia iura domini feudi.

domino facto, luendum quoque sit partim ab eius hæredibus feudale beneficium. Quatenus autèm nouata est fundi acquisitio illa priuata, grandioris auctario summæ, tùm noua celebrata emptio existimatur: Cuius ideo pro summæ modulo, laudimia sunt patrono exoluenda. l. Iuris gentium §. adeo. ff. De pact. l. 2. ff. De rescind. vend. Id quod alio Opere multis I. Coss. Responsis adstruximus. Duriuscula insuper censebitur forsan *feudi* Redemptio, à nobili patre donati secundogenito, licet exhæredi, Andium Lege, scripto, summotóque paterna fundorum hæreditate perpetua. §. 97. 226. 228. Atquin Regula Iuris est *Consuetudinarij*, munificè collata in extraneum, alium vè, quàm præsumptum hæredem, Dominicis redemptionalibus teneri. Vidonis Papij Decis. Delphin. 48. Post. Petr. Heliam, De iure emphyt. Cum Molinei Notis ad §. 22. antiquæ Consuet. Parisien. Quo etiam argumento, Carnutum Suppræfectus patronis addicere solet Honoraria isthæc commoda ex paterno feudalis patrimonij munere in filium secundis nuptiis procreatum: cui, ab prioribus, consanguinea soror alioqui in res donatas fuisset intestatò successura ex aste. §. 97. Carnutens. Morum. Sententia. 6. Kalend. Quintiles An. 1596. pro Ludouico *d'Angennes*, Barone Mellayo, aduersus Damianum *le Templeux*, tutorem priuignorum suorum. Abs qua Sententia reo Curiam Paris. prouocante, nondùm, quod sciam, iudicio decisa prouocatio est. Vltimum restat colonorum Dominici prædij certamen, de inferioris fructibus eiusmodi caducariis. Vtputà, Andegauus pater natalibus illustris testamento dat legat iuniori filio trientem fortunarum suarum. Quinquennio pòst, sublato è viuis testatore, familia à liberis consensu herciscitur, placitóque diuisionis, obtigit legatario insigne latifundium, quo superius, conductione tenebat Iunius Cerealis. Hic proinde feudi Redemptionem vrget in nouum possessorem. At colonus antiquior causæ intercedens, acriter contendit, Dominicam hanc obuentionem sibi addicendam, perpensa eius diuisionis causa primaria, seu legato quotæ bonorum, quam pater minori natu filio liberaliter erogarit. Ea quippe non relicta, secundonatus ne hilum quidem ex paternis facultatibus nexu mancipioque consecutus fuisset: Quasi fraterna hæreditarij Assis distributio, paterni iudicij minister & executrix, retrò feratur ad tabulas testamenti paterni. Argum. l. hæredes palam. §. 1. ff. De testam. l. vnum ex familia. §. 1. ff. De leg. 2. Probabiliùs tamen, iusta Dominica posteriori colono adiudicentur, quàm anteriori: quùm paterna testatio, ad extremum vitæ spiritum vsque reuocabilis, certum filio pusúmque ius non tribuerit in clientelæ prædium, donec ipsummet patris hæredes vltrò fratri transcripserint. Propone nunc clientis obitu caducarium anni reditum priori conductori iustè cedere, quasi iam tùm pure quæsitum. Rogo, nûm, triennè pòst silentium, Dominico procuratore *feudum* pignerante, secundus conductor

Lib. 1. domanij Francici, Tit. 3. artic. 6.

Rachaft feodal des pour don paternel du fuisnuoble.

Feudalis hæredia, Carnuten. Lege, obueniunt liberis primi matrimonij, ex eiusue à tenx du secondlict.

Die 16. Iun. 1596.

Du Droict de Relief.

Alias similes, inter colonos diuersorum temporum, controuersias tractauimus, 1. cap. 50 art. vlt. Et. lib. 2. Tit. De Redemptional feudi art. 1. Ac Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 3. art. 7.

ductor ſuos faciat fructus, prehenſionis fundi ſequaces nomine pœnæ, an & honorarium *Releuij* compendium. Sanè expeditum eſt, antiquo colono Redemptionalia competere, ipſo ab interitu beneficiarij poſſeſſoris. Art. 111. & 115. Andeg. Conſuet. Sed pœnales fundi prouentus, qui ex recenti in eum Dominicæ manus iniectione transferuntur ad rectum dominum, haud malè vindicantur huius colono ſecundo. Quippe quùm arctiùs ſumendæ pœnæ ſint, cauſæque pœnales vix ad præteritum illius mortis diem retroducantur, nec talem fauorabilis Iuris fictionem admittant quæ ſunt odioſa. l. interpretatione legum. π. De pœn. l. factum. §. in pœnalibus De reg. iur. l. cùm quidam De lib. & poſth. Controuerſa demum fuit Dominica redimendi *feudi* obuentio clientulæ, ab vario Pacti nuptialis die, & nuptiarum ipſarum. Nam quo tempore ſcripta dotis Conuentio eſt, futuráſque propter nuptias donatio, patronus ſuo inhærebat prædio ſuperiori: Sed pridie celebrati connubij Eccleſiaſtico ritu, locauit ille fundum dominantem, paulo priùs quàm cliens fœmina in domum viri traduceretur. Vtrinàm, quæſo, ritè vindicentur iuſta caducaria ex re clientelæ, patrononè, an eius colono? Illius quidem partes iuuat tritum Legis axioma, contractui adhibitam conditionem, quæ poſtmodùm expleta ſit, ad diem contractus retroagi, in alterius quoque diſpendium. l. potior. l. qui balneum D. Qui potior in pign. Aſt pro colono ſpecialiùs preſſiúſque depugnat connubialis hæc Regula Iuris, vim efficaciámque Pactorum dotalium, queîs tacita ſubeſt nuptiarum conditio, inchoari ab ipſo duntaxat nuptiali die ſolenni. l. tali ſtipulatione. π. De Iur. dot. l. ſancimus Cod. De nupt. Ideóque, nondum celebrato publicè coniugio, rata eſt ſponſorum conuentio quæque, aut donatio quaſi extraneorum. l. Seia Sempronio. §. vlt l. ſi inter extraneos l. inter eos. π. De donat. int. vir. l. quoties D. ſolut. matrim. Verſ. planè ſi ante nuptias dotem dederit, poterit ex interuallo, ante nuptias tamen, &c. Quùm igitur nondùm, ante ſolennem ſponſorum coniunctionem, mutatus ſit *feudi* poſſeſſor, vírque rei vxoriæ poſſeſſionem nactus, Vix eſt, vt Municipalis Conſtitutio luendi feudalis beneficij, quæ ſtrictum ius complectitur, fictè ciuiliterque retrorſum trahat nuptialis conditionis euentum ad diem pacti conuenti de dote futura. l. 3. §. hæc verba. π. De neg. geſt. l. vlt. Cod. De his qui ven. ætat.

Feudi fructus regulariter non lucrifacit Dominus *en pure perte du vaſſal*, niſi à die ſaiſiti realiter feudi à d domino Sed nec talis prehenſio feudi, vltra tres annos pœnale fructuum lucrũ acquirit domino, niſi renouata fuiſſet intra quodlibet triennium. Areſto Curiæ in 1. Camera Inqueſtarum, die 19. Ian. 1599. inter Carol. *de Halleuyn*, Dn *de Pienes*, & Ludouic. *de Martin ville*, Dn *de Bullion*, litis relatore, *pour le fief d'Aumont ſit au Baillage de Senlis*. Huius licet lege Municipii, *les ſaiſies feodales ne ſoyans limitees à 3. ans, comme à Paris, & Orleans.*

Nuptiales bonorum conuentiones habẽt tacitam conditionẽ, ſi nuptiæ ſequantur.

Statuta ſunt ſtricti Iuris, nec fictionem recipiunt, ſed naturaliter propriè q; ſolùm intelliguntur.

Digitized by Google

Cap. 5.

Le subiect acquereur doit exhiber l'original de son Contract d'acqueſt au ſeigneur de fief, ou à ſes Officiers tenans ſa Iuriſdiction. Mais en laiſſant & baillant à ſes deſpens la coppie collationnee à l'Original: iceluy original luy doit eſtre rendu.

SERVIENTIS FVNDI EMPTOREM OPORTET EDERE AVTOGRAPHVM EXEMPLAR ACQVISITIONIS IPSIVS DOMINO FEVDI, EIVSVE MAGISTRATIBVS DOMINICAM EXERCENTIBVS IVRISDICTIONEM. HARVM TAMEN LITERARVM EXEMPLO, DESCRIPTO RECOGNITOQVE SVBDITI IMPENDIIS, EOQVE PENES PATRONVM RELICTO, ILLI REDDENDVM EST AVTHENTICVM INSTRVMENTVM, SEV ARCHETYPVM. 1.

Cedò, licebítne patrono, tabulas authenticas retinere, tanquam debitorum laudimiorum pignus, inuito cliente? Patroni intentionem iuuat iſthîc ius hypothecæ in fundum inferiorem pro iuſtis Dominicis lege præſtitutum. j. §. 159. & 162. Ergo & in fundi inſtrumenta cautionéſve, quæ partes eiuſdem exiſtimantur. l. 1. Cod. De donat. Item per priuatum famulitium dominus poteſt beneficiario prædio incumbere, aut per viatorem publicum: donec ipſi laudimia prædij emptor dependerit. Cap. 158. 391. 416. 417. Andeg. Conſuet. Quantò firmiùs tabularum prehenſioni retentioníque locus eſſe videatur? Atque adeò in hanc ſententiam propenſiores ſunt neoterici Conſuetudinum Scholiaſtæ. Sed alſud probandum apud Andes meo iudicio: quùm patrono vtique ſufficere debeat, vnà cum archetypi literarum editione, deſcriptum Inſtrumentum, collatum, & recognitum: quod ei relinqui debet à ſubdito patriis Moribus, perpetuò manſurum penes dominum iſtum ſuperiorem. Vt hîc, & i. §. 391. Porro ſi ſubditus acquiſitum à ſe fundum inficietur, ſacramento purgare ſe tenetur apud Iudicem, inſtante patrono, qui illum in ius vocarit, vt emptionis indices & literas exhibeat. Non enim iudicio ſtatim abſoluendus eſt reus, quòd contraxiſſe ſe abnegarit, ideóque actori documenta rerum edere non cogatur. At Senatus in pari controuerſia decreuit ad prouocationem à Bleſenſi Suppræfecto, Florentem Sanſonem eiurare debere quod exhibēdum petitur, iuréque iurando emptionis fidem facere, quam ab eo initam emptionem proponebant Cœnobiarcha, alumníque Cœnobij *de Pontleuoy*, petitores. Curiæ placito poſtridie Nonas Quintiles An. 1538. Trouillardo, Monachorum appellantium: & Courtino, Sanſonis cauſam agentibus.

Vaſalli feudum *exploictable par les mains du ſeigneur ſaiſiſſant, ou des Commiſſaires eſtablis.*

De his Molin in Conſuet. Pariſ. Tit. 1. *De cenſive.*

Domino directo poteſt fieri inſtrumentorum editio, etiam extra ius: ſed eius Officiariis, niſi in iure, non poteſt. Quò alludit Cenom. mos. §. 419 quem ſuprà citauimus Art. 391. verſ. *inſques à ce qu'il ait exhibé ſes contracts, & baillé la coppie collationee deuement à l'original au deſpens dud. ſubiect, ſi le ſubiect ne luy veuloit laiſſer ſondit contract original.*

Decretum Curiæ die 8. Iulij 1538.

RECTE ſtatutum eſt Andenſi conſuetudine, poſſeſſoris ſumptu edunda domino feudi deſcribendáque Inſtrumenta acquiſitionis. Nam honoraria patrono iura officiáque præſtari debent impendio liberti, clientis, poſſeſſoríſque recto domino obnoxij. Vt Cœlius Sabinus 2.

Areſtum palam recitatum à Ch. Thuano ſummo Præſide Die. 23. Decemb. 1578. *contre quelques ſubiects du pays de Laonnois en Vermādois, deſquels les*

Digitized by Google

Sabinus ad edictum Prætoris vrbani Libro 5. refert, & Nos latiùs excuſſimus Libro primo De Priuileg. ruſticor. Cap. 7. Atque ita deinde S. C. ſolenni pronuntiatum eſt Diebus Chriſti Nataliciis An. 1578. At Saxonas contrario Iure teneri conſtat, Vaſallóſque inibi Dominico ſumptu ſeruire. Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 64.

corvees deuës à leurs ſeigneurs furent ordonnees eſtre faites aux deſpens de ſa. ſuiectis, & qu'en les faiſant ils ſeroient tenus ſe nourrir. Toutesfois par ſentence des Requeſtes du Palais, du dernier Aouſt 1604.

Gabrielle des Eſſarts, tutrice de ſes enfans, dame de Mere & de Lesbaupinaye en Poictou, a obtenu contre ſes ſubiects, des charrois, & corvees, qu'en nourriſſant par elle leurs perſonnes, le iour deſdits charrois & corvees, ils ſeroient tenus vniour chacune ſepmaine, tel qu'elle ſeroit publier au proſne du Dimanche, venir auec leurs bœufs & charrette, faire led. charroy à ſon lieu de Mere, ou de Lesbaupinaye: de laquelle ſentence y a grief, en ce que les tiltres anciens, dient la corvee à toutes ſemonces, mais non pas chaque ſe, maine. Quod arbitrio boni viri mitius & ciuili modo determinandum eſt l. ſi cui ſimplici D. de ſeruitut. *Item en ce que on les charge d'aller faire led. ſeruitute au lieu de Lesbaupinaye, veu que c'eſt au lieu de Mere que led. ſeruitute a eſte autres fois conſtituee.* Et ſic ad alium locum deſtinari & exerceri ſeruitus inuitis illis non poteſt l. Non modus C. de ſeruit. & aq. l. penult §. fru & leg. fin. D de vſu & habit *Item de ce qu'il n'eſt point dit que leſdits bœufs & cheuaux ſeront auſſi bien nourris par ladite Dame, comme les hommes, veu que* talia aratoria inſtrumenta animata, ſunt priuilegiata Authen. vt boues aratorij.

Secundùm verò noſtratem illum Morem, oportet vectigalis agri poſſeſſores dominum adire, & Dominicas in ædes ſua impenſa vectigal quotannis perferre, ſeu ſolarium, *le Cens ou deuoir ſeigneurial*. Nec enim iſtud æs alienum vulgare eſt, puréque nummarium: ſed admixtam habet ſubditi in dominum obſeruantiam, quaſi honorariæ ſubiectionis ſymbolum. Bal. ad l. vlt. C. De condit. inſer. Secus in alio quouis reditu annuo. Bart. in l. item illa. ff. De conſtitut. pec. Vel ſi diuerſum peculiari Regionis more ſanciatur. Vtpote Aurelianenſi. §. 131. 133. Carnutenſi §. 111. Bleſenſi. §. 109. 113. 114. quibus ſolarium quoddam poſtulabile eſſe cauetur nuncupatim. Ad hæc, communibus impenſis patroni & ſubditi ineunda eſt empti prædij æſtimatio, quod in plurimum clientela poſitum ſit: vt pro rata fundi valoríſque ipſius portione, qui ſubiicitur alteri dominorum, laudimia exoluantur. Molin. in veterem Pariſiorum Conſuet. §. 55. Sed hoc ita, niſi contrarium dictarit patrius Mos ſingularis.

Hinc quotiès ſenſus annuus eſt poſtulabilis: *requerable, non rendable* ſiue pacto ſiue patria Conſuetudine, ſubditus mulctam non incurrit Conſuetudinariâ ob cenſum ſua die non ſolutum. Quia nec mora iſthic cõmiſſa eſt, antequam petatur. Molin in §. 111. Carnuten. Conſuet.

Glo. 5. Num. 17.

3. Qvòd ſi patronalis fundus in hac, clientelaris in illa Prouinciola ſitus allegetur, ac diuerſis vtraque Moribus vti, in *feudiſticis* præſertim oneribus, dubium eſt, vtrius legem Municipij hoc loco ſequi conueniat. Planè ſeruientis prædij conſuetudo obtinet eo caſu, non dominantis. Bald. in Tit. de Pace Conſtantiæ, Verſ. quia controuerſia. Vbi is cenſuit, Romanum Principem, qui Hetruſco homini Germanicam arcem conceſſerat, iuxta Germaniæ ciuiles Ritus videri conceſſiſſe. Idem Iuris Profeſſoribus aliis placuit, quos recenſuimus Lib. 2. de Moribus Pariſiorum. Hinc tamen excipitur limitanea Andium Pictonúmque regio, vernaculè ſic dicta. Inibi enim populares, quoad beneficiaria iura & onera, reguntur ſuperioris prædij legibus, non inferioris. Putà, ſi illud in Pictonibus ſitum ſit, iſtud apud Andes: tunc Pictonicam ſeruare Limitaneis neceſſe erit, non Andium conſuetudinem. Idque in Dominico retractu fundorum, donationibus, & aliis huiuſmodi rebus controuerſis ſolet cuſtodiri. Sed quoad forenſia Iudiciorum ſolennia, ius petitur ex Foro ab litigatore priùs occupato: vt ſi *Marchianorum* alter in alterum lege experiatur apud Pictauenſem iudicem, vterque litigator Pictonica formula diſciplináque Fori teneatur: Sinuerò apud Andegauum, Andegauo more.

Vaſalli feudum regitur Cõſuetudine ſui Territorij, non autẽ Conſuet. feudi dominantis.

Tit. 6. art. 16.

Marche cõmune d'Anion, & de Poictou.

Quatenus fori, in quo litigatur, mos ſpectandus ſit, expoſuimus Tract. præcedenti De commun. Gallic Conſuet. præcept Parte. 1.

Il y a pareillement entre le Duché & Comté de Bourgongne, certaines terres de ſurceance, à ſçauoir, les villages de

Digitized by Google

Hunc in modum teſtata eſt de vſu *Marchiæ communis* bina Practicorum turba, Pictauorum & Andegauen., ex præſcripto Senatus. Pridie Kal. Septemb. 4. Non. & Nonis Octob. an. 1566. Quùm Rogerius Senator in 2. claſſe Inquiſitionum Curiæ confuſa hęc teſtimonia turmatim audiret. Nam paulò antea CONSCRIPTI PATRES interlocuti erant, de peculiari Limitaneorum iſtorum conſuetudine decuriatim inquirendum. Decreto. 5. Idus April. 1566. eodem Rogerio litis expoſitore inter Decanum & collegium Canonicorum Monſtreubellei oppiduli, (qui à Salmurio Andium Suppræfecto prouocarant in Curiam) & Balduinum *de Goulaines*, aduerſarium. Longo tamen pòſt interuallo, Senatus videtur ex præoccupati Fori moribus ſummas definiiſſe taliũ Vicanorum controuerſias, nedũ Iudiciaria ordinandæ litis atque exercendæ Solennia. Facti ſpecies hæc erat. Iac. & Lud. Gourdonus egerũt Pro ſocio, in Vilhelm. Gourdonum, agnatum, coram Pictauenſi Iuridico. Reus ſcholaſtico fori Priuilegio reiicitur ad Andium proprætorem. Iſthîc tacitam bonorum ſocietatem coiri negat potuiſſe mutua opum communicatione diuturna, nec niſi diſertè pacto conuento. Iuxta municipalem Andium Conſtitutionem. §. 512. Actores, contrà, fundos, de quibus diſceptatio erat, in finibus Pictonum Andiúmque poſitos eſſe, & ideo ſectandas iam Pictonici tribunalis leges, in quo lis primùm inſtituta fuerit. Quibus Pictonum Legibus, tacitum inducitur bonorum conſortium longa communione commixtionéque fortunarum. art. 285. Priſcæ Conſuet. & 234. Nouellæ. Quocirca reus, licet fori tranſlatione ad Andegauos iudices ſuum ius tueretur, cauſa cecidit, ſocietatémque agnoſcere damnatus eſt. Decreto Senatus. 7. Kal. Sextiles an. 1578. Tudarto litis inſpectore in 2. Camera Inquiſitionum Curiæ. Nec diuerſum vtique iudicauit Senatoria Decuria in iuridicis Pictonum Conuentibus, adſtante me & audiente. 10. Kal. Octob. an. 1579. Quùm Lomedeus, appellantis: & Pommeraius, aduerſæ partis cauſam, de lineari retractu fundorum, peregiſſent. Sed ibidem mox accepi à primario Pictonum cauſidico, Rhedonenſem Britonum Curiam, in ſimili quæſtione Limitum Pictonibus & Armoricis communium, feciſſe S. Conſultum, rogatis ſententiam ſingulis Curiæ claſſibus, an. 1578. decreuiſſéque, præuentionem Fori valere duntaxat ad iudiciarias Formulas legéſque inſtruendæ litis, non verò decidendæ. In hac igitur rerum ambiguitate, procliuius eſt, à vulgata Iuris regula non diſcedere temerè, vt controuerſi Agri ſitum ſpectemus imprimis, ex eóque, agrariam propinquioris Municipij Legem: ſin minùs, dominantis prædij conſuetudinem. Qua hactenus vſos Vicanos *communis Marchiæ*, teſtatò relatum fuit an. 1566. Vt prædiximus. De iiſdem quoque *Marchianis*, Nos Libello ſuperiori, Parte. 1. Quæſt. 4. art. 9.

Vaunillari, Suancourt, Piſſelou, Rinaucourt, la Rue de la Fontaine Frãçoyſe, dite l'Anſmonerie, &c. pour raiſon deſquels, & de la proprieté d'iceux y eut cõmiſſion du Roy Charles VI. dés l'an 1391. pour faire enqueſte entre luy, & le Duc de Bourgõgne. Depuis, & en l'an 1448. le Roy Charles VII. decerna mandement à certains commiſſaires, pour vuider leurs differents, & adiuger leſdits villages à la part dud. Duché, ou Comté. Toutesfois ce fait eſtãt demeuré indecis, & indefiny, y a le Traicté de Cateau Cambreſis, du 3. Auril, 1559. par lequel il eſt porté, qu'il y aura des commis des deux coſtez des Rois, leſquels viſitãs les lieux, oyront les parties qui y auront intereſt, & feront egal departement deſdites terres deſuendes, pour mettre la moitié plus voiſine au Comté de Bourgongne, ſoubs l'obeiſſance du Roy d'Eſpagne, en ſon Comté de Bourgongne, & l'autre moitié d'icelle plus proche, & à propos, ſoubs l'obeiſſance du Roy de Frãce, ſans toutesfois aucune choſe determiner, ſinon apres auoir entendu l'intention deſdits Princes, & par l'ordonnance d'iceux. Ce qui eſt repeté à faire par le Traicté de Vervins, du 2. May 1598.

Baronatus *de Monſtreubellay*) ſeu Berlaij de Monſtrolio quondam) ſpectauit ad Vilhelmum Haricuriam, qui ibidem deceſſit an. 1487. relicta Yolantide Laualla vxore, omnium bonorum donataria, & Iana filia communi, ambobus ſuperſtite. Hinc filiæ maternus hæres Comes *de Laual* litigauit cum paterno hærede Franciſ. *d'Orleans* Comite de Dunois filio Mariç Haricuriæ, ſororis Vilhelmi. Vbi actor ille ſuccubuit poſſeſſorio Curiæ iudicio. 14. Auguſti 1497. *en la recreance*, & 2. Sept. 1546. *en la Maintenue*. Sed an. 1584. Laullus petitorio egit.

Decretũ Curiæ Britonicæ, *que la preuention de Iuriſdiction pour les terres de Marche commune de Bretaigne & de Poitou n'a effect, ſinon pour ſuiure la couſtume & ſtil du ſiege*, quoad ſolennia iudiciorum, *& non pas* quoad deciſoria litis.

Digitized by Google

Cap. 6.

Auſsi peuuent contraindre ceux, qui tiennent en leur Fief, à bailler par Declaration tous les heritages & rentes qu'ils tiennent nuëment, & declarer les deuoirs qu'ils leur en doyuent, ou à leur faire Monſtrée deſd. heritages, au choix dud. Seigneur. Et peuuent contraindre ceux qui tiennent d'eux à hommage, de bailler leur Aduen dans quarane iours apres l'hommage faict. Leſquels Adueuz & Declarations doyuent eſtre declaratifs & par le menu. Auſsi pourront contraindre les ſubiectz prochains & immediatz de leurs hommes de foy, à declarer en gros & non par le menu leurs obeiſſances de Fief par moyen. Mais des autres moyens plus loingtains, n'y doyuent eſtre contrainctz à faire telles Declarations & Obeiſſances à leur deſpens.

MINIMI IVRIDICI LICITE COMPELLVNT INFERIORVM FVNDORVM PROPRIETARIOS, ENVMERATIONEM IPSORVM SCRIPTO TRADERE, SIMVL ET ANNVORVM REDITVVM, QVOS POSSIDEANT SVBDITI, FEVDO ILLORVM PVRE OBNOXIOS. A QVIBVS PARITER COGVNTVR SVBDITI, SIGILLATIM EXPROMERE DOMINIS AB SE DEBITA VECTIGALIA, VEL, SI MALINT ILLI, REM PRÆSENTEM DEMONSTRARE, QVÆ TENEATVR BENEFICIARIA LEGE. RVRSVS CLIENTELARIS AGRI POSSESSORES VRGENTVR AD INSTRVMENTI CONFECTIONEM, QVO RERVM DINVMERATIO APPAREAT, INTRA QVADRAGESIMVM DIEM, EX QVO FIDEM IPSI DEDERINT DOMINO BENEFICII. CVIVSMODI RERVM CLIENTELARIVM CATALOGO, ALIARAMQVE PROFESSIONI CENSVALIVM ADSCRIBI OPORTET DESIGNARIQVE OMNIA MINVTATIM. PATRONI INSVPER IVS EST, SVBCLIENTIBVS SVIS IVBERE, GENERVTIM SVMMATIMQVE PROFITERI QVÆCVMQVE AB IPSIS DETINEANTVR, * ΜΕΣΩΣ BENEFICIARIA DOMINI ISTIVS SVPERIORIS. VLTERIVS VERÒ NON PROTENDITVR DOMINICA ISTHÆC PRERROGATIVA, NEQVE EÒ ADIGI POSSVNT SVBCLIENTES PRÆDICTIS INFERIORES, VT SVIS IMPENDIIS RERVM CATALOGVM DOMINO PORRIGANT.

* mediatè.

1. HOC priuatum non eſt, peculiaréque Andium Ius, ſed Feudiſticis Gallorum Moribus peruulgatum, vt ignobiles viri plebeios fundos cenſuali Forma deſcribant particulatim, quam domino præbeant ſuperiori: Beneficiarij autem poſſeſſores, terum clientelarium catalogum edant. Ex dictatis Bart. & Alexand. ad l. Titius. π. De Act. empt. Quinetiam beneficio mulctare ſubditum liceret, Angeli opinione, ſi cenſus & monumenta feudi proferre ſubdolè eunctaretur. Ad l. ſi in rem. ϖ. De rei vindic. Haud omnia certè latifundia tenentur clientelari lege, ſed cenſuali ſaltem pẽſitationi ſubduntur reliqua alia, pro variis Municipiorum Inſtitutis ciuilibus. Et hoc ip-

Sunt etiam Feuda ciuſmodi, *Fiefs ſubiects, Fiefs bourgeois, n'ayãs Iuſtice, vaſſaux, ny hommes.* Quętamẽ nobilia dicuntur, cõparatione cenſualiũ agrorum. Alia verò pure Nobilia, cũ dignitate Iuriſdictionis & vaſſallorũ Bald. in Conſil. 351. Lib. 1. Et in cap. 1. Quis dicat. Dux.

Cayer des articles de la Noblesse, aux Estats de Blois. Die 30. Ianuar. an. 1577.

sum in publicas Franciæ Constitutiones referri postulauit Equestris ordo Gallicus in Blesensi Conuentu. Libello Principi oblato 3. Kal. Febr. an. 1577. artic. 58. Vnde tamen eos Nobilitatis ipsa eximebat, qui speciali pacto Dominicæ immunitatis prædíti essent: Armoricos item ac Delphinates, quorum liberi agri immunésque haberentur, nisi contrarium appareret euidétibus rerum documentis. Alibi verò communiter in Gallia, obnoxij ac vectigales fundi perhibentur à Fabro. In Tit. de rer. diuis. apud Iustinianum.

Le menu cens, chief cēs, cens forlier, capital cens, cens direct, ou fons de terre, maximè distat, *du gros cens, surcens, croiss de cens, ou rente fonciere.* Prior enim est dominii directi Index, *portāt lods, ventes, gants, saisines, & amendes*: eúmq; Lugdunenses vocant *le seruis ou pension annuelle, perpetuelle, & la premiere charge du fés.* Posterior verò, *& le cens mort, ce n'est pas la directe & fons de terre, ains la seconde charge, appelle Censes bastardes, aux Ordonnan. du pays Mestin: cens truans, en Blesois: cens soc, en Auuergne.*

CENSVALIS igitur solarij agnitio professióque debetur Iuridico 2. *fundiario*, quem vocant, pertinétque ad *fundiariam* Iurisdictionem. Sic enim in veteri Codice manu scriptum est, patrio idiomate, *Iustice fonciere, est d'auoir Cens sur terre, qui est en la Seigneurie, qui est dict, chief Cens, ou menu Cens, de tournois ou de maille, ou de gros Cens, comme de 20. sols, ou de 30. sols. Mais non mie grosse rente, car elle n'est pas de telle nature. Car de Cens non paye, lon peut prendre amende selon la Coustume du lieu, & aussi du cens recele, retranche, retaille, ou destourne: Et de champ leue. 60. sols, & vng den. d'amende. Et peut tel Iusticier foncier auoir Sergens pour executer sur fons dessus sa terre, & y auoir Siege d'vne Forme ou d'vne Table pour recepuoir les Cens: Et peut bien auoir droict de Chantelage & de Rouage. Toutesfois Iustice fonciere de soy ne l'emporte pas: Et aussi tel a droict de Chantelage, qui ne l'a pas de Rouage. Et peut bien auoir ventes & saisines, mais non pas la cognoissance de Bournes arrachees, ou ostees, &c.* Tit. *De Iustice foncière & Seigneurs fonciers.* Libri sic inscripti, *Pour monstrer & apprendre à vng chascun, quel ordre de proceder est en Cour laye, &c.* Similiter in beneficiariis fundis, nouus cliens, antiquo patrono tenetur præbere clientelarium rerum catalogum. Secus in veteri clientulo erga nouum dominum prædij superioris, cui non aliud ab illo præstandum est quàm fidelitatis obsequium. i. §. 7. Hîc scisciari lubet, an, ediuersò, postulanti clienti patronus debeat *feudisticas* res ostendere, earum fines, & quibus particulatim constet prædium inferius. Sed hoc distinctiuncula expediendum puto: Aut agitur de *feudo* recèns constituto, seu iamdiu possesso Dominica manu ob prioris vasalli contumaciam: Quo casu nouus cliens, dum init fidelitatis sacramentum, rectè desiderat explanari sibi, in quibus *feudum* consistat. Gloz. Aluarot. & Præpos. ad Cap. Imperialem. §. illud quoque De prohib. feud alien. per Frider. Sinautem pacatus iam suæ rei possessor vasallus existat, cui feudi cura custodiáque incumbit, eandem à patrono non potest exigere. Argum. Vlpiani l. si quis ex argentariis. §. prohibet. π. De eden. Nisi fortè ex causis lege receptis à patrono editionem petat beneficiarius: Vtpotè propter absentiam, vel instrumentorum amissionem, seu quia probabili rerum ignoratione fretus sit cliens, qui in ius alterius successerit. Vt Molineus concinnè edocuit in Consuet. Paris.

Aduotamentū agniti patroni testificatio, &, vt Galli loquuntur, *sommes, Adueu, ou denombrement.*

Autresfois, en France, les vassaux ne bailloient point ou peu d'Aueus & denombrements. Bien aduouoiēt-ils en gros ce qu'ils tenoient, mais ils ne specifioient rien particulierement, non plus que par vn simple acte d'hommage. Mais depuis l'on a commencé à bailler les Aueus par le menu. Inde est *que l'on dit auiourd'huy, Adueu & denombrement, tout ensemble.*

Tit. 1. §. 5. Num. 5.

PLVRES clientuli in fidem assumpti sunt à Patrono, eiusdem 3. fundi nomine. Ex iis vnus offert domino clientelarium rerum catalogum

talogum intra 40. dies Municipij lege præfinitos. Nihilo ſeciùs prædium dominus inuaſit hoc colore, quòd indiuidua ſit conditio offerendæ huius dinumerationis, ab omnibúſque clientibus implenda ſolido iure. Licet enim officioſus ille Catalogo recenſuerit declaratítque vniuerſim totius iura *feudi*: non tamen eo cum vno, qui partis tantùm proprietatem habeat, diſcuti poteſt integra rerum clientelarium enumeratio. Proin alterius mora ceſſatióve impedit alieni fructum officij ac diligentiæ. Vt Pomponius notat l. penult. De condit. & demonſt. Iulianus l. C. l. Si quis ita §. ſi duo De Statulib. Accur. & Doct. ad l. ſi plures Cod. De condit. inſert. At verò æquius melius eſt, clientem qui ſua ex parte catalogum domino porrexerit, munere ſuo perfunctum videri, nec à patrono deinceps inquietandum. Sicuti porrò aliorum incuria obeſſe ipſi non debet, ita nec eius diligentia clientelaréque obſequium aliis prodeſſe immemoribus officij: quorum idcirco portiones ſiue diuiſas, ſeu indiuiſas prehendere, ius erit domino fundi ſuperioris. Arg. l. penúl. C. De condit. inſert.. Quòd ſi non omnes res beneficiarias cliens dinumerarit Tabulis antedictis, cáſque fraude omiſſas conſtiterit, cliens celatis ritè priuatur. Boër. in Bituric. Conſuet. §. 16. Tit. De conſuet. feudo. & recept. Exemplo eius, cui quùm certa portio hæreditatis relicta, & is res hæreditarias quaſdam ſubfurátus eſſet, in iis quas ſubſtraxit, denegandam ei petitionem, reſpondit Iul. Paulus l. 48. Ad S. C. Trebell. & Vlpius Marcellus, l. reſcriptum. De is quæ vt indig. auferuntur. Sed ita demum reticentiæ pœna beneficiariis conſtituta eſt, ſi in Catalogo patronis oblato diſertè non cauerint, ſe, quicquid deinde reſcierint eodem clientelæ iure teneri, mox apud dominum profeſſuros. Et hanc cautionem vaſalli crebrò noſtrates obſeruant.

Mal-hiuer du fief ſaiſi pour la part de l'vn des coheritiers fait faiſant au ſeigneur en ſon regard.

Commiſs du recelement Aduenz.

4. CÆTERVM impuberis clientuli tutor fructuarius non tenetur, nec debet quidem tradere patrono rerum clientelarium dinumerationem: Sicuti priſca Francorum lege ſancitum fuit, in hæc verba. *Garde ne doit point bailler d'Aduen ou Denombrement par declaration, pour doubte de trop ou de poy bailler, qui porteroit preiudice à enfans. Mais Bail doit declaration, & non mie aduen ou denombrement.* In Gallico veteri Lib. cuius epigraphe eſt. *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun quelle maniere de plaider eſt en Cour laye, &c.* In Andibus verò, tutor ac curator, vt idoneus eſt habiliſque ad ſacramentum clientelare patrono præſtandum, ſic conſequenter ad recenſendas de ſcripto minutatim res beneficiarias i. §. 107. & 125. Sed quod ibidem ait Mos de dominico *Deportu*, ſeu quaſi Redemptionalium iure in bona pupillaria poſt fidem à tutore datam, antiquauit alius Vſus deſuetudóque, vt ſut conſuetudo planè diuerſa. Vt à variis Andrium cauſidicis accepimus. Proin de eo Vſu iampridem interfata eſt Curia, oppidatim inquirendum per Andegauiam. Secundùm quæ, l. *Gohin* regius conſiliarius in præſidali Conſeſſu Iudicum Andeg. quæſit à Pragmaticis

Pupilli cuſtos nobilis, vel etiam tutor perſonæ rebúſq; datus, non eſt capax dandæ fidei & hominij, ſed petendarum modò eius inducia-rum, *ſi peuuent ils demander ſouffrance pour le mineur, iuſques à ce qu'il ſoit en aage de porter la foy.*

Deport de minorité eſt dit, ex eo que ſe deportant le bail naturel de la garde & bail de l'enfãt, le ſeigneur pour la peine qu'il ha de faire pourueoir tuteurs au mineur, il luy eſt deu droit de deport, quaſi deportũ & annatã in benefi-

cialibus. Et ita si tempore aperti feudi minor esset vtroq; parente orbatus *en sorte que le cas du bail ne fut aduenu du tout, n'est du depuis, mesmes* ex Textu Consuet. In verf. *En cas que le bail ne soit recueilly,* quia priuatio supponit habitum, *& ainsi bien le mineur tombant en bail estoit subiect à perdre les fruits qu'eust gaigné le bail.* Secus *quand l'ouuerture du droict de bail n'est aduenue auparauant.*

regiorum Prouinciæ tribunalium, quidnam de isto *Deportu* receptum, praxi experimentóque Fori cognouissent. His verò inusitatum esse referentibus, transacta lis fuit à patrono subinde cum clientulo. Nec ita dudum, Nos pro Vrbano Lauallo, Dn. *de Boisdauphin* disseruimus in Henric. Lotharingum Dn. *de Sabblé*, (qui superior est patronalisque Barmatus) *Deportum*, quàmlibet scriptus sit Lege Andegauæ, Municipibus incognitum hodie, & ritu contrario fuisse abrogatum. Libellanij demum iudices Palatini, quorum ea de re notio erat, decreuêre, dominum Andeg. Motis vsum obseruationémque

Sententia die 17. Ian. 1579.

Deportus minoris ætatis, vsu receptior est apud Cenomanos quàm Andegauen.

dui Dominico Minorum annis *Deportu*, sibi adprobari bina testantium decuria Iudicatum 6. Kal. Februar. an. 1579. Si tamen Andegauus impubes habeat regiæ clientelæ prædium in Neustria, Princeps, tanquam clientis tutor cultos, fructus beneficiario fundo, ex custodia nobili & iure quasi *Deportus* Normanicis Legibus introducto. Nam licet personalis sit, ac in personam concepta *la Garde noble & droict de Bail naturel*. Personæ rursus vasalli domicilium apud Andes, quibus minimè *Deportus* agnoscitur: Tamen ciuile ius Regium *de Garde noble*, veriùs prædiarium est, prædiisque impositum, quàm personis. Principi enim competit ab Ducali fundo Normanico, & in fundum vtique Normanicum inferiorem: Vt quorum scilicet ex feudali beneficio patronus est Rex, eorumdem clientum tutelare subeat patrocinium. Itaque Lutetianus Senatus, ad prouocationem ab Vrbis almæ Prætore, adiudicauit sacerdotij possessionem Fornerio à Principe nominato, tanquam custode nobili ob feudum illud Normanicum, cui nexum erat ius nominandi sacerdotis: contra Rogerium à pupillo præsentatum, eius feudi proprietario. Circiter Sextilem Mensem an. 1578. De Normanica illa, Regij iuris, Custodia nobili diximus cumulatè, Lib. 3. Gallici FISCALIS PATRIMONII. Eiusdem meminit Froissartus, Hist. Volum. 2. Cap. 11. hoc fermone; *Ceste Royne de Nauarre morte, murmurations s'esleuerent entre les Sages & Coustumiers de la Comté d'Eureux qui sied en Normandie. Si disoient qu'elle estoit, par droicte hoirie de la succession de leur mere, reuenuë aux enfans du Roy de Nauarre, qui estoient separez de luy, dessous aage, & au gouuernement du Roy Charles leur Oncle. Or le Roy Charles de Nauarre estoit soupçonné d'auoir faict, consenty, & esleué au Royaume de France, tant de maux, que de sa personne il n'estoit pas digne ne taillé de tenir heritage au Royaume de France en lumbre de ses enfans.* Item Cap. 13. Lib. eiusdem. *Apres la mort de la Royne de Nauarre, aucuns disoient & proposoient, que l'heritage des enfans du Roy de Nauarre, qui leur venoit de par leur mere, leur estoit escheu; & que le Roy de France leur Oncle par la succession de sa sœur en deuoit auoir pour, & au nom de ses enfans la main garnie, & deuoit estre toute la terre que le Roy de Nauarre tenoit en Normandie, rapportee en la main du Roy de France, tant que ses nepueux seroient en aage. De toutes ces choses se doubtoit bien le Roy de Nauarre, car il sçauoit moult des Vsages & Coustumes de France, an.* 1377.

Tit. 19. art. 13.

Garde noble Royale, & Garde noble foigneuriale, in Norman. Consuetudine, Cap. *de Gardes.*

Nota hic, quod patet, in iure Gardiæ nobilis filij, Principi antefertur in Normania, nisi ob delictum eo iure profectus sit.

CENO-

5. CENOMANI porro, Neuſtriæ huic, vt Andibus noſtris affines, neutiquam obeunt patronale in clientes pupillos munus Cuſtodiæ nobilis fructuarium, vti Normani: ſed *Deportus* nomine, anno integro reditus carpunt pupillaris feudi, quod Tutorio officio, deficiente nobili Cuſtode, adminiſtretur. Sicuti colligere eſt Cenom. Legis. §. 119. Id quod latiùs ex hypotheſi apud P. C. agitata diſcuſſimus, ℔. Lib. 2. Qua in ſpecie facti, cenſuit Ordo Ampliſſ., confuſis Pragmaticõn teſtimoniis ſibi adprobandam patrij Vſus formulam, ſcriptæ Conſuet. interpretem, hoc in genere fructuarij *Deportus*. Interlocutione, Maij Luce. 26. an. 1590 in ſacro Curiæ Auditorio. Exin conſequitur, talem *Deportum*, qui nouè ac duriuſculè in liberos parentum heredes vſurpatur, minimè in plebeios exerceri, licet nobilis fundi poſſeſſores, clientulos. Haud priùs enim caducaria iſthæc fructuum perceptio Dominica procedit, quàm parentum ſuperſtes nobili impuberum Cuſtodia abſtineat, & ita pupillare *feudum*, ſubſidio ad Tutoriam minùs propinquorum curam, ceu ad exteras manus, transferatur. Vt ſatis dilucidè liquet Cenom. Leg. §. & Verſ. ℣. relato: Lucidiùs adhuc, finitimorum More Andium, §. 107. qui vicino, forſan obſcuriori lucem addit. Atquin fructuaria tutela, vulgò *Gardia*, nobilis, de qua inibi, generoſis tantùm decernitur, ſtemmatéque claris hominibus, non plebeiis. art. 88. Andegau. Et 99. 101. 107. Cenom. Conſuet. Prom. Dominica redemptionalia in directam feudi hæreditatem, quæ odio digna videntur, ſuis finibus coarctari decet Municipij Lege præſcriptis, nec, illuſtribus impoſita, ad ignobiles protrahi, quàmlibet feudalis beneficij hæredes. Rurſus hoc in argumento perbellè tractatum eſt, num patronus à clientis tutore *Deportum* ritè exigat, quem illi tutorem dandum, patronali officio, non curarit ipſe, ſed propinqui ac neceſſarij impuberis clientuli. Reor equidem, ſuum patrono ius partum, in tutores vtcunque pupillo decretos. Excita. § 119. Cenom. Leg. qui ſubſidiarium modò patronis hanc demandat procurandi tutoris impuberi prouinciam, quam eius conſanguinei neglexerint. Verſ. vlt. de §. Alioqui enim rectus Dominus, vacante tutoribus pupillari *feudo*, eius prehendendi copiam habet, donec dati tutores clientelari ſe fide eidem obſtrinxerint. art. 118. Qua ilico deuincta fide, Dominica appendi commoda expedit, ſeu *Deportus* titulo, Redemptionalia feudi. Iuxta hæc ſciſcitemur, an patronus, qui à tutore non exegerit caducarium Anni prouentum, ſed à minore annis, iam ſuæ tutelæ facta, eum repoſcat, audiendus ſit. Sera quidem eius petitio videbatur, nec iuſtiùs admittenda, quàm ſi is feudi redemptionem à vidua coniuge repeteret, ex connubio olim ab illa contracto. At verò longè diuerſa vtriuſque ſpeciei ratio ac definitio proponitur: quùm maritus, qui vxorij dotaliſque prædij fructus facit ſuos, ipſemet viciſſim debitor maneat temporariæ Indictionis, oneriſque Feudiſtici. Argum. l. 3. l. Neque ſtipendium. π. De impenſ. in res dot. fact. Sicuti fuſiùs à

§. 119. verſ. *tout ainſi que euſt eſté tenu faire le Bail, s'il euſt eſté accepté & recueilly.* Tit 2 art. 2. & 3. Arreſtum interlocutorũ, turbis teſtium inquirendi de modo vtendi *de la Coust. du Maine.* De quo, Nos obiter, Lib. 1 Legum Pariſien Tit 2. art. 23. *Le ſemblable Interlocutoire par turbes, a eſté ordonné le 8 Juin 1601. en la 4. Chãbre des Enqueſtes, au rapport de M. de Verramont, entre le Mareſchal de Briſſac, Charles de Coſſe tuteur de ſes enfans, heritiers de leur mere, Barons de Sille le Guillaume, au Maine, à ſçauoir ſi apres le bail recueilly, il y a lieu au ſeigneur feodal de deport de minorité ſur le tuteur.*

Ignobilis tamen, Vidua viri nobilis fruitur Cuſtodia nobili ſuorũ liberorũ: Qui nempe nobiles, eorumque bona paterna ſunt licet matris per virum nobilitatæ futura ſucceſſio, prima vice, ignobilis maneat. art. 94. & 253. Leg. And.

Verſ. *Et s'il n'y a parens & amis deſdits mineurs, qui veulent faire les diligentes, & prendre la charge pour eux, ledit ſeigneur ſera tenu faire pourueoir auſdits mineurs de tuteur ou curateur aux deſpens deſdits mineurs.*

Lib 1. Tit 2. art. 17.

Digitized by Google

Nobis explanatum fuit, in Legis Parisior. Alia tutoris causa est, qui pupillaris rei prouentus, quos minimè sibi quærit, tutelares in rationes inferre solet, bina scilicet Pagina dati & expensi: Ita, vt cum onere dominici *Deportus* computato Feudi reditu, pupillus solus eo in patronum munere defungatur. Proinde nil vetat, quo minùs ab eodem, ætate iam prouecto iusta Honoraria deposcat rectus Dominus, quorum nomine, vnum illum sortitus sit vsquequaque debitorem. Subiunge his, *Deportum*, à Cenoman. Lege in rem conceptum esse, non in personam, fundóque indictum, non personæ tutoris. Præd. art. 119. Secus in marito clientulæ, qui Redemptionalibus Domino præstandis solus lege obligatur. §. 100. Singulari tamen Firmitatis Bernardi oppidi More, nulla patronis quæritur *Deportus* obuentio in pupillos Tutoriæ potestati commissos. artic. 118. Cenoman. Leg. Nec mirum, quando, vel parentis ipsius obitu, hæres ibidem redimendo feudo obnoxius fiat. §. 97. Eiusd. Consuet. Cuiusmodi priuatos loci Ritus. ℨ. notauimus in calce Libelli De commun. Gallic. Consuet. Præcept. Ac ne cui admirationem moueat peculiaris Mos eius Oppidi Firmitatem Bernardi, ceu firmissimam Arcem, inde veteribus dictam, celebrant Rigordus in Philip. Augusto, & Sigebertus: hacque in Arce & Oppido actum de Pace inter Francum & Angliæ Reges testatur iste, In Chron. an. 1169. Eius Oppidi territoriique dominatum obtinuit Bernardus, insignis Heros: abs quo, Firmitas cognomen assumpsit. Bernardo seriatim in Ditionem succesêre Gottofredus, Hugones duo, qui prædiariis muneribus opimis cumularunt Cœnobium D. Petri, ad vrbem Cenomanam, & Peliciæ Ædem monasticam, Firmitatis Oppido proximam. Temporum verò interiectu, Dynastia hæc manauit ad Craonem magnatem, Vilhelmum Castriduni Procomitem ac Baronem Sableyum: cuius abnepos Petrus Crao, publicatione bonorum amisit Firmitatem Bernardi, quàm è vestigio Princeps fratri Aureliæ Duci largitus est an. 1392. Ex eóque sensim delata ad Andegauos Ditio sub an. 1408., peruenit ab Ludouica Andegaua Cenomani Comitis filia, ad eius primigenium Ludou. Ducem Nemorensem, qui eadùm libere potiebatur an. 1490. Postremò Lotharingis adiicitur Principibus, ex Yolantide Andegaua, recto stipite propagatis. Interea Feritatis Oppidum à Sarisberiensi Comite obsessum legitur, Anglici exercitus ductore, an. 1425. nec ante quadrimestrem obsidionem expugnatum. In Historicis Nic. Gillij Monumentis.

Art. 119. vers. *Le Seigneur aura le deport sur les choses hommagees.*

Art. 100. *Si femme se marie, son mary deura rachapt aux Seigneurs des Fiefs, &c.*

Rachapts, à toutes mutations par mort, és Affrete Bernard.

Pax tractata in Octauis S Iohannis an. 1169.

Fondation & dot du Prioré de Cherre lez l'Asserté, membre de l'Abbaye de la Conjture lez le Mans. Guill. de Craon, Viscomte de Chasteaudun, Baron de Sablé.

Ludouica Andegaua Karoli Andegaui, Cenom. Comitis filia, vxor Iac. Armiaci, Ducis Nemorensis.

Captam ab Anglis Cenomanam vrbem an. 1425. secuta etiam Anglica obsidio Feritatis Bernardi: quâ & obsidione ceperat Augustus Rex Maio Mens. 1189. aduersus Anglos eam occupates Rigordo, Augusti contemporaneo Scriptore.

Regia Constitutio *sur le fait & Reiglemẽt des finances & des Officiers comptables, verifiée aux Comptes à Paris le 22. Decemb. 1557.*

DE Regij purè beneficij fundis Edicto prouisum est, vt Principalium clientum nomina abs Quæstoribus sacri Patrimonij subscribantur publicis suis rationibus intra fines Quæsturæ cuiusque ac Prouinciæ: ibidem & *feudorum* catalogus inferatur, quæ ab illorum quolibet possideantur: quo item iure ac titulo eorum dominium nacti sint noui clientes, quæ demum onera talibus indicta sint prædiis, illic designetur. Prudenter sanè, quùm Præfectus Fisci Gallici quisque 6.

certiùs

Digitized by Google

certiùs tunc perſequatur beneficiaria commoda, quæ priuatorum mutatione poſſeſſorum Regi indies acquirantur. §. 49. Regiæ legis perlatæ Decemb. Menſ. 1557. promulgatæque apud Magiſtros ratiociniorum Pariſien. 11. Kal. Ianuar. eod. anno. Poſtmodùm etiam Princeps inſtituit, per Gallica Municipia, regiorum *feudorum* Curatores ſeu procuratores, *vn Procureur & Clerc des Fiefs en chaſque Baillage*: quo Fiſcalia feudorum iura vtilia accuratiùs poſthac attentiúſque explicarentur. Edicto in Curia publicato. 7. Idus Septemb. An. 1580. Quin & iampridem apud Pictonas creatus fuit huiuſmodi *Feudorum* Inſpector deſcriptórque: cuius dehinc munia ac iura Princeps exprompſit Conſtitutione edita. 15. Kal. Ianuar. An. 1538. In Aruernis pariter, Officij titulo habetur feudorum Cuſtos regiorum, vnà cum Procuratione hæreditatum priuatarum. Etſi enim regij clientes vulgò in verba Principis iurent apud Præfecturam rationum Principalium: tamen dinumerationes rerum clientelarium porrigere debent regiis Magiſtratibus patriis, ab iiſdem diſcutiendas eo in Municipio, quo res ſoli prædictæ collocantur. De formula autem clientelaris in Regem Gallum iuriſiurandi, vide Specul. Tit. De feudis. §. quoniam verò, & Froſſartem Hiſtoricum, Lib. 4. Cap. 37. Vnde nonnihil diſcriminis elicias inter Principem, & priuatos alios patrõnos. Id quod ſimiliter indicat Mos Caluimontanus Baſlignei agri. §. 20. quem ſpeciatim adnotauimus Lib. 1. Legum Pariſien. Tit. 2. Neque hinc longè recedit Melodunen. Lex, quæ hac in parte Gallia tota cuſtoditur. § 152. antiquæ. & 104. nouæ Conſuet. *Item par lad. Couſtume ſe proces ſe meüt entre pluſieurs contendans à vne ſucceſſion teniie en fief de diuers Seigneurs, dont le Roy eſt l'vn, qui a le plus petit & moindre fief, touſle debat ſera deuant le Iuge Royal, pour raiſon de ſa nobleſſe.*

Inſtitutio Regia *des Clercs & Procureurs des Fiefs en chacun Baillage*, in Senatu publicata. Die. 7. Septemb. 1580. cum multis Curiæ modificationibus.

Declaration du Roy le 18 de decemb 1538. touchant les droits & eſtat de Procureur & Clerc des Fiefs de la Seneſchaucee de Poitou, reſident à Poitiers.

A Rion, en Auuergne, Procureur moyenailler, & Garde des fiefs de la Seneſchaucee d'Auuergne.

Froſſartus, *le Comte d'Armignac* ait *relena le Comte de Rodais du Roy, & luy en fiſt hommage aux Vs & aux Couſtumes que les ſeigneurs ſaiſis du Roy de France relevent leurs Fiefs, & de ce qu'ildeuint homme du Roy on leua les lettres tabellionnees, grossoyees & ſeellees &c.*

7. Præterea clientibus, in Regium putè patrocinium ſe aſſerentibus, indultum eſt ſpeciatim, ne petenti vero Domino pœnam luant, neu lege commiſſoria Feudi mulctentur ex præcipiti Regis agnitione quaſi patroni. Maſuerius expreſſim. §. Item vaſallus Tit. De Feudis. Qua de re Nos ſimul admonet Francica ciuilis Prudentia vetus, in hunc modum. *Item ſe aucun entre en la foy & homage du Roy por aucun fie, lequel fie ſoit ou doye eſtre tenu d'aucun autre Seigneur, & iaçoit ce que en Parlement ait eſté dit & prononcé, iceluy vaſſal deuoir retourner & reuenir & tenir ſie ſans moyen, le Seigneur ne deura pas pour ce pourſuyr iceluy vaſſal, afin qu'il ſoit priué de ſon fie. Car pour raiſon dud. adueu fait au Roy, aucun droit net pour ce acquis au Seigneur, & ſi ne porte ne fait aucun preiudice au vaſſal. Mais autre choſe ſeroit, ſe led. vaſſal l'euſt aduoué à tenir d'autre Seigneur que le Roy. Ainſi fuſt il iugié en Parlement.* Huic ſententiæ conſonat theorema forenſe, quod quidem hauſimus ex Lib. 2. *Du grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique.* Tit. *Des delicts.* hac verborum dialecto, Vaſallus, qui aduoat dominum Regem, ſuppoſito quòd non ſit, non propter hoc perdit Feudum: Secus, ſi aduoat alium dominum. Imò & quàmpri-

Apud Rhemenſes, & Cathalaunenſes *ne ſuffiſt pas que le vaſſal die tenir ſon Fief du Roy contre le ſeigneur ſuperieur, mais faut que expreſſement il aduoue ou deſauoue celuy qui pretend eſtre ſon ſeigneur feodal.* §. 199. Conſuet. Catalaunen. & 127. Rhémen.

Hæc in Lib. Gall. *Pour monſtrer & apprendre &c.*

Vaſallus pendente patronorum controuerſia, neutri pa-

rerè tenetur, nec propterea commisso mulctatur. At si clàculum exuscitasse alterutrum patronorum, vt ita litigaret, in fraudem alterius detegatur is postea, perinde in commissum incidet, ac si initio patronum solus vltrò abnegasset. Vt nonnunquam Paris. Curia iudicauit.

mùm mota est patronatus controuersia inter Principem ac Priuatum, duæ illi seruantur prærogatiuæ eximiæ, quas refert antiquus Pragmatici Iuris Franciæ Scriptor, hac clausula. *Se aucun debat est, que certeine personne vueille aduoüer tenir son fie du Roy, cestuy adueu donne saisine au Roy quant à. 2. choses, La premiere est, que le Seigneur feodal, qui dit le fief estre tenu de luy, s'il a prins & leué dud. fié aucune chose, ce qu'il en aura prins & leué, sera premierement restably. L'autre, que la cognoissance du debat meu contre celuy qui se dit Seigneur, & le Vassal, en appartiendra au Roy.* In Gallico Codice manu exarato, cum hac tituli præscriptione, *Pour monstrer & apprendre à vn chacun, quel ordre de proceder est en Courlaye, &c* Inde subrepit alia quæstio, nùm cliens, patronum si Regem profiteatur, vindicante priuato altero, frui possit interim re clientelari, dominica manu sublata pro maiore imperio. Non videbatur, quùm ideo vindiciaria possessio clienti detur, patronorum lite pendente, quòd vasallus neutri subiicere se debeat interea, nec lege ipsa subiectus sit. l. litibus C. De agric. & cens. Lib. 11. Item fiduciaria isthæc *Feudi* possessio impetrari solet Principali rescripto, quod procedit duntaxat in priuatos competitores patrocinij, non autem in pari certamine Regis ac priuati. De quo plenè Molineus ad. §. 42. Parisien. Consuet. Nihilò seciùs puto, addicendam clienti rei suæ possessionem, quandiu de eius *Feudario* iure Princeps, priuatusque contenderint. Vasallum enim, qui suscepta ea lite, Regem directum dominum asseruerit, culpa vacare ostendimus suprà. Inde nec, priuatum alterum abnuens patronum, incidit in legem commissoriam *Feudi*. Sed quoquò res vertat, cliens non est possessione destituendus post inficiationem patrocinij ab eo factam: Sepositò hoc tantùm, vt si deinde Iudicio succubuerit, *Feudo* priuetur, iure commissi. Glo. & Doct. in cap. imperialem. §. callidis. §. firmiter De prohib. Feudi alien. per Frid. Bal. Præpos. in l. Hac edictali De pace ten. & iuram. firm. In Feudis. Huc proximè accedit Andeg. Legis caput. 181. Quantò firmiùs, certantibus inuicem patronis duobus, clienti permittenda fundi sui possessio? Ex argumento Pauli, (Lib. 5. Sentent.) cui, si de fundi proprietate inter duos quæstio sit, visum est, fructuarium nihilominùs in possessione esse debere: satísque ei à possessore dandum, quòd non sit prohibiturus frui eum, cui vsusfructus relictus est, quamdiu de iure suo probetur. l. Cuiuscunque §. Si fundus. ff. De vsufr. Ad hæc, priuati patroni nil interest, sed potius cópetitoris Regis, regio Diplomate manum dominicam tolli è prædio clientelari. Tale autem Rescriptum minimè isthìc oppugnat procurator Fisci, quế nempe patronum cliens vltrò appellarit, acclamarit. Denique pro vasallo in simili controuersia pronuntiarunt regij Consiliarij Cameræ Fiscalis Parisiorum, sub finem Decemb. An. 1577. N. *Guesdon*, & Dn. *Debere* senatore, litigatoribus.

Mainleuee par main souueraine.

Ecclesiasticis vasallis non licet abnegare dominum Feudi, nisi auctore adprobantéque superiori ecclesiastico. Quia talis abnegatio inducit rei ecclesiasticæ alienationem ex commisso. Ita iudicatum à Curia Paris. Die. 22. Aug. 1573. inter Carthusienses *du Valdieu*, & Iac *Dilliers, lequel ils auoiẽt desauoué à seigneur de Fief, & fut dict q'ils feroient preallablement autoriz er led. desauéu par le General de leur ordre de la grand Chartreuse de Grenoble.*

Anden. Consuet. §. 181 sic cauetur. *Si le subiect denie en iugement le deuoir, pour laquelle seigneur de Fief a fait saisir, led. subiect aura delinrance le procez pendant, &c.*

Die. 1. Octob. 1579. In Magnis diebus Pictauen.

ALIAM insuper *Feudi* prærogatiuam regiam, sed regiè nimis fortasse, defendit Aduocatus Fisci in Senatorio Pictonum Consessu 8.

Kal.

Digitized by Google

Kal. Octob. 1579., ex hac facti ſpecie, Regia manus in agrum quendam Pictonicum iniicitur, tanquam Principis vectigalem, eíq; annuo cenſu ſubditum iure directi dominij. Huic manus iniectioni poſſeſſor opponit agri libertatem immunitatémque, nulli ſolario obnoxij. Exim poſtulat, obſignatis triuni præteritorum annorum reliquiis *cenſualibus*, fundum publicè pignetarum lui ac diſſolui, pendente ea cenſus controuerſia. Secundùm Conſtitutionem Principis *De Cenſibus, prædiariiſque Reditibus* An. 1563. At ediuerſò, patronus Fiſci, Regem ſolito more iudiciorum litigare tantùm plena manu, i. fundo publicè poſſeſſo ſua manu & auctoritate. Imò nec priuati quidem patroni, qui agrum iure *Feudi* occuparit, mouendam eſſe poſſeſſionem transferendámque in ſubditum, cum eo lite durante. Regem demum, ac Regia iura, Edicto ſuprarelato non includi, comprehendi. Ad ea porrò replicat proprietarius agri, longè aliam eſſe perſequendi cenſus rationem, ac *Feudi*: tum Principem, ſi minùs ſua lege, Municipali ſaltem, vti agraria prædiariáque, teneri, & qua fundus vterque, dominans & ſeruiens, regi conſueuerit. Atquin Pictonica Conſuetudine receptum eſt, *de bailler au ſubiect mainleuée de la ſaiſie du Seigneur cenſier, voire de la ſaiſie feodale apres l'offre d'hommage, en conſtituant ſon temporel pour plege.* §. 90. & 91. Senatoria tamen Decuria illa ideò rem conſilij eſſe decreuit, quia patriam Legem, quam ciebat iſte, præ manibus non haberet. Loyſello, pro priuato appellante: & Roberto, pro Diſpenſatore Pictonicorum Fiſci reddituum, dicentibus. Hinc vocabitur in diſquiſitionem, nûm fundus, quem Titio ſubditum fateatur poſſeſſor, ſed vt *cenſualem*, non beneficiarium, Titio patrono committatur, quaſi ex inficiatione *Feudi*. Pro patrono vrget diſcriminis ratio inter vectigale, & clientelare prædium. Huius enim proprietarius arctiori in patronum alligatur fidelitatis ſacramento: & in *Feudum* ipſum, quùm poſſeſſore vacarit, multiplex ius eſt domino patrocinanti. Quod in vectigales quidem agros domino ſolarij licitum non eſt exercere. Sed quia ſubditus haud omninò abnegauit rectum Titij dominium, at eiusmodò qualitatem & conditionem, arbitror reum, ex humanitate, duriuſcula commiſſi pœna eximendum. Hoc ita, ſi non fraude aliqua, ſed probabili errore ductum vaſallum negaſſe clientelam appareat. Nam vel ſola cenſus profeſſio rectum eius indicat dominium, cui pendendus cenſus deſignatur. Præclara Deciſ. 264. apud Vidum Papam. Iis adiice, pœnale ius commiſſi non priùs obtinere, quàm in totum, (nec pro parte) reo noxam patrante commiſſoriam. Vt S. C. Gratianopolitano deciſum, narrat idem Papius, Deciſ. 174. variis Legum argumentis, quæ huc velut in ſyluam coniicere, putidum ſit. Verùmtamen PATRES Pariſien. quæſtionem hanc ad plenius deliberandi conſilium reuocarunt. In forenſibus cauſarum actionibus. 13. Kal. Apriles An. 1578. Cæterùm ſi vectigalis agri poſſeſſor abnueret ſolarium prorſus, ſeu cenſum petitum, eo caſu non minùs agro mulctandus creditur quibuſ-

Quid ſi vaſallus habeat Feudum dûtaxat incorporale, & aëre ſuſpensum. *vn Fief en l'air, Fief ſans terre & ſans demaine?* Quomodo poterit prehendi Dominica manu, quùm nullo corpore conſtet? Facilè per eiuſdem manus iniectionem in ſubditos Feudi, dominos vtiles certorum corporum vel fundorum ab eo feudo pendentium, *enſaiſiſſans & arreſtant entre les mains deſd. ſubiects tous les debuoirs & profits du fief qu'ils pourroit debuoir à cauſe de leurſd. fons de terre aduenant vacation & ouuerture de fief.* Atqueita determinatum eſt in 3. claſſe Inquiſitionum Curiæ, *touchant le fief des Lucas d'Orléans.* Du Courtino litis inſpectore, circiter menſem Maium An. 1580.

Die 20. Mart. An. 1578.

Digitized by Google

dam, ac cliens ipse beneficij Inficiator. Fab. in l. 1. C. De iur. emphyt. secundùm Speculat. Tit. De locat. Vers. 65.

Brissonnius, regius Orator in hac causa dixit, à Senatu Parisiensi decretum fuisse de communi Curiæ classium omnium sententia, *que la terre censuelle estant retournée au seigneur censier* quouis modo, *estoit perpetuellement confuse, estainte & consentoit en partie qualité qu'elle estoit auant le Bail à cens, & qu'elle partist des mains du seigneur.*

EXHINC sensim percontemur de vectigali fundo, quem tectus dominus emptione prædio suo iunxerit dominanti, an, eo mortuo, diuisi fundi pristinam conditionem denuo sumant cohæredes inter ipsos. Ita videbitur forsan, & vectigale solarium exigere ius esse, quùm alteri cohæredum *censualis*, alteri *feudarius* superior ager obuenerit arbitrio familiæ herciscundæ. Anterior enim prædiorum confusio, quam vnio mixtióque possessionis induxit, discutitur, tollitúrque eorum separatione sequenti, simul & possidentium. Argum. l. ex sextante. §. Latinus Largus. ff. De except. rei iudic. Huc pertinet Pomponiana lex, si ei, cuius prædium mihi seruiebat, hæres extiti, & eam tibi hæreditatem vendidi, pristinum in statum restitui seruitutem oportere. l. si ei D. commun. præd. l. 2. §. etsi seruitutes. ff. De hæred. vel act. vend. l. Papinianus. ff. De seruit. l. legatum est. §. vlt. ff. De leg. 1. Econtrario autem suggeretur, Meuio prædium emente sibi seruiens, dein reuendente purè ac simpliciter, non repeti amissam seruitutem, nisi iterum nominatim constituatur. l. 30. ff. De seruit. vrb. præd. l. si maritus fundum. ff. De fund. dot. Proinde Senatores Lutetiani, qui Iuridicis Pictonum Conuentibus præsidebant, iudicarunt, semel extinctum *censuale* ius instaurari non posse qualibet possessorum mutatione diuisionéque rerum posteriori. Decreto postridie Nonas Octob. An. 1579. inter Pet. Herueum prouocantem ab Andegauo Priuilegiorum Academicorum Seruatore, pro quo, Terreus: & Iohannem *Frogier* aduersarium, pro quo egi. Ab his ne quicquam abludit ciuica Parisiorum Lex. 53. & Aureliorum. 20. Quod ita sanè accipiendum, vt præmonuimus, nisi contraria domini voluntas euidenter demonstretur. Art. 260. Viromand. Consuet. Ibidémque Molineus, & in. §. 13. 23. suæ Parisien. antiquæ. 9.

D'vn defunct y a deux especes d'heritiers, les vns des propres, les autres des acquests. Ceux des acquests demandent à ceux des propres vne vinte de bled vachetee par le defunct sur les. propres comme estant vn acquest faict par ledit defunct. Les defendeurs disent que c'est plustost vne redemption & extinction de seruitute estant sur son fond propre, que non pas vn acquest de ladicte seruitute en rente. Et ita seruitus semel extincta, vt obligatio non reminiscit l. Papinianus ff. de seruitut. l. si ei ff. communia præd. l. qui res. §. aream. ff. de solut. maximè respectu habendum acquirentis seu redimentis. Secus respectu tertii nempe *de la femme d'vn dict vachetat, en la personne de laquelle ladite rente vachetee reuiuroit* pro media, *comme chose faicte de ses deniers.* Quia consolidatio est acquestus inter virum & vxorem. Fab in §. si cui Inſtit. de legat.

QVADRAGINTA dies Francicis moribus statuuntur traditioni catalogi rerum clientelarium, non autem *censualium* enumerationi dandæ ita districtè: quùm patronis clientes fidelitatis nexu deuinciantur arctiùs, quàm vectigalis agri possessores. Si tamen patronus vasallo clientelaris fidei inducias concesserit, tacitè etiam videtur edundi catalogi diem diffudisse: cliens obnixè intra tempus lege præscriptum offerre teneatur beneficiarij fundi professionem particularem. Cui enim indulgetur singulare ius quoddam, ea pariter censentur indulta, quæ ex eo manant seriatímque consequuntur. Panor. ad cap. ex parte. De Decim. Arg. cap. prudentiam De off. deleg. Cæterum, si recusante patrono, cliens in fidem admissus sit Principalibus codicillis imperióque summo, tunc peræque debet vasallus bonorum suorum dinumerationem dare patrono intra quadragesimum diem (ex quo in fidem receptus sit à Iudice) ac si rectà fuisset à patrono ipso in clientelam cooptatus. Nam clientelare auctoramentum 10

In Vers. Leg. Andeg. *Et peuuent contraindre ceux qui tiennent d'eux, à hommage de bailler leurs adueux dedans 40. iours apres l'hommage faict. Lesquelz adueux & declarations doyuent estre declaratifs & par le menu.*

In minorem annis currit hoc quadragenarium spatium, quia agitur tantùm de iactura fructuum mobilium ex prehensione feudi. Secus in pœna commissi ex mora inuestituræ intra tempus non petitæ, Iure feudorũ, quo minores excusantur. Bal.

tum apud Prætorem,æquipollet iusto clientis apud Patronum auctorati obsequio, nec minùs pro Dominica receptione habetur, quàm si initio dominus in patrocinium fidémque officiosum clientem adsciuisset. Consimiliter,decernente Præside,quanta ex bonis patris ab hostibus capti filiæ dos adsignetur,ea profectitia existimatur,perinde,ac si à parentibus fuisset profecta. Vlpiani responso ad Sabinum l.profectitia.§. 1.De iure dot.Sic ab Antonino Cæs.rescriptum est,ius dicétis auctoritatem ex causa contractus,in vicem iustæ obligationis succedere.l. 1.Cod.Si in caus.iudic.pig.cap.sit.

in c. 1. §. nisi iusta. Quo temp milit. Cap Imperialem.§. propterea si quis De prohib. feud. alien. per Frider. Sed talis pœna non est Gallis in vsu.

11. PONAMVS item, beneficiarios fundos mutasse proprietatis dominum vicesimo post clientelarem huius sponsionem die. Vtrùm successori in prædium superstint duntaxat dies totidem, viceni nempe,ad tradendam patrono bonorum dinumerationem? Sic distingue, aut vasalli interitu contigit mutatio, & tunc hæredi reseruatur solidum temporis spatium, quod Moribus definitum est. Ioh. Andr. in addit. ad Specul. De Feudis. §. quoniam Vers. 27. Feudistici scriptores ad Cap.1.Quo temp. mil. inuest. pet. deb. Nam & communi Gallicarum ciuitatum Iure tenetur hæres, nouum inire clientelæ sacramentum: cui proinde ex integro competunt. 40. dierum deliberatoriæ induciæ, ceu ad dominum superiorem adeundum. At si alienatione *Feudum* patrono operiatur, tunc factum clientis prodesse quidem domino potest, vt ita vacuum clientulo beneficium prehendat, sed obesse nequit, quo minùs residuo temporis elapso illud pigneretur, etiam ob rerum dinumerationem non oblatam ab antiquo cliente. Hic enim præmonere emptorem debuit, quantum temporis superforet ad catalogum patrono exhibendum. Sicuti à Molineo fusiùs tractatur, in priscam Consuet. Parisiorum. Tit. 1. §. 6. Glo. 2.

In Vetf Leg. Andeg. *Auſſi pourra contraindre les ſubjects prochains & immediats de ſes hommes de foy à declairer en gros & non par le menu leurs obeiſſances de Fief par moyen.*

12. SVBCLIENTES haud leuiùs nostra Lege obligantur tradendæ rerum suarum enumerationi, ac primarij clientes, superiori patrono. Vasallo certè Feudisticis Insubrum moribus permissum est, clientelarem fundum aliis transcribere noua pactione beneficiaria, seu in subbeneficium concedere.Cap. 1. Si de inuest. *Feudi* controuers. fuer. §. vlt. Cap. 1. Qualit. olim feud. alien. pot. §. 1. Cap. 1. §. sed etiam res Per quos fiat inuest. Cap. 2. §. similiter De lege Contradi Cap. imperialem. §. illud quoque præcipimus De prohib. feud. alien. per Frider. Quod & Francico more vsurpatum, testatur Vidus Papius,Decis. Delphin. 162.At dissimile ius obtinet in censualis agri possessore, cui non licet, eundem, impositio noui census onere, distrahere Gallico vsu forensi. Auctore Fabro in §. adeo col. 3. Vers. scio tamen Instit. De locat. Primus igitur vectigalis agri dominus solus exiget professionem censualem, laudimia, mulctas: solus nouos proprietarios vestiet, dominicíque aliis vtetur prærogatiuis. Idem in emphyteusi probatur,in qua priore dominus solus est requirendus, eíque iura ac laudimia vni debentur.Alber.Bal.& Castrens.in leg.filium C. Ad. S. C.

Vasallus sine consensu Domini potest feudum alij subinfeudare.

Census fundi parit domino censuali *ventes,gâds,& amendes.* Sed subcensus, minimè. Vt exposuimus Lib. 1. Leg. Paris. Tit. 3. Art. 3.

Longobardo Iure, quo feuda personalia erant magis

quàm realia, homines subditi vasalio domini non tenebantur dare fidem & iuramentum fidelitatis ipsi domino superiori, nisi inuestituræ lege specialiter cautũ esset, vel nisi ipse dominus superior generalem habuisset iurisdictionem. Bal. in Tit. De Pace Constant. col. vlt. In Vsib. Feud. Nec enim homo hominis mei erat homo meus. Sed in Gallia, vbi feudum quodque reale est magis quàm personale, subcliens mei feudi possessor, dicitur quodammodò cliẽs meus, respectu feudi à me mouentis.

Maced. Specul. in. §. nunc aliqua Vers. 105. & 126. De loc. Ias. ad l. 3. C. de iur. emphyt. Subdo, quòd Andegaua Lege solarium domino *feudali* depensum quotannis, indicat hunc, & rectum esse dominum prædij, & *censuario* huius possessori ius dicere posse. Cap. 179.

SED quemadmodùm clientibus liberum est, clientelari rursus 13.
lege prædium aliis tradere: ita subclientes patronum superiorem agnoscere debent patrio Andium ritu, in dinumeratione scilicet rerum suarum, in solle saltem, illi offerenda. Mei enim clientis cliens, meus censetur, fundi ipsius intuitu, qui ex antiqua beneficij mei causa deuenit ad alios possessores. Id quod fusiùs distinximus Lib. 3. REGII FRANCIÆ PATRIMONII. Tit. De dote & donat. propt. nup. Vnde nec clientibus licita est beneficiaria prædij concessio inferior, irrequisitis patronis, nisi huc simul tria concurrant. Primum, vt talis subclientela syncerè contrahatur, nulla fraude captionèque, nec clanculum numerata clienti pecunia. Item vt res detur ei in subbeneficium, qui paris sit conditionis & qualitatis, ad obsequia patrono præstanda. Bal. in Authen. Nisi rogati Cod. Ad S. C. Trebel. Tertiũ, vt iisdem cautionibus eiusmodi *infeudatio* contrahatur. Glo. in cap. 1. §. 1. De capit. Conradi. Et in cap. 1. §. 1. Per quos fiat inuest. Quocunque autem casu pacta sit in *feudum* datio inter clientulos, certè soluto clientis recto *feudo*, soluitur ius subclientis. Et sic beneficium totum, vnà cum eo quod subbeneficij lege datum fuerit, liberè ad patronum reuertitur. Specul. in §. quoniam Tit. De feud. quæst. 38. Felyn. ad cap. Quæ in Ecclesiarum De Constitut. Si tamen subcliens paratum se dicat in superioris patroni verba iurare, seque ipsius beneficiarium profiteri, tunc dominus eum admittere tenetur, eiusdem postmodùm purè clientem futurum. Cap. 1. §. vlt. Qualit. ol. poter. feud. alien. Bal. ad cap. cæterùm De Iudic. Quod ita est accipiendum, nisi primi clientis perfidia ingratúsve animus causam præbuerit legi commissoriæ *feudi*. Nam hoc casu solidum *feudum* reuocatur in pristinum ius possessionémque domini superioris, omnibus solutum oneribus & in *feudum* dationibus: iis modò demptis, quas patronus nominatim comprobasset. Cap. 1. §. quid ergo De inuest. de re alie. fac. Cap. 1. §. rursus Et ibi Bal. Quib. m. l. feud. amitt. Sed de iis Nos accuratiùs posthac Lib. 2.

Quisquis etiam subditos censuales fundos emit, ac Dominicum deinde feudalem, hoc ipso totum confusione nobilitat, velutique vnicum feudum nobile simul iunctum hæres primogenitus capiet. Arresto Parisien die. 20. Febr. An. 1599. in 4. Camera Inquæstar. Dn. *Fauschet* relatore, Pro Georg. *de Gueret* appellante à Bailliuo Blesensi, contra Francisc. *Baudry*, & consortes, intimatos.

CLIENTVM, & Subclientum munus expediuimus, in recen- 14
sendis apud patronum rebus beneficiariis positum: Nunc de vlteriore clientum gradu percontemur, an inferiores clientuli sint tali bonorum dinumerationi obnoxij, de scripto proferendæ apud dominum. Planè Andium Constitutionibus expressum est, huic oneri clientum ordines inferiores non subiici. §. 6. Feudorum autem gradus sunt tres, Mediolanensi Consuet. Feudistica: summus, medius, & infimus. Primarium *feudum* est, (Regale dici solitum) quod à Rege ipso vel Cæsare datum fuit. In hoc genere *Feudistici* Auctores numerant Ducatus imprimis, deinde Comitatus, tum Marchias. Lib. feud.

n. 6. Vers. Mais des autres moyens plus loingtains, n'y doiuent estre contraincts à faire telles declarations & obeissance à leurs despens.

1. Tit.

Digitized by Go

1. Tit. 1. §. Lib. 7. Tit. 10. & Tit. 34. §. 1. Media *Feudorũ* ſeries exiſtit, quùm à Vallis regiis *Valuaſores* regij, ſiue maiores *Valuaſores* conſtituuntur. Vt qui à Ducibus Vrbi præfecti ſunt, queîs regendus Populus commi tatur. Lib. 2. Feud. Infimæ verò notæ *Feuda* ſunt eorum, qui ab his inter mediis creati ſunt clientuli: Et hæc qui obtinent, minores *Valuaſores* aut Vaſalli appellantur. At Francico More vlterius progreditur *feudorũ* ordo, quùm & ea, patrimonij inſtar, libero clientũ arbitrio cõmercióq; diſponantur, alienentur. Rurſum licet quartus hic ordo iure *Feudorum* non cenſeatur, lib. 1. Feud. Tit. 1. §. 4. Tit. 7. & 16. tamen in quartum vſque gradum pacto tranſmitti poſſunt *Feuda* Moribus Longobardo rum, imò & in immenſum. Lib. 2. Tit. 34. §. 4. Sed quia eadem ſemper manet *infeudationis* natura ac conditio, nouus propterea ſtatuendus nõ videtur *feudi* gradus. Multiplici etiam Gallicorum Municipiorum lege vetitum eſt clientibus, beneficiarios fundos in ſubbeneficium conce dere vltra trientis ipſorum modum, nec, niſi beſſe ſaltem rei clientela ris ſibi recepto ac retento, vnde ſuum patronale ius commodè tueantur. Quemadmodùm à nobis planiùs explicabitur, i. Lib. 2. Tit De feudi in membra diſcerptione. Vnum obiter exempli cauſa referemus, quod Philip. *de Biaumanoir* literis mandauit quondam, de patriis Bellouacorum ſuorum Inſtitutis, Frãcorúmque adeo omnium, vulgari hoc idiomate. *Selonc le Couſtume de Biauuoiſis cie puis biẽ fere du tiers de mon fie arriereſie, & retenir tout lomage, ſi come ſe ie marie aucũ de mes enfãs. Mes ſe ien ote plus du tiers, li homages du tiers, & du ſorplus vient au Seigneur, & en tel maniere le porroye ie faire, que ie porroie plus perdre.* Cap. 14. Lib. Francicarũ Conſuetudinum, quas ille Claromontis Bellouacorum prætor contexuit An. 1284. auſpiciis Roberti Comitis Claromontani. Hodiernò itidem vſu Lutetiani fori exploſa ſunt feuda aërea, nouſque Emendãtores Pariſien. Conſuet. ea ſuſtulêre. Artic. 51. Nec diuerſum Victriaco Belgicæ Campaniæ Ritu vſurpatur. § 23. Qui ex autographo More priſco Cãpani Pop. depromptus fuit, ita relato. *Couſtume eſt en Champagne, que li Chaſtellains, & li Barons de Champagne doit eſtre bien en fie & en homage de lor heritage aux gentilshoms, & les en puet on reprendre à homs: Et ainſins en ont ils vſé tos iours. Mes ſe il lor vendẽt ou prennet argent, il ne le porroient.* Item *li vaua ſour ne puet fere de fie, refie, ſe il neſt, que il marient de lor enfens, & qui lordonnent de lor heritages, de ce les puet il bien reprenre à homs, puis qu'il teigne encor de demaine, qui tient dou Seigneur*

Ores qu'il ſoit loiſible au vaſſal par quelques Couſtumes, ſeloüer de ſon Fief juſques à demiſſion de foy, il s'entend en retenant quelque cens, rente, ou autre droict vtil annuel auec la retention de la foy.

Alioqui non poteſt eſſe dominus vel vaſſallus ſine feudo, *& autremẽt ne peut lon auoir* feudum *reum* purè & ſimpliciter, *pour aſſuietir le ſeigneur ſuperieur à le retenir pour vaſſal. Mais au preiudice de l'alienant, laq. paction perſonnelle vaut pour garentir les acquereurs vers le ſeigneur ſuperieur.* Vide Molin. in. §. 41. Conſuet. Pariſ.

Deſfis de fief.

Fiefs en l'air, ſans demaine.

Vetuſtiſſima Campaniæ Conſuetudo manu ſcripta, Comitum Campanorum temporibus.

Digitized by Google

Cap. 7.

Si le subiect a vne fois baillé deuement ses Declarations ou Aueu non defectifz, & par apres son Seigneur vẽd ou aliene sa terre, s'il est apres appellé par le Seigneur acquereur, pour luy bailler nouuel Aueu ou Declaration, ce ne doit estre à la charge ou despens dud. subiect. Autre chose seroit, s'il y auoit mutation de Seigneur par mort.

POSTQVAM SVBDITVS DOMINO SEMEL TRADIDIT PARTICVLAREM RERVM SVARVM VEL CENSVALIVM PROFESSIONEM VEL CLIENTELARIVM DINVMERATIONEM, DOMINICO PRÆDIO DEHINC ALIENATO, COGENDVS NON EST AB EMPTORE SVBDITVS, NOVVM BONORVM CATALOGVM PRÆBERE SVIS PRIVATISQVE CLIENTVLI IMPENDII. SECVS IN FEVDO EODEM VACANTE MORTE PATRONI: CVIVS IDCIRCO HÆRES NON MALE EXIGET CLIENTELARE OBSEQVIVM HOC, VASALLI SVMPTV PRÆSTANDVM. 1.

La saisie feodale du nouueau Seigneur vaut simple sommation. Aurel. Consuet.

QVANTVM interfit Francicis Moribus in ter fidem, ex clients vel ex patroni parte dissolutam, hinc patet, quòd antiquum clientem nouus patronus vrgere nequeat ad clientelare officium, fundi pigneratione beneficiarij, priùsquàm ex formula commonuerit appellaritque, vt clientelari in eum munere defungatur. Quorumdam certè Municipiorum legibus, fas est nouo domino, beneficiarium prædium inuadere ob iura patronalia non præstita: vt pote apud Aurelianos. §. 60. At Dominica hæc manus iniectio nihilò plus operatur, quàm nuda patroni admonitio & denunciatio, vt antiquus cliens nouum patronum officiosè adeat, & in eius se fidem adsumendum curet. Diuersa causa est dominicæ prehensionis *feudi* in nouum vasalli successorem, ex qua nimirum iste damno fructuum prædij affici solet. Cui tamen Parisiorum Lex recens cautionem eam adhibuit moderationémque, ne vltra triennium dominica fundi pigneratio prorogaretur: nisi noua subinde Viatoris renunciatione repetita fuisset, ad prædiarios contumacis vasalli reditus pœnæ nomine consequendos. §. 31. Nam alioqui semel iniecta manus patroni, quæ longo dehinc suppressa silentio priuatum fallat possessorem, excitari denuò non posset absque graui dispendio clientuli, prouentuúmque suorum iactura multorum annorum. Patronus item morosulus à superiori cogitur in fidem clientelámque vasallum recipere, qui debitum illi obsequium præstare paratus fuerit. Cap. 1. Si de inuest. *feudi* controuer. fuer. Imò & quanti interfit clientis, tenebitur quisquis ei perperam negarit *feudi* vestituram. Cap. 1. §. vlt. De noua for. fidel. Causabitur forsan patronus, clientem se præsentem non vidisse, sed eius procuratorem, quem audire nec voluerit nec debuerit,

Optima Lex Consuetudinaria Parisien. in Aureliẽsem quoq; meritò transcripta, Art. 51.

Szuus quoque in vasallum dominus, grandi in eundẽ ære mulctatur, suaque Iurisdictione, qua per sæuitiam abusus sit, vnienda in posterum regiæ proximæ Iurisdictioni. Aresto Paris. die. 21. Nou. 1552. pro Iano *Chambert dict de la garde* vasallo, in Iacob *dela Chambre*, Baronem *de Cham-*

zed by Google

rit. At vulgari Vſu fori didicimus, patronos aliquot caſibus procuratorem admittere cõpellendos, maiori inuocato Magiſtratu: Putà, ſi capitales patronus cum clientulo inimicitias gerat, cui idcirco tutus ad dominum acceſſus minimè pateat. Argum. Clem. paſtoralis De re iudic. l. 3. D. ex quib. cauſ. maio. Cap. ex parte De appel. Pontanus nuncupatim, in Bleſen. Conſuet. Tit. 5. Artic. 57. Rurſus abſentes Reipub. ergò, lege ſoluuntur perſonalis huius muneris *feudalitij* Quemadmodùm Senatus, ex panegyrica ſingularum Curiæ claſſium ſententia, pronunciauit ad libellum ſupplicem Petri *Damours* Senatoris, qui veniam temporarij è Curia ſeceſſus petierat, dum cliens ipſe nouus paterna hæreditate, patronos adiret, fidelitatis ſacramentum iis præſtiturus. Quo non impetrato diſceſſu, illi ſimul permiſſum eſt, vicaria procuratoris opera in fidem ſe ac clientelam patronorum conferre. S. C. facto Idibus Martiis An. 1577. Vignoleo, libelli ſupplicis expoſitore. Sed vbinam aſſumendus ſit in fidem beneficiarius, quem aſſumptum voluerit Dominus ſuperior, nequicquam obnitente patrono, cape ex Lib. *Du grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique*, quo ſic habetur. *Item ſe le Seigneur deſſaict de ſon oppoſition aux lettres pour faire recepuoir par luy ſon vaſſal en foy, & qu'il ſoit dit qu'il receura le vaſſal en ſa foy, & il dit qu'il le recepura ſur le lieu, dont le fief eſt mouuant, il n'y ſera point ouy, mais le receura en Parlement.* Idemque ſenſit Maſuerius. §. Item ſi dominus Tit. De feudis In Praxi Iudic.

pagne, in Pictauia. Ex Fabro, Inſtit. De iis qui ſunt ſui vel ali. iur. Et Gund. Pap. in Quæſt. 62.

Pour le moins en ce cas le Seigneur doit donner ſouffrance ou ſurceance, s'il ne veut receuoir le vaſſal par Procureur.

Arreſtum Curiæ Die. 13. Mart An. 1577.

Nempe *pendeuant la chief ſeruent & ſurſeance.* Aliàs dominus feudi non tenetur recipere in fidem vaſallũ alibi, quàm in loco feudi ſui dominantis. Art. 64. Pariſ. 31. Trecenſ. Conſuet. & vſu practico Galliæ.

2. In ſumma, rei clientelaris prehenſio Dominica manet tantum eouſque, dum *feudi* poſſeſſor adigatur fidelitatis ſacramento. Nam ſimul ac iurauit in verba patroni, licet diutius poſtea remoretur traditionem catalogi rerum clientelarium, haud ideo patitur fructuariam iterum pœnalemque manus iniectionem in *feudum*: ſed quàm primùm domino catalogum obtulerit, patronali iſta ſublata manu, omnes ſunt fundi prouentus clientulo reſtituendi. Hæc ſingulis ferè Gallorum Prouinciis communia, quæ More aguntur Inſtitutiſque ciuilibus. Dempta hinc ſolùm Pictonica, Trecenſi, & Vnellorum Conſuetudine. Prima enim illa, fructus rei quæruntur Domino in contumacem, iudicióque damnatum *Vaſſallum feudi* ſui dinumerationem minutatim illi præbere. Art. 85. Trecis verò, annali clientis mota in edendo Beneficiarij cuiuſque fundi Catalogo, lucrifiunt Domino reditus eiuſce latifundij. Art. 30. Quin & Perticenſi Lege, hic facit fructus ſuos beneficij feudalis, poſt binum ſubinde menſem, ab iniecta ſua prædio manu Dominica ob rerum dinumerationem ſibi non porrectam. Art. 43. Alibi porro, clientelæ rebus hoc nomine prehenſis, haud fruetur patronus vacuo interim ſubclientis prædiolo, pœnæ cauſa. Aurelienſi More. §. 83. ac comnumi adeo Municipibus aliis æquitatis ratione: quòd fructuarias nullas obuentiones Domino comparet iſtiuſmodi pigneratio beneficisarij fundi, multò minùs ſubbeneficiarij, qui caducariam in

Feudaria quidem prehenſione fundi *par deffaut d'hõme & hommage nõ faict* patronus facit fructus ſuos §. 416. Andegegis. Sed lucrũ hoc fructuum intelligitur tantùm de collectis & conſumptis ante hominium præſtitum. Nam data patrono fide & obſequio extãtes necdum conſumpti fructus rei ſunt vaſallo reddendi. §. 104. 105. & 106. eiuſd. Conſuet. in Verſ. *& qui ſoraient conſommez* & Verſ. *tenu luy rendre les fruicts qu'il aura prins depuis l'offre.* Tamẽ ad conciliandã patriæ Legis Articulos diſtinguunt ita nonnulli. vt ſi Dominus pet ſe feudum inferius poſſideat prõ ſuo iure e cauſis prædictis, tunc conſumptos tantùm ante fidem datã lucretur: Si autem feudum publicè poſſiodendum tulerit per Iudicem, ſequeſtro prædij interpoſito, tunc omnes promiſcuè ſibi fructus acquirat. Sed

meo iudicio, vbi Lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Castrinoui Timerēsis Consuetudine, debetur emenda 15. assium à vasallo, *à faulte d'aueu non baillé dans les 40. iours.* Art 36.

Saisito feudo ex defectu dinumeramēti à vasallo dandi, non ideo retrofeuda subuasallorum vacantia *sont exploitables par le Seigneur saisi fait, en pure perte des arrieres vassaux.* Quia ex tali saisina non facit fructus suos.

causam inciderit. Etsi namque vulgò feratur, clientis iure soluto, adaperta itidem subclientis *feuda*, ad patronum deuolui. Hoc vtique procedit in *feudis* cliente nudatis, non autem publicè inuasis à Domino ex sola catalogi rerum edundi à beneficiario mora ac ignauia, quæ subbeneficiariis obesse non debet. Vnum certè Andibus penè proprium, quòd si fundus superior dominum mutarit spontanea alienatione, tunc antiquus cliens nouo Catalogo dando non sit obnoxius, nisi fortè petentis Domini impendio: Sinautem patroni obitu vacuum fiat prædium dominans, tunc cliens oneretur beneficiario hoc munere, quod suis etiam sumptibus expleat. §. 7. Andeg. leg. Nam eo iure constituta censentur *feuda*, vt eadem quæ nobis hæredi charissimo à cliente velimus præstari. Quod ad singularem successorem produci non sinit rationis dissimilitudo. Huc accedit necessaria mortalium conditio naturalísque lex Fati, quæ tacito pacto clientes obligat, vt domino, sic Dominico hæredi iustis exoluendis. In vltronea verò & pactitia *feudi* alienatione, non æquè. Argum. Vlpiani in l. si fideiussor. §. si necessaria D. Qui satisd. cog. Porrò in emphyteusi, Iudiciis decisum est Gratianopolitani Senatus, emphyteutam toties vrgendum ad honorariam in dominum professionem, quoties ab eo rogatus fuerit interpellatúsque rei ipsius emphyteuticæ nomine. Vidi Papij Quæst. 417. Ex ratione. §. emptoribus Authen. De non alienan. reb. Eccles. Glo. in Authen. Si quas ruinas Cod. De sacrosanct. Eccles. Planè in vniuersum ordinaria iura Dominica, de quibus. 3. actum est, pendi debent sumptu clientis: extraordinaria, patroni. Quemadmodùm veteri S. C. proditum fuit hac verborum nuncupatione. Barones, & alij Nobiles de Aruernia dicebant contra dominum Regem & tenentem Comitatum Aruerniæ tanquam suum, quòd quando dominus Aruerniæ vult eos ducere in exercitum, debet eis dare & soluere omnes expensas. Visa inquesta & litera domini Regis super hoc factis, Iudicatum fuit, & declaratum, quòd dominus Rex non tenetur eis expensas soluere in Aruernia, sed quando sequuntur eum extra Comitatum Aruerniæ in exercitum ad eius mandatum, quòd tenetur eis soluere stipendia sua. In Parlam. Pentecostes An. 1285. Fol. 104. prisci Curiæ Commentarij. At paulò anteriore Decreto *Parlamentari* interdictum fuit prorsus Ambarrorum Comiti, suos Gallicíque Regni subditos, in Prouincias Germanici Imperij traducere militaturos. An. 1281.

Comes Barri non potest extrahere homines de Regno & ducere in Imperiū. Iure Consuetudinario Hungarorū nobiles sine stipendio extra Regnum cum Rege non militāt, & exceptis Officialibus & stipendiariis Regis, in solo Regno, non extra cum Rege contra hostem ire tenentur.

NOVISSIMAM rerum dinumerationem satis est patrono tradi, non vetustiorem: vt publica manus prædiis imposita tollatur. Sicuti & beneficiaria quæque instrumenta tenetur edere cliens bona fide: Nec tamen necesse habet, primariam *feudi* concessionem nouo Duci Comitiue ostendere, vt ab eo in clientelam cooptetur. Ioh. Andr. in addit. ad Specul. De *Feudis* §. 1. Vers. porrò. Quod si in clientelarium bonorum catalogo omissa sit vitis, pratum, taliáve *feudi* latifundia, manebit in re omissa *feudi* sequestratio patronalis: donec 3.

co

eo nomine agnoſcatur patronus, vel abnegetur. Ac patrocinij quidem inficiation ecommittitur beneficium recto domino, ſed non abſque exceptione. Quàmlibet enim inſtanti patrono, Antiſſiodorenſi præſuli, abnuit Princeps clientelare obſequium ex Baronatu *de Donzy*, Epiſcoporum beneficiario. An. 1314. Regiæ nimirũ Celſitudini non conuenire viſum, onus ſuis obnoxiæ popularibus clientelæ. Sed procurator fiſci Epiſcopo obtulit Regis vicarium clientem ex Donziaca ditione, quæ Regium in fiſcum redacta fuerat perduellione Ludouici Flandriæ Comitis & Niuernen. Eandem in partem ciet inueteratum Franciæ morem, ne Rex ſummus Patriæ parens patronúſque, clientelari apud ſubditos ſacramento rogetur. Contrà verò nitente Pontifice, iudicatum eſt olim, nobilem virum, quem Princeps nominarat, vice regia fidem præſtiturum Antiſtiti: nullo interea patronalium commodorum præiudicio Epiſcopi, tanquam Domini ſuperioris. In Parlam. octauæ Diuorum omnium. An. 1314. Enim verò ſi Princeps alio iure fundum occupet, quem ſcilicet ob fiſcalia nomina publicè poſſideri iuſſerit, rectus dominus meritò coget Fiſcalem cognitorem ad prædium emancipandum, vt beneficiaria ipſius percipiat emolumenta. Inſigni decreto Curiæ Francicæ in Parlam. Diualium. An 1291. cuius formula hæc eſt, Cùm dominus Rex teneret in manu ſua pro quodam debito ſuo quandam hæreditatem, quę tenebatur ab Abbate S. Catarinæ, præceptum fuit Bailliuo Rothomagenſi, vt dictam hæreditatem poneret extra manum Regiam, vendendo eam, vel aliâs explectendo, vt Abbas de ea poſſit habere tenentem. Quinetiam nullius magis intereſt quàm Regum ipſorum, inferiora ſubditorum latifundia, cum ſacri Patrimonij rationibus, haud vſquequaque confundi. Id quod prudenter animaduerſum ab aulicis optimatibus, Karolo. 6. rege, tradit Froſſartes Hiſtoricus, tali ſcriptura, *que le Roy de France ne ſe deuoit pas approprier du Comté de Foix, & n'y auroit pas le Roy prouſit: en ce que la terre de Foix luy couſteroit bien autant à garder tous les ans, que les rentes en vauldroint à ſes Receueurs, & auec cela il perdroit l'hommage, & le ſeruice d'vn puiſſant homme.*

Priuatur vaſallus feudi iure ſuo vtili, ſi fidelitatem domino præſtare recuſarit. Sicuti, econtrà ſi, dominus feudi proprietate mulctatur, ſi vaſallum admittere indebitè renuerit. Cap. 1. §. dominus De for. fidel. Cap. vn. Qual. dom. feu priu. Et vulgari Gallico, *Qui Fief nie, ou Fief veigne, Fief perd.*

Ex Fol. 151. antiqui Regeſti Curiæ.

Regeſti Fol. 96.

Hiſt. Volum. 4. cap. 30.

Cap. 8.

Lesd. bas Iusticiers ont Amendes pour leurs deuoirs non payez: auecques ce ont Ventes, & autres emolumens de Fief. Aussi ont les Amendes sur leurs vassaulx, pour les defaulx qu'ils auroient faicts d'auoir baillé leurs Adueux; ainsi qu'il sera traicté en autres lieux cy apres. Pe uuent à la requeste de parties, ou pour leurs droicts & deuoirs non payez, saisir & dessaisir les choses tenues d'eux: ont la cognoissance de faire mettre Bournes entre leurs subiects par les lieux, que les parties, ou les sçauans du pays, en debat des parties, aduiseront. Ont aussi la petite Coustume des denrées vendues en leur Fief, comme blé, vin, bestes, & autres choses.

INFIMAM HABENTIBVS IVRISDICTIONEM COMPETVNT MVLCTÆ OB IVSTA DOMIMICA NON SOLVTA, LAVDIMIA PARITER, ALIAQVE HVIVSMODI PATRONALIA IVRA VTILIA. IISDEM MVLCTÆ DICTIO EST ADDICTIOQVE IN CLIENTES CONTVMACI INCVRIA CVNCTATIONEQVE DESIDES IN TRADENDO RERVM CLIENTELARIVM DINVMERAMENTO, quod vocant. POSSVNT ETIAM, VEL PARTE POSTVLANTE, VEL OB SVA IVRA HONORARIAQVE DEBITA MANVM INIICERE, TOLEREQVE A PRÆDIIS SIBI OBNOXIIS. PRÆTEREA IVS REDDVNT DE AGRORVM LIMITIBVS INTER SVBDITOS, IBI PONENDIS, VBI LITIGATORES, AVT DISSIDENTIBVS, IIS RERVM PERITI ALII EX EODEM MVNICIPIO FVERINT ARBITRATI. TALIBVS DEIN IVRIDICIS VECTIGAL DEBETVR EX MERCIBVS, QVÆ INTRA FEVDI SVI FINES VENDITÆ SINT: QVALE TRITICVM, PECORA, ET RELIQVA ID GENVS. 1.

Census consuetudinarius Galliæ, non qualiter in Iure ciuili accipitur, quo, Principi penditur in recognitionē supremæ potestatis: Sed hic præstatur vnicuique priuato in agnitionem directi dominij ac superioris.

HIC Vsus in cæteris fermè obtinet Galliæ prouinciolis. Nam veteribus Francicorum Morum Collectaneis ita scriptum est, *Li homs de poeste, qui doit droict cens au Seigneur à chertaen ior ou à autruy, dequoy il tient heritage, s'il ne paye à ior, il est à. 5. solz d'amende: Et aussi seroit li Gentix homs, qui tiendroit heritage à cens.* Cap. 30. Libri à Phil. Belmanerio concinnati de Francicis ritibus Institutísque, ac sigillatim de Claromontanis Bellouacorum. Porrò complurium cuique Dominorum mulctatitij nummi distribuuntur pro Dominicis portionibus, ob solarium minimè pensum ab vno vectigalis agri possessore. Secus in iuribus viritim diuisis inter Dominos, vel vnius ex iis priuatim causam respicientibus. Nempe si alterius Apparitor offendatur, communísve amborum Accensus Viatórque, sed in vnius tantùm ipsorum contumeliam. Quo casu mulctatitium æs huic soli addicitur, non vtrique domino Iuridico. Fab. in §. si communi seruo Instit. De iniur. l. Item apud Labeonem. §. penult. ff. eod.

Le Cens, deuoir censuel, deuoir seigneurial. Pro quo, consultum est dominis, conficere auctoritate publica *vn Papier terrier, censier, rentier*, aliàs *papier des cens & rentes.*

PLERVNQVE

2. PLERVNQVE accidit, eundem fundum duplici obnoxium esse vectigali agrario in totidem dominos superiores, vtpote minuto in hunc, grandiori in illum censui, quem dicunt. Vtrouis vectigali non penso, quæritur, vtri dominorum competant mulctæ. Sed de eo priscum Galliæ Pragmaticum audito, sua lingua sic loquentem, *Notez, que quant l'heritage doit aucun menu cens à vn Iusticier foncier, & gros cens à vn autre seigneur foncier, ledit seigneur iusticier qui ha le menu cens, ha les amendes du cens non payé, les ventes & saisine: Et le gros foncier n'y prend riens. Et nomme len le menu cens, chef cens, ou cens capital: pource qu'il regarde plus le fons que l'edifice. Et il y appert, car pour non soy opposer à criees, le sieur foncier ne pert point son chef cens, capital, ou menu: Mais la rente, qui regarde l'edifice, est perdue. Car c'est grosse charge nuysible. Et n'est le cens, fors en signe & remembrance ou pour cognoissance du seigneur. Car comme dit Droit, dés la premiere institution les seigneurs ne baillerent que les places vuydes, & non mie les edifices.* In Lib. manuscripto, cui titulus præfigitur, *Pour monstrer & apprendre à vn chascun quel ordre de proceder est en Court laye, &c.* Huc pertinent notata in Codice isto forensium Obseruationum Galliæ, *Le grand Coustumier de France, & Instruction de Practicque.* Fingatur autem, censum fuisse legatum postremis tabulis recti Domini, an eo ipso relictum videatur rectum Dominium? Non videri dixeris specie ipsa prima, quùm superius dominium, sit principale aliquid: canon verò, accessionis vice fungatur, indictus nempe ex causa recti dominij. Auctore Iustiniano l. vlt. De iur. emphyt. Atqui nil vetat, superiorem hanc fundi proprietatem vni, censum alteri competere. Vt Scæuola innuit l. vlt. §. vlt. De contrah. empt. Et Vlpianus l. Summa. §. emptor. De pecul. vbi seruo concesso, qui est principalis, non censetur concessum peculium, quod seruo alioquin accedit. Multò minùs igitur, vbi data res esset peculiaris, seruus datus putabitur. Contrarium tamen vsu probauit Gallorum ciuilis Scientia, disertéque apud Delphinates solarium professus, tacite agnoscit rectum eius Dominium, cui, ex solo debita pensitatio proponatur, Stylo Gratianopolitanæ Curiæ, quem toties prædicat Vidus Papa. Decis. 264. In hunc sensum Hostiensis nominatim, in Sum. Tit. De iur. emphyt. §. vlt. Vers. quid ergo. Et Specul. eod. Tit. vers. 86. Ac deinceps Bart. ad l. si domus. §. vlt. ff. de leg. 1. Quoniam igitur rectum Dominium Agrariæ illi pensitationi aduoluitur honorariæ, putat Masuerius tricenam census præscriptionem trahere secum immunitatem perpetuam officiorum omnium & clientelarium obsequiorum. In Praxi Tit. De Præscript. §. Item quamuis.

Item si le seigneur foncier perd son cens par la ruine de la maison sur laquelle il le prend, il ne peut pas prendre icelle maison, ne appliquer à son profit pour la faire massonner: mais il peut bien requerir au haut Iusticier, que à sa requeste, il la face crier. In Codice *du grãd Coustumier de France & Instruction de Practique.* Lib 2.

In hoc Franciæ Consuetudinario Lib. talis clausula voluitur, Nota *que pour heriotage prins à croix de cens, ne faut ia aller prendre saisine deuers le Seigneur foncier.*

Le cens, deuoir feodal, prestation censuelle, sũt signa subiectionis erga dominum superiorem.

Le vassal, ou Anien qui par 30. ans a prescript le deuoir noble ou feodal a acquis pareillement exemption de toutes autres obeissances feodales. §. 440. Andeg. Consuet.

3. VSVVENIT etiam, solarium istud *censuariis* dominis exolui quotannis certa in Domo, vbi Mensa ideò apparari soleat proferrique tapetis instructa ad Dominicum vectigal ibidem colligendum. Cuiusmodi Ædes minimè domino subiiciuntur census nomine. Iam hæsitatur, iisne venditis, laudimia debeantur Territorij domino vel *Feudi*, intra quod domus situm habeat: an ei potiùs cui eadem seruire

Iuris cõmunis præsumptione fundatus est Dominus quisq; pro feudo & Iurisdictione intra fines feudi sui ac Territorij limitati. Fab. in l. 1. C. de iur. emphyt. & in l. 1. C. de sum. trin.

consueuerit, die recipiendis censibus dicta. Prima fronte pro patrono illo sentias, Legum coniectura subnixo, quoad ea quæ *Feudi* sui septis concluſa teneantur. Vt admonuimus §. Auget quoque huius sententię fidem præsumpta opinio vulgaris, familiaritate veriùs quàm iure seruitutis paratam fuisse iam olim Mensam iis in ædibus, vbi *censuales* reditus cogerentur: quùm præsertim nullis Censuum monumentis professionéque obligati fuerint ædium proprietarij. Ad hæc, priuatis rerum possessoribus vetitum est, iusti patroni ius dominiúmque interuertere, ac clandestinis in alium officiis obsequiísque transcribere: quòd constaret imprimis, clientelare sacramentum patrono præstitum fuisse ab ædium proprietariis sexagenos abhinc annos. Veruntamen ex facto consulto respondi, ædium seruitutem illam, qua vsus sit diuturno tempore solarij dominus, notam quandam esse tesserámque dominij superioris, atque eo nomine rectum dominium ab isto captum vsu existimari. Nam vt eminens patibulum, numellæ versatiles, palus numellarius, & reliqua huiusmodi, sunt Imperij meri insignia: sic peristromatis ornata Mensa destinatáque ad excipiendos census domino debitos, index est quodammodò maioris in eas ædes iuris dominici imperiíque, secundùm talis census coactorem. Quo fermè modo Græcis habetur πλάνιον, i. mensa publicanorum, vbi vectigal colligitur, ac πλάνης sedet tributum exigens. Isthûc quoque videtur spectare luculenta Vidi Papæ Decis. 307. extraneum nempe, nec subditum, si in meo degat Territorio, nulla mihi clientelæ lege fidéque deuinciri: sed ipsum tamen ex habitatione domóque in meis sita finibus mihi subiici, iuréque iurando teneri fidelitatis. Sicuti pariter innuit Longobardica *Feudorum* sanctio, §. si verò domesticus Tit. Qualit. iur. deb. Vers. *non quòd habeat Feudum, sed quia sub Iurisdictione sit eius, cui iurat.* Quò minùs mirum sit, nouos ædium habitatores emptoresque laudimia ei dependere, cui domus hæc quotannis inseruiat, ad singulos cuiúsque census percipiendos. Eódem relabitur Aluaroti dictum, (in Cap. Præterea De prohib. Feud. alien. per Prider.) patrono licere, quocunque voluerit loco inter clientes ius dicere: seruata tamen sua & Maiorum suorum honestate. Secus Iure Saxonico. Lib. 2. different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 63.

Fourches patibulaires, le Pilory, & Carcan.

Vers. *pouuent à la requeste de partie, ou pour leurs droits & deuoirs non faicts & non payez, saisir & dessaisir les choses tenues d'eux.*

REGVLA est Iuris ciuilis Andium, minimos Iuridicos ob iusta non persoluta iniicere manum auferréve posse inferioribus fundis. Artic. 8. At de mouentibus se bonis clientum, prehendantur néene licitè Dominica manu, ingens fuit certamen inter veteres Francici fori peritos. A quibus hac tandem distinctione absoluitur negotium. *Item vn Seigneur feodal, qui n'est pas haut Iusticier, ne peut arrester sur le mouuant de luy aucun foin, bleds, auoines, & autres grains & fruicts pendans par les racines: si ce n'est pour son Cens de terre. Car pour sa racine ou autre redeuance, il ne le peut prendre, ne mais les meubles de son vassal, ne sur eux vser de voye d'arrest, se ils ne luy sont obligez. Mais le haut Iusticier le peut bien faire par la Coustume des fiefs.* In antiquo Gallicarum Consuet. Volumine, cuius suprà mentionem 4.

Par la Coustume des fiefs, si est qu'vn vassal est mort, le seigneur peut assigner au fief, mais il ne peut rien lever, iusques à 40 iours apres la mort du vassal. Hæc in Lib. Consuetudinario Franciæ, vulgò *Le grand Coustumier de*

intulimus

Digitized by Google

intulimus. Sic patrio Andium Ritu vetitum eſt patronis omnibus, mobilia clientum pignora capere, ob Dominica iura non penſa. 1. §. 104. De *cenſuarij* autem domini poteſtate, ac pignerandorum ſubditi mobilium ex ſolario debito, extat vetus Axioma forenſe Gallicum, in hanc formulam. *Se vn Cenſier a eſté negligent de gaiger pour la Cenſiue de 10. ou 20. ans, aucuns ont tenu, qu'il a perdue ſa ſaiſine de Gaigerie. Mais ce eſt faux, car ſe il a eſté payé, ou que len l'ait promis paier, ou ſe la maiſon a eſté vuide, l'vne des 3. choſes deſſudites luy conſerue ſon droit de Gaigerie, puis qu'il y a aucunefois gaigé. Mais ſe onques il n'auoit eu ſaiſine de gaiger, ou qu'il l'euſt eu, & que depuis ce, il euſt eſté negligent par an & iour de ſoy faire payer, ou receu promeſſe d'eſtre payé, ou gaiger en l'hoſtel, puiſque par iceluy temps, il auroit publiquement eſté ouuert & garni*, ſecus. Nec vſquequaque mittendi ſunt in poſſeſſionem prædiorum recti domini, nec priuilegiaria vtuntur fundi prehenſione beneficiarij, niſi intra tempus Municipiorum legibus præfinitum. Exempli vice, ſi emptor deceſſerit, relicta vidua & hæredibus, poſt annum patrono non licet fundum inuadere hoc colore, quòd nouus poſſeſſor empti fundi Inſtrumenta eiipſi non edidiſſet: ſaluo eidem nudæ actionis ſubſidio atque remedio. Andeg. Legis cap. 158. Aliud tamen ſuperioribus Iuriſdictionis dominis vſitatum dicit Faber, Gallicæ conſuet. teſtis locupletiſſimus. Ad §. retinendæ Inſtit. De Interd. Porrò in concurſu recti Domini, Iuridicíque maioris prouiſum eſt ab Ordine Clariſſ. ne Iuridica manus ſuperior in fundum inuecta, patronali iuri ac commodis in poſterum officiat. Decreto *Parlamentari* octauæ Diualium. an. 1262. cuius verba ſunt hæc. Quædam domus fuit diruta per gentes domini Regis apud Moyacum ratione cuiuſdam murtri: & cùm dominus Rex tenuiſſet per annum ipſam domum, dominus de Moyaco, à quo mouetur ipſa domus, petiit ipſam domum poni in tali ſtatu vel manu, quòd exinde poſſet habere debentias ſuas. Præceptum fuit Bailliuo, quòd ipſam domum poneret in tali manu, quòd dictus dominus poſſet inde habere redibétias ſuas. Ex vetuſtiſſ. Regeſto Curiæ, Fol. 123.

France, & Inſtruction de Practique.

Recenti Pariſiorum Conſuet. ſtatutũ eſt. an 1580. Domino cenſuario licere *en la ville & Banlieue de Paris, proceder par voye de ſimple gagerie ſur les biens eſtans és maiſons pour 3. ann. d'arrerages du cens, & au deſſoubs. Et eſt entẽdu ſimple gagerie, quãd il n'y a tranſport des biens. artic. 86.*

Iuſtitiarius, inquit Faber, poſuit ad manum ſuam aliquam rem ſibi ſubiectam ratione Iuſtitiæ: Sicut tota die faciunt Iuſticiarij regni Frãciæ.

In Parlam. octauæ omnium Sanctor.

5. IMÆ iuriſdictionis domini cognoſcunt de poſitione limitum inter ſubditos confinium agrorum poſſeſſores. Conſuet. noſtræ §. 8. in cuius nunc explicatione verſamur. Sed quia de iis fundorum terminis copioſè egimus antea. §. 3. illuc Lectorem aptiùs reiiciendum duximus. Subiuncto hoc interim, finium controuerſiam de plano ſummatímque decidi oportere. Quòd ſi ab infimo Iudice iſto appellatus ſuperior pronuntiet rectè pronocatum; mulctæ dictio eſt in ſuiinimum Iuridicum. De tali quidem mulcta ſancitum nihil perſpicuè video Moribus patriis: elicui autem ex priſcâ noſtrorum Tribunalium Obſeruatione clauſulam ſubſequentem: *Nota que ſe vn bas Iuſticier donne vn iugement dont il ſoit appellé, le bas Iuſticier en paye 60. ſols pariſ. quant il eſt dict mal iugé & bien appellé. Et le haut Iuſticier en paye 60 liures par. d'amẽde: ſuppoſé ores que le iugement ſoit donné pour raiſon de ſa baſſe Iuſtice.* Nec verò quiquam proponitur, quò minùs ſuus Municipij ſoto cuiuſque ſeruetur

Verſ. *ont la cognoiſſance de faire mettre bournes entre leurs ſubiectz par les lieux que les parties, ou les ſeruans du pays, en debat des parties, adviſerons.*

Hæc in Lib. Gallico. *Pour monſtrer, & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de proceder vſan Cour laye, &c.*

Vsus ritúsque peculiaris. Sicuti enim Ius *Feudisticum* in Langobardia, partim scriptum erat, quod Cæsarum sanctionibus constabat, Lotharij, Friderici, & aliorum: partim non scriptum, quales erant Consuetudines. (Tit. Hîc Consuet. regn. incip.) Ita non omnes Andium Leges prouinciales mandatæ sunt literis, sed aliquot etiamdùm petendæ Regulæ ex Vsu forensi, triuialíque Iudiciorum disciplina.

Posteà tamen Longobard. Cõsuetudinũ magna pars scriptis prodita est Edicto Regis Rotharis. Vt patet inscriptione ipsa Leg Longob. In Vsib. Feud.

COMPREHENSVM est insuper Andegauæ Leg. §. 8. infimos Iuri- 6.
dicos habere mercium vectigal, quæ intra *Feudi* sui limites distractæ sint: Vtpote frumenti, vini, armentorum, & reliquorum id genus. Sed hoc adeo moderantur patriæ Legis compositores, ne ibi solarium tale exigatur, vbi pendi non consuêrit. ï. §. 10. In omnibus enim vectigalibus ferè explorari solet attendíque consuetudo. Id quod Principalibus etiam constitutionibus cautum refert Paulus I. C. l. si publicanus Et l. licitatio. §. in omnibus De Publican. Cap. Super quibusdam Vers. vel ex antiqua consuetudine De verb. signif. Vnde nec earum rerum vectigal, quarum nunquam præstitum est, præstari debet. Auctore Iul. Paulo, Receptar. Lib. 5. Proinde & tributum illud Andensis Mos appellat *Coustume*, vti alias quoque indictiones Dominicas. §. 8. 49. 51. 53. 54. 59. ver. *Coustume*. Quo nomine itidem publica vectigalia Rom. Imperij significarunt Fridericus. 1. Cæs. & Henricus filius. Lib. De pace Constantiæ In vers. concedimus ciuitatibus, locis, & personis societatis Regalia & Consuetudines nostras tam in ciuitate quàm extra ciuitatem, &c. In Feud. Sic consuetudinis vocabulo designatur à Gallis regibus quæuis pensitatio à subditis exolui solita. Vt liquet regio diplomate Phil. Pulchri infrascripto. *Nous fismes demander aux Maire & Iurez de la ville de Rouen Ayde ou Subuention pour le mariage de nostre fille Ysabelle Royne d'Angleterre: eux proposans au contraire, & disans que eux & lad. ville n'y estoit pas tenue, & nous requeroient, que la Coustume du Pont de Rouen, qu'il nous auoit pleu mettre en nostre main, voulsissions rendre & deliurer à lad. ville en la maniere qu'ils la tenoient ancienement par poinct de Chartre. Nos gens disans au contraire, que lad. Coustume ne deuoit pas estre deliuree. A la parfin fut accordé, que leur rendrions & deliuriõs à plein lad. Coustume, en la maniere qu'ils la tenoient anciennement, & se souffririons quant à ceste fois de l'Ayde deuant dicte, &c.* Ne longiùs Consuetudinis verbum deducam ex Lege Francica Ludouici Pij Imp. Lib. 4. Cap. 18. de iniustis Teloneis & Consuetudinibus.

In Vrbe tamen Andeg *Y a la Coustume de la Preuosté*, cuius mediam percipit, cum Rege, Episcopus *de la charge de mercerie, & de toutes autres menues denrees & marchandises*. Vt scriptum est in calce multor. Libr. Consuetud Andeg.

ISTHIC tractari poterit, nûm consuetudinis nomine, qua quis li- 7.
beretur Principis beneficio, veniant etiam futura Vectigalia, necdum Immunitatis concessæ tempore imposita. De eo propalàm diximus in Senatu pro Magistris & Custodibus priuilegiarię exemptionis *de Challo S. Mar*, aduersus procuratorem fisci. Qua in actione forensi defendebamus, Odonis Maioris (*de Challo*) posteros, qui omni *consuetudine* immunes solutíque fuerant à Philippo. 1. Franciæ rege, exemptos quoque videri futuris, necdum indictis vectigalibus Regiis: Vtpote octaui nummi præstatione vini minutatim venditi, de qua tum imprimis

Les Maistres & Gardes de la Franchise de la ligues d'Eude le Maire, dict, Challo sainct Mar.

Coniunx liberique nostri, materno illius iure, agniti sunt probatique solenni

mis contentio erat. Similiter enim, cui data ſit decimarum immunitas, liberatur non modò antiquis præſentibúſve, ſed futuris pariter, ac noualibus. Decretali epiſtola Alexandri. 3. Ad audientiam De Decim. & Innocentij. 3. cap. ex parte Eod. tit. Cap. quia circa De Priuil. Subdebam his, priuilegiaria Reſcripta Principum, quæ ab auguſta nempe ipſorum indulgentia proficiſcuntur, debere nos quàm pleniſſimè interpretari: Ea potiſſimùm, quæ in eximij laboris mercedem collata ſint, & pro ſalute Principis piè diuinitúſque ſeruata. Quale fertur ſupradictum priuilegium nobilis Aulici, *de Challo* S. *Mas*, cuius & piam cauſam, ipſóſque adeo Codicillos deſcripſimus ad literam, lib. 3. noſtri Oper. De SACRA POLIT. FOREN. Probabile eſt igitur, Regiæ immunitatis tabulas benigna interpretatione ad vinarias Indictiones porrigi, tametſi poſterius inſtitutas. Qua enim tempeſtate, vino impoſita ſit primùm talis Oblatio (*droict d'Ayde*) indicat Regeſtum vetus ſupremæ Curiæ vectigalium publicorum, quod ſic ordi-tur. *Inſtructions faites par le grand Conſeil du Roy, ſur la maniere de leuer l'Ayde ordonnee pour la deliurance du Roy, & pour la perfection de la paix traictee entre le Roy, & le Roy d'Angleterre, faictes le 18. & 24. Decembre, l'an 1360. touchant l'impoſition du vin, à vendre en gros, ou en detail.* Atqui PATRES CONSCRIPTI iudicio decreuerunt, anteriorem illam vectigalium immunitatem pertinere etiam ad nummarias ex vino Oblationes. Areſto 7. Kal. Iunias an. 1576. ſecundùm Mauclerum, ciuem Carnutenſem, aduerſus Mancipem publicorum eiuſmodi. Ex quibus obnixè intendebam, Priuilegiarios, vinariæ Indictionis ergò inquietari minimè oportere. Contrà, Briſſonius patronus fiſci, Regem nouis Codicillis ſtatuiſſe vetuſto Priuilegio modum, nec ad alias referri iam voluiſſe, quàm priſcæ illius ætatis indictiones, non æui conſequentis. 4. Kal. Februar. an. 1578. Senatus, peroratam cauſam ad maturius deliberandi conſilium reuocauit 3. Idus Mart. 1578. Sed paulò pòſt definita res eſt, pronuntiatúmque ex noui Diplomatis verbis, Priuilegiarios *de Challo*, vinariam Indictionem pari cum cæteris iure poſtea penſituros. Decreto Curiæ 16. Kal. April. eod. Anno. Iuxta quæ, Reſcripto iuſſit Princeps, Odonis Maioris Gentiles in contributionem vocari plebeiarum indictionum annuarum, vinariæque Oblationis cuiuſuis. Nono Kalend. Iunias an. 1596. Curia Oblationali Reſcriptum promulgante. Sexto Kal. Quintiles ſubſeq. At Senatus Pariſiorum, Maioris poſteros *Taillis* etiam vulgaribus vacuos immunéſque iudicauit. Gemino Areſto 7. Idus Ianuar. an. 1595. pro Pet. & Mart. Broſſieris, contra Habitatores Vici *De Monnoyes*, Turonenſis: In tertia Inquiſitionum Curiæ claſſe. Item poſtridie Nonas Iunias 1598. ſecundùm Petr. Poiſſonem & Piacrium Luetum, aduerſus Vicanos *de Puiſeaux*, qui à Sententia Præfectorum libellis ſupplicibus ad Curiam prouocarant. Dn. Bragelonio litem collegis enucleante, in Senatoria Inquiſitionum Decuria 2. Principali tamen Edicto Ianuar. Menſ. an. 1598. coacti ſunt in ordinem Priuilegiarij iſtiuſmodi nuncupatim, an-

teſtiũ examine, gentiles *de Challo ſainct Mas*, & recta linea ab Eudone *le Maire* oriũdi, April. luce 22 an. 1597 Vnde Magiſtri libellorum ſupplicũ, Nos, cum vxore, & poſteris ipſis, ſua Cõmiſſione ſpeciali, *en forme de Garde gardienne*, priuilegiarios declararunt. Die 13. Maij ſeq.

Tit. 2. art. 21. 22. Alexand in Conſil. 193. lib. 2. ait priuilegiũ immunitatis alicui cõceſſum extendi ad nouam oneris impoſitionem ſuperuenientem poſt cõceſſionem immunitatis.

Decretũ Senatus die 26. Maij an. 1576.

Literæ patentes Die 19 Ianuar. an. 1578. Die 13. Mart. 1578 Areſtum Curiæ Die 17. Mart. 1578.

Regiæ Patentes die 24. Maij 1596. Verificatæ in Curia Iuuaminum die 26. Iunij Eod. an. *Touchant les Tailles, & Aydes du huictieſme & vingtieſme du vin.*

Senatus Areſta die 7. Ianuar. 1595. & 26. Iunij an. 1596. de exemptione tailliarũ, *pour la ligues de Challo S. Mas, ſur l'appel des Requeſtes de l'hoſtel.*

Regium Edictũ *ſur les Tailles*, publicatũ in Curia Iuuaminũ die

27. Ianuar. an. 1598. nuásque ignobilium Indictiones, collato capitatim ære, agnoscere: Nisi domestica se Nobilitate generis, prærogatáque dignitate priuatim tueri possint.

La petite Coustume des danrees vendues au fós du seign. tres-foncier.

MIRERE forsitan, communi Andium vsu suffragióque probatas exactiones vectigalium è vino, frumento, pecoribusque diuenditis in *feudario* patroni latifundio. Sed tolerabile ideo est solarium istud, quòd pro Domini solo præstetur, in quo animalia fructúsque inferioris prædij coaluerint. Exin quoque Ambianis, & Pontiuensibus dominis mediæ Iurisdictionis lege proditum est *droict d'Herbage vif & mort sur tous leurs subiects en leurs tenemens cottiers ayans bestes à laine*, quæ eo in solo pascantur. §. 71. Ambianæ Consuet. 93. Pontiuensis. Hinc Solarium etiam ipsum computatur in fructu ac reditu Dominico: ita, vt cæsæ arundinis vel pali compendium, si in eodem fundo vectigal esse consueuit, ad fructuarium pertineat, Iulij Pauli responso. Quin & decumani agri fiebant antiquitus à domino superiori, nedum vectigales: eáque lege in perpetuum colonis transcribebantur. Priscis enim Romanis decima seminum dabatur ex aruis & Noualibus, vectigalis nomine. Nimirum aratores decimam frumenti Pop. Romano pendere cogebantur, auctore Appiano. Quòd si vinum, armenta, triticum, aliunde inuecta sint in *feudariam* alterius ditionem, inibíque palam vænierint in foro, ex iis peræquè nummarium patrono tributum debebitur Andegauo More, ac si eodem in fundo ortum incrementúmque suscepissent. Hoc §. 8. Atque illud fermè est, quod Galli vulgò nuncupant *Tonlieu*, nec Celtæ tantùm, sed & Belgæ. Tit. *Des fiefs* Libri Consuetudinum Casselensis Municipij, quæ auspiciis Karoli 5. Cæs. restitutæ sunt an. 1534. In §. Item *vn Viscomtier en la Chastellerie de Cassel a droict de Tonlieu, à sçauoir 4. gr. de chascune liure de gros au plus haut, &c.* Quo loco tamen *le Seigneur Viscomtier & la iustice Viscomtiere* accipitur pro media Iurisdictione: Verbo Belgis penè omnibus familiari. Atrebaticæ Consuet. Tit. *Des droicts des Seigneurs, tant Fonciers, Viscomtiers, comme de la haute Iustice.* & §. 82. Pontiuensium Legum, in ver. *à Iustice & Seigneurie Vicomterie.* Vtrobique verò, infimis perinde, ac mediis Iuridicis competit *le droict de Forage sur leurs subiects vendans vin à broche, & à detail és metes de leur Seigneurie.* §. 3. Atrebatic. Morum 84. Pontiuensium. Idem iuris etsi domino summæ, mediævè coërcitionis tributum sit peculiariter Ambiana lege (§. 72. & 73.) Gallicísque aliis forensibus Monumentis: ibidem certè Scriptores fatentur, dynastas nonnullos longè infra sublimem Iurisdictionem, sibi diutina possessione quæsiisse pensitationes illas Dominicas in subditos, qui Vinaria mercimonia distraherent intra metas sui dominatus. *Forage* (aiunt isti) *Rouage, barrage, lyaige, seleraige, chantelage, estallons de mesures à vin, & à bled, esbrancher, & esmonder, & Torel bannier, toutes telles choses appartiennent aux haults Iusticiers: Jacoit que aucuns autres par longue tolerance & souffrance, saisine, & vsage, en ont vsé & vsent.* Quinetiam Syluanectensium municipum Consuetudine, *droict de Forage,*

8.

In ver. des danrees vendues en leur fief. Tonlieu.

Droict de Forage, ou d'Asforage, à forensi expositione vini, est tel, que les subiects ne peuuent vendre ne distribuer leur vin en detail, sans premierement y auoir faict mettre pris par les seigneurs, auſquels auſsi lesd. subiects sont tenus payer de chascune piece de vin par eux vendue à broche, quelques lois de vin.

Senlis.

Digitized by Google

Forage, Rouage, Venirage des vins & autres breuuages venduz pertinet ad dominum imæ Iurisdictionis. §. 125. Tit. De infimis Iuridicis. Porro à Maioribus describitur *Forage, vn droict qui est prins pour l'aforement ou le feur ou pris que len souloit mettre de par le Seigneur sur le vin vendu à tauerne, comme len afeure en Picardie: ou il est dict pour force, pource que ce droict est deu à la premiere piece traicte. Rouaige si est, quand le vin est vendu en gros & chargé, len doit payer le droict du Seigneur; auant que la roüe tourne. Lyaige, est vn droict prins sur la lie. Seleraige est vn autre droict prins, quand le vin est mis ou selier. Chantelage, est vn droict que len prent pour les chantiers, qui sont assis sur les fonds du Seigneur.* In Lib. *Pour monstrer & apprendre à vn chascun, quelle maniere de proceder est en Cour laye.*

Forage.

Rouage.

Lyaige. Seleraige. Chantelage.

Cap. 9.

Pareillement ont Leuages des Denrees, qui y ont seiourné huict iours naturels, vendues, & autrement transportees en autruy main, mises hors iceluy Fief: s'il n'y a tiltre, prescription, ou exemption au contraire. Lequel leuage est deu par l'achepteur: & s'en pourra adresser le seigneur contre le vendeur, ou achepteur à son chois. Toutesfois le vendeur en sera deschargé, en aduertissant le seigneur de fief, son receueur, ou sergent, de soy payer dud. Leuage, auant que la denree soit leuee de sondit fief. Aussi ont le Leuage des biens de leurs subiects, qui vont demeurer hors leurdit fief.

1. ITEM VECTIGALIS EXIGENDI IVS EST MINIMIS IVRIDICIS OB EXPORTATIONEM MERCIVM, QVÆ OCTONIS DIEBVS RESIDES IN FEVDARIA IPSORVM DITIONE, DEINCEPS VÆNIERINT, TRADVCTÆVE SINT IN ALTERIVS DOMINIVM, EXTRA LIMITES FEVDI PRÆDICTI. SED HOC ITA, NISI VECTIGAL PETENTI REFRAGETVR TITVLVS, TEMPORIS PRÆSCRIPTIO, VEL IMMVNITAS QVÆDAM PECVLIARIS. HVIVSMODI EXAGOGICVM, SEV *Leuages de denrees* PATRIA VOCE, EST AB EMPTORE PENSITANDVM: EXCEPTO, QVÒD DOMINVS IVRIDICVS, VTRVM MALVERIT, VENDITOREM NE, AN EMPTOREM, IVDICIO CONVENIRE POTERIT HOC NOMINE PRO ARBITRATV. QVO TAMEN ONERE LEVABITVR VENDITOR, QVAMPRIMVM MONVERIT DOMINVM DIRECTVM, EIVSVE RATIONVM DISPENSATOREM, AVT APPARITOREM, VT EX VENDITARVM MERCIVM EVECTIONE VECTIGAL SIBI CVRET ANTEQVAM ILLÆ EXTRA FEVDI METAS EXPORTENTVR. RVRSVS IMÆ IVRISDICTIONIS DOMINO COMPETIT TALE EXAGOGICVM SEV *Leuagium* BONORVM SVBDITI, QVÆ IPSE, TRANSLATIS ETIAM ALIÒ SEDIBVS, CONETVR EXTRA FEVDI FINES EVEHERE.

Digitized by Google

NE nouum ac insolentem putes vectigalis huiusce Morem scriptum, scire oportet, primitùs instituta fuisse tributa ista, pro mercium vectura, quæ inferrentur scilicet aut efferrentur extra magnatis alicuius Territorium. Ita apud Babylonios, omnium quæ vehebantur, decumæ solui debebant, teste Aristot. lib. 2. Oeconomic. Et opes Iudææ genti ex vectigalibus opobalsami creuêre, quòd in ea solùm prouincia quùm gigneretur, hinc ad alias identidem deferebatur. Vt Iustinus tradit, Hist. Lib. 36. Eorum autem mercimoniorum, quæ extra Ditionis nostræ terminos auehantur, tributa vocat Geographus auctor Exagogica: vt scripsimus Lib. 1. Fiscalis patrimonij Gallici, Tit. de Vectigalibus. Porrò si dominus Iuridicus mercium vectorem prohibere vellet aditu exitúve è sua regione, Senatores interdicere ei ius non esse decreuerunt. Aresto in forensibus Andium Sessionibus prolato 12. Kal. Octob. an. 1539. secundùm Dolenses, Biturici agri, oppidanos, contra Ioh. Turrianum, Castrirodulphi toparcham: cuius Iudex præconio vetuerat, annonarias res vllas, merceisvè alias in Dolense oppidulum importari. Diuersa exterorum ratio est, ad quos Attica Solonis lege exportare licuit è fructibus oleum tantùm, alia ius nullum erat asportandi: & in eum qui eueheret, sancitum, vel execrationes fieri à Magistratu, vel drachmas centum Ærario dissolui. Apud Plutar. in Solone.

Strabo.

Placitũ Senatorũ in magnis Diebus Andegauiæ die 10. Septemb. 1539. contra Ioh de Turre, baronem Castrirodulphi apud Bituriges, cuius Longoualius causã orauit aduersus Habitatores Burgi *de Deolz*, & Abbatam monachosque dicti loci, qui illorum se causæ adiunxerant.

NON ex solo peregrinarum mercium transitu debetur vectigal 2.
domino imæ Iurisdictionis apud Andes, sed tunc demum, si illæ ad octauum vsque diem continuò in huius Ditione remanserint. Id quod Accursij iudicio consentaneum est, ac Cyni nominatim, ad l. si quis post hanc C. De ædif. priuat. His consonat Bertachinus de Fir. In Tract. De Gabell. Parte 8. de *gabella* animalium seu rerum animatarum: post Bartolum, Angel. & Castrens. in l. cætera §. si quis ad opus. ff. De leg. 1. Eódem recidit quodammodò Diuorum fratrum Rescriptum, ne quod propter necessitatem aduersæ tempestatis expositum onus fuerit alicubi, portorio subiiciatur, aut quasi improfessa merx commisso vindicetur. l. interdum §. si propter. ff. De publican. Rursus cessat tale vectigal in Andium Vicis paganis, in quibus præstari minimè consuêrit. Vt Legis patriæ verbis comprehensum est. Francos enim imprimis se suáque metiri priuatis locorum Moribus, innuit Speculat. §. quoniam De Feudis Num. 27. Sic (econuersò,) etsi vectigalia Pop. imponere, nisi Regio iussu, permissum sit nemini, néve antiquis addere seu detrahere: ea tamen, quibus de agimus, ideò non improbantur primo intuitu, quòd vetusto Municipum Vsu recepta sint: cui quidem Vsui Principalia diplomata per Gallicas prouincias publicam conciliarunt auctoritatem. Exin rectè etiam indicit ea Ciuitas vectigal, quæ meri imperij iure prædita sit ab Consuetudine, regioue Priuilegio. Bart. ad l. præsidis. C. de Episc. audien. Idem in l. Quò minùs. ff. De Flumin. Cepola in Tract. De Seruit. rustic. cap. De Flumine. Quod & Andium Lege attributum

An de boue, quem quis in transitu ducat per hanc Ciuitatem, debeat solui gabella, ex Statuto disponẽte quòd de boue seu animali quolibet extracto de ciuitate gabella soluatur? Cynus putat non deberi: quia illud Statutũ intelligitur de animalibus existentibus è ciuitate, indéque extractis, nõ de extraneis quæ trãsitu ipso extrahũtur. In d l. si quis post hãc Cod. De ædif. priuat.

Art 9. Andeg. Leg. *vers. s'il n'y a tiltre, prescription, ou exemption au contraire.*

Digitized by Google

tributum eſt infimis Iuridicis, nedum meri Imperij faſces habentibus. Verùm hodie minutula iſta promercalium rerum tributa abierunt in deſuetudinem, vt plurimùm: manentibus vtique maioribus, quæ obtinent Dynaſtæ inſignióres. Vt oſtendemus §. ſeq. Ac inferiùs Tit. De Baronibus. Itaque ſuperuacaneus penè labor ſit hoc loco, de minorum iſtorum præſcriptione vectigalium diſputare.

In verſ. Et pource que en pluſieurs lieux n'eſt accouſtumé d'vſer de ceux droicts de Peage Couſtume & leuaige, &c.

3. SOLVENDI planè vectigalis, quod Iuridico domino competit ob merces euectas, onus emptori iniungitur, non venditori. Moribus Andegauen. §. 9. iuxta Baldi opinionem in l. Si prædium C. De ædilit. act. Bartol. ad l. cùm mulier D. Sol. Matr. Rogo, quid ſi ille ab hoc ſtipulatus ſit rem tradi certo loco, venditoris ſumptu? an & hoc caſu venditor reddere teneatur emptori nummarium vectigal Domino penſum? Minimè verò, quùm l. Conſultis pariter vtilum ſit, emptorem, qui publicum vectigal ſoluiſſet litis nomine de euictione, ex formula *Statuti* prouincialis, illud non repetere à venditore, tametſi obligato litis impendiis omnibus reſtituendis Caſtrenſ. & Alex. Imolenſ. ad l. venditores. ff. De verb. oblig. Ne autem dutiùs agat patronus in ſuos, tempore arctenda eſt debiti vectigalis perſecutio, ne poſt annum quidem ea vice exigendi à conductoribus Fiſci. Ita Andium Legem ſupplet Cenomana (§. 11.) Dominici huius debiti anno temperatrix. Regiorum quoque vectigalium redemptores vetantur Edicto, corrogare nummarias quaſdam intributiones, niſi intra ſemeſtre poſt ſolutam finitámque locationem publicorum: Oblationes putâ, Indictiones, i. *Aydes, & Impoſitions pour les denrees & marchandiſes vendues.* De quo vetus legitur Karoli. 5. Conſtitutio an. 1379. (art. 107.) tum Karoli 7. regum, an. 1458. A quibus non abludit lex Conſtantiniana, quæ certum tempus præſtituit exigendo vectigali l. Penes C. De vectig. & commiſſ. Imò etiam patrimoniali Regiæ Francicæ tributo Senatus abſoluit eum, à quo publicanus poſt annum illud petierat, vernaculè dictum *droict de barrage.* Decreto in publicis Fori actionibus. 16. Kal. Octob. an. 1577. Britone, appellantis: & Carpentario, aduerſarij cauſidicis. In Volumine cauſarum præfecturæ Pariſien.

verſ. lequel leuaige eſt deu par l'achepteur.

Etſi emptor pacto cauerit ſe ad gabellam non teneri, ſi res euincatur: tamen re euicta facto ſuo, tenebitur. Bal. & Imol. in l. cùm mulier. ff. ſol matrim.

Varij caſus annalis præſcriptionis notãtur Iure Ciuili. Quos Cuiacius cõgeſſit c. 20. lib. De diuerſis temporum præſcriptionibus.

Edicto tamen Karoli 5. excipitur, *ſi les fermiers du Roy en ont lettres de recognoiſſance, ou commence la pourſuitte en iugement audans le temps des 6. mois apres leurs fermes finies. Auſquelles cas, n'y a preſcription contre eux.*

Arreſtũ Curiæ die 16. Septemb an 1577. *entre Touſſaincts ſeigneur, fermier du barrage, & Nicol. Bonin fermier des Religieux de ſainct Lazare.*

4. LIBERA optio eſt infimo Iuridico, vtrum voluerit, vrgendi ad pendendum vectigal, emptorem mercium, aut venditorem. §. 9. Andeg. Leg. Hoc tamen patriæ Legis vinculo ſoluitur venditor, ſi maturè patrono denunciarit mercium è finibus euictionem inſtantem: vt exinde ſibi caueat patronus de vectigali ſuo ac Dominico. Cit. §. 9. At demus, improfeſſas quidem à venditore merces, ſed tranſuectionis earum aliunde certiorem fuiſſe factum Dominum loci: quæro, ſupersítne huic contra venditorem legis actio ob vectigal non præſtitum? Supereſſe puto, cum Accurſio in l. Emptor. Cod. De Euict. Dyn. ad Regulam, eam qui certus. In 6. Bart. in l. denunciaſſe D. Ad l. Iul. de adult. Aut enim nunciatio Moribus

verſ. & s'en pourra adreſſer le ſeigneur contre le vendeur ou l'acheteur à ſon choix.

verſ. Toutesfois le vendeur en ſera deſchargé, en aduertiſſant le ſeigneur de fief, ſon receueur, ou ſergent de ſoy faire payer dud. leuaige, auant que la denree ſoit leuee du ſond. fief.

requiritur ad ius aliquod, seu ad obligationem liberationémve pariendam: & eo casu placuit illis, vagam quandam rei notitiam, aliundéque sumptam quàm ex denunciatione prædicta, non sufficere ad ius istud consequendum: Si autem hûc modò tendat rei gestæ professio ac declaratio, aliis vt innotescat, tunc qualicunque negotij cognitione certitudinéque denunciationem suppleri. Porrò in specie Legis nostræ sufficit, venditorem præmonuisse Dominicarum rationum Dispensatorem ordinarium, vel Apparitorem: vt ille præstandi Vectigalis onere eximatur. Nam & aliubi dominicos Officiales adiisse compellasséque satis est subdito, dominum extemplò non reperienti. §. 109. 347. & 387. Post §. 5. quem 3. exposuimus. Rursum aduerte, minimo Iuridico ius non esse rei persecutorium, mercísque vectigalis, extra metas *feudi* sui. Quùm enim Lex isthæc prædio dicta sit, veriùs quàm personis aut mercimoniis, Iuridica coercitio de vectigali mercium, non producitur extra ambitum *Feudariæ* ditionis, in qua venales illæ iacebant, priùsquam efferrentur. Vt indicat Artic. 54. Consuet. Andeg. Compertum est enim, nummarias collectas ibi tantùm exigendas, vbi constituta res sit, ex qua vectigal petatur. Bart. ad l. forma. π. De censib. Et ad l. 1. C. De mulier. & in quo loc. Lib. 10. Hinc, portorij solutionem vrgere debet Publicanus vnius Regiunculæ, antequam mercimonia in aliam transuehantur. Bertachin. in Tract. de Gabel. Parte. 6. Vbi sit soluenda gabel. Argum. Baldi & Florian. ad l. venditor. §. si cóstat. D. commun. præd. Si tamen nocte intempesta merces in aliud Territorium abreptæ sint in fraudem vectigalis, eius persecutionem valere Castrensis subnotauit, ad l. Interdum §. quoties. π. De publican. Quæso autem, fraudati vectigalis, seu neglecti pœna quænam est? Nec enim vlla ciuico More hîc præfinitur. Puto, fraudatorem rei commisso puniendum, mulctáve pecuniaria. Ex Iure Rom. cui congruit Andegaua Lex, de maioribus Procerum vectigalibus edita. Castrens. ad l. vectigalia §. nondum. π. De publican. l. in Lege Censoria, & ibi Doct. π. de verb. signif. cap. 53. 54. Andeg. Consuet. Nam & infimo Iuridico farina panísque subditi committitur ob violatum Interdictum Molæ suæ publicæ. ï. §. 14. eiusd. Iuris Municip.

Art. 109. vers. *à ses officiers.* art. 347. vers. *ou à son receueur ordinaire.* art. 387. vers. *de mettre luy, ou donner son Bailly, ou Seneschal.*

§. 5. vers. *ou à ses Officiers tenans sa Iurisdiction.*

§. 9. *auant que la denree soit leuee hors de son fief.*

Bannum Molendini Dominici.

HAVD nouum est, subditi res mobiles, quæ cum eo alienum in solum migrante vehantur extra *feudarij* dominatus fines, subiici Tributariæ cuidam pensitationi Moribus introductæ. Vt hîc. Quippe & Siculis Constitut. vetita est clientulis sedium mutatio discessióque ex Dominica patroni sui Ditione. Tit. De reuocandis transeuntibus ad alienam habitationem. Art. 11. cuius summa est hæc, *Vasalli recedentes, ratione Curiæ vel Castri sunt ad feudum reducendi.* In Gallia verò, plebeij soli, infimæque sortis subditi habebantur quondam seruorum loco, non autem viri nobiles ac generosi: Neque id modò Iulij Cæs. ætate, sed etiam annos abhinc quadringentos, quùm D. Ludouicus Gallis imperaret. Huius enim in Prætorio libellorum

vers. *aussi ont le Louaige des biens de leurs subiects, qui vont demeurer hors leurdit fief.*

Digitized by Google

bellorum ſupplicum Magiſter Librum ſcripſit de Francica ciuili Scientia Petr. Fonteneus, ex quo hanc decerpſimus ſententiam. *Li homs eſt Iuſticiable de cors & de chatiex là où il couche, & leue; & meſmement quant il n'eſt Gentis hom de lignage. Mais ſe il eſt Gentis hom de lignage, & eſt à autruy franc hom, & il eſt couchans & leuans en ton villenage, del villenage face vers toi ce qu'il doit: & ſes cors & li chatiex ſeront menez par la loi franche. Et ſe il eſt Gentis hom de lignage, & ne teniſt point de franc fief de nully, & il print la vileine, & il couche & leue en ſa Iuſtice, lors ſera il menez par loi vileine, là où il ſe met par ſon fet del tout, fors de ſon cors.* In Lib. nondum edito, qui ſic inſcribitur. *Ciſt liures eſt apelez li Liures la reigne & enſeignedroit à fere, & Iuſtice à tenir treſeſpeciaument.* Ad priſcum hunc Galliæ vſum alludit quodammodò Andeg. Legis caput 30. Quo, beneficiarij poſſeſſores, vacui immunéſque feruntur dominica *Leuagij* penſitatione: alioquin Moribus addicta patrono in ſubditos, qui, mutatis laribus, res ſuas mobiles ſecum transferrent extra fines patronalis ditionis. Sed hoc inter vtrúmque intereſt, quòd vetuſta illa Obſeruatione Francorum ſoli genere clari verſarentur liberè in ſuperioris domini Territorio: Andenſi verò Conſuetudine, ibidem morandi migrandíve poteſtas quibuſuis fiat nobilium fundorum poſſeſſoribus etiam ignobilibus, nulla ſoluendi Vectigalis ſeruitute conſtricta.

Petr. de Fontaines.

Hi Vaſalli, dicuntur ſtrictè ſundiarij domini, & *treſfonciers* in feudo, in quo habent cenſum dominicalẽ: Cenſuarij verò licet ampliſſimi latifũdij, non vocantur domini, at cenſuarij vel roturarij. Tenentes enim in feudum vel quid modicũ appellatur domini ex idiotiſmo Gallico, non ſolùm reſpectu eorũ quæ mouentur à ſe feudali iure vel cenſuali, ſed & reſpectu eius quod in manu ſua ſeu domanio feudi ſui poſſident: tum propter honorem fidelitatis & ſacramẽti, & quòd feuda nobilibus olim deſtinata ſunt, & ampliori honore gaudent.

Cap. 10.

Leſd. bas Iuſticiers ont auſſi les Eſpaues foncieres, c'eſt à ſçauoir du fonds & domaine, ou autres choſes immeubles, parautant qu'elles s'eſtendroient en leurd. fief & nuepce. & lequel Leuaige & petite Couſtume eſt vn denier pour beuf, vache, pipe de vin, & charge de bleds vendus & tirez hors du fief: & pour autre beſtail, comme pores, moutons, & brebis vendus, & qui y auroient ſeiourné par huict iours, ſera payé obole. Et au regard du Leuaige des biens des ſubiects qui vont demeurer hors le fief, tel Leuaige ne pourra exceder 5. ſols tour. Et pource que en pluſieurs lieux n'eſt accouſtumé vſer d'iceux droicts de petite Couſtume, n'eſt en rien deſrogé ne preiudicié aux exemptions & preſcriptions, que on pourroit auoir au contraire: Auec ce eſt entendu, que s'aucun ſeigneur prenoit droict de Preuoſté ou grand Couſtume, il n'auroit la petite.

1. HABENT PRÆTEREA MINIMI IVRIDICI BONA ἀδέσποτα, FORENSI VOCE, *Eſpaues*, PRÆDIARIA NEMPE IN IISQVE REPERTA FVNDIS, QVI TALIBVS IVRIDICIS OBNOXII SVNT BENEFICIARIA LEGE. ET VERÒ LEVAGII INDICTIO SVPRARELATA ÆSTIMATVR DENARIOLO IN SINGVLA ARMENTA, QVÆ DIVENDANTVR, BOVES NIMIRVM ET VACCAS, TVM IN FRVMENTARIVM PONDVS VINÍQVE DOLIA, QVÆ DISTRACTA SINT, ET EXTRA FEVDI METAS EXPORTATA. SED PECORVN NOMINE,

ARIETVM PVTA, SVVM, OVIVM, QVÆ VENIERINT, SEV QVÆ IVRIDICI DOMINI SOLO IMMORATÆ SINT OCTAVVM VSQVE DIEM, OBOLVS PENSITANDVS EST, SEV DIMIDIA PARS DENARIOLI. PLANE EX SVBDITORVM BONIS, QVÆ, MVTATO AB IIS DOMICILIO, TRADVCVNTVR SIMVL EXTRA FEVDARIAM PATRONORVM REGIONEM, NIHILO AMPLIVS EXIGI DEBET, QVAM SVMMA. 5. ASSIVM TVRONEN. ET QVIA SPARSIM INVSITATA EST INSOLITAQVE HÆC DOMINICA INDICTIO, LEGE MVNICIPALI NEVTIQVAM DEROGATVR IVRI IMMVNITATIS PRÆSCRIPTIONVMQVE TEMPORIS, QVÆ TALIBVS VECTIGALIBVS POSSINT OPPONI. ADIECTO ETIAM HOC, VBIVIS LOCORVM DOMINVS DIRECTVS CAPIAT GRANDIVS VECTIGAL, IBIDEM LEVIVS CESSATVRVM.

Obolus, fuit minimũ numisma apud Athenienses, quod sexies sumptum explebat drachmam Atticam (vt ait Suidas.) ad Gallicæ verò monetæ æstimationem redactum valet denariolis Turonen septem. Hodierno autẽ nostratũ vsu, accipitur obolus, pro media parte denarioli.

Droict de Preuosté, ou grand Coustume.

La petite Coustume.

PRÆPOSTERE intexitur clausula *des Espaues* initio huius Cap. antequam expedita sit Dominicæ Indictionis tractatio: quæ vt cœpta fuerat priori Articulo, ita sequenti proximè absolui debuit, nec intermitti, alieno prorsus interposito argumento. Iuxta Hermogeniani sententiam l. 2. Vers. & his proximos atque coniunctos adplicantes titulos De Sta. hom. Cum Pauli responso l. cùm de lanionis Vers. ac deinceps in infinitum primis quibusque proxima copulata procedunt. ff. De Instruc. vel instrum. leg. At Cenomana Lex rectiùs prosequitur continua orationis serie illorum explicationem vectigalium, subiecta demum appositè clausula *des Espaues foncieres.* Itaque iusto rerum ordine instituta Vectigalia exequamur, de reliquis dehinc verba facturi.

ARMENTA à pecoribus discernit Andium Lex in nummario ex iis Vectigali taxando, æstimando. Si enim extra *feudi* limites traducantur armenta, maius quàm ex pecoribus soluendum est Vectigal domino *feudi*. In illo enim genere habentur bos, equus, asinus, mulus: In hoc, porcus, oues, capræ. Sic Vlpianus respondit, eos qui porcum, capram, aut veruecem abduxerint, non tam grauiter, quàm qui maiora animalia abigant, plecti debere. l. 1. §. sed & qui De Abigeis. Idem Modestino placuit l. seruis. §. pecudibus §. ouibus legatis. De leg. 3. Vnde si patria Constitutio vectigal indixisset transeuntibus armentis, ad pecudes vel oues non produceretur. Bart. in l. vlt. De erogat. milit. anno. Lib. 12. Cod. Ita fermè Ædilium curulium edicto distinguitur, apud Vlpianum l. Ædiles §. iumentorum Vers. Nam aliud significat iumentum, aliud significatur pecoris nomine. De ædil. edic. Finge insuper, prægnantem vaccam è Dominica regione deuehi in aliam, habebitúrne partus ratio, vt duplex inde pendatur vectigal? Vnicum pendendum sensit Angelus, ad l. in lege D. ad l. falcid. Argum. l. sed addes §. si quis mulierem D. loc. Nam si de *Statuti* interpretatione quæratur, is qui in vtero est, non continetur

2.

continetur animalis vel hominis appellatione. Bal. in l. cùm veteres C. De fideicommiſſar. libert. Quandiu enim in vtero geſtatur partus, incertum quiduis eſt, nec ſeorſum, in re præſertim odioſa, conſiderãdum. Bald. in. Rubr. Cod. ad. S. C. Trebel.

3. CREDO quidem, euectarum mercium tributa iſta Deſuetudine antiquata fuiſſe, quaſi Conſuetudine contraria, potiùs quàm priuata tẽporis præſcriptione. Nam quadragenario ſpatio inducitur deſuetudo, quàmlibet firmæ conſuetudinis abrogatrix. Vt ait Bart. in l. 31. ff. De legib. poſt Cyn. in l. conſuetudinis C. quæ ſit lon. conſ. Quod ergo patria Lege ſcripta cauetur de vſucapione libertatis Vectigalium, id refertur ad præcedentia Legis eiuſce emendationem ſanctam an. 1508. quæ tale vectigal comprobauit: modò ſpeciali antea immunitatis poſſeſſione, ſublatum id non fuerit paſſim & abolitũ. Sed ex quo anno publicè repoſitus eſt Mos Prouinciæ, generalis fermè vectigalium deſuetudo ſequens nouam peperit legem Conſuetudinémque priori contrariam. Quin & tricenni ſilentio vſúque capi potuit talium libertas vacatióque tributorum, Iure patrio non refragante. Similiter enim aliis iuſtis Dominicis, honoratiíſque patronorum debitis præſcribitur triginta Annis, §. 439. & 440. Andeg. leg. At, inquies, ius meræ facultatis non tollitur temporis præſcriptione, vel quidem longiſſimi. Bald. ad l. Malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Panor. in Cap. ad audientiam De præſcript. vbi ſi centeno annorum curriculo patronus clientis opera non eguerit obſequióve, annuatim alioqui non præſtando, haud propterea cliens operarum libertate ſe tuebitur. tanquam vſucapta diutinóque tempore acquiſita. Eundem in ſenſum, vrgent dicta Bart. ad l. in filiis. De Decur. Lib. 10. Cod. Bald. ad Cap. ex parte De Teſtib. Felyn. in Cap. cùm acceſſiſſent De conſtit. Veruntamen vectigalia, quæ minimè fauorabilia habentur, puto deſuetudine extingui concurrente cum longiſſimi præſcriptione temporis, quæ Moribus noſtris admittitur. Namvt mercimonia tranſuehũtur identidem à priuatis eorum Negociatoribus: ſic continua, aut certè frequens Dominis ſuccurrit occaſio illinc carpendi portorij ac tributi, ex ſcripta Conſuetudine, velut Manliana venalium vendendorum lege. Reliqua de vectigalibus, portoriis, *pedagiis* (vt aiunt) excutiemus aptiore loco, i. Tit. De Barronibus.

Text. Andeg. leg. *Et pource qu'en pluſieurs lieux n'eſt accouſtumé vſer d'iceux droicts de petite Couſtume, n'eſt en riens deſrogué ne preiudicié aux exemptions & preſcriptions qu'on pourroit auoir au cõtraire. Auec ce eſt entendu, que s'aucun ſeigneur prenoit droict de Preuoſté en grand Couſtume, il n'auroit la petite.*

De hac Manliana lege, Cic. 1. De Orat.

4. DEINCEPS imæ Iuriſdictionis domino competunt Moribus noſtris *Eſpaue*, (Fabri Notis ad §. apium Inſtit. De rer. diuiſ.) quaſi expauefacta animali & oberrantia. §. 10. Andeg. Leg. De quibus, Cocceius Nerua I. C. l. 3. §. 13. De acquir. poſſeſſ. Mediis autem Iuridicis hoc ius attributum purè eſt à Butelerio in *Summa Rurali*, dictum ab eo *le treuf de la choſe Eſpaue*. Tit. *Des Viſcomtiers*. Planè Andium Mos rem ita componit diſtinctione. Aut *eſpaua* eſt fundiaria, *fonciere*, ex fundis nempe clientelari prædio obnoxiis: Et eo caſu domino *feudi* adplicatur ſeu minimo Iuridico, Lege noſtri Muni-

Art. 10. And. L. Verſ. *Leſd. bas Iuſticiers ont auſſi les eſpaues foncieres &c.*

Butelerius in Sum. Rur. refert, de Eſpaua iudicatũ fuiſſe ſecundum mediæ iuriſdictionis dominum. An. 1379. *en la ſalle à l'iſſe d'entre le ſeigneur de Ligne, lors ſeigneur de*

Montaigne sur Lescault, & le seigneur de Foreſt au Chaſteau de Foreſt en Viſcomté, tonchant vne gurle d'argent, qui fut trouuée en lad terre de Foreſt.

Eſpaues, cheuaux eſchapez, biens d'auenture.

cipij. Vtpote ſi pecus natum in agro ſubditi temerè euagetur per media arua Dominici *feudi*, ſiue alia res eiuſmodi intra ſepta *feudi* reperiatur fortuitò, quæ ab inferioribus fundis pendeat, nec ab vllo priuatim vendicetur. Sinverò aliud quoduis ſit fugitiuum pecus, vel mobilis res alia domino vacans, tunc pertinet ad medium Iuridicum, cuius in *Feudo* inuenta ſit. Quam ideo generatim *Eſpauam mobilem* appellat Mos Andegauorum. §. 40. Tit. De media Iuriſdict. Secũdùm hæc, Maſuerius *Eſpauas* adſignat mediæ Iuriſdictionis domino, ex Gallica veterum doctrina forenſi. §. Item bona vacantia, Tit. De Iudicib. & eorum Iuriſdict. Non eſt ergo cuiuſuis, oberrans pecus ſua auctoritate capere ſibíque aſſerere: vt inſit Alex. Imolenſ. in l. 3. §. feras. π. De acquir. poſſeſs. Apparenti vtique priuato rerum proprietario intra certum tempus, reddendæ ſunt *Eſpauæ*: Quo expleto tempore, liberum fit Iuridicis dominis, eas abalienare, de iiſve aliàs plenè ſtatuere pro arbitrio. cit. §. 40. At ſacræ Literæ aberrantem ouem prorſus vetant abduci, eámque proprietario ſeruari iuſſit princeps dominantium DEVS. Cap. 22. Deuteronom. Francico certè Aureliorum More, cuſtodiri errones expedit diebus quadragenis trináque interim hebdomade ter proclamari: intra id verò temporis non comparente eorũ domino, loci Iuridicis quæſitos declarari, merũ nempe imperium habentibus, aut minorem (60. aſſes vſque) Iuriſdictionem. Venienti autem intra tempus fugitiuorum animalium domino, refuſis ſumptibus, ea reſtitui æquũm eſt. Quo rurſus elapſo, (ſi necdum à Iudice declaratio vendicacióque facta ſit) quandocunque venire licet. Aurel. Conſuet. §. 163. & ſequent. In Tit. *Des Eſpaues.* Hæc de animantibus vagis rationis expertibus, quæ *Eſpauæ* dicuntur.

§. Item bona Verſ. Item *les Eſpaues.*

Formula hæc eſt, vt ternis præconis denunciationibus inclamantur omnes qui ius in re ſe habere exiſtiment. d. Art. 40. Quod & in agro deſerto obtinere dicitur. l. §. 442.

At bona vacantia, quæ ſolo continentur, res ſoli nimirum, infimis Iuridicis deferuntur, *par aubaine ou baſtardiſe.* Art. 41. & 268. Andeg. Leg.

INFANTES porro expoſiti, à Iuridico vindicari nequeunt vſu ac §.
mancipio, quaſi vacantia poſſeſſore animalia: ſiue præditus ille ſit infima, ſeu media Iuris dicundi poteſtate. Iuſtinianus enim conſtituit, expoſititios, nec eorum quidem, qui collegerint, ſeruos fieri, proindéq; diſtrahi ab iis minimè oportere. l. vlt. De inf. expoſ. Quod ideò ſanxit Iuſtinianus Imp. quia Conſtantinus antea legem præſcripſerat, ſi quis infantem à ſanguine emiſſet, ac nutriti pueri dominus patérue recipere eum vellet, vt eiuſdem meriti mancipium aut pretium nutritor conſequeretur. l. vn. Cod. T H. De his qui ſanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint. Quin & longè ſuperiori æuo, M. Antonius Gnipho à nutritore manumiſſionem ſuſcepit quamuis ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus fuiſſet. Auct. Tranquillo De illuſtrib. Grammat. Præclara ſanè de eo Thebanorum Politia, ne ciui Thebano liceret infantem exponere, néve in ſolitudinem abiicere, capitis ſupplicio deuincta. At ſi in extrema mendicitate pater eſſet conſtitutus, ſiue mas foret, ſeu fœmina infans, cogebatur eum ſtatim à materno partu ad Magiſtratum cum faſciis ipſis deferre: Qui acceptum alicui tradebat leui pretio, cum

quo

quo pactum & conditiones intercedebant: vt ex fide infantem aleret, adultúmque ſerui vel ſeruæ loco haberet, ſic, vt alimentum & educatio ſeruitute penſaretur. Ælianò teſte, De Var. Hiſt. Lib.2. Sed Chriſtianis deinde mancipiis apud nos ſublatis, cautum eſt Cæſarea lege, vt ſi parentum facultates alendis liberis ſufficere nequeant, iis Proconſules, Præſidéſque, & Rationales è Fiſco ſtipem neceſſariam largiantur, atque ex horreis ſubſtantiam protinus tribuant competentem. Vt verbis loquar Imperatoriis. l. 2. Cod. TH. De alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent. Ergo quùm omnibus iam notum ſit, partus humanos in fructu non eſſe, nec, errantium animalium inſtar, Iuridicis addici poſſe iure dominij, (Arg. l. in pecudum. π. De Vſur.) videamus, è fiſco necne infimi Iuridici, alimenta ſuggeri pueris debeant illius in fundo expoſitis.

6. De eo quippe apud Conscriptos Curiæ relata eſt facti ſpecies talis. Puer exponitur pro foribus ruſticanæ domúculæ (apud Andes) quæ proprietate Monialibus, tecto dominio alteri competebat. Illæ hunc iudicio conueniunt coram Andium Propræfecto, vt puerum inde tollat curétque ſuo ſumptu educandum. Quam in partem citant Regeſtum vetus Cameræ Ratiociniorum Pariſien. *où les enfans trouuez, ſont reputez eſpeces d'Eſpaues*, & eadem in cauſa habentur numerantúrque cum nothis & peregrinis, quibus annuum aſſis Vectigal regium indictum eſt. Quùm igitur iſtorum omnium bona vacantia, morte aduoluantur recto Domino, vel Iuridico, ï. §. 41. 268. & 442.) ratio poſtulat, ſic lege honoratos onerari pariter infantium alimonia, fortunæ commiſſorum. A parte verò Domini directi multa feruntur in contrarium. Expoſititios, abs quouis nutriantur, liberos permanere, nec in dominicam vllius ditionem, quaſi *Eſpauas*, concedere. Sicuti ad Plinium Cæcilium reſcribens indicauit Diuus Traianus, Lib. 10. Epiſt. de conditione eorum, quos vocabant *τροφίμους*, ipſorúmque aſſertione ingenuorum, qui ita apud Bithynios pro ſeruis educati erant. Nec enim abiecti ita, deſertíque ſeruire debent educatori: at, ſolutis alimentis, reddendi, qui in libertatem alioqui vindicare ſe poſſent. Vt Seneca Lib. 9. Declamat. atteſtatur, & Fab. Quintilianus, Declamat. 278. Vnde etiam huius conditionis homines ſibi ſolùm acquirunt, & in poſteros, vel extraneos hæredes ſua omnia liberè tranſmittunt. l. Nemo Cod. De Epiſc. audien. l. ſancimus C. De inf. expoſ. Can. ſi expoſitus. 87. Diſtinct. Quales ingenuos, eximi mortalium commercio, Reſpondit Pomponius I. C. leg. 6. Et Paulus, l. ſi in emptione §. omnium De contrah. empt. Adiicit his dominus *Feudi*, onus illud alimentarium conuenire potiùs Eccleſiaſticis, Cœnobitíſque actricibus, quàm reo ipſi, aliíſve Profani ordinis viris. Nam, vt domeſtica tantùm Galli-

Hæ Sanctimoniales Cœnobij *du Ronceray*, in Andegaua ciuitate, ordinis S. Benedicti, Regiæ fundationis: Quam cũ ſuis iuribus cunctis, Franciſcus 1. rex cõfirmauit. Literis Nouemb. Menſ. An. 1519. publicatis apud Andes die 8. Febr. An. 1515. & in Senatu die 8. Iulij 1572.

Pedemontani Senatus decreto, quod refert Antonius Sola in Commentariis Ducalium Conſtitutionũ Sabaudiæ, abſoluta fuit communitas Iaueni oppiduli ab onere præſtandi alimenta vni infanti expoſito, quod procurator fiſcalis Iaueni poſtulabat, cuius dominus loci erat Guido Ferrerius Romanæ eccleſiæ Cardinalis. Nam expſiotos alere non cogitur Communitas, ſed eccleſiæillius loci Rector, vbi expoſiti inueniuntur. Abb in cap. 1. De infant Lang. Iacob à S. Georgio in l. hæres abſens. 9. fin. ff. de iudic. Itẽ die 20. Febr. An. 1579. Senatus idem iudicauit pro Cõmunitate Strambini contra vnum ex dominis, qui sũt

ex proſapia Comitum S. Martini, quod is teneretur agnoſcere partum ancillæ cum qua faſſus fuerat rem habuiſſe non obſtante ipſius ancillæ variatione affirmantis primo ſane iuramento, ab eo concepiſſe, ſecundo cum iuramento dicentis contrarium. Sed de Eccleſiarum Rectoribus prædicta intelligenda ſunt de habentibus beneficium idoneum ad ferendos illos alimentorum ſumptus, alioqui ſecus, exemplo matris, quæ ad triennium vſque licet partum alere debeat, hoc ita procedit demum, ſi modum alendi habeat Caſtr. in l. alimenta C. de neg. geſt.

Vasense Concilium seu Vasionense in Narbonensi Gallia, sub Leone 1. Papa

que les 10. premiers iours les enfans exposez seroient presentez au deuant de l'Eglise, pour s'il auoit si quelqu'vn les recognoistroit, & apres cela les Ecclesiastiques les nourrissoient.

cæ Ecclesiæ argumenta proferam, Vasensi Consilio, expositorum cura summa est penes sacratos viros: Nempe vt quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur, contestationem colligat, nihilominus de altari Dominico die minister annunciet, vti Ecclesia sciat expositum esse collectum, ac deinde intra dies decem ab expositionis die, expositum recipiat, si quis probauerit se agnouisse, collectori pro ipsorum. 10. dierum misericordia, prout maluerit, aut præsens retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si voluerit, possideat. Si quis expositorum, hoc ordine collectorum, repetitor vel calumniator extiterit, Ecclesiastica districtione damnabitur. Eorumdem puerorum educationem Franci sacerdotes ad suam solicitudinem reuocarunt Matiscoñensi Synodo, & Gangrensi, quam memorat Yuonis Pannomia. Vt sileam isthîc κουροτροφεῖα, ὀρφανοτροφεῖα, quæ sacris quondam opibus condita sunt in expositorum alimoniam, reliquorúmve orphanorum. Quinimo sacræ Gazæ dispensatio tota fuit primitus in egenos, viduas mulierculas, & parente orbos: qui idcirco spectandi proponebantur in valuis Templi, & Thesauri Ecclesiæ dicebantur. Hinc B. Laurentius ille diaconus ac dispensator Ecclesiasticæ pecuniæ celebertimus. Eapropter rectus Dominus intendit, Monachas illas, quæ Actorum partibus fungebantur, alendo partui expositio astringi debere, non possessorem ipsum prædij dominantis. Vtcunque sit, talis inopum procuratio nutriendorum incumbit potiùs Collegio vniuersitatíque Oppidanorum, seu Vicanorum, quàm priuato domino *Feudi*. Ex lege Regia Molinis edita An. 1566. §. 73. cuius conceptio fermè hæc est. Statuimus, alimenta victuíque necessaria, ab Ciuibus, aut Vicanis suppeditari Mendicis, egeníque suæ Vrbis, Oppidi, aut Vici: Queîs pariter inopibus, aliò vagari, ac stipem emendicare, interdictum. Eóque Oppidani singuli fortunas suas conferre tenebuntur in alimoniam pauperum indigenarum, &c. Causa demum vltrò citróque acta, expositum alere damnantur Moniales fiduciario iudicio Andium Suppræfecti. Abs quo Senatum appellantibus istis, placuit rectè iudicatum: & hoc ampliùs, summæ litis notionem reuocantes ad se PATRES censuerunt, reliqua tum Cœnobia, tum Collegiæ Andium Ecclesiastica in curiam accersenda, vt de alimentorum inuicem collatione in expositos pueros tandem decerneret. Aresto in Senatoria apud Pictonas Sessione. 17. Kal. Octob. An. 1579. secundùm Claudium *Haran*, aduersus sacras Virgines Ædis monasticæ *du Ronceray* in vrbe Andegauen. Cùm autem Lutetiani Deiparæ Virginis Canonici quiritarentur in Senatu, plusculos indies pro foribus Templi infantes exponi, quorum alimentis grauissimè premerentur, Placuit Ordini Clariss. Procuratore Fisci postulante, Exposititios illos à sublimibus Vrbis Iuridicis omnibus educari, tum sacris, tum profanis. Bino decreto an. 1547. &. 1552. quæ ambo postea in Edictum perpetuum traducta sunt à Principe, An. 1554. &. 1556.

Yuo Carnuten. Decretor. Pate. 8. Cap. 118.

Molinen. Edicti cõcepta formula.

Placitum in magnis Diebus Pictauorum, Die. 15. Septemb. An. 1579.

Enfans trouuez.

Commoda feudalia & censualia.

HACTENVS

7. HACTENVS Feudi iura vtilia fructúſque aduentitios diſcuſſimus: Nunc recti dominij puriùs honorificas notas Iuridicæque Dominorum poteſtatis exequi, operæpretium erit ſeq. Capitibus Andegauæ Legis: modò iſtîc obiter pauca alia patronorum commoda Dominica collegerimus ex aliorum Municipiorum Moribus ac inſtitutis. Eiuſmodi ſunt *tailles, oſtiz es, coruées, obliaiges, auenages, terrages*,, Bleſenſi patria lege Tit. *De droits ſeigneuriaux.* §. 33. 40. & Tit. *De droit de Terrage*: Alibi *les Bians & Coruées tant d'hommes que de beſtes, charrois, maneuures, & autres deuoirs roturiers.* Borboniæ Conſuet. Artic. 29. Pictonicæ. 99. &. 102. Ibidem *le Complant de vigne*, Dominicum ius eſt, nedum agrarium, ſeu prædiarium: nempe Honoraria penſitatio in ædes vſque recti Domini perferenda. citat. §. 99. &. 101. Eſt enim genus hoc locationis in perpetuum, cùm ager datur ea lege, vt vinea inibi plantetur per colonum, & poſt præſtitutum tẽpus, vt ſeptennium, portio annua fructuum locatori hæredibúſque pendatur. Vnde & Senatus ad appellationem ex Pictonica Præfectura decreuit, perpetuos hoſce vitium cõductores vindemiam facere non debere, niſi die ipſis à locatore dicta ac præfinita, annuámque præſtationem *du Complant* patroni domum deducere teneri certo itinere, quod proximus locorum Iudex cõſtitueret, adhibito in id Agricolarum conſilio. Areſto Curiæ, quod in publica fori diſceptatione latum fuit. 4. Kal. Iunias An. 1572. inter Claudium *Verriou*, qui prouocarat à regio Pictonum Proprætore, & Nicol. Perretum, multóſque alios vinearum poſſeſſores in Paræcia *de Vouille*, ex aduerſo, litigatores. Ameloto, illius Gilloto, iſtorum cauſam orantibus. Porrò apud Andegauos, *le Complãt* neutiquam adſcribitur recto patronorum dominio iuríque Dominico: niſi aliud quiddam Pacto conuenerit *de la baillée à Complant.* Vt innuit. §. 160. Andeg. Legis. Sic *Campipartus*, haud vbique recti Dominij index eſt, nec laudimia ſecum trahit vbiuis Regionum: at priuato cuidam iuri potiùs prędiariæque accenſetur ſeruituti: niſi is cui *Campipartus* debetur, aliàs directum habeat fundi Dominium. Ex Cæſarea leg. Domini prædiorum id, quod terra præſtat, accipiãt De agric. & cenſ. Lib. 11. Cod. Nã ita proditum eſt Lib. *Conſuetudinario* Franciæ Cap. *de Champart. Par les Vſages & Couſtumes des terres tenües à Champart, le Seigneur à qui eſt deu le Champart, ne doit auoir lods ne ventes des terres qui lui doiuent Champart, quand elles ſont vendues, ſe iceluy Seigneur n'eſt Chief ſeigneur, c'eſt à dire Seigneur foncier: Mais les aura le Chief ſeigneur foncier. Et au cas qu'il n'y auroit autre Chief ſeigneur & foncier, celuy à qui le Champart eſt deu, auroit les lods & ventes.* Aureliana itidem lege. 143. *Campipartus*, tanquam priuatum onus, concurrit cum cenſu Dominico. Quæ tamen ita ſunt explicanda, niſi patrio Ritu certarum Prouinciarum aliud de *Campipartu* ſtatuatur, vti ſymbolo ac teſſera feudiſtici ſuperioríſque dominij. Bleſenſi nimirum Conſuetudine. §. 33. &. 130. Lorricenſi, Tit. 3. §. 4. Syluanectenſi. §. 239. Stampenſi. §. 60. &. 61. Tit. *De droict de Champart.* Hac in Stampenſi regio-

Tailles ſeigneuriales. Hæc ſunt plebeia debita, *deuoirs roturiers*: Alia verò beneficiaria iura, *les deuoirs nobles seigneuriaux, comme Rouen in deſcription, lige eſtage au chaſtel du ſeigneur*, &c de quibus in §. 132. 133. 134. 135. 2, 6. Andeg. Conſuet. Sed & §. 128. eiuſdem Conſ. fit mentio *des Auenages deuz par le ſubiect au ſeigneur. Les loyaux Aydes &c.* Norman. Cõſuet. Cap. *De Aydes Chevelx, qui eſt en Anjou le doublage des deuoirs enuers le ſeigneur és. 3. cas. Droit de Marciaiges* apud Burbonenſes Tit. *Les Marciaiges. Eſſongnes* in Rhemenſi extra Vrbem Municipio.

Terrages, diſmes, agraires, ou reilhages, Agraria iura In Cõſuet. Marchiæ Tit. 26. *Des Terrages & reilhages.*

Senatus Placitum Die 29. Maij. 1572.

Droicts de Vinages pour & au lieu de cenſiue de vignes §. 121. Claromont. Conſuet.

Rupellanæ Conſuet. § 61. *Quiconque ha droict de Complant, ſe peut emparer de ſon auctorité priuée des vignes iouxtes and. Complant par default de les faire tailler dedans la S. George.*

Le grand Couſtumier de France & Inſtruction de practique.

Auenæ Obliarum ius directum, Chartulario Eccleſiæ Carnutenſ.

More tamen Stampenſi, *terres tenues à Champart ne doyuent*

ventes ne saisines, sinon que auec le champart elles soient redeuables de cens. §. 62.

ne Nobis est feudaria Ditio Yarnouilla, Belciæ ager, cui etiam nobilia ista iura competunt *de Champarts*: quæ à subditis in nostram vsque Cellam frumentariam Dominicarum ædium ex agro quotannis perferuntur. Quinimo in Carnutibus, etsi de *Campipartu* nil dictatum sit eius Lege Municipij, sed de censu duntaxat laudimiisque ex censuali fundo vendito, pronunciatum fuit à Senatu, laudatiua deberi è prædiis soli *Campipartui* obnoxiis quæ pretio distrahantur, illáque *Campipartus* domino pendi oportere. S.C. luculento. 7. Kal. Mart. an. 1577. secundùm Colllegium canonicorum Carnutens. aduersus Guliel. *de Montean* litisque consortes. Quod quidem PATRES Decretum suum legi ac promulgari iussêre in forensi Carnutum Auditorio, vti pro lege denuo & Legis prouincialis interprete coleretur. De *Campipartu*, satis. *Bordelagia* itidem Niuernensium Moribus designant rectũ dominium. §. 2. Tit. 6. *Des Bourdelages*, vulgari idiomate dictis à peculiari Gallico, *Borde*, i. *tenement rustique*: Qualiter Germani vocem hanc *Bor* vsurpant. Id quod vel genere ipso *Bordelagij* indicatur, vectigalis agrarij planeque rusticani. Nam *Bordelarius* colonus lege tenetur, triforme solariũ domino erogare, *argent, bled, & plume, ou des trois les deux.* §. 3. d. Tit. *Des Bourdelages*. Idemque iuris *Bordelagij* à Burboniis municipibus custoditur. Art. 11. 12. 13. 14. & 15. Consuet. Boiorum, Tit. *Des Tailles réelles*. Possessore item triennio nó soluéte, Domino committitur fũdus ita vectigalis. §. 9. Tit. 3. dicto. Sed quia Nouioduni ad Ligerim Mos prohibet nouą *Bordelagia* constitui in Vrbe oppidíque Nouiodunensis municipij, quæsitum fuit in sacro Prætorio, an olim quoque imposita prædiis istis vrbanis luere ius esset nummaria ipsorum æstimatione. Denique licet benè constantem rerum ciuiliũ statum mouere, parum ciuile videretur, libertatis tamẽ ornatúsque Vrbium gratia decreuerunt Aulici Optimates. tale solarium, refuso eius pretio legitimo, redimi tollíque posse Iudicato pridie Idus Maias An. 1578. pro Duce Niuernen. cótra Sodalitium canonicorum Niuernen. & monastici cóuentus Præfectum Charitatis oppidi, qui Dominica isthæc iura habebãt in vrbe Niuernen. (Mario, pro Duce, & Bautruo, pro Niuer. Collegio Ecclesiast. cui aduocatus simul aderam, dicentibus) Secundùm ea quę Princeps antea, de redimẽdis hisce vectigalibus abolendisque, iudicio pronunciarat. Placito. 17. Kal. Sept. an. 1577.

Cesse Coustume d'Estampes, dit que in dubio le champart n'est pas droit seigneurial comme le cens.

Arestum Parisien Die. 23. Februar. An. 2577.

Ius quoque *de Cyuerade, ou Cyuerage* in subditos Baroniæ *de Mallenal*, Foresii Comitatus, adiudicatum est Arestis Curiæ, die vlt Maij. 1560. 25. April. 1562. & 5. Augusti. 1595. Quòd 2. boues habens aratores debet auenæ sextariũ, & vecturæ ligni operam annuam: habens 2. vaccas, auenæ semisextarium: Et sic de alijs.

Niuernen. Consuet. Art. 30. Tit. *Des Bourdelages.*

Arestum intimi & arcani Consilii regij Die. 14. Maij. 1578. contra Capitulum Ecclesiæ Niuernen. & Priorem *de la Charité sur Loire.*

Decretũ Principis, de Bourdelagij Niuernen. Die 16. Augusti. 1577.

Molineus in Consuet. Parisien. Tit. de Censib num. 2. *dit que* Cãpipars non est ius dominicale, nec laudimia secum trahit, nisi vbi cõsuetudo hoc expresse dicit. vt Blesis, & in Consuet Loricti, & Senlitensi: Alias inter iura priuata & seruitutes particulares computatur. Idem de Bordelagio (præterquam Niuernis.) *En la Coustume de Dreux particuliere de Chartres, au Titre d'amende de Cens & Champart, il est dit au premier Article que à faute de payer le Champart, comme le cens, il est deu l'amende, ergo droict seigneurial l'vn comme l'autre. Arrest du 5 Febur. 1581. entre frere Estienne du Bois Religieux de l'Abbaye de sainct Pere en Vallee Prieur de sainct Martin du Pean, comme seigneur direct à cause de son Champart, appellant d'vne sentence du Bailly de Chartres du 13. Auril 2579. & Germain Cathin intimé. Par lequel la Cour dit en emendant le iugement, qu'il sera informé par 2. tourbes sur l'vsance mise en auant par ledict appellant que au pays Chartrain, pour simple Chãpart deu au seigneur direct sans charge de cẽsines sont deux gants & vãtes, toutesfois & quãtes que les terres chargees dud. Chãpart sõt vẽdues. En executiõ des Arrests cy dessus cottez du Cõseil Priué des annees 1577. & 1578. a esté donné autre du 2. Iuillet 1579. ayant arbitré l'indemnité des seigneurs bordeliers, assauoir quant au bordelage simple, qui n'est pas sur cens d'autruy, l'augmentation de la redeuance est du tiers comme de 40. sols de bordelage, 60 sols de cens, led. tiers rachetable quant aux lais seulement au denier 25. Le bordelage party & non party conuerty en cens auec augmentation de 6. à 7. comme de 60. sols à 70. sols. Le bordelage charge sur cens conuerty en rente fonciere auec augmentation du tiers, ledit tiers rachetable au denier 20 sauf à l'Eglise ses lods & ventes ce qui est conuerty en cens, sont mis au sixiesme denier qui est de trois sols. 4. deniers pour 20. sols.*

Digitized by Google

Cap. II.

Lesd. bas Iusticiers ont cognoissance des demandes de Dommages des Bestes, lesquelles bestes leur Sergent peut prendre en present meffaict, & les empriſonner iusques à satisfaction du Dommage, ou que autrement par Iustice en soit ordonné. Toutesfois le Sergent dois faire deliurance à celuy à qui sont les bestes s'il le requiert, en baillant pleige suffisant du pays.

1. PENES QVOS IVRIDICA POTESTAS INFIMA, NOTIO EST PARITER DE PAVPERIE DAMNÓQVE DATO A QVADRVPEDE. QVAM ET DEPREHENSAM ἐνέχυρα, CAPERE POTEST DOMINICVS APPARITOR, ET IN CVSTODIAM ABDVCERE: DONEC NOXÆ ÆSTIMATIO PENDATVR DAMNVM PASSO, VEL ALITER DE EO IVDEX DECREVERIT: PVBLICVS TAMEN VIATOR ILLE TENETVR CAPTAS PECVDES DOMINIS SATISDATÒ RESTITVERE, VADES SCILICET SPONSORESQVE PRESTANTIBVS IDONEOS, AC EIVSDEM REGIONIS CIVES.

DE pauperie, & de paſtu pecoris antiquiſſima eſt à Decemviris prodita noxalis actio: Quam memorat Iulius Paulus, Recept. Senten. Lib. 1. & Vlpianus Lib. 41. ad Sabinum l. Qui ſeruandarum. §. vlt. De præſcr. verb. Tametſi autem canes inter pecudes non ſint l. 2. π. De Leg. Aquil. Idem tamen de cane ſancitur Solonia lege. Ita enim Plutarchus in Solone, Ἔγραψε δὲ, inſit, ἐὰν βλάπτῃ τετράπους τὸμον, ἐν ᾧ ἡ κύων δακόντα, ὠφλε δοῦναι κελεύει κλοιῷ τετράπηχει δεδεμένον. Plane XII. Tabulis de pauperie ſtatuentibus conſonant diuini Iuris præcepta, Cap. 21. Exodi. Quàmlibet enim tenuis ſit hæc, Minimíque Iuridici cognitio, neceſſaria certè viſa eſt ſummis Legum latoribus. Nec erubuit aliquando Modeſtinus, ex vltima etiam Dalmatia Vlpianum conſulere, quo pacto teneretur qui equum meum equo ſuo ſubieciſſet, vt prægnantem haberet. l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum De furt. Ab agaſonibus rurſum, mulionibúſve conſuli grauatus non eſt Alphenus Varus, in l. Agaſo. Si quadrup. paup. feciſ. Caius Lib. 7. ad Edictum prouinciale l. Idem iuris §. mulionem. Ad. l. Aquil. Quin & à capratiis adiri conſulíque ſe non recuſauit Antoninus Auguſtus, in l. ſi quis domum §. Imperator D. locat. Fuiſſe enim Romæ crebriores huius generis quæſtiones, innuit quadantenus poëta Venuſinus, Roman. platearum turbas deſcribens hoc verſu.

Tit. 15 Si quadrupes damnum intulerit.

Peſulaniam legem de cane dixit paulus I.C. Tit. ſuprà relato.

Feſtinat calidus mulis gerulíſque redemptor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum: Flaccus,
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris: Lib. 2. Epiſt.
Hæc rabioſa fugit canis, hæc lutulenta ruit ſus.

Qua in discursatione, Vrbísque confusione non poterant non oboriri liticulæ complures de damno dato, déque pauperie. Sed Ius proprium nostræ Ciuitatis videtur duntaxat hoc loco sanxisse de damno à pecore alienis illato prædiis, non de alia quauis pauperie in hominis corpus: De cuius percussione ac vulnere, nulla foret penes infimum Iuridicum animaduersio. Talis enim noxiæ æstimatio nec verè continetur damni dati nomine, de quo nuncupatim Lex isthæc Andegaua, nec ex eo genere causarum est, quæ Imæ Iurisdictionis domino Moribus deferantur. ℨ. §. 2. Itaque missa faciemus hoc loco Ædilium edicta, vetantium, ne quis canem vel aliud nocens animal, siue solutum, siue alligatum haberet, qua volgò iter fieret. L. Hi enim Cum duab. seq. ff. De ædil. edic.

Dommage de beſtes.

MVNICIPIBVS nostris rectiùs prospectum est animalis pre- 2.
henſione damnum inferentis, ex Vsu patrio, quàm Iuris auctorum cautione: qui noxali tantùm iudicio experiundum putarunt, nec animal interim retinendum. Panor. ad Cap. si læserit De iniur. & dam. dat. Bart. ad l. Hoc ampliùs §. de his. ff. De dam. inf. Speculat. in Tit. De accusat. Vers. sed pone, inueni pecudem Cepola in Tract. De Seruit. rust. præd. Tit. De seruitute pascendi In. 6. quæst. Summam verò damni dati probationem eruimus ex animalis captione in maleficio ipso deprehensi. Nam & pariter capite. 5. Legis Iuliæ permissum est viro, adulterum cum vxore adprehensum retinere horis diurnis nocturnísque viginti continuis, testandæ eius rei gratia. Vt ait Vlpianus Lib. 2. Ad. L. Iuliam de adulteriis. Haud aliter Saluio Iuliano I. C. arrisit eius solertia creditoris, qui debitorem suum consecutus fugientem ac pecunias secum ferentem, ei abstulisset quod sibi debebatur. Vnde colligitur, priuato etiam cuique licere, animalia in fundo suo deprehensa includere, vt ab eorum saltem dominis agnoscantur. Ex argumento Neapolit. Constitutionis De noua militia, vbi Matth. Afflictus. Porrò quatenus cuiusque interst ob damnum à pecore alienis fundis datum, summatim discutitur vel sacramento actoris, vel Iudicis arbitrio. Masuer. in Tit. De expensis, interesse & damnis Vers. hoc verum, quòd statur partis iuramento, si tradiderit animal in manibus Iustitiæ, aliàs secus. Lib. De Praxi Iudic. Etenim pro leuitate causæ statur partis iuriiurando seruíque publici, à quo animal captum sit: modò intra exiguam quantitatem deieret, quinque putà, vel septem æris assium: ne arrepta occasione in immensum iuretur. Andeg. Legis §. 183. Burgundæ. 6. Tit. de Iurisdict. Aurelianæ. §. 158. Et Burdegalens. Tit. De animalibus repertis in hæredio alieno. Nam in talibus Iudiciis de pecorum pastu, seruanda sunt Ciuica Municipij cuiusque Iura. Vt existimat Cepola, loco ℨ. citato.

Tex. Andeg. Leg. Leſquelles beſtes leur ſergent peut prendre en preſent meffait, & les empriſonner juſques à ſatisfaction du dommage, ou que autrement par juſtice en ſoit ordonné.

Alioqui verè dici non potest animal iniuriam feciſſe, quod ſenſu caret. Vlp in l. 1. D. Si quadr. pauper.

l. Ait prætor §. ſi debitorem D. Quæ in Fraud. credit.

Hominem quoque repertum in flagrãti crimine capere licer, ac in ius manu prehenſum deducere, citra expreſſum aliud mandatum Iudicis. Bart. in l. vlt C. De exhib. reis.

Sicula lege (Tit. De animalibus in paſcuis affidandis) cautum eſt, ea animalia, quæ ex vna regione in aliam tranſeant, paſcua ſumere per vnam diem vel noctẽ poſſe in terris alienis, ſi frugibus damnum non dederint.

SI tamen dominus animal noxæ dedat, damni æstimatione libe- 3.
rabitur: nisi ipsemet pecus suum aliena in prædia quæ depasceretur, induxerit, inducíve mandauerit. Quo casu insolidum tenebitur.

Vlpiani

tized by Google

Vlpiani opinione Lib. 18. ad edictum l. 1. Si quadrup. Cap. vlt. De iniur. In antiq. Quod & Frãcico vſu receptũ, prodit Chaſſeneus in d. §. Burgundæ Conſuet. & Andegaua lex quodammodò, in §. 182. Verúm ne de iis increbreſcant lites inter vicinos fundorum armentorúmque proprietarios, ius dicentis munus eſt iubere, cauere, vt propinquis agris illi frugibúſque ſepem prætendant communi ſumptu: quò laſciuiens alterius pecus in proximum vicini aruum rariùs inſiliat. Ita quidem iudicatum in Prouinciis, Nos & conſulti probauimus, & Senatui placuiſſe aliquando ſumus experti. Eámque ſententiam fulcit Solonis Attica lex, de fundo priuati cuiuſuis ſepibus circummuniendo. Vt refert Caius Lib. 4. ΔΩΔΕΚΑΔΕΛΤΟΥ. l. vlt. Fin. regund. De quadrupedibus, ſatis: quid de bipede pauperiem faciente? Quales ſunt anſeres, gallinæ, cæteráque id genus altilia. Nil planè diuerſum de his conſtituendum puto: quippe quæ hortis vel aruis noceant perinde, ac pecudes, ſuéſve: de quibus Columella, nec ſuem (inſit) velimus impaſci pratum, quoniam roſtro ſuffodiat & ceſpites excitet. Lib. 2. De re ruſt. Idem de auibus in paſtum profectis confirmat is Auctor, Lib. 1. Sic Vlpianus perhibet, aruorum fruges identidem à graculis ſturníſque corrumpi. l. ex conducto §. ſi vis tempeſtatis. Locat. Cui adhæret Plinij locus, Nat. Hiſt. Lib. 18. Cap. 17. Si igitur cuiuſquam altilia, vel anſeres pauperiem alieno in agro fecerint, vnum duóve configere licitum eſt motibus. Aurelianenſium. § vlt. Tit. De paſcuis. Huc vergunt notata à Boërio, de alienis anſeribus gallíníſque in noſtro viridario deprehenſis. §. 1. & 5. De Conſuet. prædior. In Legibus Municipij Bituricen.

§. 182. Andeg. Legis ſic habet, *Celuy qui b'eſt bleſſer endommagé autruy en bois taillis & eſtangs, au deſſous de trois ans entiers, & iuſques au mois de May enſuyuant inclus, faict amende de 60 ſ. tourn. oultre le dédommagement de la partie.*

Caij I.C. Libri 6. ad Leg XII. Tabul.

4. ADDE, quod Antonini Summa traditum eſt detrimenta omnia, quæ rerum poſſeſſores ex victu columbarum traxerint, ſarcire illarum dominum oportere. In §. 2. De Columbariis Part. 2. Tit. 1. Nec diſſimile quicquam de columbis ſenſit antea Petrus de Palude in 4. cuius verba Antoninus ille Florentinorum pontifex recenſuit. A Nobis tamen alibi ſcriptum eſt ex B. Auguſtino, columbarum victum innocentem videri, neque agrorum proprietariis vllum adferre diſpendium. Plerique itidem exiſtimarunt, habentem columbas, ob damnum vicino ab iis illatum iudicio conueníri non poſſe. Clauaſius in ſua ſumma, poſt Aſten. Lib. 5. Cap. 29. Quibus ſubiungitur, actionem de pauperie & damno ab animalibus dato, non niſi ad cicures & manſuetas beſtias pertinere, quæ cuſtodia noſtra debeant contineri. L. Hæc autem actio D. Si quadrup. pauper. Et Exodi Cap. 22. At columbarum fera natura eſt, nec manſuæfactæ creduntur, tametſi ex conſuetudine auolare ſoleant ac reuolare. Caius Lib. 2. Inſtitutionum l. Naturalem §. pauonum & columbarum fera natura eſt. De acquir. rer. domin. Quùm igitur columbarum victus naturalis ſit, abſurdum foret, quempiam tali de victu conqueri, quem natura brutis omnibus animantibus conceſſerit. Vnde & vulgò cernimus, liberè quemque, alitum aucupio vel quadrupedum

Florentia Thuſcorum. Lib. 3. Doman. Prãc. Tit. 22. Art. 7.

Angel. de Clauaſ.

venatione diteſcere: quæ rebus alienis coaluerùnt, ex hísque incrementum vitæ ſumpſêre.

ANIMAL ob factam pauperiem captum Viatoria manu, domino reddendum eſt accepto fideiuſſore, qui in eadem Prouincia domicilium habuerit ſedémque fortunarum. §. 11 Morum Andegauen. Locuples namque ad promiſſor lege iubetur dari, non tantùm ex facultatibus, ſed & conueniendi facilitate, aut potiùs Iudicati exequendi. Nam etſi, qui iudicatum ſolui cauerint Interceſſores, minimè vtantur iure Fori ſui: ea tamen in regione præſtanda eſt ſatiſdatio, vbi lis ſumma diſceptabitur: vt quantocyùs Sententia poſſit executioni mandari, nulla ſcilicet à magiſtratibus aliorum Municipiorum prolixè petéda venia. Alioquin extra Territorium ius dicéti impunè non pareretur, exequenti, multò minùs. Imò nec ſentétiam Romæ dictam licuit in Prouinciis per præſides, niſi hoc iuſſi fuiſſent, ad finem perſequi. Reſcripto Diui Pij, quod refert Vlpianus l. 15. §. 1. De re iudic. Et Pauli reſponſo l. Cùm vnus §. is qui De bon. auctor. iud. Eóque cautiùs huic proſpiciundum incommodo in ſingulis Frãcorum Municipiis, quò pluribus hæc variíſque inuicem Moribus patriis diſtinguntur. Quales ciuitatum Ritus Iudicéſque Municipales ſuis etiam Territorij finibus coarctantur. Proinde noſtrãti Conſuetudine ſparſim prædes exigimus Regionis eiuſce habitatores, in qua forenſe negotium agitetur, cui fideiuſſor ſit adhibendus. Putà, quùm de fraudato vectigali controuerſia eſt, mercibus iniecta manus tolli debet interim, vadibus datis eodem in municipio degentibus. Artic. 53. Andeg. Legis. Item ſi venditoris agnatus prædium condicat gentilitio Iure Munipali, nec in iis partibus, vbi res exiſtunt, larem foueat, tunc ſatis illum dare oportet, priùſquam in foro experiatur. ï. §. 411. Andenſ. Conſtitutionum. Quibus ſuffragarur P. Caſtrenſis opinio, ad l. ſi fideiuſſor. §. 1. Qui ſatiſd. cog. Andegaua dein Lege præſtari debet cautio fideiuſſoria à cuſtodibus minorum annis, ab vſusfructus donatariis, vel à creditoribus quibuſdam debita repoſcentibus. §. 93. 326. &. 506. (poſt. 15.) patriæ Conſuet. 5.

Vetſ *Toutesfois le ſergent doit faire deliurance à celuy, à qui ſont les beſtes, s'il les requiert, en baillant pleige ſuffiſant du pays,*

Mainlouer des marchãdiſes ſaiſies à caution.

CÆTERVM ſi animal quod pauperiem fecit, Iudex domino reddi iuſſerit, ſoluto damni pretio vel oblato ei qui cœpit, & hic ab eo Iudice prouocarit, debet interim animal reſtitui datis ſponſoribus, donec lis appellatoria terminetur. Vt Areſto Curiæ deciſum fuit in forenſibus cauſarum Actionibus poſtridie Nonas Februar. An. 1547. Si Paponio credimus Areſtographo, Lib. 18. Argum. l. ſi fideiuſſor §. vlt. ff. Qui ſatiſd. cog. Vniuerſim autem hoc definitum ſit, vbicunque idonea cautio peti mandabitur, eam à debitore exactam non dici, ſi neque fideiuſſor neque pignora accepta ſint. Vt Paulus reſpondit Lib. 4. Quæſt. l. ſi mandatu Titij §. vlt Mandati. Quinetiam *Statutorum* verbis haud cenſetur idoneè cautum generali bonorum obligatione, prædiíſque, non prædibus à debitore oppigneratis. Bart. ad l. Prætoriæ In fi. ff. De præor. ſtipulat. 6.

Placitum Curiæ die. 6. Febr. An. 1547.

Lib. 18 Tit. *Des priſes de beſtes, &c.*

CAP. 12.

Digitized by Google

Cap. 12.

Les Eſpaues des Auettes, nonobſtant qu'elles ſoient mouuantes, tenans & eſtans en aucun arbre, ou autrement aſſiſes au Fief d'aucun, appartiennent pour le tout au Seigneur du fons ou elles ſont aſſiſes, ſi led. Seigneur du fons y a Iuſtice fonciere en nuepce.

1. APES FERÆ, SI IN QVADAM CONSEDERINT ARBORE; VEL ALIBI INTRA METAS FEVDI CVIVSDAM, COMPETVNT SOLIDO IVRE EIVS PROPRIETARIO FEVDI, CVI ILLÆ QVIDEM INHÆREANT: DVMMODÒ IBIDEM INFIMÆ PRÆSIT IVRISDICTIONI SEV FVNDIARIÆ. *Iuſtice fonciere en nuepce.*

IN priuato cuiuſque patrimonio computantur Apes, quandiu alueo incluſæ ſunt, licet auolare & reuolare conſuerint. Veluti Columbæ, quæ emitti ſolent è columbario, veniunt in familiæ herciſcundæ iudicium: quùm noſtræ ſint tandiu, quandiu conſuetudinem habeant ad nos reuertendi. Vnde ſi quis adprehendat apes columbáſve, furti nobis obſtringitur. Pomponia lege 8. famil. herciſc. §. apium Inſtit. De rer. diuiſ. Quin & ob ſurreptum è viridario pauonem capite punitus eſt à Tiberio Cæſ. miles prætorianus. Scriptore Tranquillo. Ad eos quoque pertinent Legum pœnæ, qui in viuario alieno venantur, & ad eos qui columbas noſtras occidunt Deciſ. Gratianopol. 218. Benedict. in Tract. ſucceſſionum ab inteſtato Num. 870.

Sueton. in Tiberio, cap. 60.

In Repetit. Cap. Raynutius De Teſtam.

EADEM ratione rebus ſoli prædiariiſque adſcribuntur Apes alueo noſtro concluſæ, ſtagno piſces, columbæ columbario, & leporario cuniculi. Vt teſtatur antiquus Galliæ Pragmaticus in *Summa Rurali*, hoc verborum tenore. *Les Coulons dans le Colombier ſe peuuent clamer come heritage, ores qu'ils voiſent aux champs. Autre choſe eſt, s'ils delaiſſent à retourner plus de trois iours. Item les Connilz de Garenne ſont heritage au Sieur à qui la Garenne appartient Et ainſi fu iugié au Chaſteau de Lens pour les hoirs Monſeigneur de Chambellain en Ternois. Combien que de droict la beſte croiſſant aux champs ne ſe peut approprier. Auſſi Poiſſons de Viuier, Eſtang, ou de foſſé entour d'vne Forteresſe ſont tenus pour heritage: Autrement s'ils ſont de Fleuues ou riuieres, ſont meubles.* Apes pariter, quæ in alueo ſunt, fundi inſtrumento contineri dicit Vlpianus Lib. 20. ad Sabinum. l. ſi redditus agri ex melle conſtat etiam aluei apeſq; cõprehenduntur, Et l. quæſitum §. fi in agro Verſ. cùm & aues. De inſtruc. & inſtrum. leg. Tum Paulus I. C. l. 3. §. item feras beſtias quas viuariis incluſerimus, & piſces quos in piſcinâ conieccrimus Verſ. rectè putant, apes quæ ex alueis, & columbas quæ ex ædificiis noſtris euolant, & ſecundùm conſuetudinem redeunt, à nobis poſſideri. De acquir. poſſeſſ. Inde apiarij illi, apud Plinium

Eſſeins d'abeilles.

Sic Balduinus communem hunc Francorum morem eſſe narrat, vt piſcinæ, viuaria, columbaria, quæque iis continentur animalia, fundi partes, cenſeantur, rebúſque immobilibus adnumerentur In §. in iis autem Inſtit De rer. diuiſ. Cõtra opinionem Vlpiani in l. funes. Verſ. piſces autem qui ſunt in piſcina non ſunt ædiũ, nec fundi 1. De act. emp.

Exin planum est, vendita villa & fundo, venditorem auferre secũ non posse columbas ipsius columbarii: quasi in parte fundi potius quàm rebus mobilibus numerandas.

Veronensem, qui in prædiis suis Apes possidebant curabántque, amplum ex iis prouentum sperantes, largè floreſcente thymo. Lib. 11. Natur. Hist. Ex quo μελισσῶνες, i. apiaria, Mellariáque à Varrone dicta, Lib. 3. de re Rust. & à Gellio, Lib. 2. Cap. 20. Varia quoque existunt Mellis genera pro fundorum bonitate singularúmque varietate regionum. Aliubi quidem, faui cera spectabiles cernuntur, (teste Plinio) vt in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa. Atque ibi mel optimum semper vbi optimorum doliolis florum conditur. Apes

Ex Marone, Georg. Lib. 4.

Namque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris, pars intra septa domorum
Narcissi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras, aliæ purissima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti:
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præcepibus arcent:
Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

EVENIT tamen interdum, Apes nullius dominio verè teneri 3. nouam scilicet apum sobolem, quam parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quærendas exire cogant. Siue etiam illæ in quadam arbore consederint, antequam alueo concludantur à priuatis locorum dominis: quæ non magis istorum esse intelliguntur, quàm volucres quæ in eorum arbore nidum fecerint. Auctore Caio, Lib. 2. Institutionum l. Naturalem §. apium De acquir. rer. domin. Proin Andium legibus sancitum est, vagas Apes oberantésque soli competere minimo Iuridico, cuius illæ in fundo sederint clientelari *Feudique* titulis insignito. §. 12. Quod & Gallia tota seruari, Faber subnotauit, ad §. examé Institut. De rer. diuis. Ast si ignobilibus prædiis Apes insideant, earum pars dimidia Iuridico minimo quæritur, pars subdito inferiorum agrorum possessori. i. §. 13. Sic Turonenses, inuento Apum examine, mediam partem addicunt repertori in suo cuique solo, reliquam domino *Feudi* ac imæ Iurisdictionis, cui ille repertum nunciarit. §. 54. Morum Turonen. Tit. De *Espauis* mobilibus. Nec aliter Cameracensi Ritu patrio custoditur, in hæc verba, *Vasseaux dez ou abeillons à miel trouuez espaues, & non pourſuiuiz dedans 8. iours du proprietaire, doiuent appartenir la moictié au Seigneur de la seigneurie, en laquelle ils sont trouuez, & l'autre moictié à celuy qui les a trouuez.* Tit. *Des choses qui peuuent estre acquises au Seigneur.* Priuatus autem aruorum proprietarius, qui in iis compertum examen apum minime indicarit domino Iuridico, mulctæ damnatur, priuaturque eo Apum examine, apud Burgundos, & Boios populares. Burgun. Consuet. §. 3. Tit. De Iurisdict. Et Borboniæ. §. 337. 338. Tit. De iuribus Dominicis. At lege Romana, feræ bestiæ ac volucres cedunt occupanti:

Verſ. *Si le ſeigneur du fons y a Iuſtice foncier en nuepce.*

Consuetudines Ciuitatis & ducatus Cameracen.

Digitized by Google

occupanti: ita, vt nil interſit, vtrum in ſuo quiſque fundo capiat, an in alieno. Caius I.C. in l. Quod enim De acquir. rer. domin. Quæ verò ad hanc rem de Apibus ſuperſunt dicenda, proximo Capite exequemur, tanquam prioris huius appendice: quod nec ab illo diſtingui ſeceríque puto debuiſſe, vti nec Cenomani in ſuis Legibus ſimiles Articulos inuicem diſiunxerunt.

Cap. 13.

Et s'il n'a Iuſtice fonciere en fons, elles luy appartiennent pour la moitié, & au Iuſticier en nuepce pour l'autre moitié. Mais ſi leſd. Auettes ſont pourſuiuies auant qu'elles ſoient encores logees, & pris leur nourriſſement aud. lieu, où elles ſe ſont aſsiſes, le Seigneur du lieu, dont elles ſont parties, les peut pourſuiuir, & les doit auoir comme ſiennes.

1. CIVIS PLEBEIO IN AGRO, NEC FVNDIARIA IVRISDICTIONE INSIGNI HÆRERE APES COEPERINT, HVIC DIMIDIA EARVM COMPETIT, PARS ÆQVA DOMINO IMÆ IVRISDICTIONIS. SI NAVTEM APIVM DOMINVS EAS PERSEQVATVR, ANTEQVAM ALIENO IMMORENTVR FVNDO, IBIDEMQVE NVTRIMENTVM SVSCEPERINT, TVNC LEGITIMA EST TALIS APVM PERSECVTIO AC VINDICATIO. QVAS PROPTEREA PRIVATVS DOMINVS INDE SECVM AVFERET, TANQVAM SVAS AC PROPRIAS.

RECTE ait Plinius, Apes nec feri eſſe generis omninò, neque manſueti. Lib. 11. Nat. Hiſt. Cap. 5. Si enim planè fera eſſent hæc animalia, primi cuiuſque fierent occupantis, nec quaſi priuatim poſſeſſa iure vindicaremus. Feras enim, licet in ſyluis circumſeptis euagentur, reſpondit Paulus à nobis non poſſideri: quoniam relictæ ſunt in libertate naturali. Atquin examen apum, quod ex alueo noſtro euolarit, eouſque noſtrum eſſe intelligitur Iure ciuili, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis eius perſecutio. l. Naturalem §. examen. ff. De acquir. rer. domin. Hoc amplius ſanxit Andium Lex municipalis, tandiu domeſticas ciuuis Apes ſequi repoſcereque licere, quoad ſedes alibi locarint, inibíque alimentum ſuſceperint. Eò pertinet Iulij Pauli dictum, quiſquis apes feras, quæ in arbore fundi tui apes fecerint, vel fauum abſtulerit, cum tibi furti non teneri: quia illæ nondum fuerint tuæ, quùm eas conſtet capearum terra, mari, cœlo numero eſſe. l. ſi apes. De furt. Sic falco ſeu accipiter, quem noſtrates Equites domi alunt vbique fermè, non ſtatim fit capientium, ex quo naturalem receperit libertatem. Haud dubium quidem eſt, volucres quas cœperimus, eouſque noſtras dici, donec noſtra cuſtodia coërceantur: cùm verò noſtram euaſerint cuſtodiam, & in natu-

Quod Paulus hoc loco de feris ſcribit, accipiendũ puto de iis, quæ nulla noſtra cuſtodia coërcẽtur nec temere trahendum eſſe ad ſepta Procerum nemora, Gallicè *Parcs*, in quibus varia animalia ad vſũ voluptatis aut venationis includuntur, & poſſidentur. adempta naturali libertate.

De Falcone reperto cum æreis crepitaculis, ſeu ſonaleis argẽteis in pedibus iunctis, an reſtituendus ſit priori domino, vide Bart. in Tract. De falcone, & Cepolam

ſine fraude incommodóque tuo dignoſcere potuero. Boër. in Bituric. Conſuet. §. 5. Tit. De Conſuet. feud. Chaſſen. In Burgun. Conſuet. Tit. De Iurib. ad coniuges pertinent. §. 2. Sed hoc in ſtagno difficilius, quàm in ſolo tuo ſicco. Cæterùm alius quilibet introitu in alienum prædium poteſt arceri, vi etiam, ſi opus ſit, adhibita. Quod olim rectè obiecit Cecinnæ Ebutius, apud M. Tullium. Imò & iam ingreſſum vi expellere licet, ſaltem confeſtim, non ex interuallo. Vlpian. l. 3. §. eum igitur qui cum armis venit, poſſumus armis repellere. De vi & vi arm. Venari certè in alterius latifundiis ius ſit nécne, aucupari, piſcari, dicemus poſthac ſuo loco ex Moribus Andegauorum.

4. EXPENDE interim, Apium perſecutionem in fundo alterius optimè temperatam Iure noſtræ Ciuitatis: quouſque illæ, nouis ſedibus delectis, cœperint aliorum aruis innutriri. Peræquè enim de arbore, quæ alienum in agrum tranſlata coaluerat, Varus & Nerua vtilem dedêre in rem actionem: ſi verò nondum coaluerit, mea eſſe non deſinit. l. Idem Pomponius §. De arbore. ff. De rei vindic. Per hunc modum plantæ, quæ terra coaleſcant, ſolo credunt, & frumenta quæ ſata ſint, ſolo cedere intelliguntur. Apud Caium I. C. l. qua ratione De acquir. rer. domin. Si ex tuo quoque prædio cruſta lapſa ſit in meum, vindicari ea demum poteſt, ſi non coaluerit, nec vnitatem cum terra mea fecerit. Alpheni ſententia l. 9. §. 2. De dam. inf. Porrò abſurdum videatur prima fronte, quod patria Lex ſtatuit, Apium quæ in vectigali agro recèns coheſerint, partem aliam eius proprietario agri competere, aliam patrono ſeu domino prædij dominantis. Quaſi verò apes, quæ gregatim paſcuntur & volitant, partium recipiant diuiſionem: Cui refragatur Maronis verſiculus, Solæ communes natos, conſortia tecta Vrbis habent, &c. & omnes Circumſtant fremitu denſo ſtipántque frequentes. At enim nil vetat quò minùs in æſtimationem communes Apes deducantur à ſociis vel condominis: vt alteri quidem Apes vniuerſæ, alteri pretium ex parte dimidia conſenſu addicatur. Sic generatim ſuaſit Vlpianus arbitrio communi diuidundo, vt quoties difficillima foret diuiſio, is in perſonam vnius totam conferret condemnationem, reſque omnes adiudicaret l. ſi familiæ. ff. Famil. herciſc. Georg. Lib. 4.

Digitized by Google

Cap. 14.

Outre peut auoir le bas iusticier moulin à bled au dedans ou dehors de son fief: & peut contraindre ses subiects estagiers constumiers demourans au dedans de la Banlieue dudit moulin, d'aller mouldre à iceluy moulin par confiscation de la farine prinse & arrestee en son fief, & du pain faict d'icelle mouture à autre moulin: ou les traicter par sa Court & en prendre l'amende. Ou pourroit poursuiuir son interest par Court suzeraine, pourueu que le moulin soit en suffisant estat & reparation. S'il n'y a exemption, ou prescription au contraire: & ne sont point la beste, harnois, ne sacs confisquez.

INSVPER MINIMVS IVRIDICVS POTEST MOLAM FRVMENTARIAM HABERE INTRA VEL EXTRA FEVDI SVI TERRITORIVM, PLEBEIÓSQVE SVBDITOS COGERE AD FRVMENTVM SVVM IN EO PISTRINO MOLENDVM: QVEÎS NEMPE DOMICILIVM SIT IN PATRONI AGRO CLIENTELARI, INTRA BIS MILLE PASSVS A MOLENDINI SITV NVMERANDOS: INDICTA, SI SECVS FAXINT, PVBLICATIONE FARINÆ, QVÆ IN EO FEVDO DEPREHENDETVR, COCTÍQVE PANIS EX TALI FARINA IN ALIO TRITA MOLENDINO. HOC ITA, NISI MALIT DOMINVS IVRIDICVS EA DE RE IVDICIO EXPERIRI CVM SVBDITIS, IN SVO, MVLCTÆ, AVT IN TRIBVNALI MAIORE, QVANTI SVA INTERSIT, DAMNATIONE COERCENDIS. QVÆ TAMEN OMNIA TVM DEMVM PROCEDVNT, CVM OPTIME SARTVM TECTVMQVE SIT MOLENDINVM INFIMI IVRIDICI, NEC VLLA EGEAT REFECTIONE: VEL NISI HVIVS ONERE SERVITVTIS IMMVNES SOLVTÍQVE FVERINT SVBDITI, AVT TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE LIBERTATEM SIBI QVÆSIERINT. COMMISSA VTIQVE PLEBEIORVM FARINA, AVT PANE EX EA REDACTO, (DE QVIBVS §.) MINIME VINDICANTVR FISCO DOMIMICO IVMENTVM, CLITELLÆ, PERA, ET SACCVLI, IN QVIBVS FARINA PANESVE CONTINEANTVR. 1.

Ante inuentum Molarum vsum, frumenta in pistrino contúdebantur & in. pila comminuebâtur. Inde Pistrinum à pinsendo dictum, i. contundendo, quia in eo farinæ molebantur.

IVRE Naturæ sancita quædam est Pop. libertas, vtrum optarit Molendinum adeundi, ad frumentum suum ea Mola conterendum. Vsqueadeo, vt dominis Territorij ius non sit vetare, prohibere, ne subditi commeent ad alia, quàm sua ipsorum Molendina, néve exteri molitores suam regionem circumeant, plebeculæ farinas vndique alienum in pristinum transuecturi. Ita ex facto consulto responderunt Ancharanus & Calderinus secundùm Spoletanum Vmbriæ Præsulem, aduersus ciuium vniuersitatem Spoletanorum: qui ex patria Constitutione suis interdixerant popularibus, ne aliò molendum frumentum deueherent. Consil. 12. 13. Imò nec talia *Statuta* valere

Ius bannatij molendini in Gallia, communiter attribuitur Iurisdictioni, nõ Feudo, & dicitur *droict de Iustice* (à bannis seu edictis, & euocationibus Iuridicis) Sed quia Feudarij domini Andegauæ lege habent imam quandam iurisdictionem, quæ vltra Feudarias lites extenditur (§. 1. suprà.) ideo tales bannarij molendini iure præditi sunt, no-

ra valere putant Itali Iurecoſſ. in diſpendium priuati cuiuſuis, cui piſtrina Mola competat. Signor. de Homod. Reſponſo 56. Volum. 3. Conſiliorum Baldi, Anchar. in Cap. Canonum ſtatuta De Conſtitut. Et Iuris Reſponſo 272. Lib. 1. aduerſus Comites & Marchiones qui ſubditam plebem deterrebant ab alterius, quàm ſui ipſorum vſu molendini. Idem Iaſoni probatur, poſt Bart. in l. Quò minùs. π. De Flumin. cuilibet nempe ius eſſe, externum piſtrinum adire, aut nouum ſibi in propriis extruere latifundiis. Argum. l. fluminum. §. vlt. π. De dam. infec. Angel. in l. vlt. π. De vſucap. Saluo eo, ne nouum opus piſtrini aquarij curſum aquæ remoretur, alteríve obſtet, vetus molendinum in publico poſſidenti. Bald. Reſponſo 109. Lib. 1. Et 57. Vol. 3. Quinetiam Iudiciis deciſum eſt, molendini dominum ſuperiorem, quàmlibet meri Imperij faſces habeat, arcere non poſſe clientis ſui molitores à veſtigando ſubditorum frumento pagatim vicatímque, & in molendinarias ædes exportando. Areſtis ſacræ Pentecoſtes an. 1561. pro Molendini proprietario cliente, contra patronum. Alio item Curiæ decreto ſecundùm Compainum, aduerſus Magdalenen Sabaudam Annæ Montmorantij viduam, Magiſtri equitum Galliæ. Iudicatum rurſus pro Monaſtici Primatus Præfecto *de Bouchedaigre*, in magnatem Montigneyum. Ex Fabri opinione, ad §. 1. Inſtit. De Lege Fuſ. Canin. toll. Quæ opinio quidem libertatis fauore adiuuatur publicæque vtilitatis victus humani: licet alioquin nefas ſit, inuiti domini latifundia peragrare, nedum in iis aucupari. l. 16. π. De ſeruit. ruſt. præd. l. vn. Cod. De Theſaur. Lib. 10. Atque idipſum nuperrimè etiam definiuit Ordo Clariſſ. ſecũdùm *feudalis* beneficij poſſeſſorem, victo ipſius Domino ſuperiori: cuius medio in Territorio, molitor clientis auehenda molendáque frumenta peruestigarat. S. Conſulto in quinta Curiæ claſſe Inquiſitoria, 4. Kalend. Quintiles an. 1597. Dn. Loueto Senatoribus collegis litem enucleante.

ſtræ Conſuet. verbi tanquam minimi Iudici. 5. u-

S. C. Pariſien. ſolenni Pentecoſte recitatum die 23. Maij an. 1561.

Faber eò loci nominatim loquitur contra eos, qui homines ſuos prohibent venire ad molendinũ vicini, & faciũt eos ire ad aliud.

Placitum Curiæ Pariſ. die 28. Iunii 1597. pro Lodoica *Collier*, domina *de Renemouſin*, vaſalla, contra Petr. Gondium, Epiſcopum Pariſienſem. Dn. *de Villeprenx*, patronum.

2. ISTHINC tamen demuntur proſcriptæ ſeu *Bannariæ* Molæ: ex quibus, Domino licita eſt interdictio alienæ vagæ frumentorum perquiſitionis, quæ extra Dominicam Molam terenda parandáque deuehantur. Sicuti *Parlamentaris* quondam Senatus, patriæ Conſuet. fide facta, pronuntiauit, hoc verborum ſchemate. *Cùm Iohannes de Boenuilla miles intenderet probare contra Theobaldum de Nouiaco, quòd conſuetudo eſt in Caſtellania Stampenſi, quòd illi qui habent Molendina in dicta Caſtellania, poſſunt capere tanquam commiſſos equos alterius Caſtellaniæ quærentes moltam in Caſtellania Stampenſi, & teſtes ad hoc produxiſſet. Tandem videns & attendens Curia, quòd dictus Iohannes non intendebat dictam probare Conſuetudinem, ſed ſuper hoc, ſi reuocetur in dubium, debebat Curia inquirere, Præceptum fuit Bailliuo Stampenſi, quòd de dicta Conſuetudine inquireret diligenter. Et inuentum fuit per Inqueſtam factam à dic. Bailliuo, quòd Conſuetudo Caſtellaniæ Stampenſis talis eſt, quòd omnes, qui habent molendina in d. Caſtellania, poſſunt capere tanquam ſibi commiſſos ſiue foriſfactos equos*

Stampenſis Caſtellaniæ Molẽdina bannaria.

cuiuscunque alterius Castellaniæ, inuentos, in Castellania Stampensi, quærentes ibi moltam. Unde iudicatum fuit, quòd d. Theobaldus de Nouiaco forisfecerat equum suum, & quod d. Iohannes haberet illum tanquam commissum. In Parlam. omnium Sanctor. an. 1270. Nimirum ab inueterata consuetudine Francicorum aliquot Municipiorum, habentur proscripta pleráque, seu *bannaria* Molendina, Iuridicis dominis vendicata in finibus *Feudi* sui ac Iurisdictionis. Alibi quidem tales Molæ publicæ adscribuntur domino Iurisdictionis plenissimæ, alibi mediæ, infimæ etiam apud Andes. De sublimibus illis Iuridicis ita cauetur antiqua Francorum ciuili Philosophia. *Se aucuns hom auoit Molins, qui auſt Vaarié en ſa terre, & il ait homs eſtagiers, qui doiuent moulure à ſon Molin, tout cil qui ſont dedans la Banliue, & ſe aucuns en defailloit, puis qu'il en ſeroit ſemons, li Sires li puet bien fere eſgarder que il ne mueille à autre Molin. Et ſe li Sires ou Sergens li trueuent aportant farine d'autre Molin que dou ſien, la farine ſi eſt au Sergent, & li homs n'en doit autre amende.* Cap. 105. prisci Volum. cui Titulus est, *Ci comencent li eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'Vſage de Chaſtellet de Paris, & d'Orleans & de Baronie.* Extranei quoque scriptores Pontificij dominos locorum admittunt, ius communis Molæ sibi asserentes passim longissima possessione. Innoc. Hostiens. Abbas Bald. & Decius ad Decretalem Epistol. significante De appellat. Vbi Magdunense canonicorum Sodalitium mordicus defendit contra Episcopum Aurelianen. promercales carnes haud alibi laniis habere licere, quàm in fundo Magdunen. Collegij sacri. Petr. Perticensis ad Tit. De leg. Fus. Canin. Apud Iustinianum. Felyn. in cap. Pastoralis de off. ordin., Maynus, Responso 161. Volum. 2. Provariis denique Prouinciarum Moribus variè adiudicantur Moletrinæ publicæ, non tantùm Gladij iure præditis, sed etiam media, minimáve Potestate Iuridica. Sic enim relatum inuenio in vetere *Summa Rurali*, Tit. *Du droict aux Bannerez. Selon l'vſage de Cour laye & des Couſtumes, ſoit en Iuſtice moyenne ou baſſe bien peut & doit auoir droict de Bannerie. C'eſt à dire, qu'il y a en celle terre & Iuſtice droict ſeigneurial, que nul des ſubiects ne peut, ne doit aller mouldre ſon blé ſinon au Moulin d'iceluy Seigneur. Si ſachies que le ſubiect du Seigneur qui ha droict de Bannerie, ne peut, ne doit aller cuire, ne mouldre à autre Four ne Moulin que de ſon propre Seigneur, dont il eſt banier. Et ſe par aucune auenture le ſubiect alloit mouldre à autre Moulin, que au Moulin de ſon Seigneur, led. Seigneur ou ſon Commis peuent prendre & applicquer la farine à ſon Seigneur, comme forfaicte.*

Est & publicorũ pistrinorũ genus aliud, toti nempe Ciuitati communiũ. Qualia molendina Communis Bononiæ, sic dicta ab Accursio in l. Inter publica. ff. De verb. signif. ac in l. Sed & Celsus. ff. De contrah. empt.

Ecclesia collegiata S. Liphardi. *à Meun ſur Loire*, Diœceseos Aurelianen.

Noua Consuet. Parisien. *Nul ſeigneur peut contraindre ſes ſubiects d'aller au four ou moulin qu'il pretend bannal, ou faire coruee, s'il n'en a tiltre vallable, ou aduen & denbbrement ancien. i d'auparauant 23. ans. §. 71.*

Bannus seu Bannum duo significat, dictũ vasalli euocatorium, & sanctionẽ, hoc est, mulctam edicto non parentis. Huiusmodi Bannum pluries legitur in Capitul. Karoli Mag.

VLTRA scriptas de publico pistrino Municipiorum leges, re- 3.
cepta est etiam à Senatu talis iuris longissima possessio. Canonici Ædis Marcelli Parisiis suburbanæ mouerant interdictum Vti possidetis in oppidanos quosdam, nouum molendinum struere aggressos in suburbiis Fani Marcelli. Innitebantur quidem hi natiuæ fundorum, ac personarum libertati: sed eam oppugnabat ius *bannariæ* ac communis Molæ, à sacris Sodalibus iactatum in Vico illo suburbano, ab diuturna possessione mortaliúmque memoria superiori. Ex

quo

Digitized by Google

quo dicebant actores, prohibere sibi fas esse, mulctámque iis infligere, qui, spreto Interdicto, molendinum in iis partibus exædificassent. Ideò enim *bannaria* vocantur pistrina, à *banniendo*, seu à *banno*, i. prohibitorio edicto: quùm alioquin ex die tantùm contradictæ possessionis inchoetur temporis præscriptio in iuribus negatiuis. Causa propalàm acta, Senatus admisit possessoriæ quærelæ formulam, allegationémque præscriptionis *bannarij* molendini: De qua cùm summatim non liqueret, reiecta lis fuit ad Præfectum Vrbi, pleniùs instruenda decidendáque, vulgari more Iudiciorum. Decreto postridie Kalend. Sextiles an. 1558. Arestum Curiæ Die 2. Augusti an 1558.

4. SED oneroſæ huic ſeruituti, (ne vagaretur latiùs quàm par esset) triplex adhibitum est temperamentum Andegaua Lege. Primùm, vt soli ij subiiciantur Dominicæ communi Molæ, qui è fæce plebeia degant in finibus *feudistica* cuiusdam Ditionis, non verò alij natalibus clari, seu beneficiarij fundorum possessores. Tum ne extra duo passuum millia teneantur subditi *bannarium* Molendinum petere suo vsu ac domestico. Item si alibi tritum frumentum subditi in commissum inciderit, haud propterea commisso vindicentur iumenta frumentum vehentia, eorum ephippia, reliquæve sarcinulæ. Quoad primum attinet, ne commentitio Iure inductum videatur, Moris fuit antiquissimi apud Francos, vt ignobiles soli vilium eiusmodi seruitutum onera perferrent. Sicuti Gallicæ Antiquitatis monumenta tradunt, in hanc phrasin. *Se gentix hom auet meſon qui fut taillable en la terre le Roi, ou au chatel à Baron, qui ſoit Taillable, en quelque meniere que li Gentis hom lait, ſoit deſcheoite, ou deritage, ou dautre choſe, & ele ſoit Taillable, & il y face eſtage por lui, por coi il la taigne en ſa main, ele ne ſera pas Taillable. Mes ſi il lauoit louee, ou fermee à home coſtumier, il ne la porroit pas garir de taille.* Cap. 93. Lib. *Ci comencent li Eſtabliſſement le Roi de France ſelon l'vſage de Chaſtellet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Eadem fermè habentur in Gallico Volum. cui Titulus prefigitur, *Ci comancent li eStatu don Reyaume de France.* Cap. *De heritage*. Quibus concinit Masuerij dictum, generosos homines stemmatéque illustres minimè subiici Dominicæ æris indictioni, i. *à la Taille ſeigneuriale Couſtumiere.* Tit. de Talliis seu collectis. In Praxi Iudic. In verſ. Andeg. Leg. *Eſtagiers conſtumers.* §. 14.

De fours, molins, & banalitez, lege Niuernen. Consuetudinem cap. 18 Bituricen. §. 1. Tit. *des moulins & meuniers*, vbi loquitur *du droict de moulin bannier à lied.* Turonensem §. 7. *de moulin bannal à eaue, ou moulin banquier.*

Eſtagiers conſtumiers nonnihil differre videtur ab iis quos *demaniers* appellamus: Quòd, *eſtagier* is sit qui in domini agro beneficiario habet domicilium. At qui in territorio sunt Magistratus, licet in clientela eius non sint, domiciliarij dicuntur. Illum Britones vocant *manſionnier en proche fief, ou arriere fief.* §. 176. Briton. Consuet.

5. NEC abs re Moribus Andium sancitur, subditos, *bannarij* molendini lege non teneri extra primum ab eorum domicilio lapidem, i. extra *Banleucam.* §. 14. Tametsi enim largiùs pateat diffusúsque sit patroni dominatus: ciuiliter tamen accipi debet seruitus illà molendinaria, ad leuandos populares, ne vltra bis mille passus producatur. Planè si cui per fundum alterius simpliciter cedatur via, in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire agere licebit, at ciuili vtique modo, quem datus arbiter determinet, ac minore seruientis fundi detrimento. Vt respondit Iuuentius Celsus l. si cui De seruitut. Et Priscus Iabolenus l. 13. §. 1. De seruit. rust. præd. Sic Dominò generatim debitam seruitutem eundi, vehendi, molendiq; frumenta §. 14. verſ. *demeurant au dedãs de la banlieue dud. Moulin.*

in publico illius pistrino benignè debemus interpretari, nisi longiùs quàm duûm milliariûm spatium interceſſerit à ſubditorum habitatione ad Dominicum vſque molendinum, minimóque plebeiorum incommodo. Subiunge his, quòd Dominus poteſt frumentariam Molam habere extra metas *feudi* ſui, conſequentérque in aliena Ditione *feudaria*, patrio Ritu. Vnde conſtat, molendinum quibuſdam ſuo in ſolo ædificare ius eſſe, inuito patrono: Dempto, quod molendini proprietarius nequit frumentum molere ſubditorum illius Domini *feudi*. Eod. §. 14. Andeg. Legis. & i. §. 17. Qua autem menſura veteres definierint *Banleucam Molendini* ſupraſcriptam, diſce ex vetuſto Andenſium Obſeruation. exemplari idiographo, in hæc verba. *A mercher Banlieüe pour faire venir ſubiectz au Molin de leur Seigneur de fié par contrainte, on peut faire Banlieüe par chemin commun le plus droit tendant au Molin du Seigneur à 600. cordes de long, chaſcune corde de 25. pieds à pied moyen, & s'en aller par le milieu dud. chemin, & commençant au ſeil de l'huys dudit ſubiect, en allant d'illec tout le chemin, droict au Molin dudit Seigneur. Et ſi la derniere deſdites 600. cordes ne touche au ſeil dudict Molin, iceluy ſubgit ne peut eſtre contraint à moudre audit Moulin. Et peut on auſsi mercher ladite lieüe à mille tours de roë à poinct moyen, ou 3. mil pas en iambe dextre, en cheminant le pas raiſonnable, comme home qui vait ſuffiſaument pas en alant ſon chemin. Et vaut chacun pas en iambe dextre cinq pieds moyens.*

In verſ. *peut auoir ledit bas Iuſticier, moulin à blad au dedans ou dehors de ſon fief.*

HISCE ergo paſſuum millibus conſtricta eſt publicæ Molæ vis 6.
& poteſtas, non ad circumſcribendos quidem *Feudi* cancellos ac limites, ſed in rem leuaménque Vicanorum ſubditorum. Nam & *bannum* Molendini patria Lege obtinet, ſiue intra, vel extra patronalis fundi metas Piſtrinum ſit. Quippe quûm id iuris non tam *Feudo* tribui ſoleat quàm Iuriſdictioni, & Iuridicâ ſit potiùs, quàm *Feudaria* prærogatiua. Ex recepto dogmate Francicorum Tribunalium. At Dominici iuris huiuſce, & Interdicti contemptus vindicari non debet in ſubditos pignoribus captis, niſi hæc in mediis *Feudi* ſeptis capiantur. Vtì Andegaua lege cautum eſt §. 14. Quem in ſenſum trahitur quodammodo vetus conſuetudo *Iuſtitiariorum Franciæ qui per viam areſti cogebant ſatisfacere pro delictis.* Fabro ita ſcribente in l. Accuſationis Cod. Quod met. cau. Speciatim verò Dominicæ molæ infractum *bannum* plectitur publicatione bonorum mobilium, nec modò ſi adprehendantur ipſa in *Feudario* ſolo, vt Andibus præſcriptum eſt, ſed alibi quoque, pro Moribus complurium Galliæ Municipiorum. Sicuti à priſcis Gallis in has literas relatum fuit, *Item par la couſtume des Molins banniers, quiconques a Molin bannier, il peut prendre le cheual & le blé de celuy qui va hors de ſon Molin bannier, & eſt à luy acquis, & le peut prendre ſur quelconque terre de hault Iuſticier ſans meſprendre. Mais en ſigne qu'il n'a point de haulte Iuſtice en lieu, il fera reſtitution par ſigne.* Tit. De *ſaiſine de fief.* Lib. 2. *Du grand Couſtumier de France & inſtruction de practique.* Secus eſt in beneficiariis iuribus à cliente debitis lege ipſa Municipali,

In verſ. Andeg. Confuet. *par confiscation de la farine prinſe & arreſtée en ſon fief, & du pain faict d'icelle mouldure à autre moulin.*

non

non ex maleficio competentibus: Qualia sunt iusta caducaria seu *Relevia*, laudimiorum præstatio, aliáque id genus. Nam ob ea vtique, Dominicam manum licet in prædium immittere: non autem mobiles in res clientelaris possessoris, seu *censuarij*. Vt antiquus Gallicæ Iurisprudentiæ compositor adnotauit, sequenti formula rerum prehensionis Dominicæ. *Auſsi peut le Iuſticier foncier mettre le gaſon de l'heritage en ſa main par default de Rentes non payees: & ſi c'eſt vn hoſtel, mettre l'huys hors des gons, & tout ce faire ſignifier par ſupplication. Et qui attentera, payera l'amende de 60. ſolz pour chaſcune fois.* Tit. *De Iuſtice fonciere.* Lib. 4. *Du grand Coustumier de France.*

7. HAVD vna quidem via captionis pignorum consultum est recto domino in subditos Molæ suæ frumentariæ contemptores, sed & legis actione apud Iudicem suum ad mulctæ irrogationem: vel in foro patroni superioris, ad id, quatenus sua interfit, consequendum. Mulctæ scilicet concertatio ac persecutio maleficij vindex (quæ ideò publici iuris est aliquantulùm) fieri potest coram domino imæ Iurisdictionis, tametsi ipsius fisco mulctatitium æs addicatur. Non idem in eo, quod domini Iuridici priuatim interfit principaliter, cuius disceptatio maiori Tribunali competit, ne alioquin Dominus litigatoris simul ac Iudicis partes sibi arroget. Hoc §. 14. Andeg. Legis. Ecquid verò de farinæ ac panis confiscatione, alibi cocti quàm in *bannaria* Mola? petine illa poterit confiscatio in forensi Sede infimi Iuridici?. Non videbatur, quùm magnopere referat Domini huiusce Iuridici, tales res suo fisco committi. Atqui Moribus patrijs, eius non est, de publicatione bonorum ius dicere, qui ea suum in fiscum redigi postulet. i. §. 191. Vbicunque enim Iudicantis commodum respicit causa, vel incommodum, ibi cœcum est iudicium. Aristotelico elogio, Polit. Lib. 3. Cap. 6. 12. Et Rhetoric. ad Theodect. Lib. 1. Nemo quippe est (auct. M. Tullio) quin sui facti iudex, sibi æquiorem se, quàm alteri præbeat. In Orat. pro Deiotaro. Imò & probi ac modesti Iudices solent iis in cognitionibus excusare se, in quibus, manifestum sit alteram partem gratia præualere. Vt cum Tacito loquar, in Dialog. De Orator. Verumtamen in specie Legis nostræ Municipalis puto, minimum Iuridicum notioni illi rectè præfuturum farinæ panisque confiscandi. Ex Antic. 14. nostræ Consuet. Quemadmodùm & de Furno publico apertè sancitur, i. §. 23. Adde quòd iudicio Domini vectigalium, merces ipsimet commissæ pronuntiantur ob vectigal non solutum) i. §. 53. Cæterùm si infimus Iuridicus, in subditum Formulam intendat de damno priuato, & quatenus sua interfuerit, alio in Pistrino coctos panes non fuisse quàm in suo publico, tunc Iuridici maioris disceptatio est, non actoris ipsius. vt hîc. Nam & superiori *Feudo* nexa Iurisdictio, omnium capax est cognitionum, quæ Moribus deferuntur inferiori patrono, minoríque Domino Iuridico. 5. §. 2.

Vers. Andeg. Leg. *on les traicter par ſa cour, & entendre l'amende, on pourroit pourſuiure ſon interest par cour ordinaire, pourueu que les moulins ſoient en ſuffiſant eſtat & reparation, s'il n'y a exemption ou preſcription au contraire.*

§. 191. *Nul ſeigneur fors le Prince, ne peut conclure en ſa cour à confiscation de fief.*

In vers. *& peut contraindre ſes ſubiets, &c. d'aller moudre à icelluy moulin par confiſcation de la farine priſe & arreſtee en ſon fief, & du pain faict d'icelle mouliture à autre moulin.*

§. 21. In vers. *& y peut contraindre ſes ſubiects, & prendre par confiſcation le pain fourny à autre four.*

IN Gallia enim, sicuti fundum possideo alterius beneficiarium, 8.
ita Domini mei prædium alteri prædio seruit, huiúsque subest Dominicæ Iurisdictioni: ac rursum superior Ager à maiori alio & celsiori loco propendet gradatim, quoad Regis ipsius summam ad potestatem Iuridicam peruenerit. Qua quidem, omnia, quæ in hoc sunt Francico Imperio, concluduntur latifundia & comprehenduntur. Ob idque statutum est Iure nostræ Ciuitatis, Comites, Procomites, Barones, & Castellanos de iis cunctis Iurisdictionem exercere posse, de quibus infimi, medij, ac sublimes sigillatim Iuridici, in suo quique Territorio cognoscere debeant. ï. Artic. 48. 62. Hinc pariter emptori licitum est, venditoris agnatum, qui gentilitia prædiorum lege secum agat apud pedarios Iudices, reuocare in forum superioris Magnatis: vt eò ocyùs lite dirempta, sors pretij cum accessionibus ipsi refundatur, quò lentiùs petitor in infimo Tribunali cœptam controuersiam fuisset ad exitum perducturus. Cap. 81. Andeg. Consuet. Siue etiam fundi, qui redhibitorio hoc iudicio condicuntur, situm habeant in variis complurium Dominorum ditionibus: Quo casu, alienantis propinquus tenetur Redhibitionem petere lege familiari coram domino superioris Iurisdictionis, cui nempe sunt Ditiones illæ omnes obnoxiæ. Nisi malit actor, inibi sparsim conuenire reum, vbicunque singula prædia sint constituta. ï. art. 382. Eadem patrono adplicantur, qui à clientis sui emptore fundum redemptum velit Dominica potestate. ï. art. 391.

Clain de poursuitte de Cour inferieure en Cour suzeraine, en matiere de Retraict lignager.

Retraict feodal.

ONEROSAM Dominicæ Molæ seruitutem mitigat *Statutaria* 9.
exceptio, exemptióque ista iumenti & sarcinularum à confiscatione rerum subditi, qui in Dominico pistrino frumentum suum molendum non curarit. Hoc §. 14. Nam etsi farina panísve alibi coctus prehensúsque committatur Domino *feudi:* nullum tamen ipsi pignerationis ius est in asinum, iumentum, clitellas, & sacculos farinæ. Vt hîc cautum est. Iustè profecto, quùm penales Sanctiones de farinis, panibúsque commisso obnoxiis, non pertineant ad equum, mulum, vel asinam molendinariam, qua, frumenta ad externum molendinum deuehuntur. Bald. & Salyc. in l. 3. C. De naut. fœn. Quo loco iidem sentiunt, publicato animali ex Constitutionibus Municipij, haud ideò merces, farinas, sacculósque ipsarum redigi in publicum. Eámque in partem inclinat Albert. Brunus, Tract. *Gabellarum* Parte. 9. Tit. De fraud. *Gabell.* num. 11. 12. 13. Quoniam igitur euidens de eo est nostratium Legum sententia, nil moror Iulij Pauli responsum, illicitis mercibus commissis, nauem quoque, cui merces impositæ sint, Fisco vindicari. l. Cotem. §. dominus. De Publican. Nam in aliis etiam patria Lex modum statuit molendinariæ seruituti, ne publico in Pistore obtineat, neuè in frumentis alibi emptis deuectísque in patroni Ditionem, cuius *bannariæ* Molæ subditus emptor alioquin obstringatur. Secundùm ea, quæ. §. 18. & 19. nostræ Consuet. infra præcipientur. Sic, econtrariò,

In vers. peut par sa Cour, ou Cour suzeraine faire saisir, &c.

§. 14. vers. & ne sont point la beste, harnois, ne sacs confisquez.

Pontiuensi autem Consuet. asini & iumenta, perinde ac farinæ ipsæ, in fiscum Domini bannarij rediguntur. Artic. 96. Tit. *de bannie des moulins.*

Ban de Moulin.

ſiò, proſcriptæ Molæ ius prohibitorium, quæ Seiano prædio dominanti attributa ſit, non transfertur ad Meuianum eiuſdem Domini *Feudum*, nobiléque Dominicum, inuitis iis, quorum interſit. Quandoquidem circumſcripta loco ſeruitus, ad alium minimè producitur. l. 1. §. hæc ſtipulatio. D. Vſufr. quemad. cau. l. ſi mihi, Cum duab. ſeqq. ff. De ſeruit. ruſt. præd. l. diuus §. vlt. ff. De vſu & habit. l. non modus Cod. De ſeruitut. Cap. cùm capella. De priuil. Quod & *Parlamentaris* olim Curia, appoſitè ad hanc rem, definiuit ita An. 1272. *Duo homines commiſerunt duo feoda, quæ tenebant à domino Rege. In vno dictorum feodorum erat Molendinum, in alio non, & in vtroque erant Manſionarij. Dominus Rex dedit cuidam illa duo feoda, tenenda ad vnum feodum, & homagium ligium. Homine, cui datum eſt, manſionarios vtriuſque feodi volente compellere iuxta Conſuetudinem Normaniæ, quæ talis eſt, quòd quilibet, qui habet Molendinum in ſuo Feodo Loricæ, compellit omnes manentes in d. feodo, molere ad d. molendinum, vt ad ſuum Molendinum præd. molerent. Manſionariis feodi, in quo ante vnitionem huius molendinum non erat, hoc recuſantibus, & dicentibus, ad hoc ſe non teneri, Dictum fuit per ius, quòd homines d. feodi ad d. Molendinum ire non tenebantur inuiti.*

Arreſtum in Parlam. omn Sanctor an. 1272. Ex priſcis Curiæ Pariſ. Regeſtis.

Regia Errici. 2 Conſtitutione de aquis & ſyluis an. 1548. (art. 42.) Vſuarius ſyluarũ pro certa ſua domo, in alia vſuaria ligna transferre prohibetur.

Cap. 15.

Et ſi le ſubiect veut maintenir le bled auoir eſté moulu au Moulin de ſon Seigneur, ou ſon pain fournoyé à ſond. Four, il en aura deliurance ô pleige: & s'il deſchiet, & il eſt trouué qu'il y ait confiſcation, il ſera d'auantage mis en amende de la loy, pour auoir requis la deliurance, & reſaiſira ſon ſeigneur de Fief.

1. QVVM SVBDITVS, DOMINICA MANV FARINIS SVIS INIECTA, CONTENDET IN IVRE, FRVMENTVM SVVM PVBLICA DOMINI MOLA CONTVSVM FVISSE, PANEMVE IN EIVSDEM FVRNO COCTVM, VINDICIÆ ILLI DABVNTVR INTERIM, PRÆSTITO FIDEIVSSORE. POSTEA AVTEM SVCCVMBENTI REO, AC PREDICTIS REBVS FISCO COMMISSIS ADIICIETVR MVLCTÆ DAMNATIO EX LEGE MVNICIPALI, IN POENAM VINDICIARIÆ RESTITVTIONIS EARVMDEM RERVM MALE PETITÆ: QVÆQVE ANTEA PATRONVS PREHENDI IVSSERAT, EA DENVO SVNT IN PVBLICAM IPSIVS POSSESSIONEM A SVBDITO REDIGENDA.

PATRONVS quidem, ſi manum inuexerit in res prædiarias clientelæ ſuæ ob fidem non præſtitam ac iuſta beneficiaria minimè penſa, non tenetur ab iis manum tollere, pendente etiam cùm clientulo controuerſia, donec ſibi interea hoc nomine factum ſit ſatis. (i. §. 104. & 416.) At diſſimilis ratio eſt mobilium rerum ſubditi,

quas ille ex commissoria fraude prehenderit, delicti speciem præ se ferente. Vt putà si Dominico iussu pignorentur Vicani cuiusdam farinæ ex frumento alia comminuto Mola quàm *bannaria*, tunc intercedenti Vicano pignora capta reddi æquius melius est: quoad lis de intercessione mota definiatur. Istîc enim, semel captæ res manent commisso in dominum obnoxiæ, donec subditus iudicio obtinuerit. Vt hoc Legis Artic. constitutum est. Atquin nemo negarit, de noxa commissoria, lite durante inter patronum & clientem, mouendas non esse interim vasalli possessiones: vsque dùm patronus forensi pugna victor euaserit, resque clientelares Dominico fisco commissas Iudex pronuntiarit. Cap. vlt. Quo temp. mil. inuest. pet. deb. in Feudis.

Four bannal.

NEC omittendum, plebeios multiplici seruitutis genere onerari, (Lege Andeg.) non tantùm vt frumenta sua in Dominico pistrino molant, sed etiam vt panes suos coquant in proscripto Dominorum Furno. Haud cuiuis tamen recto Domino tribuitur vt Molendini, sic Furni communis prærogatiua Gallicis Moribus: quùm isto casu necesse sit, imprimis patronum rustico Pago dominari, multis Vicanorum ædificiis habitatoribúsque frequenti. Gallicæ enim vetustatis Libris hæc lectitantur. *Nus vauaſſerres ne puet auoir Fours en vilenage, où il puisse faire cuire ses homes, se il n'a bours ou partie en bours. Et si puet bien auoir Fours, sil a Vouerie & Iustice, & la doiuent si home cuire. Et sil y auoit aucun qui cuisist à autrui Four, li Sires en puet bien fere penre le pain, quant on laportera de lautre Four: Et si ne li en doit autre amende, mes li pains seroit à Signeur. Et se li Forniers fesoit damaiges as cuisans de leur pain mal cuire, li Sires leur deuroit fere amender, ou il ne seroient pas tenus de cuire à leur Four, duques à tant que il leur ait fet amender leur damaige.* Cap. *De moure à Molin par ban.* In Lib. nondum edito. *Ci comencent li eStatu dou Reyaume de France.* Communem huiusmodi Furnum habuisse se prædicat Vido Papius in suo Vico sani Albini, Quæst. 298. Ne Fabrum citemus hoc loco, cæteróſque publicorum Furnorum Scriptores, quos in idem argumentum produximus Lib. 3. De RE DOMINICA Francorum, Tit. 22. art. 6. Aliaquoque *Bannaria* iura competunt Dominis territorij, quæ sic recitantur antiquo Francicæ praxeos Volumine. *Aucuns hauts Iusticiers ont quatre fois l'an Ban de vin, i. Tauerne banniere: Item de leurs droicts ils ont Pressoir bannier, Four bannier, & Toreau bannier: Et si ont Coruees en fenaisons, Rentes de chappons, & de miches, &c.* Ex Lib. *Pour monstrer & apprendre à vn chascun, quelle maniere de proceder est en Cour laye, &c.* 2.

Ius Tauri bannarii, propriè symbolũ est altę Iurisdictionis, vt didici ex priscis monumentis Francicæ Iurisprudentiæ. De bânalibus verò aquis ac fluuiis, vide. § 110. Consuet Caluimontis Bassignei de bannaria quoque sylua, extat artic. 119. Cõsuet. Burgundi Ducatus.

CÆTERVM panes farinæve, quas à rectis Dominis prehensas diximus antea, satisdatò restitui debent priuatis eoipso, quòd panes ex dominici Furni coctura, & farinas ex molitura Dominici Pistrini redactas proposuerint. §. 15. Andeg. Legis, cui congruit Iustinianea, Litibus. De agric. & censit. Lib. 11. Cod. Ecquid autem de subdito locuplete benéque prædiato, satisne dare compelletur? Puto 3.

cogi

Digitized by Google

cogi posse. Contrà, inquies, tutiùs prædiis cauetur quàm personis. Vnde & satisdationis onus remittitur facultatibus idoneo valdéque opulento. Bartol. ad l. quicunque. 2. C. D. fund. patrimon. Alex. in l. 1. D. qui satisd. cog. Decius ad Regulam Iuris, Plus cautionis. Verùm in *Statutis* fideiussoriam cautionem exigentibus cessat axioma prædictum, vt Andegaua illa constitutione. 15. Castrensis nuncupatim ad l. si arbitro D. Qui satisd. cog. In ver. pro locupletibus. Cæteroquin sufficeret ad publicam manum tollendam, pigneratis fundis satisdari. Quod Pictonibus familiare, vulgò dictitant ea in Prouincia, sponsorum vice profanas res suas constituere. Iuxta l. sciendum ff. Qui satisd. cog. Hanc verò Æmilij Macri legem sic interpretatus est Petr. Fonteneus quondam Præfectus libellis supplicibus in Regia Ludouici. 9. vt qui rerum immobilium verè possessores essent, apertè ostenderet. *Cil tient bien heritage, qui la ou à champ. ou à vile. Et cil meisme qui na fors terres à perpetuel cens, tient bien heritage. Et cil qui na fors la nue proprieté, encores en ait autres les fruiz. Mes cil qui na de la chose fors seulement que les fruiz, ne tient mie heritage.* Hucúsque Fonteneus, in chirographo Exemplari, cui titulus est, *Cist Liures est apelez li liures la Reigne, & enseignedroit à fere & iustice à tenir treseſpeciaument.* Porrò si quis satisdationis vinculo eximatur, quia rerum soli possessor, & manifestè sit soluendo, tenetur nihilo minùs dare pignora, nec ab hypothecæ assignatione liberatur. Decius in cit. Regula Plu. cautionis.

Art. 11. Vers *aura deliurance à pleige.*

Cõstituer son tempore pour pleige. 4. 90. Picton. Consuet.

Macer. I. C. Lib. 1. De appellat. in d. l. sciendum.

4. QVANTVM Mos Andium rustico gratificatur fiduciaria earum rerum restitutione, quêis manum iniecisset Dominus *bannarij* molendini vel furni, tantúmdem eum deprimit mulctæ dictione probrosa, quam victis iudicio extremo subditis irrogari iubet hoc Articulo, vnà cùm illarum rerum commisso ac publicatione. Gallicum sanè istud, & prisci ritus Gallici insigne vestigium. Nam, Fabri verbis, *Curiæ seculares regni Franciæ habent certas emendas contra calumniatores, nec paterentur alias imponi.* In §. Institut. De pœna tem. litig. Tales enim mulctæ, censentur ciuiles quidam fructus obuentionésque Iuridicæ potestatis. Bart. ad l. vlt. D. sol. matrim. Bald. ad l. 1. C. De fruct. & lit. exp. Maximè verò mulcta & animaduersione digna est subditi calliditas, qui dominum circumueniat, proteruéque ementiatur in iudicio, sua se frumenta in Dominicum pistrinum molenda detulisse, aut panes coxisse in publico ipsius Furno. Nam vt fraus inexa clienti, sic patrono vicissim, pœnam meretur grauissimam. Æneid. Lib. 6. Planè certi casus definiti sunt vetere Francorum penè omnium Consuetudine, quibus mulcta subdito infligatur, Domini sui iura subuertenti. Eos casus voluere est in antiquo Francicarum Legum Codice sic inscripto, *Ci commencent li eStatu dou Reyaume de France.* Tit. *De saisine enfrainte*, cuius sententia hæc est. *Homs coustumiers si doet lx. sols damende, qui brise la seisine son Seingneur: ou qui chasse en sa Garenne, ou qui pesche en ses Estangs: Ou en*

Vers. *Et s'il defaut, & il est trouué qu'il y ayt confiscation, il sera d'auantage mis en amende de la loy, pour auoir requis la deliurance.*

Duplex pœna subditi vario respectu Confiscatio nempe ob frumenta alibi molita quàm in bãnario domini molendino: Mulcta rursus, ob mendacem assertionem subditi, falsò affirmantis se non aliud quàm dominicum pistrinum adijsse.

Bris de saisie feodale & seigneuriale.

son defois: Ou se il a Tauerne sor son banc. Ou se il garde Bues ou Vaches par nuit en ses bois, qui naient pas trois ans, ou Chieures, il en paye. 60. sols damende. Et se il les resquent à son Seigneur ou à son Prouuost. Autresint empaye il soissante sols damende.

QVÆSO autem, quas res Dominicam in manum referet subditus, qui hoc *Banni* molendinarij iudicio succubuerit? Farinas nimirum, ac panes ex frumento alibi trito, quàm in publica Domini Mola frumentaria. (Hoc §. 15.) Nec enim rebus aliis manum inficere licuerat patrono primitus *Banni* nomine violati, nec equos prehendere, aut mulos farinæ vectores. 3. §. 14. Ast quorumdam Vsu locorum olim receptum fuit, vt iumenta pignerarentur non subditorum quidem, sed exterorum molitorum, qui alienis furtim lustratis regionibus, vndecunque quæsita frumenta populi suum in Pistrinum molenda exportarent. Sic Ioh. Bouuillanus quodam districtè intendit apud CONSCRIPTOS PATRES, moribus comparatum Chastellaniæ Stamparum Ditionis: vt cuiuis in ea Molendinum seu aquarium, seu ventilatum, eidem quoque ius esset capiendi iumenti Molitorum alia ex Castellania istuc digredientium ad disquirenda vicatim frumenta, quæ ipsi mox suam in molam clanculum deueherent. Vnde testibus eo probato Vsu, decreuit Ordo Ampliss. dominum molendini prehensionem habere in equos iumentáve, quibus Regiunculæ suæ frumenta alienum in pistrinum terenda clam transferentur. Vsque adeò, vt semel prehensi equi licitè tùm addicerentur Dominico fisco. Insigni S. C. in Parlamen. Diualium. An. 1270. Vt priscis Curiæ commentariis adscriptum est. fol. 68. Et à Nobis suprarelatum Cap. 14. Art. 2.

5

Vers. & ressaisira son seigneur de Fief.

Au Parlement de Toussaints l'an 1270.

Cap. 16.

Et s'il n'a Moulin en estat suffisant, ses subiects sont contraignables d'aller au Moulin de son Seigneur suzerain, auquel ils tiennent par ressort, s'il est au dedans de la Banlieuë. Car les subiects ne sont tenuz d'aller mouldre au Moulin de leur Seigneur, dont ils sont subiects par ressort neüement, n'autrement, si led. Moulin n'est dedans la lieüe de leur demeure.

SI MINIMI IVRIDICI PISTRINVM MOLITVRÆ PARATVM NON SIT, NEC FVLTVM INSTRVCTVMQVE PROBE AD MOLENDA SVBDITORVN FRVMENTA, HI COGI POSSVNT, IN MOLENDINVM SVPERIORIS DOMINI SE CONFERRE: QVEM VIDELICET AGNOSCVNT ISTI SVARVM LITIVM EXPROVOCATIONE IVDICEM, COGNITIONEQVE AD EVM GRADATIM DEVOLVTA. SED TALIS MOLENDINI COERCTIO LOCVM HABET ITA DEMVM, SI ILLVD INTRA PASSVVM MILLIA BINA SITVM SIT. NEC ENIM PLEBEII TENENTVR MOLENDINVM ADIRE MAIORIS DOMINI 1.

Cognoissants par ressort.

Digitized by Google

MINI IVRIDICI, CVI RESORTITIONE SVBIICIVNTVR PVRE VEL ALIO QVOVIS FACTO : NISI PISTRINVM HOC INTRA DVPLEX AB EORVM DOMICILIO MILLIARIVM CONSTITVATVR.

QVEMADMODVM viri magnates, qui ſuis in Ditionibus vectigal exigunt mercimoniorum, debent ſartos tectos pontes viáſque publicas tueri (i. §. 59.) ſic æquum eſt, qui publici molendini iure præditi ſint, eos ipſum rebus inſtructum neceſſariis inſtauratúmque præſtare, antequam Vicani vrgeantur ad petendam ab eo frumenti ſui molituram. Nil diuerſum Biarnenſi More ſtatutum fuit, Artic. 4. *De Molins & Pacheras* Volum. *Los Fors & Coſtumas de Bearn.* Vnde nec interea, dùm Domini Mola reficitur, & ad ſuperiorem pagani, vſus ſui ergô, confugiunt, tenentur hi quicquam erogare domino directo molturæ cauſa. Secus in Principe, vtì domino rerum ſummo ac maximo: cuius Molendinis ceſſantibus, Honorarium tamen aliquod penſitandum eſt regiis adminiſtris nonnunquam molturæ nomine. Vt olim pronunciatum fuit in parlam. An. 1258. his verbis. Inqueſta facta, vtrum homines de Paciaco poſſint molere blada ſua ad alia Molendina, quàm domini Regis, molendinis Regis iacentibus per immundationem aquæ, vel alio modo. Determinatum eſt quòd ſic, ita tamen, quòd ſoluant domino Regi medietatem moltæ, quam ſoluerent, ſi ad propria molendina domini regis molerent. Ex veteri Regeſto Curiæ fol. 6. verſ.

Biarnen: Conſuet. ſcriptis redacta. An. 1551. ex auctoritate Henrici Alebreti Nauarræ regis, & Domini Biarnen.

Areſtum Parlamenti pro regio iure ex ſuis molendinis Sed quia teſtibus de vſu patrio poſſeſſionéque inquiſitis latum eſt, non debet trahi in exemplum ac ius perpetuum.

2. ANTEDICTVM eſt patroni Molam frumentariam ſuis inſtructam partibus eſſe debere, vt molendis ſubditorum frumentis commodè ſatisfaciat: nunc ſciendum, ipſius, metam, inferiorem partem haberi, catillum, ſuperiorem. Apud Iulium Paulum l. cùm de lanionis §. idem de Inſtruc. & inſtrum. leg. Atque adeo nonnullis placuit, molendina magis ad ſuperficiem, quàm ad ſolum pertinere nec tam rebus ſoli quàm mobilibus adnumeranda. Alberic. in l. quæſitum §. cellarium ff. Eod. Tit. Franciſc. Ripenſis ad l. Quò minùs ff. De flumin. Num. 126. Angel. in l. non ſolùm ff. De petit. hæred. Sed hæc naualibus tantùm Molendinis conueniunt, non aliis, quæ tanquam domus in terra aut ripis fluminum ſtruuntur, illiſque adhærent. Bald. in l. Certi verſ. quid in molendino C. D. locat. Et in cap. contingit verſ. quæro nunquid molæ De dol. & contum. Iaſ. ad l. quo minùs ff. De Flum. Quibus cóſentanei Mores Turonénſis præfecturæ, Lorricénſis, Hannoniæ, Boiorum, Niuernen. Aurelianæ, Pariſien. Atrebaticæ, Iuliodunenſis, Viromanduæ, Bituricenſis, & Ambianæ in præpoſitura *de Beauqueſne*: queîs Mouentium ſeries quædam, & Molendina ſint necne eiuſmodi, diſtinctè explicatur. *Bannariæ* autem Molæ ſeruitus, quæ Andegaua Lege conſtituitur, iis non videtur adplicanda Piſtrinis, quæ terreno in ſolo defixa, vento moueantur, eiúſque impetu triticum molant. Quùm enim perpaucæ extent apud Andes id genus Molæ, ad ea potiùs debet aptari Ius noſtrum, quæ & frequenter

Moulin à eau eſtant en bateau eſt reputé meuble: Mais eſtans pendant ſur riuiere ou ruiſſeau fichés ſur pilliers, eſt reputé immeuble.

Quænam res cenſeantur verè mobiles, quæ immobiles, vide in Summa rurali, tum apud Tiraquellum In Retractu lineari. Et quæ ſcripſimus Lib. 1. Leg. Pariſien. Tit. 1.

Moulins à vent.

Digitized by Google

& facilè, quàm quæ perratò eueniant. Iuuentij Celsi sententia. Grauiusculum quoque fuerit, talia pistrina, quæ, hirtis sepibus clauso obtectóque Andium agro, seriùs ventorum vi frumenta cõrundant, nec Vicanorum vsui sufficiant, eos tamen adstrictos teneri prohibitorio iuri alienæ Molæ petendæ. Quinimo in libera vástáque camporum planitie Parisiensium, lege exploditur Pistrini ventilati seruitus *bannaria*: nisi quæ simul & tabulis pacta obsignatis, & anteriori. 25. Annorum spatio possessa inueniatur. Art. 72. Parisien. Consuet. Verùm enimverò rectiùs sentiunt, qui ius publicæ Molæ, in ventilatis, perinde ac in aquariis, Pistrinis valere putant. Quandò enim genus, vtrumque molendo frumento destinatum est, promiscua frumentariæ Molæ lex patria vtrumlibet complectitur: & quia hæc non distinguit ipsa, nec nostrum est distinguere. l. 8. π. De public. in rem act. Præterea ex ventilatis illis, contusi frumenti prouentum referri ingentem, testatur Celestinus. 3. P. sacráque decumas inde, velut reliquis ex frumentariis, iubet pensitari. Cap. ex transmissa De decim. Nec quenquam moueat vsus difficultas, aut infrequentia ventilati pistrini in Andegauo solo: quùm de cæteris etiam Molis communibus eadem Lege prouisum sit Vicanis frumenti sui molituram præstolantibus, vt lapsa diecula, aliò ire, vehere contritum frumenta sua queant impune. §. 26.

Pays de bayes & couuert.

In Vers. solutionem decimarum de his quæ de Molendino ad ventum prouenium, &c.

QVAMVIS autem molendinum, quod in terra extructum est, videatur aliis rusticum prædium, aliis vrbanum: si tamen in confinio duûm Municipiorum positum sit, quæ variis Legibus regantur prædiariis, haud spectandus est vtique molendinarij ædificij situs, rotarum, aliorúmve Pistrini aquarij instrumentorum, sed aquæ ipsius & aluei fluminis, quo mouetur prorsus molendinum atque exercetur. Sic ex facto in consultationem collato respondimus de aquaria Mola, quæ beneficiario iure tenebatur, diuidunda familiæ herciscundæ Arbitrio inter cohæredes. Nam primigenius ampliorem sibi eius portionem *Feudi* arrogabat nostrate Andium Consuetudine, vbi molendinariæ ædes sitæ erant. Ex aduerso instabant alij seruandam hoc casu Turonici fundi Legem, in quo molendini aqua motrix operatríxque defluebat. Ac huius quidem partis sententiam defendi Labeonis & Trebatij responso, qui boues ei agro, quem cum instrumentis testator legarat, cessuros putarunt, vbi opus fecissent, non vbi manere assueuissent. l. Cùm quidam De Instruc. & instrum. leg. Id quod Molæ frumentariæ aptandum dicebam, in qua quicquid exædificetur, continuo agendi molendique exercitio & operi destinatum sit. Rursus si diuersis in locis conditum reperiatur vnum idémque corpus, Paulo placuit, eum modò locum intuendum videri, vbi, quod principale est ex eo corpore, positum sit. l. antepenult. De relig. & sumpt. funer. Ad hæc, picturis nostris tabulæ alienæ cedunt ob picturæ pretium. Caius l. C. l. qua ratione §. sed non vt literæ De acquir. rer. dom. Notum est certè,

3.

Molineus §. 8. Paris. Consuet. pulchrè distinxit molendinorũ genera, mobilia quæ sint, quæve immobilia. De quo pariter Aurelianus mob. 32. Attrebatic. 98. Lorricensis 22. Tit. De iurib. succes. Niuernen. 8 Tit. De reb. mobil. Turonensis §. 1. 2. Tit. De reb. quæ mobil. reput.

Digitized by Google

certè, veterem fluminis alueum eorum esse, qui iuxta ripam prædia possideant. Apud eundem Caium l. 7. §. 3. Tit. quo 3. Sed in Molendino non item, quod totum ab aqua pendet, ipsum mouente agitantéque: velut illâ, apud Maronem.

quæ totam infusa per artus
Mens agitat molem, & pleno se corpore miscet.

4. NON tantùm Andegauis Moribus statutum est, eius subditos domini, cui molendinum desit, compelli molitum ire in Pistrinum superioris: sed id quoque è media veterum Francorum Obseruatione desumptum, ita vernaculè loquentium. *Se aucuns Barons est, qui ait ses Vauasseurs en sa Chastelerie, & li vauasseurs n'ait point de Molin, tuit li home costumier morront au Molin à Baron, puis que il soient dedens la Banlieuë. Et se il etoient dehors, il n'y morroient mie. Et li Baron leur feroit amender leur damaiges, si come il est dit dessus, à leur preuues. Et se aucuns de ses vauasseurs faisoit Molin en sa Chastelerie, tout n'en jeut il onques point eu, si home n'y mouroient mie, tout fussent il dedenz la Banlieuë. Ne li Barons n'en perdroit pas sa droiture.* In Lib. *Ci comancent li eStatu dou Reyaume de France* Tit. *De Iusticier generalement as Barons les Fiez qui sont encloz en sa Chastelerie.* Andegauæ tamen, Pictonum, Turonum, ac Britonicæ leges indulserunt minimo cuique Iuridico, vt quoties molendinum ipse natus sit nouum, aut vetus refecerit, subditos tunc pro imperio reuocet è superioris Domini pistrino ad Molam suam frumentariam. §. 17. Andeg. 26. Pictauen. 9. Turonen. & 379. Briton. Consuet. Roget hîc aliquis, neutro dominorum commodum habente Molendinum, an subditus tempore vsúque capiat molendinariæ coërctionis libertatem? Vsucapioni obiicietur theorema vulgare, directi dominij Insignia, quæque ob id penduntur patrono, nulla temporis præscriptione deleri. Cyn. Bart. Bald. & Salic. ad l. Malè agitur Et l. comperit Cod. De præscript. 30. vel. 40. ann. Felyn. Cap. ad audientiam De præscript. Verùm apud Andes libera illa possessione tolli molendinariam seruitutem, ostendit Artic. 14. 3. Sicuti & furnariæ præscribi posse indicat §. 23. ï. Quàmlibet enim *Feudaria* ac Patronali dignitate præstet ius *Bannariæ* Molæ in plusculis Municipiis, (de qua, Iacob. à D. Georgio in Tract. De *Feudis* §. & cum molendinis Tit. De *Homagiis*) Nihilò seciùs. 30. annis acquiri clientibus potest vel plenissima libertas, Dominicíque iuris totius exemptio, ciuica. Lege Andensis Præfecturæ. (§. 440.) & in *Bannum* molendinarium nominatim, inferiùs Cap. 27.

His conforme est Ius Armoricum municipale. 375.

Ælianus scribit, Pittacum magnis laudibus Molam euexisse: idque eius encomium decantasse quòd in exiguo loco multi sese exercitare possent. Extat cantilena quæ ob eam causam Epimylion dicitur. Iocabatur ille quidẽ, quòd pistrinæ veterum ad corrigendos fontes plurimùm valere viderentur. Reuera tamen, Mola ipsa vitæ hominum perutilis exístit. Lib. 7. De var. Hist.

§. 14. In Vers. *s'il n'y a exemption ou prescription au contraire.*

§. 23. Ver. *s'il n'y a exemption ou prescription &c.*

§. 27. Vers. *pour moins de temps que de 30. ans.*

5. VARIA multiplicíque conditione tenentur inferiores subditorum fundi. Modò enim hunc agnoscunt Iuridicum dominum, quia in eius Territorio degunt: Modò solarium alterum & *Censuarium* ab annuo vectigali quod illi debetur. Alij suæ familiæ principem comiter obseruant, abs quo, iure parili tenent beneficium. Quidam in patronorum clientela positi sunt agri, pauci immunes liberíque. Hinc Gallici veteres Praxiarcæ dixerunt, *tenir par ressort.*

Vers. Andeg. Cons. *duquel ils tiennent par ressort, s'il est au dedãs de la banlieue. Car les subiects ne sont tenus d'aller mouldre au Moulin de leur Seigneur, dont ils sont subiects par ressort nuement n'autrement, si led. Moulin n'est de-*

Digitized by Google

dans la lieue de leur demeure.

tenir en bourgage ou à cens, roture, cotterie, ou rente: Tenir en parage, tenir en homage, tenir en aluex ou franc alleu, tenir par dignité, tenir par aumone. *Ressortus* planè, vsitata Francis voce: significat Iuridicum quoddam imperium, cognitionémque causarũ superiorẽ. Vt ait Vidus Papa Quæst. 518. Nam & hodie *ressortiri* appellamus cum Budæo, ab antiquo More

Bud. ad leg. vlt. ff. De Senator.

priscorúmque sortibus iudiciorum. Annotat. in Pãdect. Causæ enim sortibus ex vrna ductis cognoscebantur. Vnde Virgilianũ illud, Nec vetò sine sorte datæ, sine Iudice sedes, Quæsitor Minos vrná mouet. Vel à Græcis id translatum, qui κατὰ κλῆρον δίκας vocant. Reliquos autem

Qui iure pariliter tenent beneficium, iurisiurando ferè & obsequio non sunt adstricti. Andegaua, Turonum, & Pictonum lege Igitur à verbo Gallico *Fait, parage, pariage, ou parantage*, alias *Perrie*, hoc ius dixêre minorum natu nobilium. Nostra, Ambianorum, & Turonum consuetudine.

possidendi modos prædictos ita describit Summa ruralis. *Tenir en Parage si est, quant cil qui tient tenement, & celuy de qui il le tient, sont pareilles parties par raison de lignage, & que ledit tenement vient de leur anchiseur, & vient par succession de ligne. Si come és lieux, & par especial en Normãdie, où és Fiez de frere venans de pere, l'aisné emporte le droz, & les puisaisnez en ont le tiers par la raison de partage. Celle partie est tenue en Parage, car ils sont paraulx en Fief, iaçoit ce que l'vn soit plus grant que l'autre: & toutesfois le tient il aussi noblemẽt comme l'aisné fait le droz, & si sont paraulx en lignage: Et toutesfois veut le Droict, que le maisné tienne de l'aisne en Parage: & va ainsi iusques au sexte degré de ligne, & celuy à qui ce vient est lors tenu faire feauté à l'aisné, c'est à dire, qui represente l'aisne, & qui adonc tient le droz du Fief. Et au septiesme degré celuy qui lors le veut tenir, doit faire homage pour le Fief, & lors le Fief est tenu en homage de celuy qui tient le droz, & non plus en Parage. Tenir en Bourgage, est tenir heritages ou rentes sans Fief, & qui ne doiuent feauté ne homage au Seigneur, fors la rente aux termes acoustumez. Ne selon l'vsage de Normandie en ce chiet premesse ne retrait, & y ont les femmes mariées apres la mort aux mariz, voire si c'est acquest: Et en pareil les seurs y partissent ainsi comme les freres. Tenir en Aluex, si est tenir terre de Dieu tant seulement, & ne doiuent cens, rente, ne relief, ne autre redeuance à vie ne à mort. Mais les tiennent franchement de Dieu, & y ont toute Iustice basse. si comme de treuf, de plaint, de cognoissance de simple delit à iuger par leurs Pers tenans en Aluex, qui sont de la Chastelerie, & coniurent vn Aluex l'autre sans Seigneur ne Bailliz, requerant au Seigneur souuerain, qu'il vueille en ayde de droict faire mettre leurs iugemens à execution par ses Sergens: Et le Seigneur en doit faire l'adueu & desueu de tous les Aluex, & en coniurent l'vn l'autre, & en baillent lettres de decret, qui tiennent & valent séellees de leurs seaux. Et s'il estoit appellé de leur sentence, selon aucuns lieux les francs Aluex le defendent en armes, & non autrement. Et selon le droict il peut estre releué deuant prud'hõmes. Tenir par Dignité, si est tenir aucun office en Fief par forme de Dignité: Si comme de tenir Seigneuries & autres Offices à heritages & en Fief, & si comme maieur heritier ou autre qui tient en Fief, dont on est quitte ou franc d'aucune debte: Si comme vne Maison est franche de payer Affourages ou autres droictz que les autres gens payent, ou auoir droict en Four ou en Moulin par franchise de Fief,* De omnibus his ferè prædiorum conditionibus vide scriptam Neustriæ Consuetudinem, Tit. De Feudis, & Iurib. feudal. Art. 100. 101. 102. 103.

Tenir en bourgage, ou tenir à cens, alij vocant *tenir en mainferme, i. roturierement, censuement, tottierement, coustumierement.* Vt est in Summa rurali, & in Lib. Cameracensium Consuet. nuper edito.

Bald. in Cap 1. Si de feud. fuer. controuersint. dom. & agnait, allodiũ esse proprietatem quæ à nemine recognoscitur.

Francum alaudium licet clientelaribus officiis liberum solutúmque sit, superiorem tamen patronum iurisdictionis ergo, in territorio iurisdictioni obnoxio, agnoscit. Nam feudum & iurisdictio nil habent commune. Aluarot. in 4. ad hoc De pace ten & iur. firm. In Feud.

Il y a franc aleu noble auquel ya iustice, censiue, ou Fief mouuant de luy, & se paroist noblement: il y a Franc aleu roturier, où il n'y a Fiefs mouuans, Iustice ou censiue, & se paroist roturierement. Du Franc aleu habemus Artic. 140. Andeg Consuet.

Digitized by Google

Cap. 17.

Et eſt aſſauoir, que toutesfois que le Seigneur de Fief aura acquis ou faict faire Moulin en lieu aduenant, c'eſt aſſauoir au dedans de la lieue, ſoit au dedans ou dehors de ſon Fief, il aura la moulte deſd. ſubiects, & n'iront plus au Moulin du ſuzerain: Mais en ſera ſaiſi led. Seigneur, ſommation & requeſte par luy faicte à ſond. Seigneur ſuzerain de luy laiſſer la moulte de ſeſd. ſubiects. Pourueu que telle ſommation ſoit faicte dedans l'an, à compter du iour que led. Seigneur auroit acquis ou faict faire led. Moulin en eſtat ſuffiſant de mouldre: & apres l'an pourra pourſuiuir lad. moulte de ſes ſubiects par action petitoire.

1. SCIRE DEBEMVS, PROXIMVM QVEMQVE PATRONVM, STATIM AC SIBI COMPARARIT STRVXERITVE MOLAM FRVMENTARIAM LOCO IDONEO; VTPOTE INTRA BINA PASSVVM MILLIA, RECEPTVRVM ILLICO SVBDITORVM SVORVM MOLITVRAM: SIVE IN FEVDARIA REGIONE, VEL EXTRA, LOCATVM SIT MOLENDINVM. NEC IAM INDE POPVLARIBVS LICEBIT IRE, AGERE, VEHEREQVE FRVMENTA SVA IN PISTRINVM DOMINI SVPERIORIS. EX HINC ENIM DOMINVS DIRECTVS HABEBITVR IVRIS HVIVSCE POSSESSOR, REQVISITO PRIVS ROGATÓQVE SVPERIORI PATRONO, VT PLEBECVLÆ FRVMENTVM PVBLICA SVA MOLA TERI PATIATVR. HOC QVIDEM ITA, SI EIVSMODI NVNCIATIO POSTVLATIÓQVE FIAT INTRA ANNVVM SPATIVM, EX QVO MOLAM SIBI QVÆSIERIT STRVXERITVE, MOLENDI MINISTERIO PARATISSMAM.

QVANDIV patronus ſuperior vtitur Dominico iure Piſtrini communis in ſubditos clientis ſui, qui Molendinum tùm non habuerit, cenſetur quaſi alieno nomine poſſidere, nec longæ poſſeſſionis præſcriptione inferiorem patronum excludit à tali publicæ Molæ in ſuos prærogatiua, vel ab Interdicto quidem Vtì poſſidetis hoc nomine inſtituendo. Clientum vtique iura à Dominis, & econtrà, capiuntur Vſu tricenáque poſſeſſione: Sed excepto, niſi ſuperior dominus patronali lege occuparit clientis ſui ditiones, putà ſi in eas manum immiſerit ob clientelare ſacramentum non præſtitum, vel iuſta beneficiaria, aut cenſuale vectigal non ſolutum. Qua in ſpecie nullus datur temporis præſcriptioni locus. ï. §. 439. Simili modo Panormitanus reſpondit, Anglum regem, qui *feudario* iure Anicienſis Eccleſiæ fundos prehendi iuſſerat, eius clientelas Fani vſurpare ſibi nullo tempore potuiſſe, nec conſequenter rectum Eccleſiæ in Bigerrones dominium. Reſponſ. 3. Volum. 2. Eundem in ſenſum citari ſolet à Togatis forenſibus Areſtum *de Maheu*, latum aduerſus cucullatos Sacerdotes Templi Areopagitæ Dionyſij

Vt Dominus, ità Vaſallus nullo vſu capit Dominicam Iuriſdictionem. Imo nec tertius feudorũ Dominus, ni aliam ſimul Iuriſdictionem habeat: Quùm Iuriſdictió pendeat ab auctoritate permiſſúque Domini ſuperioris.

Epiſcopalis Eccleſia *du Puy, en Velay*

Pays de Bigorre.

Digitized by Google

S. C. Parisiense.

in agro Parisiorum: qui centena, & ampliùs, possessione, latifundia quædam occuparant, intra metas sui *Feudi* sita. Sed quùm Maheus deinde protulisset in iudicium veterem. Apparitoris Renuntiationem Dominicæ manus à Cœnobitis inuectæ ea in prædia iure patrocinij, causa ceciderunt isti fundorum petitoria, Decreto Senatus.

Exploit & Proces verbal de la saisie feodale, empesche la prescription de la seigneurie vtile.

Nec dispari ratione, Pet. Perticensi displicuit Baldi opinio, sentientis, Iurisdictionem Flandrici Comitis, quam inter subditos exercere nolebat identidem, ad Gallum regem fuisse deuolutam in perpetuum (nedum pro tempore) ob ius subditis denegatum: Quasi Regulo clienti adempta esset in posterum Iuridica potestas, & ad patronos Reges vsquequaque translata. In Authen. Statuimus C. De Episc. & Cler. At Perticensis ibidem rectiùs putat, eam Iurisdictionis exercendæ incuriam vasalli, temporaria modò iuridici imperij abrogatione mulctandam: iptúmque dehinc integrum illibatúmq; Flandro in suos imperium seruari à patrono Rege debere. Sepositò eo, quòd interea Comes pendere damnaretur, quanti litigatorum interesset, ius petentibus redditum ab eo non fuisse. Nam vel ex sola inferioris Iuridici desidia, particularis causæ cognitio defertur pœnæ nomine ad superiorem Præfectum iuri dicundo. §. si verò forsan, & ibi Bart. Authen. De Quæstor. Quò recidunt etiam Feudisticæ leges, Cap. 1. Tit. Si de inuest. inter domin. & vasall. lis oriat. Cap. 1. De milit. vasallo, qui contum. est.

Petr. de Bella Pertica.

Flandriæ Comes beneficiarius Francorũ Regum.

Ex negligentia minoris Iusticiarii inducitur pœnalis deuolutio causæ ad superiorem.

VTCVNQVE sit, dominus Iuridicus, etsi certo casu patronale exequatur inclientis subditos imperium, tantùm abest vt illud sibi priuatim tempore acquirat in perniciem beneficiarij sui, vt si monitus rogatúsque non absistat ab vsú possessionéque Dominicorum ipsius iurium, huic liceat intra annum, cum illo, Interdicto contendere. §. 17. Morum Andeg. Ast, inquies, iampridem foro exposa est Retinendæ possessionis Formula intèr Dominum Iurisdictionis, & populares suos. Masuer. in §. Item ille qui est subditus De possessorio, secundùm Bartol. in l. 1. §. huius autem D. Vtì possid. Nec vasallo ius est, manum iniicere in prædium inferius à patrono suo emptum, sed hunc modò interpellare, vt sibi clientulum præbeat, à quo iusta exigat beneficiaria, vel vt id præstet, eum cogere superioris Domini potestate. Artic. 287. Andeg. legis. At enim Masuerius idem possessorias actiones censuit recipiendas inter subditum & Dominum, qui infima duntaxat, vel qui sublimi tantùm Iurisdictione præditus sit. d. §. Item ille. Demus item, vasallum beneficiarij fundi possessionem non priùs adipisci, quàm manu auctoritatéque Dominica, seu ex patroni voluntate (vt ait Fab. in vers. præterea Institut. De Interd.) Haud ideò sequitur, clientes in patronum possessorio experiuntes iudicio non audiri. Sicuti de interdicto Vnde vi, pro cliente scripsit Baldus, Responsi. 323. Volum. 2. Iacob. de S. Georg. In sua inuest. Feud. vers. & dicti vasalli pro dictis reb. feud. In summa, rem componit Molineus arguta hac distinctione

2.

Vers. Andeg. Legis §. 17. *Mais en cela faisy led. seigneur, sommatio & requeste par luy faite à sond. seigneur suzerain de luy laisser la mouls de sesd. subiects.*

Digitized by Google

ctione. Aut patronus ſuperior occupat clientelæ ſuæ prædiola patronali imperio, quaſi vacent beneficiario poſſeſſore, vel ob iuſta clientelaria non perſoluta. Quo caſu, vaſſalli aduerſus dominum querela admittenda non eſt, ſeu formula Prætorij interdicti: ſed interceſſionis præſidio in Dominicam agrorum prehenſionem tueri ſe clientem oportet, ex priſtino More Gallicorum tribunalium. Aut verò patronus fundum ſeruientem ingreditur, non *feudario* quidem iure ac directo, ſed vtili in ſpeciem rerum dominio, quaſi hæres vltimi clientuli, ſiue poſt lapſa Dominicæ poſſeſſionis tempora, vſuſque molendinariæ coërcitionis, quæ illi aliquantiſper Moribus conceſſa eſt in ſubditos clientis ſui: Et tunc, eidem quaſi priuato iudicium dictare Vindiciarum licet cuique beneficiarij agri proprietario. Vt Molineus accuratè, in veterem Pariſiorum Conſuetud. Tit. 1.

De Feud. §. 1. Gloz. 4. Veri *me entſa main* Num. 51. 52. 53.

§. 17. Andeg. Legis Verſ. *Pournen que celle formation ſoit faicte dedans l'an à compter du iour que le d. ſeigneur auroit acquis ou faict faire led. Moulin en eſtat ſuffiſant de moudre, & apres l'an pourra pourſuyure led. moulin de ſes ſubiects par action petitoire.*

3. QVIA verò annalia ſunt Interdicta, quæ retinendæ poſſeſſionis cauſa proponũtur, idcirco Andium lex cauit vaſallis, de poſſeſſione agendum contra patronos intra annum, ex quo illi frumentariam Molam ſibi compararint, publicis ſubditorum vſibus idoneam. Vt hîc. Quemadmodùm enim Andium Mos annalem poſſeſſorem Interdicto defendit. i. §. 426. Ita cuilibet intra annuum duntaxat ſpatium, quo experiundi poteſtas fuerit, agere permittit ex poſſeſſoria Formula. i. Cap. 272. Vnde ſoli demuntur minores annis, mente capti, fœminæ nuptæ, & cuiuis interdictum ſit bonis. Talium enim imbecillitati ſpeciatim indultum eſt More Maiorum, vt poſſeſſionis controuerſiam mouere quãdòlibet poſſint: modò intra annum, quò minor in ſuam tutelam peruenerit, vel reſipuerint alij, aut mulieres connubiali lege ſolutæ ſint. citat. §. 272. & 445. Andeg. Conſuet. Impuberes certè, ac priuilegiarij alij conſtitutionibus teuentur Municipalibus, vt dictum eſt §. Sed Andium propria Iura vſucapionum rigorem relaxarunt minori annis; ac furioſo generatim; vna dempta familiaris Retractus fundorum præſcriptione, i. §. 457. Quibus congruit Theodorici regis apud Caſſiodorum ſententia de minoribus. 25. annis. Variarum Lib. 4. Scio tamen exiſtimaſſe nonnullos, in annali actione poſſeſſoria nihilò magis pupillo fauendum; quàm maiori & prouecto annis. Cynus in l. vn. Cod. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell. Argum. l. vlt. C. Qui legit. perſon. ſtan. At communi Iuri Anteceſſorum calculo auditur minor annis, ſacraue Eccleſia prouocans à poſſeſſoria Iudicis Sententia, nedum in eam reſtitui poſtulans ætatis priuilegio, aut religionis. Bartol. ad d. l. vn. Vbi etiam Baldus. num. 13. His aptatur forenſis regula Francica, noſtratibus Interdictis plus iuris ineſſe quàm facti, & poſſeſſoria Iudicia admixtam quandam proprietatis cauſa cõtinere. Sicuti Matth. Quadrigarium conſultoribus ſuis crebrò inculcaſſe ferunt, Aduocatum pridem Ciuili ſcientia Foríque peritia inſtructiſſimum.

Sic in Normania agendi formula muliebri competens ſtatim poſt ſolutum matrimonium. dicitur patria voce *Bref de mariage encombré.*

Aurel. Caſſiod. ſub Theodorici regis perſona, Conſultò, inquit, prouida decreuit Antiquitas, Minores, contractus liberos non habere, vt & inſidiantium laquei fruſtrarentur, & lapſis ætas lubrica ſubueniret.

Matth. Chartierus Pariſien.

4. HVCVSQVE de *banno* Molendini in ſubditos certarunt ambo

Si domini mediatus & immediatus nullum habeant Molēdinum, & ob id subditus sibi ædificauerit, an teneatur molere in molendino dominorum, cum ædificauerint, & sic demoliri, aut inutile habere suum molēdinum.

patroni inuicem, superior & inferior: Nunc si neuter multis annis Molam habuerit frumentariam, & subditus interim priuatam sibi extruxerit, qua diu multumq; sit vsus in res suas domesticas, putésne ab eo molendinariæ seruituti præscriptum? Oppugnat præscriptionem Dominicum ius meræ facultatis Pistrini ædificandi, quod nullo pacto vsucapi potest. Item Domino non valenti de seruitute agere Pistrino debita, ante ipsum constructum. non currit præscriptio, ï. §. 27. Arbitror tamen, hoc publicæ Molæ Dominicum ius

Ius meræ facultatis impræscriptibile.

extinctum libera subditi possessione contraria multorum annorum: dummodò iste solenni primùm ritu patronis denunciarit, Molendinum vt struerent in vsus subditorum necessarios. Nam ex qua die patroni ita testatò conuenti neglexerint structuram publicæ moletrinæ, liberum est subdito, Molam sibi apparare frumentariam, in eáque terēdi fruméti sui libertatem vsu capere. Argum. leg. qui romæ §. cohæredes. π. De verb. oblig. In vers. testatò conuenerit. Et ï. Cap. 23. Sed obiter nota vtriusque discrimen seruitutis molendinariæ, & furnariæ. Huius enim nexu facilius multò, quàm illius liberātur populares, gemina ratione: Prior, quia Molēdini structura operosior, est, maioríque constat impensa, quàm Furni. Posterior, quia domino Molam non habente frumentariam, defertur eius *bannum* Domino proximè superiori. ϖ. Cap. 16. In Furno, non item. ï. Art. 23. Proin subditus, nunciatione facta patrono, vt cómunem suum clibanum instauret ac fulciat, neque id mox curáte isto, subinde eximitur furnaria seruitute: Molendinaria verò, non ita citò, nec nisi post legitimum aliquod temporis spatium, ex causis antea relatis. Cæterum ambæ seruitutes hoc nomine exequantur, quòd in patroni dispendium, cui Mola Furnúsque publicus suppetat, non admittatur possessio libertatis subditi: nisi ea vsum se propalàm continuis triginta annis intenderit, Iudicíque adprobarit. ï. §. 27. Si verò patronus alteri ius suum publicæ Molæ transcripserit absque vniuersitate fundi vel *feudi*, tunc inuitus subditus nouo possessori non seruiet, nec eius proscripto Molendino. Vt eleganter Benedictus ad Cap. Raynutius Vers. duas habens filias Num. 71. secundùm Baldum in l. 2. π. sol. matrim. Et in l. si plures Cod. De condit. infert.

Art 23. In Vers. *Et sera tenu led. seigneur de bien entretenir fond. Four à ban, ou en defaut ou delay de ce pourront les subiects en faire & edifier en leurs maisons, ou autrement se pourueoir, sans plus estre contraignables, requeste de ce preallablement faicte aud. seigneur.*

Digitized by Google

Cap. 18.

Si le subiect est Boulenger publique, & le Moulin de son Seigneur ne soit propice à faire farine à pain blanc, il peut aller ailleurs: Car le bien de la chose publique, qui preffere l'especial, l'excuse.

1. SI SVBDITVS RECTI DOMINI PVBLICVS EXISTAT PISTOR, NEC SIMILAGINI PARANDÆ APTVM EXPERTVS SIT DOMINICVM PISTRINVM, ID EST, FARINÆ CANDIDO PANI CONFICIVNDO IDONEÆ, IN ALIVD COMMEARE POTEST, FRVMENTA SVA MOLITVRVS: QVIPPE QVVM VTILITAS PVBLICA (PRIVATÆ ANTEPONENDA) EVM SATIS EXCVSET.

REIPVB. prima fermè est, Annonaria lex, Aristot. teste in Politicis. Ac veluti Politiæ pars summa in cibariorum procuratione versatur: ita eandem priuatis singulorum rationibus commodísque præferendam, edocuit L. Munatius, apud T. Liuium, præfectus annonæ. Hic enim ex Hetruria frumentum aduexit, ciues frumentum profiteri coëgit, ac vendere, quod vsui menstruo supereſſet. Huius Magistratus, difficili tempore & charitate annonæ, opera potissimùm exigebatur, frumentúmque coëmi vbique, & si quis vltra proprios vsus possideret, in medium præcipiebat conferri: aduehi vndiquaque, & aduectum vt iusto pretio væniret, adnitebatur. Cuius demum Magistratus ope, Pop. Romano penuria laboranti egregia sæpe opera nauata est. Atqui rem annonariam iuuant imprimis Panifices ordinarij. Lib.6 Cap.8. Et Lib. 7. Cap. 8.

2. FVIT certè Pistoria ars Romæ ignota, ad Persicum vsque bellum, annis ab Vrbe condita super quingentos octogenis. Ipsi panes faciebant Quirites, mulierúmque id opus erat: sicuti & nunc in plurimis Gentium, infit Plinius Lib. 18. Natur. Hist. Cap. 11. Artopresiam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam scripsit. Idem de muliebri Panificij opere narrat Vlpianus Lib. 20. ad Sabinum l. quæsitum §. item Fabrum Vers. mulieres quæ panem coquant. De Instruc. & instrum. leg. Sensim verò Artificium istud professi nonnulli, ac in priuatam ciuis cuiusque familiam adhibiti sunt serui pistores. Vt indicat Trebatius Testa l. C. l. 12. Vers. ampliùs etiam pistorem & tonsorem qui familiæ rusticæ causa parati sunt, &c. Ac Pomponius l. si ita Vers. caballos qui in pistrinis essent, & pistores. Eod. Tit. Inde Iulius Cæs. domesticam disciplinam seuerè adeò rexisse legitur, vt pistorem compedibus vinxerit, quòd alium, quàm sibi, panem conuiuis subiecisset. Tranquilli relatu in C. Cæsare. De his quoque priuatarũ familiarum pistoribus interposita mentio est à Varrone, in Satyra de Eduliis. Temporum deinde progressu, insti- Cic. in Orat. pro Sex. Roscio Amerino. Pistores redegit in ordinem vilium &c

sordidorum Artificum. Vt etiam Iulius Firmicus Lib. 3. cap. 12.

tuti Pistores publici, quorum corpus Romæ ac Collegium S. Consulta constitutionesque Principum confirmarunt. Vt ait Caius Lib. 3. ad Edictum prouinciale l. 1. Quod cuiusque vniuer. nom. Huc spectat lex Imperialis Gratiani, Valentin. & Theod. De pistoribus Lib. 11. Cod.

Publicus pistor non vtitur immunitate Banni molendini, si illud ipsum albo pani faciundo accommodum sit.

QVOCIRCA ordinarij Pistores, dum Vrbis annonæ seruiunt, 3.
Pagorúmve rusticorum, in pane albo conflando, prosunt Reipub. non minimùm : eóque nec *bannaria* Dominici pistrini lege obligantur, nisi ex cuius farina primarius panis commodè possit adparari. Vt Andium Moribus cautum est. hoc §. 18. ac Niuernens. §. 14. Tit. De Furnis, Molis, corúmque *Bannis*. Sicuti enim Molæ quòdam aliæ fuerunt oleariæ, puniceæ, fabariæ, frumentariæ, quarum varij

De Mola oliuiaria Pōponius in l. Cùm fundus De fund. instr. Puniceam memorat Ouidius Lib. 6. Fastorum, Disticho à Nobis infrascripto cap. 16.

Auctores meminerunt : ita inter frumentarias existunt nonnullæ candidi panis farinæ aptiores. Omnium autem puriſſimus est saluberrimúsque humano corpori candidus panis, qui ex triticeo genere conficitur. Apud Galenum De aliment. facultat. Lib. 1. Cap. 2. De Tritico. Quam in partem vrget Cornel. Celsi ratio, dicentis, panificia ex tritico, generis valentissimi esse. Lib. 2. Cap. 18. Hinc

Varia Panis genera describit Plinius lib. 18. cap. 11. At nostri Pistores panificium in tria genera ferè diuidunt, in primarium panem qui candidus dicitur, in secundæ notæ panem qui ciuilis dicitur: Hunc Corn. Celsus lib. 1. autopyrũ verbo Græco appellat, cui nihil polinis incerniculo ademptũ est, & in secundo genere firmitudinis alimentariæ ponitur. Tertium genus, cibarium appellat Celsus, quem infirmissimum esse tradit in alimẽti ratione. Hũc nostri postremæ notæ assignant.
* ciuilius.

publicæ vtilitatis causa receptum est, communem Pistorem *bannarij* molendini lege non teneri, ex cuius farina primarius panis redigi nequiret. Imò & priuata cuiusque dominia, publici iuris fiunt interdum Reipub. ergô, cui (nos debemur nostraque) ac singulis tum illa licitè auferuntur. Constantiniana lege. 2. Cod. Quib. ex caus. serui pro præm. liber. accip. Secundùm Pauli I. C. respósum l. Lucius De euict. Et Vlpiani l. Itém si verberatum. § item si fortè De rei vindic. Tametsi Forum angustius fecerit Octauius Cæsar, non ausus extorquere possessoribus proximas domos. Vt est apud Tranquillum in Augusto. At Chij optimas vt audaciùs, sic* πολιτικώτεροι, magísque ad Rempub. accommodatè. Quùm enim ærarij inopia laborarent Chij, & ipsis Lex esset, vt æs alienum publicæ scripturę mandaretur: ab iis decretũ fuit, nummos singulis debitos, Ciuitati à debitoribus repræsentari: Ciuitatem verò ipsam ex suis prouentibus vsuras iis, qui fœnerarent, restituere debere, donec sortem adæquarent. Ex Aristot. Oeconomicõn Lib. 2. Eadémque Politica arte, Veneta Respub. suum in ius transtulit aliquando priuatorum nomina creditorum. quùm imminente Gallo hoste, de summa imperij periclitaretur. Sub annum. 1511. Vt memoriæ proditum est in Veneta Bembi Historia. Ac in vniuersum, Pliniano elogio, oportet priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multóque diligentiùs muneri suo, quàm facultatibus consulere. Epist. ad Lateranum.

Lib. 7. Epist.

ILLIS tamen & Roman. legibus & Rerumpub. exemplis mo- 4.
nemur obiter, priuatorum incommoda, si qua ferant pro salute communi, nummario pretio æstimanda esse: & ita pensanda, vt iacturæ quàm minimum redundet in singulos ex rerum suarum dispensatione

penſitatione in publicos vſus. Secus autem in Dominico iure *Bannarij* molendini, de quo à nobis ſupradictum eſt. Quùm enim recti Domini partes ſint, facere, curare, ne Mola ſua frumentaria ſubditorum vſibus deſit quouis pacto: is ſuæ vnius culpæ adſcribere debet publici Piſtoris in alienum piſtrinum digreſſionem, quòd ex Dominici molitura candidus panis elici nequeat, Annonariæ rei inſtruendæ gratia. Adiice his, graues eiuſmodi ſeruitutes, licet Regionum aliquot Moribus inductæ ſint, Legum fauorem parum demereri, nec ampliari admodùm, ſed arctari potiùs oportere. Illud porro adnotandum vtique, priuilegiariam libertatiſ poſſeſſionem, qua ordinarius Piſtor in dominum *Bannariæ* molæ ſubnixus eſt patrio Ritu, ceſſante publico eo Miniſterio, nihil obſtare Dominico iuri ſeruitutis, quo minùs in illum poſtea, tanquam paganum ſubditum, tale ius liberè exerceat. Anterior enim poſſeſſio contraria nullam præbuit vſucapiendi cauſam, vtpote temporaria quædam, precaria, & priuilegiaria conceſſio, quæ Legem communem minimè tollit: Idcóque ſublata priuilegij ratione, priuilegium extinguitur effectúſque priuilegiariæ poſſeſſionis. l. Titia Seio §. vſuras, ff. de leg. 2. l. quod dictum. ff. de Pact.

Cap. 19.

Le ſubiect qui achete blé en autruy pouoir hors le fief de ſon ſeigneur, en le amenant à ſon eſtaige, le peult faire mouldre à autruy Moulin, ſans meſprendre.

1. FRVMENTA QVISQVIS EMERIT IN ALIENO TERRITORIO, ET INTRA FEVDI SEPTA PATRONI SVI ADVEXERIT, POTEST IMPVNE MOLITVM DEDVCERE IN ALIAM, QVAM PATRONI IPSIVS, MOLAM FRVMENTARIAM.

QVEMADMODVM hi ſoli, qui in Dominico cubant degúntque, vilibus ſubduntur oneribus indictis Lege hac municipali: Sic in eo ſata profectitiáque frumenta, Dominicæ molæ obnoxia ſunt (quæ ſcilicet inibi terantur) non verò aduentitia & aliunde quæſita. Maioribus quidem Iuridicis competunt in exteros, & in exteras merces Vectigalia ac portoria: nempe ex ipſarum tranſitu vecturáque per mediam ditionem Baronis aut Caſtellani, i. artic. 50. At minimi Iuridici anguſtior poteſtas eſt veriúſque *fundiaria*, (vt aiunt) i. inſitis tantùm ac innatis *Feudario* ſolo adplicatur. Hoc §. 19. Id quod à Nobis pariter obſeruatum fuit in ſuperioribus Capit. 8. 9. & 10. Siſmiliter ambiguæ Conſtitutiones de Dominico vectigali ex frumentis ſubditorum, hanc recipiunt interpretationem, vt de natiuis frumentis intelligantur, quæque intra Dominici latifundij metas ſata & collecta ſint, non de exoticis, aliundéque iſtûc inuectis. Vti

In ſingbaſſe & ſonciere

De Statutis vectigalium.

scitè disserit Cynus, ad l. si quis post hanc Cod. De ædif. priuat. Bart. Angel. & Castrensis in l. cætera §. si quis ad opus π. De legat. 1. Alexand. in Responso 67. Lib. 4. Albert. Brunus in Tract. de *Gabellis* Parte 5. Num. 18.

IVRE autem veteri Andegauorum, latiùs porrigebatur Molendinaria prærogatiua infimi Iuridici ad externum quoque frumentum, casu infrascripto. *Note si home achate blé, & il en poie deux de coustume, il ne mouldra pas au Moulin son Seignour, s'il ne vieult. Et se ainsi estoit quil eust geu plus dune nuit & vn iour en lestaige que l'home tendroit du Seignour dedens la lieue du Moulin, il conuendroit quil entournast à son Moulin.* Ex prisco Andegauarum Legum codice, quem Claud. Ligerius summo labore concinnatum manu perscripsit an. 1437. præfixo hoc titulo, *Ce sont les Coustumes d'Aniou, & du Maine, intitulees selon les Rubriches de Code.* Quod ideo in memoriam reuoco huius ætatis, ne quis putet antiquos nostratium Ritus omnes, qui contrario vsu exoleuerunt, relatos fuisse in Libellum renunciationis actorum Andensis Consuet. regia auctoritate sancitæ an. 1508. Istud enim, aliáque Ciuilium Morum capita multa, abierunt in desuetudinem: de quibus tamen nulla est eo Libello facta commemoratio. Quæ autem, noua Cõsuetudine, abrogata extant, recitantúrque in calce Legum Municipal., supprimenda duxi hoc Opere, nec isthuc perperam transcribenda. Vtut sit, in Dominicis iuribus attendi debet Regionis cuiusque Mos, in molendinaria præsertim coërcitione subditorum, de qua hîc agitur: Quæ & multis Galliæ Prouinciolis neutiquam innotuit. Teste *Summa Rurali*, cuius sententia talis est, *Item selon aucuns lieux, le vauasseur ne doit auoir four, ne moulin à ban: Et selon aucuns lieux, si a. Et pource aux coustumes des lieux s'en fault rapporter.* Tit. *Du droict du Vauasseur.* 2.

Proces verbal de la Coustume d'Anion.

ANDEGAVÆ Legis capiti. 19. affine est Ius Turonensis Municipij §. 11. Sed temperamentum hoc addunt Cenomani Mores, nisi subditus in fraudem Dominicæ molæ frumenta alibi coëmerit. Artic. 19. Qua etiam doli mali exceptione constringi Andium Consuetudinem, suadet viciniæ ratio Regionis vtriusque priuatim, ac publicæ vniuersim Disciplinæ fauor. Quinimò etsi vnicuique liberum sit, in suo exædificare frumentariam Molam, seu quiduis aliud: oppositio tamen *bannarij* Pistrini iuri cedit libertas naturalis, ac nouum opus ne fiat, interdici potest. Sicuti ex facto tractatũ fuit apud CONSCRIPTOS CVRIÆ de publicis molendinis Ambiani Episcopi, eiúsque Collegij sacrorum maximi, aduersus plebeios quosdam noua pistrina extruere ausos. Nam in forensi causarum disceptatione citarunt illi vetustam *bannariæ* Molæ possessionem, cum iure nouarum prohibitorio intra secundum ab Ambiana vrbe lapidem. Quare interlocuti sunt PATRES, allegati huiusmodi *banni* ius possessionémque testibus ac tabulis sibi adprobandam. Decreto 11. Kal. Ianuar. an. 1551. quum M. *De la Rue* pro Ioh. Galeto appellante, & 3.

Inde & si negligente publicã molitura domino Bannariæ Molæ, vicini molitor blada vestigatum eat intra banleucã Molæ illius, licet eiusdem domino, saltẽ moliteris haud corpus quidem, sed asinos & mulos.

Arresto Curiæ penult. die Febr an 1547. Lizeto præside.

Placitum Curiæ die 21. Decemb. an. 1551.

Boeuinus

Digitized by Google

Boeuinus pro *Capitulo* Ambianen. dixiſſent. Rurſus poſteaquam molendinarię ſeruitutis fides facta fuerit legitimis documentis, præferendus eſt ſubdito dominus molendini in ſuorum frumentorum molitura: Secundùm quem, molenda ruſticorum frumenta ex eo ordine, quo priùs quiſque in Piſtrinum venerit. Atque id tametſi peculiariter ſcriptum ſit Armoricis Oceani accolis (§. 386. Briton. Conſuetud.) vbiuis etiam par eſt cuſtodiri. Ex argumento Claudij Imp. qui durum eſſe ait, tuis ex prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuria propagari.

l. Præſes prouinciæ Cod. de ſeruit. & aq.

Cap. 20.

Quand Moulin eſt commun ou perſonnier entre deux ou pluſieurs perſonnes, & il y fault meule, roue, rouet, ou autre reparation ou refection neceſſaire, parquoy ils ne puiſſent mouldre, l'vn des perſonniers peut ſommer l'autre contribuer à la reparation du Moulin: & lad. ſommation faicte, s'il ne veult ou s'il delaye, l'autre perſonnier le peult faire reparer, & prendra & fera ſiens tous les profitz du Moulin, iuſques à ce que l'autre perſonnier ayt payé ſa part de la reparation: Mais s'il le faiſoit reparer ſans le ſommer, l'autre perſonnier payeroit ſa part de la reparation, & auroit ſa part de ce que le Moulin auroit gaigné.

1. SI FRVMENTARIVM PISTRINVM DVOBVS COMMVNE SIT, ET NOVA MOLA ROTAVE EGEAT, SEV ALIA REFECTIONE, SINE QVA COMMODE NEQVEAT EXERCERI, DOMINORVM ALTER ALTERVM VRGERE POTEST AD SVMPTVVM COLLATIONEM FVLCIENDI RESTAVRANDÍQVE MOLENDINI. QVÒD SI INTERPELLATVS RENVAT MORETVRVE HVIVSMODI NEGOTIVM, SOCIO LICEBIT, VT PROPRIIS IMPENDIIS MOLENDINVM INSTAVRARE, ITA EX EO SOLIDOS PROVENTVS EMOLVMENTAQVE CARPERE: DONEC ILLE HVIC IMPENSAS REFVDERIT PRO DOMINICIS PORTIONIBVS. SINAVTEM ALTER, ALTERO NON PRÆMONITO, COMMVNIS PISTRINI REFECTIONEM PRÆCIPITARIT, EIVS QVIDEM SVMPTVS VIRITIM PARTIVNDI SVNT, SED ET COMMODA LVCRAQVE IN COMMVNE REFERENDA.

HVIVS Conſtitutionis æquitatem oſtendit Romana Lex, ſic concepta, vt qui in communis fulturam ædificij pecunias conferre cunctatus eſſet quadrimeſtri ſpatio, priuaretur non tantùm medij temporis fructibus (vt hîc) ſed ſuæ etiam partis dominio, idque ad diligentiorem ſocium transferretur. Papinian. l. Cùm duobus §. idem reſpondit, ſocius qui ceſſantis ceſſantiúmve portiones Inſulæ reſtituerit. Pro ſoc. Cum Cæſarea Philippi lege, 4. Cod. De ædif. priuat. Sed pœnalis hæc ademptio proprietatis ædium, quam Romani lege ſanxerunt. Francis non eſt in vſu: quibus, contrà, ſolemne or-

Hic Artic. Moris patrij non intelligitur tantum de Bannariis molendinis de quibus actum eſt ſuperioribus Articulis, ſed de aliis etiã omnibus: quum indiſtinctè & indefinitè loquatur, ac ſumma vtrobique nitatur ratione.

Digitized by Google

dinariúmque, Iudicis permissu nummos prærogare in refectionem ædificij, cautione hac, vt impensas confestim à sociis possint recuperare.

NVNC propono, Molam, puteum, furnum, vel porticum toti competere viciniæ, & ex ea nonnullos rebus iisdem cedere paratos ad vitandum necessariæ instaurationis sumptum. Quæritur, sint necne audiendi? Censeas prima facie, vicinum eius renunciationis prætextu minimè eximi communi impendiorum onere. Argum. l. ad reparationem. De aquæ ductu Lib. 11. Cod. & l. Ad portus C. De oper. publ. Quam in sententiam propensior est Vilhelmus Durandus Specul. Tit. De censib. §. 1. Vers. item pone, quædam vicinia. Alberic. Rosates in Tract. *Statutorum* Parte 1. Cap. 35. Florianus & Bald. ad l. cùm fructuarius. ff. De vsufr. Sed distinctionem hanc de eo tenete: Aut Puteus vel Furnus refectionem postulat, præteriti vsus ratione, vel futuri. Priore casu, vicinus cogitur omnimodò nummos cum cæteris eam in causam impendere, ex qua cœperit rei emolumentum. Posteriore autem, vocandus non est in contributionem vicinus, qui ex vicinia ipsa commigret in aliam. Secus, si retento eodem domicilio, profiteatur, se Puteo Furnóve vti nolle, quia scilicet ipsi alteruter priuatus sit domi. Atque ita Cepolæ visum, Lib. de Seruitut. vrb. præd. Cap. 47. De puteo, cisterna, & lauello. Porrò Attica Solonis lege statutum fuit, vt quia multi Athenienſibus Putei supperterent manufacti, vbicunque Puteus publicus foret, eo intra ἱππικὸν homines vterentur: (est autem Hippicum, 4. stadiorum distantia) Qui verò abessent longiùs, propriam sibi aquam exquirerent. Quòd si effodientes decem palmarum profunditatem, non inuenissent aquam, tunc accipere à vicino liceret sex hydrias, bis diebus singulis. Auct. Plutarcho in Solone. Exin Phratriæ quoque, apud Aristotelem, (in Politic.) conuentus hominum, aut etiam conuenticula quasi Pagi, propria sibi Sacra peculiariáque communiter habentium: ab eo dicta Phratriæ, quòd ex communi Puteo aquam haurire soleant: quùm puteus Græcè φρέαρ appelletur.

2.

Vt certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodiendus est, cum sol vltimas partes Virginis obtinebit, id est mense Septembri ante æquinoxium autumnale. Siquidē tunc maximè explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate ſlatis terra caret humore pluuiali. Teste Columella De re rust. Lib. 11. Cap. 3.

SED VT versemur iterum in Pistrino, molis circumagendis, quas nobis indicit patriæ Legis interpretatio (Cap. 20.) sciendum est, priscam Gallorum disciplinam multùm elaborasse in fulciendis communi sumptu Molendinis. Nam de iis Pragmatici veteres suæ ætatis Scita Institutáque mandarunt literis, in hunc modum. *Et se aucuns auoient Molins parconiers, & il defaussist muebles ou autres choses, pour coy il ne peust moure, il doit venir à celuy qui part aueques luy, & li doit dire, ce faut en notre Molin, metes y votre moitié. Et se il dit, ie ny meteray riens, car ie ne puis. Adont il luy doit monstrer auſi par deuant la Justisce. Et se cil dist encores, ie ny vueill riens mestre, adont puet cil àfaitier le Molin, & en aura toute la mouture sans conter. Et se il le fait àfaitier sans luy semonre, li autres ne feroit que rendre l'argent, que il li aueroit mis par auenant pour sa partie. Et encores conuenra il, que il ait proue par son sairement, com bien il aura mis au Molin*

3.

Vers. Andeg. Leg. Et lad. sommation faite, s'il ne veut ou s'il delaye, l'autre personnier le peult faire reparer, & prendra & fera siens tous les prouffits du Moulin, iusques à ce que l'autre personnier ait payé sa part de la reparation. Mais s'il le faisoit reparer sans le sommer, l'autre personnier payeroit sa part de la reparation, & auroit sa part de ce que le Moulin auroit gaigné.

Digitized by Google

Molin à faitier par loyaus couz: & fera conte ce que il l'aura leué de la mouture. Et ſe il auoit eu de la mouture plus que les couſts ne couſteroient ne ne monteroient, il li en rendroit le ſeur plus. Ex Lib. *Ci comancent li eStatu dou Reyaume de France.* Tit. *Du droit au Vauaſſeur.* Idem peræque relatum in antiquo Practicorum Franciæ Codice, cui titulus eſt, *Ci comance li Eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtellet de Paris, & d'Orleans, & de Baronie.* Cap. 106. *De Molin à parçonier, comment l'on doit ouurer.* Haud aliter ciuico Andium Vſu, ſumptus fructibus penſantur, quùm is, qui in Piſtrinum commune fulciendum nummos impendit, ſocium priùs non interpellarit, vt eam in rem ſimul argentum erogaret. Præmonito autem ſocio, nec aliquid conferente in reparationem frumentariæ Molæ, fructus interea percepti non deducuntur in ſolutione expenſarum talis refectionis. Id quod diſertè odio cunctatoris ſocij moratoríſque introductum eſt: contra vulgatam Iuris regulam, vt admiſſa fructuum penſatione, ſuperfluam ſumptuum (meliore prædio facto) reſtituere dominus compellatur. Papinian. l. ſumptus De rei vindic. l. Inſulam. §. fructus D. ſolut. matr.

Iure cõmuni fructus cõpenſãtur cum sũptibus, quando illi percepti ſunt à bonæ fidei poſſeſſore ex re ſimpliciter aliena: Sed ſi res eſſet proprie reſtitutioni ſubiecta, tunc fructus cũ ſumptibus non conputantur. Glo. & Bal. in l emptor ff. De rei vendic. Bal. in l. Inſulam §. fructus. ff. ſol. matrim.

4. AGEDVM quid ſi communi Piſtrino molas velit alter imponi meliores pretióque cariores, alter nolit, vtrius voluntati parendum? In eo quidem, reor potiorem fore prohibentis conditionem, aut certè nullas ab ipſo refectionis huiuſmodi impenſas repeti poſſe. Nec diuerſum Cepolæ placuit, in Tract. De ſeruitut. vrb. præd. Cap. 57. De tigno iuncto. Cui adſtipulatur Baldi opinio de pariete communi, quem ſi fortè ex dominis vnus demoliri cupiat, vt iactis iterum fundamentis reddat firmiorem, vetante ſocio, cogitur incœpto abſiſtere. In l. parietem ff. De ſeruitut. vrb. præd. Hoc tamen ita eſt intelligendum, niſi paries iſte minaretur ruinam, vel Molendinum fultura quadam neceſſaria indigeret. Bartol. ad l. in communis l. damni §. cùm parietem ff. De dam. inf. Et argum. l. ſi ædes communes D. comm. diuid. Tunc enim non præualet ſocij prohibitio in re communi, quùm hæc ad eum aptatur vſum, cui initio fuerit deſtinata. Ælij Martiani leg. intantùm §. in commune De rer. diuiſ. & l. Arboribus §. nauis ff. De vſufr. Speciatim in reficiendo opere aliquo diſſentientibus dominis, probabilius votum eſt rem in priſtinum ſtatum reducere cupientis, non in alium, quamuis fortè commodiorem. Vt ſenſit Vlpianus l. 3. §. reficere De itin. act. que priu. Cepola vbi ſ. Cap. 59. De refectione. Num. 5. Quòd ſi vterque opus deſideret inſtaurari ſeruata vetere forma, ſed diuerſis modis, tunc ſecundùm eum, qui magis idoneè reſarcire velit, eſt pronuntiandum. Pomponiana lege, in reficiendo De damn. inf. Ac ibi Dyn. cum Bart. Angelus in l. quidam Hiberus ff. De ſeruitut. vrb. præd.

Quòd ſi duo ſuum ſinguli molendinum habeant, aqua vnius poteſt diuerti quocũque à domino molendini, & denegari alteri molendino inferius poſito, licet deducatur ex publico flumine, niſi ſeruitus debeatur. Bal. in l. Aquam C. De ſeruit. & aq.

Reficere, Vlpiani verbis ſic accipimus, ad priſtinã formam iter & actum reducere: hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. Longè enim aliud eſt reficere, aliud facere.

5. DENVNCIANDA eſt ſocio reparandi Piſtrini neceſſitas, pecuniæque in id conferendæ, ex ciuili Andium Inſtituto. Dubium nunc

est, an iudicio peti debeat hæc sumptuarij nummi contributio, an satis supérque sit, eam extra ius postulasse. Putò iudiciariam interpellationem minimè huic negotio districtè adhibendam. Nam & ab ipso mora facta dicitur, cui extra ius modò nunciatum sit. Accurs. & Bart. ad l. qui Romæ §. cohæredes. ff. De verb. oblig. Idem Accur. in l. ampliùs non peti D. rem rat. hab. Et in l. fideiussor obligari §. vlt. ff. De fideiuss. Alia causa eorum est, quæ Iudicis tantùm officio debeantur, nullóque obligationis seu actionis vinculo: in quibus nempe, monendus est per Iudicem aduersarius, & coram Prætore experiundum, priusquàm in mora fuisse reus existimetur. Africana lege Cùm postulassem De damn.inf. Bartol. ad l. si ex legati causa. ff. De verb. oblig. Imò neque huic parti suffecturam censet P. Castrensis vocationem in ius, nisi pariter contestatum sit iudicium. In d.l. cùm postulassem. Bartol. in l. denunciasse §. quid ergo D. ad l. Iul. de adult. Iason. in l. Vinum. ff. De reb. cred.

Cap. 21.

Oultre peult led. bas Iusticier auoir Moulin à Draps, & par la forme dessusd. contraindre ses subiects Estaigiers demeurans au dedans de trois lieuës dud. Moulin, à y aller fouler leurs Draps. Et s'ils sont trouuez allans fouler, ou leur Drap foulé à aultre Moulin, ilz seront tenus payer 12. den. tourn. pour chascune aulne, outre le droict de foullaige. Et en ladite Coustume ne sont comprins les Draps qui se foulent au pied.

Les Moulins à draps foullerez.

HOC AMPLIVS, MOLAM PANNARIAM HABERE 1. LICET INFIMO IVRIDICO, ET PRÆDICTA FORMVLA SVBDITOS COGERE AD CALCANDOS IN ILLA PANNOS SVOS: MODÒ NON LONGIVS A SVBDITORVM DOMICILIO DISTET MOLA EIVSMODI QVAM SENIS PASSVVM MILLIBVS. ET SI HI INTERCIPIANTVR ALIENAM ADEVNTES MOLAM QVA PANNI SVI OBTERANTVR, 12. DENARIOLOS DOMINO TENENTVR APPENDERE IN VNAMQVAMQVE PANNI VLNAM VLTRA FVLLONIVM VECTIGAL. BANNARIA TANTVM LEGE DEMVNTVR PANNI, QVI PEDE CONCVLCANTVR.

PRIMVS hic occurrit Andensium Morum emendatus Articulus à triplici Municipum Ordine, qui indigenas Leges recognorunt Principalibus mandatis an. 1508. Vt videre est in calce Libri nostratium Legum, qua, sigillatim Actorum series in reformandis hisce moribus continetur. Antea enim cautum erat promiscua Andium & Cenomanorum Consuetudine, pannos, qui alio quàm Dominico molendino calcati essent, rectis Dominis commisso vendicari, nulla adiecta pannorum distinctione. Id quod Andegaui noua hac Constitutione moderati sunt. Quin & hodie Ius nostrum Municipale

Proces verbal de la coustume.

nonnihil

nonnihil diſſidet à Cenomano, quùm *Feudariis* Dominis pannus committatur apud Cenomanos, ſiquidem alia tritus Mola, quàm Dominica deprehendatur: Saluo eo, quòd ſubditis liberum manet, pannos luere intra diem quindecimum redimeréque Cenomano aſſe in quamlibet panni vlnam, modò ipſi præterea fullonium vectigal exoluant. Cæterùm panni, qui pede conteruntur, Cenomanorum Moribus excepti non ſunt, nec exempti fullonia æris penſitatione erga patronum. Apud Andes, contrà. §. 21. Vtrobique certè, *les ſubiects Eſtagiers* ſimpliciter *Banno* ſubiiciuntur pannariæ Moletrinæ. Ex quo veriſimile ſit, Nobiles etiam viros Legis *Bannariæ* verbis contineri. Quoties enim patria Plebiſcita iſtos oneribus ſolutos volunt *Conſuetudinarios*, quaſi verè plebeiis, ſubdunt epithetum hoc, *couſtumiers*, vocabulo, *ſubiects Eſtaigiers*. Quemadmodùm de *bannarij* Piſtrini ſeruitute demonſtratum eſt ſuprà §. 14. Mea autem ſententia, Equeſtris Ordo nihilò magis tenetur pannariæ *Banno* quàm frumentariæ Molæ, de qua, in præd. Cap. 14. Nam hic Legis Articulus 21. ſic concipitur, *& par la forme deſſuſd. contraindre ſes ſubiects Eſtaigiers, &c.* Eadem igitur prioris ſeruitutis molendinariæ forma conſtitutum eſt *Bannum* pannarij Molendini. Ideóque ſeruilis conditio ignobilium Habitatorum, quæ præcedentibus ſimilium ſeruitutum Articulis inſerta fuit nominatim, cenſetur in ſequentibus repetita. Ex ratione l. Item quia §. vlt. ff. De pact. Et l. Titia. §. 1. ff. De verb. oblig.

Noz Eſtagiers couſtumiers Pictonum Mos vocat *hommes ro uriers conchans & leuans roturierement.* §. 48.

§ 14. In Ver. *peut contraindre ſes ſubiects Eſtaigiers couſtumiers.*

Moulins à draps.

2. De pannariis Molendinis nil compertum habeo ex antiquis Monumentis Gallicæ forenſis diſciplinæ. Sed illa non temerè Moribus inducta huius Municipij ex eo conſtat, quòd ouium lanæ ac vellera, è quibus panni veſteſque conflantur, cum gregibus ouium coaleſcant in fundo Iuridici domini ſuperiore. Nam maiores noſtri ex domeſtico ſuarum pecudum vellere texebant veſtimenta in proprios vſus: nec emptitiis, vt hodie, pannis vtebantur. Eámque Gallis patribusfamil. œconomicam adfuiſſe induſtriam, narrat Plinius Secundus, Natur. Hiſt. Lib. 8. Cap. 48. Quippe etiam olim diuitiæ omnes in pecoribus fuêre: Hinc pecunia ipſa à pecore appellata. Tum in cenſoriis Tabulis paſcua vocabantur omnia, ex quibus Populus habebat reditus: quia diu ſolum hoc vectigal extiterat. Mulctatio pariter non niſi ouium boúmque impendio dicebatur. Vt eſt apud eundem Plinium, Lib. à Nobis antea citato. Etſi verò priſci mortales peculiarem ſibi pannum apparârent identidem ex domeſticarum vellere ouium: tamen vt publica extant pannorum Piſtrina *bannariáque* certis locis, ſic non defuêre quondam Fullonicę, ac fullonum publicę Officinæ ad purganda poliendáque hominum Indumenta. Quarum Trebatius meminit diſertè, l. 3. De aq. pluu. arc. Atque adeo M. Tulij patrem ferunt in Taberna fullonatia genitum, & inibi ad virilem vſque ætatem educatum. Auctore Plutar. in Cicerone. Fullonicam porrò artem Nicias Megarenſis inuenit:

Suprà Cap. 2. Art. 9.

Digitized by Google

teste Plinio, Hist. Lib. 7. Cap. 56. Ac Romæ deinceps Fullonibus data poliendarum vestium ratio Lege Metella, quam scilicet ex præcepto & voluntate Censorum Metellus tulit ad Populum. De ea Plinius, Lib. 35. cap. 17.

INDICTA quoque iis mulcta est Lege Andegauensi, qui intercipiantur cum pannis suis aliud petentes, quàm Dominicum molendinum: illo tametsi necdum calcati sint panni. Pœnam enim, quæ mercium euectioni extra regionem statuitur, commissam iudicamus, etiamsi exportare prohibitus comperiatur in limitibus Territorij, vel medio ad confinem Ditionem itinere. Vt Florianus ait in l. arborihus §. idem tractat. ff. de vsufr. Bald. ad l. si fugitiui Cod. De ser. fug. Ioh. Andr. in addit. Speculat. De constitut. §. 1. Vers. sed incidit. Frustra enim hoc loco expectarit Dominus territorij, quoad fraudis consilio euentus responderit. Nam in tali fraudis quæstione suspicionéque punitur affectus vel citra effectum, hoc est, è Territorio progressus absque tamen egressu. Sicuti in eodem argumento sensit Alberic. Rosates, Tractat. *Statutorum* Part. 2. Quæst. 3. Bartol. ad l. qui fiscales. De Nauicul. Lib. 11. Cod. Ne autem his immorer diutius, vide in vtrámque partem de eo disputata ab Alber. Brunno in Tract. *Gabell.* Planè rara sunt pœnarum exépla, quæ in transeuntes ad aliam, quàm Dominicam, pannorum Molam patria Lege, exerceantur. Perpauci enim subditi laneos pannos curant adparandos. In Vrbibus certè nonnullis audio *bannaria* esse pannorum Pistrina, Domino ipsi apprimè vtilia & quæstuosa. Qualia apud Agendicum visuntur, Meldensis agri Oppidum. 3.

Tit. 9. Num. 14.

Preuins, Baillage d Meaux.

SED Dominici huiusce iuris exercitium meritò porrigitur sena vsque millia passuum intra metas *Feudarij* dominatus: vt *Bannarij* vsus raritas latitudine compensetur. Quinimò prisca Andium Consuetudine *Bannum* pannariæ Molæ solebat protendi ad milliaria dena, durísque aliis sancitum erat conditionibus eiusmodi. *Le Seigneur peut contraindre ses subgieZ dedens cinq lieues de tourner à son Moulin foulerez, & leur en peut faire demande de deffault de ny auoir tourné depuis trois ans, & non plus: Et du Pressouer, depuis deux ans. Et si le Sieur ou ses Officiers treuuent ledit subgit portant Drap fouler, ou en rapportant ailleurs, & dailleurs que de son Pressouer, ou Moulin, iceluy Sieur ou ses Officiers le peuuent prendre comme confisqué, & est sien acquis, & nen fait ledit homme autre amende.* In veteri Morum Andensium Codice manu exarato, sub Rubr. De Seruitutibus. Haud aliter Britanni Celtæ patriis Constitutionibus ad decem passuum millia produxerunt *Bannariam* Molæ pannariæ coërctionem. Artic. 388. Legis Armoricæ. De frumentaria autem Mola dissimile Ius proditum est, quæ nimirum à subditis aditur indies ob rei annonariæ necessitatem: Exhíncque populares subduntur ei tantùm frumentario Domini molendino, quod ab ipsorum domicilio non longiùs absit bino milliari. Accedit iis humani alimenti ratio necessaria, quæ moras 4.

non

Digitized by Google

non patitur, nec longinquæ Molæ prouentum tardiorem. Quo demum modulo *Leucam* molendini emetiamur ciuica Andium Lege, proximo Capite intelligemus.

Cap. 22.

Lieue de Moulin doit contenir mil tours de Roue, ayant lad. Roue 15. piedz de tour, & de circuit par dehors, à prendre depuis la maison du subiect iusques à la maison dudict Moulin.

1. LEVCA MOLENDINI MILLE ROTARVM ORBES COMPLECTITVR: SINGVLÆ ROTÆ, PEDES IN AMBITVM QVINDENOS EXTRINSECVS. TALIS AVTEM LEVCÆ INEVNDA DIMENSIO EST, AB ÆDIBVS SVBDITI PLEBEII AD DOMINICVM VSQVE MOLENDINVM.

MVLTIFARIAM publicæ molæ *Banleuca* præfinitur Andensi Consuetudine, Interdum ex numero sexcentorum funium, Vt antea dictum est Cap. 14. Artic. 5. Sic fuêre apud Ægyptios funium mensuræ, Schæni vocatæ, sed vnaquæque 60. stadiorum. Nunc *Leuca* designatur multiplici rotarum circuitu, & pedum numero, quibus totam quamlibet determinamus. Pari modulo circumscribitur Regiis Edictis publica potestas salariæ Camoræ in rusticos patresfamiliâs qui inibi salem capere, & salarium Regi vectigal pendere consueuerunt. Vt patet Gallicis Principum nostrorum Constitutionibus, latis præsertim Iun. Mens. an. 1517. ac Sextili 1535. More Romano, passuum millia duo *Leucam* absoluunt. Passus autem continet quinque pedes, sic dictus, quòd passis, id est dilatatis brachiis manibusque dimensionem hanc conficiamus. Pes rursus est quindecim digitorum. Gloz. in can. sicut antiquitus 17. quæst. 4. Pedem huiusmodi regium nuncupant nostri Agrimensores. *Leuca* certè, Francicum est vocabulum; Ammiani relatu, Lib. 15. Eam mille ac quingentos passus habere ostendit Antoninus in Itinerario, licèt plerisque in locis ampliùs protendatur. Nec Prouinciæ tantùm longitudinem *Leucarum* numero æstimamus Galli, verùm & latitudinem. Vt testatur Paul. Diaconus, Lib. 5. Vers. conuenitur ex vtraque parte in campos Catalaunicos, qui centum in longitudine Leucis, & ex latitudine, septuaginta (vt Gallis consuetudo est) metiri feruntur. Hæc Diaconus. Exin ciuilis Regionum mos inspici debet in *Leucarum* itinerúmque mensura definienda. Iason. ad l. 1. D. Si quis caut. post Gloz. in cap. cupientes §. 1. De elect. In 6. Angel. & Imol. ad l. continuus §. cùm ita ff. de verb. oblig.

600. cordes.

Horrei salarii Cameræ. *Chambres du Grenier à sel.*

Galli non millenis Passibus, sed leucis itinera metiuntur. Inst. Marcellinus. Ad itineris mensuram determinandam fuit Parasanga apud Persas, triginta stadiorum: Stathmus, mansio, milliaria habens. 18. semis. In Authen. Vt omn. obed. § si igitur. Dolichus, stadiorum 12.

2. NEC verò ab aditu foribúsque ædium *Leuca* est numeranda, sed à continentibus ædificiis. Vlpij Marcelli leg. mille passus de verb. signif. Quòd si vulgare iter rectum non sit, nec planum, sed con-

Vers. Andeg. Consuet. *à prendre depuis la maison du subiect iusques à la maison du Moulin.*

Digitized by Google

cauum, decliue, deuium: quæso, milliarium nè tunc inibitur computatio ex recta superni aëris dimensione, an per sinuosos viarum anfractus, an ne ex planiori itinere? Bartolus sequendam putat aëriam rectitudinem, (vt ipse loquitur) & intercapedinem non per millia passuum humi mensa accipiendam, sed ex aëre. In d.l.1. Si quis caut. Hoc quidem, Astrologis peculiari ratione quod aliis etiam creditum est, cùm Municipes statuissent, ne qui per 50. milliaria vicinus esset, Prætor designaretur. Idipsum tamen P. Castrensis, Alex. & Iason non admiserunt. In cit. l. 1. iuxta Baldi opinionem in l. Non solùm. π. De excus. tut. Vsus sanè repugnat Bartoli sententiæ, Léxque adeo ipsa homines respicit, minimè per aëra volitantes. Deinde quid ad rem facit aëris mensura, quùm de numero passuum agatur? Demus porro, Iure Municipali cautum esse, ne noua Mola aquaria fiat intra bis mille passus ab alieni situ Pistrini, quod eodem in fluuio priùs constitutum sit. Quæro, nunquid hi mille passus computentur ex terrestri locorum itinere, an ætheria illa mensura superiori: núm ve ex fluminis alueo, per quem defluit aqua Molendini? Verius est vtique, ex cursu loci, per quem aqua decurrat, mensuram iniri oportere. Vt respondit Alex. Imolens. Consil. 22. Volum. 4. Ias. ad l. 1. π. Si quis caut. Cæterum publicæ ipsius Viæ dimensionem latitudinémque explanabimus. i. §. 60.

Art. 60. sic. orditur, grand chemin pregeau.

INTEREA cadere in quæstionem potest, cuius sumptu Mensores adhibeantur ꝑmetiendæ *Leucæ* molendini, extra quam habitare se subditus intenderit. Distinctione vtuntur de eo Armoricæ Legis latores seu compositores, vt si, post molendinariæ seruitutis possessionem quandam, subditus nunc larem fouere se dicat vltra binum milliare à dominico Pistrino, tunc eius dimensio fiat impendiis subditi: Sinuerò ad nouam Molam frumentariam recénsque extructam venire subditos cogat patronus, huius tum impensa mittantur Mensores, & terminos *Leucæ* molendini iubeantur declarare: Salua mulctæ ditione, & eam in rem impensis reddundis ei, qui obtinuerit. §. 380. 381. 383. Armoricæ Consuet. In Andibus planè nulla de eo Lege condita, reor, vt æquam vtriusque litigatoris sortem conditionémque esse, sic æqualem súptuum in id collationem inter eos decernendam: donec iudicio vltimo in litem expensa victori addicantur. Communi enim partium sumptu curanda est exequendáque agrorum dimensio, & terminorum per Mensores demonstratio lite pendente. Accurs. in l. Si irruptione §. od officium de fin. regund. & l. eos §. 1. Cod. De appell. Secundùm quæ pronuntiauit Aquitanicus Senatus. Decreto 3. Kal. Decemb. an. 1537. quod retulit Præses ibidem Boërius, Decis. Burdigalen. 51.

3.

Sauf droict de l'amender, & des despens au cas qu'il obtiendroit.

Arestum Curiæ Burdigalen. die 29. Nouemb. 1537.

VIDENDVM iam de aquaria Mola, quæ spatio quidem viæ legitimo posita sit, nec loco subditis incommodo: sed cuius Rota in alieno flumine, Ædificium in nostro *feudo* situm habeat. Ambigitur, vtri Domino competat *Bannum* aquarij Pistrini, eíne cuius in fundo

4.

fundo Molendini domus, an cuius in fluuio Rota ſit collocata. Illi fortè *Bannum* adiudicaris, nec ſine probabili quadam ratione. Quia licet Molendini ſitus ex Rota ipſa ſpectetur, (vt antedictum eſt) nihilò minùs fundi dominantis poſſeſſor eodem iure tenere exiſtimatur proximam fluminis partem fundóque adhærentem: pro modo nempe latitudinis eiuſce prædij, quæ prope ripam ſit. l. Adeo §. Inſula l. penult. §. ſi qua ff. De acquir. rer. domin. l. item ſi fundi §. huic vicinus ff. De Vſufr. Ediuersò autem ſuggeri poterit, eas Leges in publicis tantùm fluminibus obtinere, non in priuatis, ſeu quæ Iuridici cuiuſdam magnatis dominio ritè occupentur. Sicuti admonet Faber ad §. flumina Inſtitut. De rer. diuiſ. Vnde elicitur, *bannum* molendini minimè ad eum pertinere, cuius fundo adſtructa ſit frumentarij Piſtrini domuncula: ſed ad eum potiùs, cuius in fluuio Rota vertatur, tanquam ſummum præcipuumque inſtrumentum aquariæ Molæ. Nam & à molendo nomen accepit Molendinum. Nos itaque de eo conſulti cenſuimus, dominam *de la Pleſſe Clerembaut* perperam Interdicto egiſſe aduerſus ruſticum Cacaudum, vt Molendinarias ſuas ædes demoliretur, quaſi extructas in ſuo actricis feudo *de la Rochenormant*. Quippe quùm reus, impetrata venia à Barone *de Prouence*, rotam molendini poſuiſſet in amne vel riuo, qui eidem Baroni proprietatis iure competebat. Toublanchio aduocato nobis facti ſpeciem enarrante Ann. 1577. Vetuſtate porro conſpicuum hunc, in Andibus, Baronatum *de Prouence* coarguit propotens ille Dynaſta Gottofredus *de Poentio*, qui Andegauorum Equitum turma ſtipatus, bellum Regi intulerit. An. 1174. Sigeberto teſte, in Chron. eius Anni. Extat quoque in Tabulario Alenconiæ domus, ſtirpis Regiæ, Honoraria arbitrorum Sententia An. 1248. inter Gottofredum, Poentium toparchã, generum: & Iacobum Caſtrogonterium magnatem, ſocerum, de partitione fundorum dotalium Henricæ Iacobi filiæ, Poentio nuptæ. Temporum inde ſucceſſu, Poentij Baro fœmina inclaruit Maria Craõ, An. 1317. quæ connubio iuncta fuerat Roberto Iani Procomitis Bellomontani filio, auctore Philippo rege. an. 1299. Ac longo pòſt interuallo, Pouentia ſimul, & Guierchea Armorica, Baroniæ Alenconiis Regulis obuenerunt, Mariæ coniugio gnatæ Iani Britonum Ducis, cum Iohanne Alenconio, Vnellorũ Comite. Sexto Kal. Quintiles an. 1396. Verùm Anna Alenconia, Montisferrati Marchio Heroina venundedit vtrámque Ditionem Karolo Coſſeo, Briſſaci dynaſtæ, Polemarcho Galliarum Kal. Ianu. an. 1561. Ex quo apparet, illuſtres *feudorum* Dignitates non ſolùm ad mulieres hæreditate transferri, ſed ab iiſdem pariter in extraneum licitè abalienari. Scriptore Vlpiano Papa, in Quæſt. 59. Cuius rei expromptum argumentum eſt, ab ipſa etiam Montisferrati Marchia in radicibus Alpium: quam Iudiciis euicit Margareta Paleologa Annæ Alenconiæ filia, iure hæreditatis legitimæ Iani Georgij Marchionis, patrui, qui inteſtatò deceſſerat.

Suprà Cap. 16. Art. 3

Inſula in flumine nata, cuius mediã partẽ tenebat, cõmunis fit eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident §. Inſula. Inſtit. De rer. diuiſ. l. 1. §. ſi inſula. ff. De flumin.

Prouence, Baronnie d'Anjou.

Gaufridus de Poentio, Sigeberti hiſtorici verbis.

Inuentarium Literarum & titulorum Alenconiæ principis familiæ.

Marie de Craon.

Baronnie de la Guierche, en Bretagne.

Iehan Comte du Perche.

Die. 26. Iunij. 1390.

'Die 1. Ianuar. 1561. Venditio facta Karolo *de Coſſé*, Dn. *de Briſſac*, Marechallo Fráciæ. *Confirmée par trãſaction du 21. Ianuier. 1564. approuuée par lettres du Roy, le 8. de Mars 1565.*

Marquiſat de Montferrat, en Piedmont.

In Patria Montisferrati, ex consuetudine, Principes alienãt bona feudalia, irrequisito Imperatore. Consil. 2 Rolandi à Valle. & Baldi Consil. 318. volum. 2. Marchio Montisferrati, Vicarius perpetuus Imperij. Ias in Consil. 251. volum. 2. Curtius iunior, in Consil. 61.

Aux Annales de Savoye, de Paradin, liure 3. chap. 4. est dit que par sentence de l'an 1536 l'Empereur adiugea le Marquisat de Montferrat au Duc de Mantoue, & à sa femme, Marguerite Paleologue, contre le Duc de Savoye.

Hinc Duci etiã Florentino, tanquã possessori, contra Ferrariensem adiudicauit Ferdinandus Cęs. ordinis præminentiam: quia Florentini Oratores præcesserãt Ferrarienses in Aula Karoli 5. Imp. Vt ait Modestin. Pistor. in Cons. 51. & Aymo. Crauetta, in Cons. 982. Sed de petitorio lis pendet in Camera Imperij. Propositio Erroris contra Arestum. *Et depuis on dit le Duc de Savoye auoit obtenu Arrest de la Chambre Imperiale de Spire à son profit contre le Duc de Mantoue, pour raison dudit Marquisat de Montferrat, en l'annee 1600. ou 1601.*

Nam vtcunque Aledramum, Marchionem primum, Otho, Saxonici generis, Imperator sibi deuinxerit feudali hoc beneficio, optima conditione, nec vllo recepto in illud obsequio seruitutéve peculiari. Haud ideo tamen rata fuit posterior, quasi liberi ac immunis fundi, donatio collata ab Ioh. Iacobo Marchione in Amedeum Ducem Allobrogum: Quippe quam hic inuito Marchioni extorserit, vt eius primigenium vinculis solueret, captum dictrictúmque arctiùs in sua Taurinorum Arce. Ea propter Margareta, quam Karolus 5. Cæsar, Marchiano *feudo* vestierat ad eum deuoluto, Allobrogicum Ducem Karolum superauit possessoria bina Sententia Mediolanensium Iudicum à Cæsare selectorum. Vti refert Rollandus à Valle, primarius Montisferrati Senator, & Patritius Casalensis, in Consil. 1. 2. 3. Lib. Consil. Parisius itidem, pro Margareta, Duce Mantuana, Iuris Responso 22. & 23. Cum his, quæ Menochius, Italus I. C. adnotauit Consil. 160. 161. & 400. Num. 31. de controuersa huius possessione ac proprietate Marchionatus. Quinetiam audio, fœminæ hæredes Mantuanos petitorio iudicio superiores euasisse circiter Sextilem Mensem an. 1593. Et Sabaudum Ducem, in Germanico Senatu Cęsareo, Supplicationis obtentu, Iudicati retractationẽ moliri.

Cap. 23.

Si le d. bas Iusticier a Bourg ou partie en Bourg nuëment tenu de luy, il a droict de y faire Four à ban: & y peult contraindre ses subiects estagiers dud. Bourg de y faire cuire leur pain, & en faire leur profit du Fournage acoustumé: pourueu que conuenablement sans perte & empirement de leur paste les subiects y puissent aller. Et prendra par confiscation le pain de ses subiects fournoyé à autre four, icelny four estant en estat. Et sera tenu ledit Seigneur de bien entretenir iond. four à ban, ou en default ou delay de ce, pourront lesd. subiects en faire & edifier en leurs maisons, ou autrement pourueoir, sans plus estre contraignables, requeste de ce preallablement faicte aud. seigneur, s'il n'y a exemption ou prescription au contraire.

De four bannal, ou four à ban.

IMÆ IVRISDICTIÓNIS DOMINIS IVS EST, PVBLICVM FVRNVM EO IN PAGO, CVI, CVIVSVE PARTI PVRE DOMINENTVR, CONSTRVERE, ET PAGANOS VRGERE AD COQVENDVM IN TALI FVRNO PANEM SVVM, CONSVETVMQVE INDE VECTIGAL EXIGERE. DVMMODÒ COMMODVS VICANIS FIAT AD EVNDEM FVRNVM COMMEATVS, CITRA PANIS SVI IACTVRAM AVT IMMINVTIONEM. ILLIS DEINDE IVRIDICIS LICITA EST MANVS INIECTIO IN PANES SVBDITÆ PLEBECVLÆ, QVI ALIBI COCTI SINT, TANQVAM SVOS FACTOS COMMISSORIA LEGE: SIQVIDEM 1.

Digitized by

DEM PVBLICVM FVRNVM DOMINVS SARTVM TECTVMQVE PRÆSTITERIT, QVEM NIMIRVM SVSTINERE TENETVR, PROBEQVE FVLGIRE. ALIOQVIN SINGVLIS VICI PAGANI HABITATORIBVS FAS ERIT, DOMESTICOS SIBI PRIVATIM FVRNOS EXTRVERE, AVT REBVS SVIS ALITER PROVIDERE. NEC DENVO ISTI AB IVRIDICIS DOMINIS COMPELLENTVR, PANES SVOS COQVERE IN ILLORVM COMMVNI FVRNO, POSTEAQVAM AB IIS EIVSDEM REFECTIONEM SVBDITI POSTVLARINT. VERVM HÆC BANNARII FVRNI SERVITVS CESSAT IN RVSTICIS PLEBEIIS, QVI VEL EIVS ONERIS VACATIONE EXEMPTIONEQVE SVBNIXI PROBABVNTVR, VEL LONGISSIMA LIBERTATIS POSSESSIONE AC PRÆSCRIPTIONE.

SPECIE ipſa prima mirum ſit, *Banni* ius molendinarij ſtare ſine Pagi dominatu poſſe, furnarij non poſſe. Id enim à veteribus Pragmaticis tractatum eſt, qui in hoc Articulo molas furnóſque publicos exæquabant. Butelerio teſte in *Summa rurali*, cuius ſcriptura hæc eſt. *Item & ſelon l'opinion d'aucuns Couſtumiers, nulz ayans droict de Bannerie ne doiuent auoir Four ne Moulin en bannerie, ſe ainſi n'eſt qu'il y ait Bour ou partie de Bourc, ou anchiſerie.* Sed reuera latum eſt diſcrimen inter vtrumq; *Bannariæ* ſeruitutis genus. Facilior enim parabiliórque eſt priuati Furni poſſeſſio, quàm Molendini: quod & maiore conſtat impenſa, nec aliis fermè competit quàm *feudi* titulo inſignitis. Furnus, contrà, in parte ædium cuiuſuis haberi poteſt, ac domeſtico ancillarum noſtrarum miniſterio exerceri, in vſum familiarem coquendi panis. Vt indicat Vlpianus Lib. 8. ad edictum l. ſi ſeruus ſeruum §. ſi furnum Ad leg. Aquil. Et in l. fluminum §. præterea ſi Furni ff. De dam. inf. Tametſi furnariam olim mulierculas publicè feciſſe memoret Tranquillus in Vitellio, & huius Cæſaris patrem ex muliere vulgari, quæ Antiochi furnariam exercentis filia extiterit, genitum fuiſſe. Proin ſeriùs panum coctura *Bannaria* imponitur ſeruitus, quàm frumenti molituræ apud Andes: quùm non niſi pagatim vicatímque ruſticorum panes decoqui oporteat in propinquo Domini Furno communi. Vt præclarè ſcripſit Iacob. de S. Georgio in Tract. Inueſtit. gloz. & cum molendinis. Idque ex priſca Francorum conſuetudine tranſlatum apparet, tali formula, *Nuns vauaſors ne puet auoir Four en vilenage, où il puiſſe fere cuire ſes homes, ſe il na Bourc. Mais ſe il a Bourc ou partie ou Bourc, il puet bien auoir Four, s'il a vaarie en ſa terre: & jdoient ſi home cuire. Et s'il j a aucun qui cuiſe à autre Four, li Sires en porroit bien fere penre le pain, quant len laporteroit de l'autre Four. Et cil ne len rendroit autre amende, mais li pains ſeroit au Segnor. Et ſe li Forniers faiſoit domache as cuiſeors de lor pain mau cuire, li Sires lor deuroit faire amender, ou il ne ſeroient pas tenu à cuire à ſon Four. Iuſquetant qui lor auroit fait amen-*

Sueton. in Vitellio Cæſ. cap. 2.

Ibi Iacob. de S. Georg ſcribit, dominum vaſallos cogere non poſſe ad panes in Furno ſuo coquendos, alibi ſito, quàm in Pago ſeu Burgo.

der lor domaches. In Lib. Gallico, *Ci comancent li Establissemẽt le Roy de Frãce selon l'vsage de Chastelet de Paris & d'Orliens & de Baronie.*

Bart. in l. si hæres §. vicis 2. De leg. 1. Burgum vocat vniuersitatem hominum approbatam : Sed nimis generali definitione, quę & ciuitatem possit complecti. De iis vicis, villa, castro, ciuitate vide Felyn. in cap. Rodulphus vers. cæterum. De Reser.

BVRCI vocabulum isthîc vsurpant Pragmatici nostrates, potiùs quàm Vici rustici, vel Pagi. Nam & Paulus Diaconus in Valentiniano, crebra, infit, per limitem habitacula constituta, Burgos vulgò nominant. Vegetius item testis est, castellum paruum, Burgum appellari consuêsse. Lib. 4. de re milit. Hinc Arcadij & Honorij Cæss. sanctio, eum qui collegio, vel curiæ, vel Burgis, cæterísque corporibus seruierit &c. De fundis rei priu. Lib. 11. Cod. Burgum quoque Pontij Leontij versibus celebrauit Sidonius Apollinaris. Qua voce itidem vsos Germanos & Belgas, palam arguunt Vicorum & Vrbium, quas illi incolunt, hactenus retenta nomina. Burgi ergo dominum esse expedit Andegauo more eum, qui proscripto in subditos Furno vti velit. Neque idcirco Gladij ius habere ei necesse est, merique imperij fasces, quòd *Bannariam* potestatem exequi nequeat citra Pagi dominatum. Nam infimi etiam Iuridici Vico pagano censentur dominari, cuius habitatores ipsi subiiciantur, lege clientelæ, aut solarij vectigalis : Tametsi alius verè Territorio præsit iure summæ vel mediæ coërcitionis, quem *altum seu medium Iusticiarium* nuncupamus. 2.

Pontiuensi More scripto *le subiect demeurant en lieu cottier & nonnoble qu'il tient d'vn seigneur ayant ban de Four, ne peut edifier four en son lieu §. 95.*

QVEMADMODVM publici Furni prærogatiua Imæ Iurisdictioni adsignatur, tanquam *Fundiarium* ius ac prædiarium : ita de iis propriè Furnis intelligitur, qui immobiles sunt & solo continentur. Alij enim in vsu fuêre quondam clibani seu Furni minores, qui quocunque visum foret, poterant transferri. Inde κλιβανίτης ἄρτος & clibanitij panes Plinio dicti. Talibus clibanis molísque frumentariis mobilibus instructam, ferunt Britannicam aciem irrupisse in Gallias, Iohanne. 2. Francorũ rege. An. 1359. Vti à Frossarto perhibetur, antiquæ illius Memoriæ magistro. Volum. 1. Cap. 207. Enimuerò mobiles Furnos, nihilò magis quàm immobiles habere subditis licet domini Iuridici, qui *Bannario* Furni iure præditus sit. Vsqueadeo, vt *Bannaria* hæc potestas iisdem, quibus Dominica ditio, finibus purè teneatur apud Andes. Nam, si qua fides veteribus adhuc patriarum Legum Collectaneis (quatenus emendatæ hæ postea specialiter non fuerunt) sic manu scriptum reperi, *Len ne puet fere Four en bourc, où il a Four a ban, & le puet le Sieur abbatre dés ce qu'il est fait, si c'est en son pouair. Mais s'il est fait hors de son pouair, comme Regale, ou en pouair de voisin, il ne le puet abatre, iusques à tant qu'il ait eu tant cuysiers dud. Sieur, pourueu toutefois que iceluy Four soit fait és metes du bourc, & peut fere applegement.* Rubr. De Seruitutibus Libri Andegauensi. Consuet. quem Claud. Ligerius ex Roman. Pandectarum ordine Titulísque digestum calamo concinnauit centum & septuaginta abhinc annos. 3.

Molins à la main, & Fours pour cuire, en l'Ost du Roy Edouart d'Angleterre, passant par Calais en France.

Patriorum Morum Codex compilatus An. 1437.

Ex hoc patrij Moris Articulo coniicere est, ordinarios Pistores minimè *Bannarij* vt pistrini, sic furni lege obligari. Qua enim ratione 4.

tione iſti molendinario *Banno* eximuntur, ne Piſtrino cuidam adſtricti publicam annonam incommodiùs procurent, eadem quoque, debent Furnaria exonerari ſeruitute. 3. §. 18. & hîc. Id quod apertiùs etiam cauit Pictonum lex, Cap. 47. Ita clientelaris fundi poſſeſſor, immunis dicitur Furnaria peræque, ac Molendinaria coërctione, pari ſcilicet vtriuſque argumento. 1. §. 30. Sed & vtrúmque ciuili modo ſumendum eſt, vt *Feudatarius* proprios in vſus duntaxat Molam Furnúmve excitet: non vt aliorum, qui publicæ Molæ ſubduntur, molenda frumenta, vel coquendos panes ſuſcipiat. 1. §. 31. Id enim haud ſine fraude captioneque, vel diſpendio ſaltem *Banni* ſui factum Dominus grauiter expoſtularet. Qualia molendini furníque *Banna* paſſim habentur in Comitatu Prouinciæ Maſſilien. Vt produnt Tranſactionis tabulæ. 3. Kal. Maias, An. 1479. inter Dynaſtam, & Vicanos *de Grauesons*, hac Latina phraſi. Item etiam tranſegerunt & pepigerunt, quod cùm de Iure communi & antiqua Conſuetudine patriæ Prouinciæ inconcuſſe obſeruata, Furni & Molendina ſint Dominorum locorum ſicut eſt & ſemper fuit de more & laudabili conſuetudine omnium Habitatorum hominum dicti loci & toto tenemento eiuſdem, vt coquant panes ſuos in Furno præfati Domini, & ſua blanda molant in Molendino dicti Domini Grauiſionis ſub certo Tributo debito & conſueto, &c. Tranſegerunt de communi conſenſu dictorum hominum, quòd nemo huius loci Grauiſionis, & etiam totius Territorij audeat facere Furnum particularem, aut Molendinum ſine licentia ipſius domini Grauiſionis & ſuorum ſucceſſorum. Et ſi qui ſint Furni de præſenti ædificati in baſtidis, domibus ſiue manſis ſitis infra locum & territorium præſentis loci Grauiſionis, quòd illi demoliantur, confundantur & deſtruantur: niſi tales Furnum habentes componant de furnagio debito ſoluendo, & licentiam obtineant ab eodem Domino illum Furnum tenendi & vtendi, &c.

Hoc §. 13. Verſ. *pourueu que conuenable ement ſans perte & empirement de leur paſte les ſubiects y puiſſent aller.*

Pict. Conſuet. Art. 47. *Les boulengers, qui cuirent pain, pour l'expoſer en vente, & debiter aux eſtrangers ſans fraude, ne ſont tenus aller au four à ban.*

§. 31. Verſ. *combien qu'ils ne peuuent faire Four ne Moulin au preiudice des Seigneurs: & iront leurs meſtayers, &c.*

Die 29 April. 1479.

5. Bannvm Furni mutuam obligationem continet patroni cum ſubdito, vt hic non priùs ſubmittere ſe Dominico furno, quàm ille Furni inſtaurationi refectioníque, compellatur. Sed in eo capite diſcrepat nonnihil Andenſis à Cenomana conſuetudine, quòd Cenomani patroni neceſſe habeant reparandos Furnos curare diſtrictè intra menſtruum ſpatium, libera alioquin ſubditis poteſtate facta, priuatos Clibanos exædificandi. §. 24. Andegauis verò nullum certum ſit reficiendi Furni tempus præſtitutum. Sed Andenſis Lex, vicinæ alterius verbis ſupplenda eſt, interpretationéque adiuuanda: quùm in cæteris ferè diei præfinitio, ius dicentis arbitrio relinquatur. Vrbaniùs certè prouiſum fuit Municipali hac conſtitutione, ſupplicem libellum à ſubditis porrigi recto Domino, antequàm priuatim ij domeſticatímque ſibi Furnos adornent. Nimirum vt hoc operis fiat petita venia, licet non impetrata. Perma-

Verſ. Andeg. Conſuet. *Et ſera tenu hd. ſeigneur de bien entretenir ſond. Four à ban, ou en deffault ou delay de ce, pourront leſd. ſubiects en faire & edifier en leurs maiſons ou autrement ſe pourueoir, ſans plus eſtre cy apres aſſignables, requeſte de ce praallablement faicte aud. ſeigneur, s'il n'y a exemption ou preſcription au contraire.*

gni enim interest similiter, consiliúmne, an consensum actui adhibendum præscribant Iura. Nam specie ista quidem, consilium petere simul & sequi tenemur: illa, non tenemur, suffragio tantum, velut dicis causa implorato. Vt Gregorius. 9. Pontif. rescripsit Decretali Epist. cùm in veteri De elect. Et Innocentius. 3. Cap. cùm olim De arbit. Nûm verò, qui instructum paratúmque Furnum habeat communem, Domino liberum sit, eius vsu absistere inuitis subditis, agitatum est olim apud Ordinem Ampliss. Res tandem diiudicata in Parlamen. Purificationis Diuæ Mariæ An. 1254. hoc sermone. Homines *de Suy, & de la Ferriere* dicebant, quòd cùm dominus Rex in dictis Villis haberet Furnum & Molendinum, ad quæ ipsi bannati erant, & semper consueuerat Dominus Rex calefacere Furnum: modò cùm bosci sint fortè solito cariores, renuit Furnum calefacere, prout consueuerat, vt dicunt, Petunt quòd ipse velit Furnum calefacere, prout ab antiquo consueuit. Magistri Curiæ respondebant eis, quòd cùm dominus Rex Furnum pro suo profectu fecisset, & calefecisset eum tandiu, quandiu vidit profectum suum, si modò non videt profectum suum, non tenetur calefacere: quia quod calefaciebat, pro profectu suo calefaciebat. Ad hæc, petebant semper homines, quòd prout calefecerat ab antiquo adhuc calefaceret. Super hoc respectum fuit, quòd non tenetur Rex calefacere Furnum, si permittat eos alibi coquere, & vt liberi sint de furnagio à dicto Furno. Ex Lib. vetusto Regestorum Curiæ Fol. 87. Vers.

Fulco Rechinus Andium Comes Canonicos S. Laudi donauit Præpositura *de Bouchemaine*, portu Theobaldi, & salariis quibusdam Annonis piscatoriisque in Ligeri amne & Meduano, *certaines distributions de sel & pescheries sur les fleuues de Loyre & de Maienne* Annum circiter. 1100. Vt nostrates Annales tradunt. Hisdem Canonicis Ludouicus Andium Dux dedit An. 1378. die. 15. Mart. *la Preuosté de Corne, Viscomté de Blazon, & de Seche.*, in compensationem Crucis aureæ & pretiosarum gemmarum, quas ab ea Ecclesia cœpisse se fatebatur, Ex Registris *de la Chambre d'Anjou*, in Camera computorum

Sententiæ duæ Iudicum regiorũ apud Andes Die. 18. Mart. & 20. Octob. An. 1570 inter Canonicos D Laudi dominos *de Ruzebourg*, & Magaretã *de Clermont*, Petr. & Renat. *les Cochelins & autres efflagiers dud. village de Ruzebourg. Assauoir que le sd. Seign. feroient cuire à leur Four à ban pour leur subiects, qui*

Nvper ex Andibus similis prodiit in Senatum controuersia, 6. non de Rege vtique *Bannarij* furni domino, sed de Regis donatario Collegio canonicorum D. Laudi ad Vrbem Andegauen. Quippe Reges prisci aut Comites Andium, queis Reges eum in Comitatum successêre, piè contulêrunt in sacros Sodales Ædis Laudi opimam ditionem Vici *de Ruzebourg*, cum multis latifundiis, Iurisdictione Furno proscripto seu *Bannario*, syluis saltibúsque lignariis in eius vsum Furni comparatis. Quo nomine etiam Pagi habitatores Dominis erogare solebant Furnarium aliquod vectigal nummarium *le droict de Fournage accoustumé*. Verùm Anno. 1569. negantibus Dominis publici Furni vsum rusticæ Plebi, mouetur lis inter ipsos apud Regium maiorem Andium Iuridicum. Huius bina Sententia damnati sunt Canonici, Furnum illum, eiúsque vsui necessaria suppeditare popularibus suis: cum lege tamen pensitationis cuiusdam pecuniariæ ab his in eam causam illîc coquendi panis: nempe vt frumentario ex Sextario quolibet, vicenos obolos inferrent, Massamvè ad eum redactam modum, cibarij panis cocti mercedem. Iudicato 15. Kal. Apriles, & 13. Kal. Nouemb. An. 1570. A quibus Sententiis prouocante Sodalitio canonicorum, Nos pro eo, *Bannum* Furni, ius esse meræ facultatis, minimè in necessitatem detorquendum: sed cui dominus Furni *Bannarij* paulo negotio renunciare possit, adiectis

ctis conditionibus, vt ſubditi domeſticos ſibi ac peculiares Furnos in poſterum adſtruant, poſſideant: liberentúrque Dominica indictione, quæ ex *Banno* Furni ab iis identidem appendebatur. Dicebam igitur, Dominos appellantes vltrò cedere iuri *Bannariæ* ſeruitutis ex Furno ſuo ipſis debitæ, commodíſque omnibus inde percipi ſolitis. Quandoquidem vulgaris illa modici æris collatio ſufficere nequeat impenſis Furni publici, ligno, aliíſque muniendi partibus Furni neceſſariis indies ad cocturam panum Vicanæ plebis. Cuiuſmodi *Banni* ceſſionem vel remiſſionem tacitè probari intendebam hoc §. 23. Andeg. Legis. Econtrariò autem allegabatur, ius Furni *Bannarij*, velut acceſſionem quandam & appendicem ditionis *de Ruzebourg*, vna cum ipſa tranſiiſſe in mancipium dominiúmque Canonicorum, antiqua illa Procerum donatione. Proin, niſi repudiata Ditione tota, ius illud repudiari non poſſe: aut Ditionis ſaltem memoribus cedendum, è quibus exciſa ligna in *bannarij* Furni vſum inſumi conſueuerint. Hactenus certè manſit lis iſthæc indeciſa, ſed (meo quidem iudicio) decidenda aduerſus ſubditos: quibus, Furni apparatum detrectante patrono, ſatis abundè fit, libera cuique Furni ſtructura permiſſa, cum exoneratione furnarij tributi, nec eò ampliùs ſua intereſſe quicquam pagani coloni poſſunt obtendere. d. §. 23. noſtræ Conſuet.

pour la viſion du groz pain de chaſcun j prier de bled payeroient 18. denier. ou de la paſte à ceſte raiſon.

Quòd ſi Furnarij banni dominus ſubdito priuatum domeſticumque Furnum permittat hac lege, ne quicquam alij eius vſum accõmodet. Num cenſeatur hic, totius Domus ſuæ locatione poſteriori, fraudem feciſſe Dominicæ cautioni & exceptioni prædictæ? Nequaquam, cùm externus Furni ſolius vſus, manente domi ſubdito, prohibitus ſit, non vniuerſarum ædium locatio. Multa enim cũ vniuerſitate tranſeunt, quæ ſola, ſingula, & ſeparata alienari non poſſent. l. in modicis. ff. De contrah. empt. l. quædam. ff. De acquir. rer. dom. Et. alioqui iniquum eſſet, ſubdito penitus bonis interdici prætextu Bannariæ ſeruitutis odioſæ.

7. His conſequenter, illud tractabitur, nûm pactus mihi & familiæ panem decoquere certa mercede, cogatur, aucta iam familia, id operis præſtare, nullo ſupererogato ſtipendio. Putà, huius conuentionis die tres mihi erant liberi, dein propagata ſoboles ad ſeptimum vſque filium. Prima fronte dixeris, indefinita Pactionis verba præſenti rerum ſtatui accommodari, non futuro, nec ad liberos poſtea natos produci oportere. Pauli reſponſo l. ſi ita De aur. & arg. leg. l. ſi cùm meus proprius D. Si ſeruit. vindic. Clem. literis De reſcr. In ambiguo enim, Pacti conuenti clauſulæ, rebus eodem habitu permanentibus, intelliguntur. Neratij Priſci leg. quod Seruius ff. De condict. ob cauſ. Enimverò hac diſtinctione ita conciliatur negotium, ni fallor cum Cepola I.C. clariſſimo, In Tract. De Seruit. vrb. præd. Tit. De Furno. Aut Furnariæ operæ ſtipulatio vniuerſim concepta eſt, aut verbis ſingularibus, vel indefinitis. Primo caſu, Furnarius pollicitationis lege tenetur omnimodò, nec, ſi mihi familiæque meæ panum coctionem pollicitus ſit, creſcente familia poteſt oneris leuamen poſtulare. Alfeni Vari argumento, in l. proponebatur ff. De Iudic. l. grege. ff. De legat. 1. Perinde enim decremento obnoxia fuit familia, ac incremento. Hæc quidem ita, ſi omnes liberi vnas cum patre incolant ædes: ſecus, ſi ab eo ſeorſum habitent. Qua in ſpecie, non vna ampliùs familia iudicabitur. Ex ratione l. Tria onera ff. De excuſ. tut. Cæterùm ſi particulatim mihi filiíſque duobus ſtipulatus ſim panis cocturam, perpetua eſt ac immutabi-

lis harum operarum obligatio: Idemque, si omnibus liberis stipulatus fuerim in tempus aliquod pacto præscriptum. Sinautem purè simplicitérque inita sit conuentio citra annorum præfinitionem, vtpote si Furnarius mihi se liberisque meis cocturum panes receperit annuo quodam salario, tunc non ideò augenda erit, minuendáve Furnarij merces, quòd adhinc annum mea aucta sit familia, vel imminuta At lapso anno variatur talium operarum pretium pro vtriusuis partis arbitratu: quasi annua hæc sit operarum locatio, singulis annis renouata tum demum pari mercede, si non aliud inter cosdem cautum doceatur. Argum. l. Item quæritur §. qui impleto D. locat. Ad extremum, promissis huiusmodi operis indefinito liberorum nomine, censetur tacitè actum de liberis natis tempore contractus, non de nascituris. Bartol. ad l. si pluribus ff. De leg. 2. l. ex meo aquæ ductu ff. de seruit. rustic. præd. l. 1. §. illud tamen ff. de aq. quotid. & æst. l. Non modus Cod. De seruitut. & aq. l. Medico ff. De aur. & arg. leg. Vetustum denique Furnorum vsum, ac priscis Romanis familiarem notat Flaccus hoc carmine.

Nec qui
Frigus collegit, Furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præstantia vitam. Epist. Lib. 1.

Du Ban de pressoirages mentio interposita est postea Lege Andium Cap. 31 non vt Torcularis quidem bannum Domini cum institueret, sed vt bannorum exempla proferret: Quum in exemplis nō quæratur veritas Vt in marginali nostra Annotat ad de 9. 31. continetur.

Andeg. Leg. §. 23. Vers *pourueu que conuenablement sans perte & empirement de leur paste les subiectis y puissent aller, &c.*

DYNASTÆ nonnulli apud Andes sibi arrogarunt ius publici 8.
Torcularis eodem exquisito titulo, quo Furnarij *banni* seu Molendinarij. Ast Torcularibus subiectio talis applicari nequit, ratione subiuncta huic Art. 23. *Modò subditi commodè, nec vlla panis sui iactura, eò possint commeare.* Nam proscripti Torcularis coërctio Dominica exerceri non posset absque maximo subditorum detrimento. Nec enim modica singulorum vindemia commodè premitur cum aliena: abs qua scilicet haud facilè separari valeat, nec multorum simul vindemia reperiri qualitatis eiusdem ac æstimationis. De *bannariis* tamen Torcularibus ex vsu confinium Regionum, Nos quædam inferiùs, Cap. 27. Art. vlt.

CAP. 24.

Digitized by Google

Cap. 24.

Mousnier, & Fournier doiuent estre condamnez & contraincts par led. Seigneur à desdomager le moulant & cuysant iusques à cinq sols aes trois dernieres cuittes ou moulies, & non de parauant, en iurant par le subiect de bonne renommée celuy Dommage: ou seront receuz à prouuer, s'ils veulent maintenir auoir eu Dommage plus grand. Et en ce cas sera receu le Mousnier ou Fournier, à alleguer ou prouuer faicts au contraire des subiects: comme dire, qu'il n'auoit pas tant de bled, ou qu'il leur a baillé tant de farine, & luy en faire prompte Iustice. Et en cas de refus ou delay du Seigneur de faire reparer les d. dommages, les subiects ne sont tenus retourner aud. Four ne Moulin, iusques à ce que le Seigneur leur ait faict raison.

1. MOLITOR, ET FVRNARIVS A DOMINO IVRIDICO DAMNANDI SVNT, COGENDIQVE INDEMNEM PRÆSTARE, EVM QVI FRVMENTA MOLAT, PANESVE COQVAT, AD QVINVM VSQVE ASSEM, EX TRINA MOLITVRA, VEL COCTVRA NOVISSIME PRÆCEDENTI: DVMMODO INTEGRE FRONTIS SVBDITVS IVRATVS ADFIRMET HOC SIBI DAMNVM ILLATVM. MAIOREM QVOQVE IS ALLEGARE POTEST REI SVÆ IACTVRAM, QVAM LEGITIMIS TESTIMONIIS ADPROBET IVS DICENTI. ET HOC QVIDEM CASV, AVDIETVR MOLITOR SEV FVRNARIVS CONTRARIAS CITANS FACTI DEFENSIONES, QVAS EVIDENTISSIMIS PROBATIONIBVS PARATVS SIT OSTENDERE. VTPOTE SI MINVS FRVMENTI FARINÆVE A SVBDITO ALLATVM INTENDERIT. QVOD SI NOLIT, AVT CVNCTETVR DOMINVS IVRIDICVS DAMNVM SARCIRE IVBERE SVBDITI DENVO NON TENENTVR FVRNVM ADIRE, AVT MOLAM DOMINICAM: QVOAD ILLE HIS DAMNI DATI NOMINE IVS REDDIDERIT.

Des Mousniers, & Fourniers bannicrs.

HVIVS Legis causam nemo non iustissimam esse confitebitur. Cùm enim fallere in quouis commercio graue est, tùm mandatas operas quisquis gesserit malitiosiùs sui commodi gratia, vel negligentiùs, cum Maiores nostri summum admisisse dedecus existimarunt. Itaque mandati fiduciævè sancitum est Iudicium, non minùs turpe quàm furti. Quid recipis mandatum (inquit Cic.) si neglecturus es, vel ad tuum commodum conuersurus? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? recede de medio, per alium transigam. Ob id quoque vetus inualuit Badagiæ Hispanorum vrbi Consuetudo, vt si molitor ciuem decepisset, nec suas cuique farinas protinus reddidisset ex frumento Mola contuso, certo æte mulctaretur Hispanico. Sic enim prisco illo Badagiorum More ferebatur, *Mochilone che vez destaggiare & fara auiesso,*

Hispaniæ huius Consuet. verba Gallicè ita exprimuntur. *Si en Badagios vn mousnier a cõuenu auec quelque citoyen de luy moudre son bled, & qu'ily face faulte, ce*

meusnier soit tenu à partie, en. 5. Iules pour-suyu que partie prouue sa connuation, & que le meusnier luy a fait attendre son bled.

paghi à chi glie lo fermaca, cinque giuli. Et se prendra alsadia alcuna, si à encepado. Lib. 3. Epistol. Antonij Gueuaræ, chronographi Karoli. 5. Imper.

IVRE Roman. præstamus factum liberi hominis, qui eo in ne- 2.
gotio, cui à nobis præfectus sit, grauiùs deliquerit: In seruo autem nostro, mitiùs agitur nobiscum, velut in domestico Malo, si eundem noxæ dedere parati simus. Ex Vlpiani Lib. 38. ad Edictum l. vn. Furti aduersus naut. Nec aliter Domini Molæ Furníque *bannarij* tenentur exhibere damnum passis, vel iudicio castigare Furnarios suos seu Molitores, qui perfidè versati sint in panum coctura publica, vel frumenti subditorum molitura. Alioquin priuantur Domini Molendinaria ista, vel Furnaria in subditos potestate. Id quod non Andibus modò receptum est Vsu ritúque communi, sed in reliquis penè Francorum Prouinciis, quæ Moribus administrantur. Indicem huius rei profero Codicem forensium Antiquitatum Galliæ, subiecta clausula, *Et se einsinc auenoit, que li Moniers feist domache à aucun de seZ MoulanZ de son blet moudre, & cil veniſt au Seignor, & li deiſt, Sire votre Moniers ma fet domache de mon blet, faites le moy amender, li Sires doit mander le Monier pardeuant li, & li doit dire. Ciſt hom ce plaint de toi, que tu li as fet domache de son blet, & le nomera, Et se li Moniers dit ie man deffan, & li autres die, ie le prouueroy: Si li doit len faire son domache amender, s'il i a plus de 12. den. par son sairement, & s'il i a moins, par sa foy. Et einsinc doit len entendre, que nus Moniers na point de deffanse sor son Molant. Mes il doit iurer ou fiancier qui i a bien au itant de domache en la garde du Monier. Einsinc auroit li Molant lor domache, come nos auons dit deuant. Et se li Sires ne le vouloit fere rendre lor domaches, il ne seroient plus tenu de modre à son Molin iusque tant qu'il lor auſt fait amender, ne li Sires ne les en porroit efforcier par droit.* E Lib. manu exarato, *Ci commancent li Establiſſement le Roi de France selon l'vsage de Chastelet de Paris & d'Orliens & de Baronie.* Idem omnino cautum veteri Francicæ ciuilis Scientiæ Volumine cuius inscripto talis est, *Ci comencent li eStatu dou Reyaume de France* Cap. *De droiture de Molins.* Nec absimilem Gallorum morem prodit Buteleríus in Summa Rurali, Tit. *Du droict aux bannerez.*

Vers Andeg. Legis *en iurant par le subiect de bonne renommée celuy dommage, ou seront receus à prouuer s'ils veulét maintenir auoir eu dommage plus grãd. Et en ce cas sera receu le meusnier ou fourmier à alleguer ou prouuer faict au contraire des subiects, comme dire qu'il n'auoit pas tant de bled, ou qu'il leur a baillé tant de farine, & luy en faire prompte iustice.*

IN REBVS minimi dispendij statur litigatoris sacramento qui 3.
vir bonus vulgò habeatur, Bald. ad l. Id quod pauperibus Cod. De Episc. & Cler. Nempe in damni æstimatione dati à pecore alienum fundum depascente, vel à frumenti molitoribus publicis, panúmve coctoribus. Sicuti Nos plenius 3. Cap. 11. & hoc Cap. 24. Tales Municipiorum Constitutiones, quibus iusiurandum parti defertur, probatæ sunt Iure communi. Ex dictatis Speculat. §. vltim. Vers. sed pone *Statutum* De probat. Bald. ad Cap. vlt. De his quæ vi, met. Cum his. quæ ab eodem adnotantur in l. antepenult. Cod. Ad L. Aquil. Vers. quæro, dicit *Statutum*, quòd in damno dato stetur iuramento accusatoris. Sed huiusmodi fides sacramenti in Molitores

Digitized by Google

tores ac Furnarios fraudatores, non protenditur vltra quinum æris assem Moribus Niuernens. §. 13. Tit. De Furnis, Molis, eorúmque *Bannis*. Armorica verò Consuetudine, iuranti creditur in molitorem, nullo pecuniæ modo præstituto: nisi antea molitor illum interpellasset de frumento suo coràm dimetiendo. Artic. 385. Quin & Turonum Ius Municipale sinit, priuatum quemuis violentas manus in res molitoris iniicere, qui præscripta mensura farinam reddere neglexerit. Cap. 15.

4. VT Iusiurandum Patrio Ritu delatum actori constringimus exigua summa quinque assium: sic in maiori, recipitur vtrinq; testium inquisitio ac probatio. Optimè, quùm & in litem iuretur duntaxat ad certam vsque nummorum, quam Iudex præfinierit quantitatem. VT placuit Vlpiano l. videamus §. sed an iudex De in lit. iur. Sed etsi iuriiurando in litem accedere debeat Gallico vsu aliorum testimonia de controuersæ rei opinione populari: iurantis vtique aduersarius non auditur contrarias proferens testationes, nec diuersæ partis testes in ius potest adducere. Fraudis enim odio maleficiíque ipsius, contra quem iuratur in litem, dubium factum * μονομερῶς ad probatur Iudicanti. Quùm enim semel liqueat, Titium ædibus suis vi deiectum fuisse, tunc de nummorum aceruo, aliorúmque inde raptorum fides petetur Iudiciario Titij sacramento, cum leui quadam vulgaris de eo famæ testificatione. Reo autem, citandi in contrarium testis spes omnis præciditur. Imol. ad l. Qui bona §. qui damni ff. De damn. inf. Et in Cap. proposuisti De probat. Ex Zenoniana leg Si quando Cod. Vnde vi. ac ita demum Senatus propalam, Nobis adstantibus, multoties pronúciauit, sigillatímque ex causa pridem acta in excelso illo Curiæ Tribunali à Bruxella, forensi patrono. Putésne verò, in specie Andium Moribus proposita, litigatori per procuratorem iurare licere? Credo equidem, modò idipsum expressim mandatum sit, vel is qui deierat, in rem suam procurator extiterit. Paulus I. C. l. Iusiurandum quod ex conuentione §. procurator De iureiur. Aſt de in litem iurando non idem responderim: quùm præsumptum sit, alium istîc iurare non posse quàm dominum litis, nec cuiquam iurare fas sit Papiniani iudicio, quàm ei, qui litem suo nomine fuerit contestatus. l. 7. De in lit. iur. Idem dicetur de interrogationibus in iure faciundis, quæ propria litigatoris voce edendæ sunt, nec alieno vicariæ operæ ministerio expediendæ. Sicuti regia Gallorum Lege statuitur Ruscinonensi. §. 6. Argum. l. 4. ff. de interrogat. action. In verb. ex sua in iudicio responsione. Tametsi Romanum de Procuratoribus edictum prohibitorium sit, & in pecuniariis ciuilibúsque negotiis maneat cuique libera procuratoris datio, cui interdictum non fuerit nominatim. l. Mutus ff. De procur. Cætetùm in specie patrij huius Moris Andium, non est cuiusuis, de damno sibi illato à Furnariis aut Molitoribus Dominicis deierare vel ad quinum vsque assem,

Damni subditis illati à molitore Dominico fides non fit illorum sacramento, quoties damnum pluris quinò asse æstimarint.

* Vna ex parte tàntùm.

In famoso iuramento in litem, solus Actor ad probãdum admittitur rei suæ valorem *par la commune renommée*. Tiraquell in Retractu lineari §. 1. Glo. 1. Num. 18. & seqq.

Edictum *de Roussillon, pour le Reiglement de la Iustice.*

In Vers. *En iurant par le subiect de bonne renommée celuy dommage*

sed tàtùm spectatæ probitatis virûm integræque existimationis. Eadem ratione M. Catoin) Orat. quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit,) ita esse Maiorum ritu obseruatũ ait, vt si quid inter duos ageretur, neque tabulis neque testibus planum fieri posset tum apud Iudicem qui de ea re cognosceret, vter ex iis vir melior esset, quæreretur. Et si pares essent, seu boni pariter, seu mali, tum illi vnde petitur, crederetur, ac secundùm eum iudicaretur. Quemadmodùm narrat in Gellianis noctibus Phauorinus Lib. 14. Cap. 2.

Vers. Andeg. Leg. (§. 24.) *En cas de refus ou delay du seigneur de faire reparer lesd. dommages, les subiects ne sont tenus retourner aud. four ne Moulin, iusques à ce que le seigneur leur ait faict raison.*

§.

VICANIS succursum est nostrate Consuetudine aduersus Vicidominos, qui detrectent morentúrve Iuridicum suum munus curámque damni restaurandi: quod illis datum sit à Dominico Furnario, vel Molitore. Nam plebeij exinde patronum agnoscere non tenentur, Furnarias petentem seu Molendinarias pensitationes: quibus tandiu mulctabitur is, quandiu moras nectet sarciẽdo illorum damno, vel vt sarciatur, procurando. Nimirum per quæ quis peccat, per eadem torqueatur, necesse est. Nec omnis quidem Dominica potestas patronis aufertur, torpentibus in hoc rei Furnariæ vel Molendinariæ officio: at temporarium exercitium Furni, Molæque communis. Sic etiam Iuridica potestate exuitur, eiúsve saltem vsu, quisquis subditis dicundo iuri minimè aduigilet. §. vltim. De for. fidelit. In Feudis. Et ibi Bald. Raynald. ad Cap. Imperialem §. præterea Vers. vnum non omitto Tit. De prohib. feud. alien. per Fridericum. Argum. Cap. 1. §. Item qui domino Tit. Quæ fuit prim. cau. benef. amitt. Huc alludit priscus ille Francorum mos, quem Petr. Fonteneus scriptum posteris tradidit, Magister quondam supplicum Libellorum in Aula Principis Ludouici Diuæ memoriæ, hoc modo. *Quant aucuns se veut partir de la Court son Seigneur, pour la defaute qu'il a trouuée, face son auersere semonre en la Court le Roy en la Chastelerie, où li auerseres estoit, quant li plez fu entames de queque li plez soit ou de crime ou de dete, ou de conuenance, ou deritage. Et se li Sires demande sa Court, len doit oir le plet de la defaute, & se ele est prouée, li plez demeure laianz, sans autre domache que li Sires en ait.* In Lib. Cist Liures est apelez li Liures la Reigne, & enseignedroit à sere & Iustice à tenir treseſpeciaument.

P. de Fontaines, Maistre des Requestes du Roy S. Louys.

Cap. 25.

Digitized by Google

Cap. 25.

Et eſt à entendre, que leſd. Muſniers, oultre leur payement & droict de mouture, ſont tenus rendre de. 12. boiſſeaux de bon blé ſec & net, 13. boiſſeaux pour le moins de farine, comblez & paeſlez au boiſſeau, qui aura au parfond le tiers de ſon large. Et pourront (ſe bon leur ſemble) leſd. Muſniers faire meſurer en preſence de ceux qui baillent led. bled, iceux bledz qui leur ſeront portez ou baillez à mouldre. Autrement ils ſeront tenuz en rendre tel nombre de bled, que celuy ou ceux qui l'auroient porté, offriront iurer, s'ils ſont gens dignes de foy, ou la farine à la raiſon deſſuſd.

1. SCIENDVM EST, DOMINICOS MOLITORES TENERI, DEDVCTO ETIAM MOLITVRÆ VECTIGALI SVBDITO REDDERE EX DVODENIS MODIIS FRVMENTARIIS MODIOS FARINÆ TREDECIM: QVOS IDEO PRIVS ADMETIRI OPORTET IVSTO MODII EIVS MODVLO, CVIVS ALTITVDO TERTIAM LATITVDINIS PARTEM EXÆQVET. MOLITORIBVS NECNON LICEBIT, SI LVBET, FRVMENTA CORAM IIS METIRI, QVI MOLENDA EA IN FRVMENTARIVM PISTRINVM ADVEXERINT. ALIOQVIN COGENTVR MOLITORES, FRVMENTI TANTVMDEM, VEL FARINÆ PROPRIETARIIS RESTITVERE, QVANTI FRVMENTORVM VECTOR IVRAVERIT, SIQVIDEM FIDE DIGNVS HABEATVR.

NON vna eádémque eſt molituræ merces, aut cocturæ panum Moribus præſtituta: ſed pro cuiuſque Regionis conſuetudine variatur. Angoliſmenſes enim publico molitori addicunt ſtipendij nomine decimam ſextam frumenti partem, niſi aliud ab eo cum ſubditis conuentum oſtendatur. §. 31. Legum Engoliſmen. Baionenſi verò iure municipali capit dominicus Molitor decimam octauam frumenti Mola tritil, & Furnarius denariolos tres ex ſecundarij panis coctione, ſenos autem ex primario ſeu candido pane cocto, Tit. de furnariis & molitoribus. Cuiuſmodi Baionæ Conſuetudines publicis chartis mandatæ ſunt Principali iuſſu à Mondoto Martonio, Protopræſide, & Compagneto *d'Armandarits*, Regio ſenatore in Curia Burdegalenſi: quæ ſic compoſitos digeſtoſque Prouinciolæ Mores comprobauit. Decreto. 5. Iduum Iuniar. An. 1514. In ſumma, publicus molitor, ſubducto moliturę ſalario, tenetur præſcriptis modulis emenſa populo frumenta reddere, quæ in triticariam Molam ab eo inuecta fuerint.

Droict de Mouture ou de moulage, Droict du Fournage & du fourniar. Sed quidam Andium molitores cauillati ſunt, ſe tantùm ex tritico debere reddere. 13. modios farinæ, non ex alio frumenti genere. hoc §. in ver. *de bon blé*. At patrio more loquendi bladum intelligitur de omni eius ſpecie. ſupra §. 14. in ver. *Moulin à blé*. Et argum. §. 18.

S. C. Burdigalenſe die. 9. Iunij. An. 1514.

2. IDEOQVE minimi Iuridici molitoribus conſultum eſt Andegaua lege, vt frumenta, quorum molituram ſuſcipiant, prius dimetiantur. Alias tantum frumenti numerum repræſentare debent, quantum intuliſſe ſe in molam frumentariam vectores ipſi deie-

rarint. hoc §. 25. Atqui, dices, iuranti non creditur vltra æris asses, quinque. ſ. Cap. 24. Admitto, ſed ibi agitur de damno dato à molitore, & ex tribus quidem molituris anterioribus odiosè repetito: Hîc autem, de re ipſa minùs ex fide reddita, nec de damno ſolùm rei accedente, cuius æſtimationem longè ſuperat fauor rei ipſius reſtituendæ. Quùm igitur molitorem certa menſura accipere reddereque populi frumenta ſit operæpretium, publicè expedit, eundem ſemper habere domi iuſtas ſtateras modióſque frumentarios, ne alteruter in eo circumueniatur. Id quod nominatim Pictones ſui Municipij lege ſanxerunt. Art. 36. & 37. Neque ab his diſſident ciuici Baionenſium Ritus, (de quibus ſ.) hoc verborum tenore. *Les Seigneurs des Moulins peuuent tenir és maiſons de la deſcharge ou charge du bled & farines de leurs Moulins, poids pour poiſer les bledz & farines de ceux, qui portent bled pour mouldre, ſans toutesfois en prendre aucun droict.* Haud tamen idcirco imæ Iuriſdictioni tribuitur ius frumentariæ Menſuræ dandæ, ſed medio Iuridico Moribus reſeruatur. i. §. 40. Nam mediæ Iuriſdictionis domini regulariter ſubditis condicunt ſtatum ligitimúmque Modiorum & heminarum modum. Solebat autem Romæ

-de Menſura ius dicere, vaſa minora
Frangere pannoſus vacui. Ædilis Vlubris. vt ait ille.

Nuperrimè de eo conſultus fui, num molitor bannariæ Molæ frumentariæ teneatur ſuis iumẽtis ſubditorum farinas reuehere in eorum domos. Reſpondi non teneri. Argum. §. 14. huius Conſuet. in ver. *Et ne ſont point la beſte, harnois, ne ſacs conſiſquez*, & §. 16. In ver. *le ſubiect qui a amené ſon bled au Molin de ſon Seigneur &c* Secus ſi diutino vſu & poſſeſſione contrarium fuerit obſeruatum. Arg. §. 21. in ver. *s'il n'y a preſcription au contraire.*

Romani quoque Ædiles, lectos in via publica poſitos concidi iubebant Apud Iulium Paulum l. lectos De peric. & comm rei vend.

SED de menſurario iure, & aliis mediæ Iuriſdictionis muneribus apud Gallos, plura Nos poſthac, Tit. De media *Iuſtitia.*

Cap. 26.

Le ſubiect, qui a mené ſon bled au Moulin de ſon ſeigneur, quand ſond. bled a ſeiourné par. 24. heures au d. Moulin de ſon Seigneur, ſans eſtre moulu, il peut mener pour celle fois moudre ſond. bled à tel Moulin qu'il luy plaira.

Huc ſpectat Gallicum vulgare Adagium, *qui ne peut à vn Moulin, boit à l'autre.*

SI SVBDITI FRVMENTVM IN DOMINICAM MOLAM INVECTVM SIT, ET POST. 24. HORAS QVAM RECEDERIT INIBI, MOLITVM NON FVERIT, SVBDITO FAS ERIT, HAC VICE FRVMENTVM ALIÒ DEVEHERE, QVA LIBVERIT MOLA CONTERENDVM. I.

SIMILI prorſus lege tenentur Nouiodunenſes ad Ligerim amnem, (De Furnis, & Molendinis) Angolimenſes item, §. 30. Pictones 44. Nam alimentorum præcipua vtique cauſa eſt, quæ nec feriarum dilationem admittit. Vt Antoninus Cæſ. edixit, l. 1. De alim. pupil. præſt. Ac Valentin. & Valens Augg. l. publicas De feriis, in Ver. piſtoriis quoque cauſis. Atque adeo in celerem molituram piſturámque panum incubuit Romana Politeia diligenter Vt teſtatur Ouidius hoc Poëmate.

Conſuetum. de Neuers. Mutuus eſt officiorum nexus obligatioque reciproca Dominorum ac ſubditorum: vt illis munus ſuum deferentibus, hi viciſſim obſequio minimè obſtringantur.

Ecce

Ecce coronatis panis dependet aſellis,
Et velent ſcabras florida ſerta comas.
Sola priùs Furnis torrebant farra coloni, Faſt. Lib. 6.
Et fornacali ſunt ſua ſacra Deæ:
Suppoſitum cineri panem focus ipſe parabat,
Stratáque erat tepido tegula caſſa ſolo.
Inde focum ſeruat Piſtor dominámque focorum,
Et quæ puniceas verſat aſella Molas.

RECTE igitur publicis molitoribus præceptum eſt Iure ciuili noſtræ Prouinciæ, vt quantocyùs plebeiorum frumenta molant intra 24. horas: ſin minùs, illis permiſſum, eadem in alienum transferre Molendinum. Id quod Tholoſani etiam Senatus Decuria in Iuridicis Conuentibus Anicienſ. decreuit vniuerſim. Iudicato pridie Nonas Octob. an. 1548. Atque hæc eſt vnius diei præſcriptio, ciuilis ac Romani, qui conſtat horis 24. Nam Gellius ex Varrone refert, Romanos ſolitos eſſe, dies ſingulos annumerare à media nocte. Qua ratione cùm anni eorum, qui ſuprema condunt elogia, computentur à die ad diem, valere dicitur teſtamentum, quod fecit quis pridie Natalis ſui poſt dimidiam noctem. Ælij Martiani I. C. l. Qua ætate De teſtam. Horarum itidem initur computatio iure Quiritum l. 2. ff. De verb. ſignif In Tabul. XII. numerantur Diei partes, Meridies, Solíſque exortus vel occubitus: veluti, Ante meridiem cauſam coniicito, &c. Horæ non nominantur, auctore Cenſorino, in Lib. de die natali. Porrò 20. horarum præſcriptionem tractat Decius, in ſuo Opere de Præſcription.

Areſtum Tholoſanũ in magnis Diebus *du Puy en Velay*, Die 6. Oct an. 1548. Quod refert I. Paponius Areſt. Lib. 13. Tit. 8.

Cap. 27.

Les ſubiects ne ſe peuuent exempter de non aller au four ou moulin de leur Seigneur, ayant droict de four & moulin: & poſſeſſion d'eſtre allé ailleurs ne leur vault pour moins de temps que de 30. ans, ayant led. ſeigneur durant leſd. 30. ans ſeſd. moulin & four en eſtat, & demourans ſeſd. ſubiects en lieu, qu'il les ait peu contraindre à ce.

1. SVBDITI EXEMPTOS SE IACTARE NEQVEVNT FVRNARIA AVT MOLENDINARIA DOMINORVM COERCITIONE, NEC VLLA IVVANTVR LIBERTATIS POSSESSIONE ALIENI FVRNI PISTRINÍVE PETENDI: NISI DOMINICO ABSTINVERINT CONTINVIS TRIGINTA ANNIS, ALIÓQVE DIVERTERINT. QVOD ITA QVIDEM ACCIPIENDVM EST, SI INTEREA ET PATRONVS SARTVM TECTVM MOLENDINVM FVRNVMQVE ET SVBDITVS DOMICILIVM HABVERIT EO LOCO, VNDE DOMINICAM IN MOLAM CONFERRE SE, VEL FVRNVM COGI POTVERIT.

TRICENA præſcriptione tolluntur Iuſta patronalia, *bannaria* Minori autem 30. annorum tempore, &c

Digitized by Google

uidua receptio partis annui debiti non præiudicat indiuiduitati ipsius in posterum Iaſ. in l. ſi creditores Num. 1. C. de Pact. vbi, de vſurario debito.

etiam Molæ iura, apud Andes. Vt præmonuimus Cap. 16. artic. 4: & §. 17. (artic. 4.) patriæ Conſuet. Indiuiduæ quoque ſolarij penſitationi videtur dominus renunciaſſe diuidua illius perceptione quotannis triginta abhinc annos. ï. Cap. 470. Sed Molendinaria ſeruitute vel Furnaria, cenſeas forſan, ſubditum nuſquam tempore liberari: quùm talis ſeruitus non habeat certam continuámque poſſeſſionem. Nemo enim tam perpetuò támque continenter ire poteſt, vt nullo momento eius poſſeſſio interpelletur. Sicuti de ſeruitute diſcontinua reſpondit Paulus Lib. 15. ad Sabinum l. ſeruitutes De Seruitut. At Romana lex iſthæc loquitur de ſeruitute odioſa vſu capienda, Mos noſter de libertate contra ſeruitutem acquirenda tempore &adſtruenda. Ex quo verius eſt, ſubditos, tricena libertatis poſſeſſione, ſolui lege molendinariæ, furnariævè ſeruitutis.

Clauſula, *ayãt led. ſeigneur, durant led. 30. ans, led. moulin & four en eſtat, & demeurans ſoſd. ſuiects en lieu, qu'il les ait pu contraindre à ce.*

QVIA verò accidit interdum, Dominica piſtrina ruinam minari, nec ritè fulta refectáque exhiberi ſubditis, quò publicis iſtorum vſibus inſeruiant, Rogo, nûm interim locus ſit in ea longiſſimi temporis præſcriptioni. Huic quidem aduerſari putes noſtræ Conſuet. clauſulam ſuprarelatam. Quaſi velit, iuſta Dominica, diutinæ libertatis exceptione non ſubuerti, quandiu patronus agere pro ſuo iure nequiuerit, ex vitioſo ſcilicet Molendino vel Furno. Nam etſi nulla hactenus frumentaria Mola fuerit penes infimum Iuridicum, haud propterea longi temporis ſuffragio tueri ſe ruſticus in eum poterit libertatíſque poſſeſſione. Quùm enim libero Domini arbitrio permiſſus ſit *Bannariæ* molæ vſus & exercitium, huic meræ facultatis iuri non præſcribitur quantocúnque annorum curriculo. 3. §. 17. Ioh. Andr. ad Cap. vlt. De Conſuet. In 6. Sic Romanus Cæſar Statilio Tauro reſcripſit ſecundùm eos, qui ex fundo Satriano aquam ducere ſoliti erant. Licet enim fons, qui erat in eo agro, poſtmodùm exaruiſſet: quia tamen ex hoc deinde fonte aqua fluere cœperat, obtinuerunt illi à Rom. Principe, vt quod ius non negligentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur. Vt Attilicinum dixiſſe memorat Paulus I. C. leg. 35. De ſeruitut. ruſt. præd. Pone item, Liguribus datum priuilegium Doctoratus Inſignibus ornandi cuiuſuis, nec vllum decennio toto obtuliſſe ſe Doctoratus candidatum, haud ideò euaneſcet priuilegiaria conceſſio. Gloz. in Cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif. Contra Bartoli opinionem in l. 1. ff. De Nundin. vbi de Aretinorum priuilegio conſimili. Proximè verò ad inſtitutum noſtrum, placuit Viris prudentibus, clientelaria obſequia, vel operas patrono debitas non intercidere hoc prætextu, quòd patronus dudum talia officia ſeu miniſteria *feudi* non exegerit à clientulo. Nullus enim fortè occurrerat interea caſus, quo beneficiariis obſequiis Dominus indigeret. Ioh. Andr. in addit. ad Speculat. Tit. De Feudis. His ſuffragantur, quæ Bald. & Angelus plenè de *feudariis* oneribus minimè obnoxiis præſcriptioni, Ad l. Hæc autem. . De ſeruitut. vrban. præd. Quare primo obtutu probabilius

2.

Idem ſenſit Panor. in Cap. ad audientiam De Reſcrip.

eſt,

eſt, molendinaria Dominorum iura tùm demum triceno obliterari ſilentio, quùm illi medio tempore paratum habuerint Piſtrinum, molituræque frumentorum idoneum.

3. AT Nos variis caſibus temperandam hanc exiſtimamus ſententiam. Vt enim præſcripta Conſuetudine introductum eſt olim *bannum* Molendini vel Furni, (ex Boërio fusè in Deciſ. Burdegal. 125.) Ita contrario vſu poſſeſſionéque fauorabiliùs tollitur molendinaria ſeruitus, piſtrino libertatis natiuæ ſtatu reuocato. Argum. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. De Pact. Vnde ſi, patrono quùm deſit Mola frumentaria, ſubditus propriam ſibi adſtruxerit exercuerítque perdiu, haud dubiè vſucepit *bannarij* Piſtrini immunitatem perpetuam. Nam qua ex die molendini nouum opus à ſubdito factum apparuit euidenter, inchoata eſt temporis præſcriptio, tanquam à die iuris *Bannariæ* molæ detrectati. Quemadmodùm in ſimili iure incorporeo præſcriptionem auſpicamur à die iuris huiuſce negati & contradicti, vt forenſe verbum vſurpem. Caſtrenſ. in l. 2. Cod. De ſeruitut. & aq. Quibus conſonat Niuernenſium Mos §. 2. Tit. De Furnis, & Molendinis. Idque Andium Conſuetudini aptandum opinor, à contrario ſenſu huius §. 27. Si ergo ruſticus ad alienas Molas frumentarias non emigrarit, vt clanculum fieri aſſolet, ſed propriam ſibi domeſticámque palam erexerit, relictus videtur præſcriptioni temporum locus. Rurſum ſi patrono ſuperiori, nihilò magis quàm inferiori, ſuppetat Molendinum, ad quod ſubſidio Vicani poſſent ſe conferre, deficienti *bannaria* Mola proximi Domini, eo caſu valet libertatis vſucapio immunitatíſque *banni* molendinarij. Nam, vt alia aliam Lex interpretatur, ideò exploditur hoc Legis capite præſcriptio libertatis in *bannum* Dominicum, quia populares interim neceſſe habeant, in ſuperioris patroni Molam proficiſci: quoad proximus inferiórque patronus nouam excitet illorum vſui idoneam ſuprà §. 16. Qualis poſſeſſio ſuperioris patroni tuetur ſeruátque dominicum ius clientis ſui in ſubditos, ómni eius temporis præſcriptione ſummota ſuprà Cap. 17. Quùm igitur neutri patronorum frumentaria Mola adfuerit, verius eſt, plebeios qui aliò frumenta ſua molenda euexerint, diutino hoc vſu ſibi libertatem *Banni* acquirere: præſertim ſi initio propinquum Dominum teſtatò conuenerint, vt Molæ apparandæ operam nauaret. Præterea tolerabilis eſt *Banni* dominici præſcriptio à parte alterius recti Domini, cuius Molendinum, alieni ſubditi pactis conditionibus petierint ſpatio 30. annorum. Nam hac in ſpecie, admittitur patronorum inter ipſos vſucapio, quæ, à popularibus ipſis in patronum tentata, minùs probaretur.

Boërius ibi tractat an Molendinum vel Furnum habens dominus ſuos prohibere poſſit alio ire, & antiquas conſuetudines in Molendinorum cõmoditatibus eſſe ſeruandas.

§. 2 Inver Per 30. ans apres la contradiction.

§ 27 Inver. & poſſeſſion de tre allé ailleurs, delaiſſe vaut.

Secus ſi libero, ac familiaritatis iure ruſtici diu multúmque ierint in Molendinũ extraneidomini, nulla adiecta pactione: Quo caſu hic vſu nõ capit bannũ Molendini. i. cap 28.

4. QVÆ Andium Lege hac dictantur de præſcriptione Piſtrini vel Furni communis, ea quoque vinariis Torcularibus accommodantur Cenomana Conſuetudine. Artic. 28. 29. 30. 31. & 32. Cenomanis enim vſitatum eſt publicorum Torcularium ius, noſtris incogni-

Torcular, lacus & Prælum hoc diſcrepant inuicem, quòd Prælum ſit trabs qua calcantur vuæ: Lacus, qui cõtinet muſtum prælo ex vina-

Digitized by Google

ceis expressũ. & trãstittit, vt in dolia cõdatur, teste Columella. Torcular verò, totum ipsum est instrumentũ siue machina, cuius structura à M. Catone in Re rustica pulchrè depingitur.

tum: ita, vt paganorum vuæ ex vitibus recto Domino subditis illic premantur torcularia Domini cella, modò hæc à vineis rusticorum haud longiùs mille passibus distet. Tale autem onus eò grauius est vineæ possessoribus, quòd suis Villam quamque vasis torculis instructam habere pergratum sit. Cato enim, ad Villam, inquit, quùm venias, videto vasa torcula, dolia, multáne sint. Cap. 1. (Lib. de re Rust.) Quod & Varro apertè indicans ait, centum habenti iugera opus esse Torcularibus trinis instructis. Viginti planè iugeribus vnum sufficere torculum, tradit Plinius Veronensis, Lib. 18. Cap. 31. De torcularia item cella, M. Cato exactè in Lib. de re rust. Cap. Quomodò torcular & cellam oleariam parare oporteat, & cap. Torcularium si ædificare voles. Tum insignis auctor Columella, Lib. 1. cap. 6. ac Lib. 12. cap. 50. Olea certè comprimis Torculari premebatur antiquitus, & integra fiscinis nouis includebatur prælóque subiiciebatur, vt quantum posset, paulatim exprimeretur. Vti scitè edocet Vlpianus ex Neratio Prisco l. sed addes §. illud. Vers. quòd si regulis olea prematur. ff. Locat.

Vlpianus illic torcularis instrumentũ exponens, fiscos, prælũ, suculã regulas, tympanũ, trochleã enumerauit. Erãt autem torcularia alterius generis apud Antiquos, quàm apud nos passim videamus. Vt ex Vitruuij Architectura colligitur Lib. 6. Vbi, torcular, inquit, si non cochleis torquetur, sed vectibus & prælo premitur, ne minus longũ 40. pedes constituatur. Ita enim erit vectiario spatium expeditum.

PROSCRIPTI verò Torcularis Dominicum ius, quod lege sanxerunt Cenomani, cur non & Andibus Vsu inoleuit? Ætiologia est, quòd rariusculæ Municipum illorum vineæ leuiorem fecerint publici Torculi seruitutem minúsque onerosam. Vnde fit pariter, vt Dominicum vnum Torcular premendis subditorum vuis pagatim sufficiat. Andensium portò vbertas vitium non modò pluribus subditis onus imponeret grauissimum, sed & dominis ipsis plurium structura torcularium. Quippe Andium tellus vitiferos habet colles generosissimo vino nobiles. Haud secus, ac Falernus Campaniæ ager, eximiis olim vineis celebratus, apud Flaccum, qui Mœcenatem sic inuitabat ad cœnam. 5

Tibullus. Nunc insit, mihi fumosos veteres proferte Falernos.

Antiquiss. Poëta Apollonius.

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vuam, mea nec Falernæ
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

AST, vel Plinij quidem seculo, exoluerat Falerni vini celebritas culpa Agricolarum, copiæ magis studentium quàm bonitati. Vt ipse percenset, Natur. Hist. Lib. 14. cap. 5. Nostratis autem vini etiamdùm præstátiam alieno relinquimus iudicio, non nostro: ne aliorum sententias feruentiore in Patriam studio nostro metiri velle quadantenus videamur. Hunc modò probatissimum rei Arbitrum supprimere nequimus, Apollonium, Historicũ vatem: cuius Tetrasticho, 6.

Est iuxta æquoreos Vrbs dura in rupe Britannos,
Et Cereris diues, & Bacchi munere plena,
Andegaui Græco sumens à nomine nomen:
Hanc Sarrone patres struxerunt Principe Gallo.

CÆTERVM vbicunque *Bannaria* exercentur Torcularia, continuò retentus est Mos, quem vetustus Codex practicus sic commemorat.

Digitized by Google

morat. *Item par la Couſtume des Preſſoirs banniers, de quelconques Vignes bannieres, dont le marc ſoit apporté à ſon Preſſoir bannier, iamais le marc n'en peut eſtre emporté ſans le conſentement du ſeigneur, mais d'autres vignes.* In Lib. *Le grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique.*

6. HÆC vtique de publicis Torcularibus ſcripta ſunt non Cenomanis ſolùm, aliiſve Municipibus ei *Banno* ſubditis Lege ſua prouinciali, ſed Andegauis etiam, cæteriſque, ex priuata Dominorum quorumdam poſſeſſione *Banni* longiſſima. Nàm &, quod minùs ſimile veri ſit, in Patria Iuris obtinuit vſus poſſeſſióque *Bannarij* Torcularis diuturna, nec in Vicanos tantùm ignobiles, ſed & genere illuſtres: ne in talis *Banni* finibus domeſticum vllum torcular extruerent. S. Conſulto 11. Kal. Ianuar. an. 1552. ſecundùm Claudium *de Leuis* Baronem *de Couſan* in Foreſio Comitatu, aduerſus Dn. *de Chalmaze l.* Vt à I. Papone relatum eſt, in eo Comitatu, regio Proprætore. Conſimiliter in Barroducana regione, quæ ſuperiori Senonum Præfecturæ ſubeſt, nonnulli Dynaſtæ ius habent communis Torcularis, longæuo vſu partum intra metas *feudi* ſui poteſtatíſque Iuridicæ. At nuper in Senatu, ad quem ex appellatione delata erat controuerſia, hæſitatum fuit, eiuíne Ambarro liceret, vindemiam è vitibus ſuis in Oppidum efferre premendam ſuo priuato in vrbe torcularí, an verò in Dominicum Torcular eius loci, vbi vinea ſita erat, iure *Bannario* ducere teneretur. Qua de re conſulti reſpondimus, pro libertate iudicandum videri. Quippe quùm *Bannaria* ſeruitus perſonalis ſit veriùs, perſoniſque iniuncta quàm fundis. Vt ſuperiùs à Nobis de *Bannaria* Mola ſcriptum eſt. Quanquam enim ruſticæ ſeruitutes, prædij magis quàm perſonæ cenſentur: Si tamen Lex, teſtatoruè perſonam demonſtrarit, cui, vel à qua ſeruitutem præſtari voluerit, perſonalis fit vſus, neque ad hæredem tranſmittitur, multò minùs ad emptorem. l. 4. & penult. ff. De ſeruitut. ruſt. præd. l. Mela ait §. vlt. ff. De alim. & cib. leg. l. penult. D. De ſeruitut. leg. Vnde, in propoſito, ſi paganus quidem ſubditus vindemiam ſuam aliò deduceret, ſiue etiam Oppidanus in Torculari ſuo ruſtico premendam eam curaret intra *Bannum* Dominici torcularis, vtrumque tunc prohibendi ius eſſet domino *Banni*. At libero ciue in liberum ſimul Oppidum exportante vindemiam, reor vtique, nullam de eo coërcitionem fore penes Dominum proſcripti Torcularis.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 11. Decēb. an 1552. Areſtor. lib. 13. Tit. 8.

Bar le Duc.

Bannária ſeruitus perſonalis, ſi *ſur les ſuiets eſtoigners, couchãs & leuans ordinairemẽt en la terre du ſeigneur ayant droict de ban.* Pro libertate, contra Iuris rigorem, multa ſunt conſtituta l. generaliter. §. ſi quis ſeruo ff. de fideicom. libert. Et in hac ſeruitute, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum l. 1. §. Iulianus. ff. de itin act. q. priu.

Cap. 28.

La possession faicte d'aller au four & moulin par ceux qui ne y sont contraignables, qui y sont allez de leur volonté & sans contrainct, ou par forme de courtoisie, ne nuist par quelque temps que ce soit, & n'acquiert aucun droict aux seigneurs des fiefs de les y contraindre pour l'aduenir. Mais la possession faicte par ceux qui y sont contraincts & par les contraignables, leur nuist.

QVI SVAPTE SPONTE IN ALTERIVS FVR- 1.
NVM PISTRINVMVE IERINT MVLTOTIES, NVLLO LEGVM COACTV, SED IVRE FAMILIARITATIS, HAVD IDEO ALLIGANTVR FVRNARIÆ SEV MOLENDINARIÆ SERVITVTI: QVANTOCVNQVE TEMPORE ALIENVM FVRNVM MOLAMVE PETIERINT SVBSIDIO ALENDÆ FAMILIÆ. ALIA RATIO EST BANNARIÆ HVIVSMODI POSSESSIONIS IN SVBDITOS, QVI PATRIO MORE SVBIICIANTVR DOMINICO MOLENDINO, VEL FVRNO COMMVNI. TALIS ENIM POSSESSIO PVBLICI FVRNI VEL PISTRINI NOCET SVBDITIS.

QVAMLIBET diuturnus alienæ rei vsus vel ministerij, non præbet causam præscribendi, nisi iure seruitutis vsum se quis probarit, nec viciniæ, familiaris affectionis, aut precaria concessione. Vt Paulus auctor est, Recept. Senten. Lib. 5. leg. vlt. Quemadmodùm seruit. amitt. Et l. qui iure ff. De acquir. possess. Verbi gratia, amplissimi Pagi habitatores frumenta sua molere soliti sunt in priuato cuiusdam Pistrino, seu panes coquere in vetusto alterius Furno. Nunc ex iis vnus struendum in fundo suo Furnum suscipit, vel Molendinum. Vtrumuis strui posse, visum est Iuris professoribus, anteriori Vsu nequicquam obstante. Cepola nominatim in Tract. De seruitut. vrban. præd. Cap. de Furno.

VNICVIQVE enim licitum est, frumentariam Molam Furnúm- 2.
ve in suo ædificare, etiam si noceat alieno. Ex Vlpiani opinione l. fluminum §. vlt. De dam. inf. Ideóque contra eum haud priùs excurrit temporis præscriptio, quàm si ab inchoato opere prohibitus destiterit. Gloz. & Doct. ad l. qui luminibus ff. De seruitut. vrban. præd. Et ad l. 1. Cod. de seruit. Bartol. in l. quo minùs ff. De flum. Ac in l. 1. §. sicut autem ff. De aqua pluu. arc. Alioquin ciuilium Legum dogma est, quæcunque in mera nostra facultate posita sint, nulla excludi annorum præscriptione: siquidem talis facultas in nudo facto versetur l. viam publicam. ff. De via publ. Secus si ea competat ex Iuris formula quadam, seu, vt vulgò ferunt, *per modum Juris:* Tum enim præscriptione temporis potest summoueri. Vt patet in facultate adeundæ hæreditatis l. licet Cod. De iur. delib. Speciatim verò Furni Pistriníue proprietariis nulla quæritur in libertatem vsucapio

ex

Digitized by Google

ex ſpontaneâ alieni frumenti molitura, cocturáque panum quamuis diuturna. Ancharano teſte, in Pontificiam regulam, Sine poſſeſſione. (22. col.) Lib. 6. Iſtis enim ſeruitutibus parum fauetur patria Conſuetudine: ita, vt qui vel in *Bannário* Domini cuiuſdam territorio degant, certo caſu eximantur Furnaria hac coërcitione, vel Molendinaria. Sicuti in antiquo extat Legum Andeſium Exemplari idiographo. *Mais tout homme, combien qu'il ſoit couſtumier, tenant ſon Eſtage à ſoy, peult mouldre & cuire là où il vouldra pour luy, & pour la deſpence de luy & de ſa famille.*

Andegauæ Conſuet. volumen manuſcriptum à Claud. Ligerio an. 1437.

QVEMADMODVM frequens liberorum hominum appulſus ad
3. Furnum vicini vel Piſtrinum, eidem nõn parit coquendi in illos ſeruitutem, aut molendi: Sic, econtrà, Dominorum in ſubditos poſſeſſio quaſi publicæ Molæ vel Furni, confert ei plurimùm in Dominico iure tuẽndo ac cuſtodiendo. §. 28. Andeg. legis. Et Delphinali Vidonis Papij Deciſione 298. Eadem obtinent in vxorij *Feudi* poſſeſſore, ex quo publicum Furni Piſtriníve vſum habeat ipſe. Quanquam enim dos, proprium eſt ſolidúmque mulieris patrimonium, reſponſo Iulij Pauli: tamen ſtante connubio maritus cenſetur vſquequaque dotalium rerum proprietarius. Vnde Pictonum Moribus expreſſum eſt, virum, ex ſuperiori patronæ vxoris prædiolo non minùs vti poſſe *Bannaria* Furnorũm prærogatiua ſeu Piſtrinorum, quàm ex peculiari ſua & auita Ditione. §. 50. Pictauenſ. Conſuet. Diuerſa cauſa eſt agri coloni, ſeu qui temporaria conductione teneatur. Effinge enim, patronum cui propria non ſuppetat, alienam conduxiſſe Molam frumentariam: haud idcirco ſubditi frumenta ſua molere cogentur in conductitio piſtrino recti Domini ac Iuridici. Aliud enim eſt Dominicum molendinum, de quo Municipales conſtitutiones loquuntur, aliud conductitionis lege fruendum datum, cuius poſſeſſio, æquè ac proprietas aliena eſt, Apud Iuuentium Celſum I. C. l. quod meo De acquir. poſſeſſ. Ob id Pictonum Ritus patrij vetant diſtrictè, ne patroni *Bannaria* iura in conductis à ſe Piſtrinis vllatenus exerceant. Artic. 51. Ex aduerſo autem, ſi patronus fundum dominantem mercede fruendum dederit temporario conductori, Hiccine, quæſo, ſubditos ritè adſtringet molendis frumentis, coquendiſue panibus in publica Mola, ac Furno Dominico? Ponamus enim, ſeruitutem huiuſmodi, Domino ſoli Lege tributam, Dominicúmque ſuum reapſe poſſidenti, vtpote Angoliſmis. §. 29. eiuſce Conſuet. Prima quidem facie exiſtimes, illius colonum *Bannaria* in inuitos Mola vel Furno vti non poſſe, nec *Statutariam* Domini prærogatiuam tranſmitti ad nummarios, partiarioſvè fundi redemptores. Argum. l. locatio vectigalium §. vlt. Et ibi Bart. ff. De publican. Contrarium tamen Senatui placuit poſtridie Idus Sextiles an. 1567. reſciſſa Angoliſmorum Sententia 5. Idus Apriles 1565. Quemadmodùm à Gandillaudo

§. 28. verſ. *Mais la poſſeſſion faicte par icelui qui y ſont cõtrainctz, & par les contraignables, leur nuiſt.*

Paul. l. 1. §. vlt. ff. De Minor.

De Rei dotalis dominio penes maritũ l. de his I in rebus C. de iur. dot. l. doce ancillam C. de rei vindic. l. dotis §. fi res ff. De iur. dot.

Placitum Curiæ die 14. Auguſti 1567. infirmans Sententiam.

Engolismensem diei 9. April. 1565. Entre Iean du Rousseau Prieur de Montbron, & Iean de Puimiral fermier du moulin de la Vaux, appartenant audit Prieur d'vne part, & iceluy Clement d'autre.

refertur in suis Engolismens. Morum Commentariis. Rectissimè hercle. Colonus enim alienæ Domini possessioni nudum præstat ministerium, illámque tuetur perinde, ac si dominus fundo solus inhæreret. Cit. l. quod meo. ff. De acquir. possess. l. vlt. Cod. Eod. Nec ea Municipalis Legis mens fuit, vt Clerum, ac Nobilitatem adigeret necessariò ad propriam personalémque suorum culturam prædiorum, quæ vtriusuis Ordinis sortem functionémque minimè deceat. Sed illud quidem prudenter ciuico More constitutum est, ne recti Domini communes suas Molas Furnosvè seorsim separatímque à Dominico suo, manciparent aliis, & vtrúmque inuicem fœdo exemplo diuellerent.

Cap. 29.

Le seigneur de fief peult faire Estang en son fief & nuepce, pourueu que la chaussee en soit nouee par les deux bouts en son domaine, & si ledit seigneur de fief noye les prez ou terres de ses subiects par ledit Estang, il les peut & doit contenter par eschange aduenant. Et ne les peuuent empescher sesdits subiects, pourueu que le desdommagement soit faict ausdits subiects, parauant que les heritages desdits subiects soient submergez, ne autrement empeschez. Et lequel desdommagement doit estre faict preallablement ausdits subiects en autres heritages, & de telle valeur, comme ceux desdits subiects qui seront empeschez par led. Estang.

Aggeres, bonde, escluse, ou auge de l'estang.

STAGNVM PATRONVS EFFICERE POTEST IN FVNDO SVO PVRE DOMINANTI: MODÒ AGGERVM EXTREMA DVO MODIS COMPACTA SINT INTRA METAS DOMINICI LATIFVNDII. QVÒD SI STAGNANTE DOMINI AQVA OBRVANTVR AGRI SVBDITORVM, SATAQVE PROPINQVA INVNDENTVR, DAMNVM HOC SARCIRI DEBET IVSTA ÆQVALIVM RERVM PERMVTATIONE, AC COMPENSATIONE. SVBDITIS CERTE NON LICET, DOMINICI STAGNI OPVS NOVVM PROHIBERE, PRÆSTITA PRIVS A DOMINO INDEMNITATE SVBMERSIONIS ARVORVM PLEBEIORVM, ANTEQVAM HI OPERIANTVR AQVA, LIBERIORQVE IPSORVM VSVS ARCEATVR. RVSTICORVM ENIM INDEMNITATI ANTE OMNIA EST CONSVLENDVM, PARIBVS A DOMINO COLLATIS PRÆDIIS, TANTIDEMQVE ÆSTIMATIS, QVANTI ILLORVM VECTIGALES POSSESSIONES, PISCOSI AMNIS INVNDATIONI EXPOSITÆ. 1.

Text. Andeg. Leg. Le seigneur de fief peut faire estang en son fief, & nuepce, pourueu que la chaussee en soit nouee par les deux bouts en son domaine.

COMMVNIS fere est hæc nostris hominibus cum aliis Consuetudo, Francicísque aliorum Municipiorum Legibus, quas nobis suggesserunt antiqui Commentarij rerum forensium Galliæ, hac scriptura, *Se Gentishom se voloit hebergier, & ses hom costumiers auſt vne piece de terre ou deus que il teniſt de lui, li Sires les prendra, s'il viaut, por lui*

Digitized by Google

lui herbergier, ô li faisant echange auenant: Soit à faire son Estanc, ou son Molin, oa autre Hebergement. Ex Lib. *Ci comence li Establissement le Roi de France selon l'vsage de Chastellet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Eadem prope clausula habetur in Tit. *De penre & de tenir le herbergement au vilain.* In Gallico Volum. *Ci comencent li e Statu dou Reyaume de France.* Ac Delphinatibus speciatim inoleuit Mos; vt suo quisque in fundo liberè Stagnum excitet: modò aggeres in eodem faciundos curet, ac finitimorum agrorum dominos præstet indemnes. Gratianopol. Decis. 91. apud Vidum Papam.

Delphinalis Consuetudo, circa constructionem Stagnorum.

2. VT Flumina publici, sic Stagna priuati sunt iuris & arbitrij, quæ nec vllo quondam discrimine heri poterant in plebeio ignobilique agro, & à quibusuis fundorum vectigalium possessoribus, nedum clientelarium. Stagnum enim, Græcè στάγνον, quod nomen tulit primum: Hinc ad Villas rotunda stagna (apud priscos Romanos) quod rotundum facillimè continet: nec anguli maximè laborant. Auctore Varrone, Lib. 4. De ling. Lat. Testatur idem Piscinarum frequentem in rusticis prædiis vsum suo seculo: quę nimirum piscinæ in aqua dulci aut salsa inclusos habebant pisces ad Villam. Lib. 3. de re Rust. cap. 3. Namque apud Martialem piscina rhombum pascit, & lupos vernas. Villæ imprimis Stagna ornamento esse ac Piscinas, docentut Andes, Andini Poëtæ versu,

Vt liquidi fontes & Stagna virentia musco
Adsint, & tenuis fugiens per gramina riuus,
Palmáque vestibulum, aut ingens oleaster obumbret.

Georg. Lib. 4.

Priuata huiusmodi Stagna memorat Paulus I. C. l. possideri §. item feras De acquir. possess. Vers. sed eos pisces qui in stagno sunt. Vnde etiam pisces isti rebúsne soli, an mobilibus adscribi debeant, variè est disputatum. Hac tandem distinctione soluitur nodus: Aut Pisces in stagno coërcentur viui, vt soboleścant identidem ac propagentur: tunc pars fundi censentur & Stagni, velut cuiusdam *ἰχθυοτροφεῖας*. Inde nec fructuario competunt, nec patrono, vacui *Feudi* fructus carpenti lege clientelarum. Decis. Delphinali 91. Chassen. in Leg. Burgund. Tit. 4. §. 2. Gloz. penul. Boërius, Bituricæ Consuet. interpres Tit. De *Feudis* §. 5. Sin verò Stagni particula concluśi sint pisces, vt pro tempore custodiantur duntaxat, mobiles rectè dicuntur, nec in fundi parte sunt numerandi. Vt respondit Vlpianus Lib. 32. ad edictum l. funes Vers. pisces autem qui sunt in Piscina, non sunt ædium nec fundi, non magis quàm pulli, aut cætera animalia quæ in fundo sunt. De act. emp. Quantò minùs adtentitij illi & adscititij Pisces; quos, vnà cum hortis, Pythius Syracusanus Cannio equiti Rom. vendidit, quasi Villæ suę innatos & innutritos? Ille enim, vt inescaret emptorem, pelliceretque ad maius venalium rerum pretium sibi exoluendum, vafro commento Pisces ostentauit dicis causa: præfatus, eò loci esse, Syracusis quicquid esset piscium, hîc aquationem, hac Villa istos carere non posse. Pythius

Plinius tamen lib. 9. cap. 6 Natur. Hist. refert, non ideò piscinas dictas quòd in iis pisces crescant: sed quoniam in piscinis natare etiã solebant. inualuit cõsuetudo, vt omnes in hunc vsum collectæ aquæ, siue frigidæ, siue calidæ, piscinæ appellentur.

* *Vivier, ou nourriture à poisson.*

Pisces, qui sunt in stagnis, vt crescant, inter mobilia computantur. Chassen. in Consuet. Burgund. Tit. de Iurib. ad coniug. pertinent. §. 1. Ver. *tous meubles.* De quo etiam Nos Lib. 1. Parisien. Morum Tit. 1. art. 18.

scilicet ad cœnam Cannium inuitauit in posterum diem. Cùm ille promisisset, tum Pythius ad se conuocauit piscatores, & ab his petiuit, vt ante suos hortulos postera die piscarentur, & quid eos facere vellet, prænonuit. Ad cœnam venit Cannius tempestiuè, cymbarum ante oculos multitudo. Pro se quisque quod cœperat, afferebat: ante pedes Pythij pisces abiiciebantur. Quo præterea asserente, Pisces, hortorum suorum partem veluti quandam existere, emit hortulos Cannius tanti, quanti Pythius voluit. Inuitat emptor postridie familiares suos. Venit ipse maturè, scalmũ nullum videt: Quærit ex proximo vicino, nûm feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullæ, quod sciam, (ait ille) sed hîc piscari nulli solent. Itaque heri mirabar quid accidisset. Stomachari Cannius, sed quid faceret? Nondum enim Aquilius pertulerat de Dolo malo Formulas. Vt narrat Cic. Lib. 3. Offic.

D E fructuario vtique ambigitur, nûm Piscina piscibúsque vti 3.
possit ac frui, tanquàm fructibus fundi. Hunc quidem piscari in Stagno probè dicitur, non minùs quàm venari in saltibus vel montibus possessionis. Triphonini responso Lib. 7. Disputat. Adeo, vt nec aprum aut ceruum, quem cœperit, proprium Domini capiat, sed fructus aut Iure Ciuili aut Gentium faciat suos. At si Stagno pisces, aut Viuariis inclusæ feræ ea in possessione custodiebantur, quando vsusfructus occœpit, vti succrescerent ac multiplicarentur, eas tollere nequit fructuarius nec occidere, Aliàs, si quas initio inclusérit operis suis, vel post sibimetipsæ inciderint, delapsæve fuerint, hæ fructuarij iuris fiunt. Commodissimè verò, ne per singula animalia facultatis fructuarij, propter discretionem difficilem, ius incertum sit, sufficit eundem numerum per singula quæque genera ferarum, finito vsufructu, Domino proprietatis assignare, qui fuit cœpti vsusfructus tempore. Idem de columbis fructuarij Columbarij censuit Florianus, ad l. vsumfructuarium venari §. Si viuariis π. De vsufr. Et Cepola in Tit. De columbario Lib. De seruitut. vrban. prædior. Nec absimile de villaticis pecoribus & armentis, quibus fundi instruuntur, Andium lege statutum est contra patronos, qui anno *Feudi* caducario reditus eiusdem prouentúsque percipiant. i. §. 122. Obidque, Nobis dicentibus, à Senatu decretum, animata hæc prædij instrumenta, ac veluti glebæ adscripta, pignerari non potuisse à creditoribus hæreditariis Francisci *de S. Mars*, fiduciarij *Prioris* Grandimontani, in agro Cenomano. Quamuis enim isti *Priorem* 20. an-

L. Vsumfructuarium venari. π. De Vsufr.

Pulli columbarum, & cuniculi sunt fructus fundi. Secus de ipsis columbis, quæ inter mobilia computantur, vt pisces qui seruantur in viuariis: l. fines. π. De act emp.

Vers. *Et demourra sur le lieu le bestial dudit domaine, pour y estre nourry & entretenu, cõme paranant, & pendãt l'annee led. seigneur de fief s'en pourra raisonnablement seruir & en auoir le profit, l'accroit, l'effouail, & le chateil.*

At si fœtus pecorum longè ante annum Releuii feudalis nati fuissent, & in anno dicti Releuii instaret tempestas eos tollendi, non potest dominus feudi vi Rachatus amplius percipere quam ad mensuram & modum, quo fœtus creuit & auctus est anno Rachatus. Alias perciperet fructus præcedentium annorum. Arg. l. diuortio §. ob donationes ff. solut. matrim.

nis & amplius Monastico Conuentui præfuisse ostenderent, ínque demortuorum interim animalium vicem alia suffeciſſe: obtinui tamen, singula pecudum armentorúmq; genera, quasi fundi partem, manere in beneficiario illo ac fructuario prædio ita debere, vt fructuarij

Animalium genera singula hæc vulgus vocat, *les meres Vaches, les meres souches, bœufs de harnois, chenaux, iu-*

Digitized by Google

ctuarij ære alieno libera ſolutáque, ad ſucceſſorem *regularis* Sacerdotij, pro quo agebam, peruenirent. S. Conſulto 10. Kal. Maias an. 1577. ſecundùm Bernardinum Sanfranciſcum, Primatus Monaſtici poſſeſſorem nouum, aduerſus creditores Primatis defuncti, quotum Chauuelinus cauſam orabat. Iuxta Cenoman. Conſuet. Articulum 132. noſtrati ſimilem ſupracitato. Cui congruit Modeſtini lex Longæ poſſeſſionis De diuerſ. & temp. præſcript. In Ver. mancipiis. Nam etſi armenta pecoráque mouentibus ſe rebus accenſeantur, vt à Nobis demonſtratum eſt alibi: Tamen in fundi inſtrumento habentur, legatóque prædio cedunt boues domiti, ac pecora, quæ ſtercorandi agri cauſa parantur. Leg. in inſtrumento l. de grege l. Sciæ. §. vlt. ff. De Inſtruc. vel inſtrum. leg. l. 1. De bon. vacant. In Cod. Theod.. Sic aratorij boues è fundo abduci vetantur, quauis pigneratitij iuris obiecta ſpecie. Authent. agricultores Cod. Iuſtin. Quæres pign. l. 1. De pignotib. In Cod. Theod. Conſtantinus necnon Cæſar prohibuit, boues aratores, deficientibus etiam, qui curſui publico deſtinarentur, ab iis abripi, qui vias commearent. l. 1. De curſu publ. In Cod. Theod. Nec aliò ſpectat Cæſarea Valentis Sanctio, omnibus Vitulinæ eſu carnis interdicens. B. Hieronymi Lib. 2. aduerſus Iouinianum. Qua itidem ratione, apud Biturigas, pecorum Grex, quæ paſcenda alicui dederim *par bail à chaſtel*, mihi venit reſtituendus, ſeu gregis capita ipſa: ſed quod inde excreuerit, reliquum, in commune redigitur. Molinei Notis ad §. 1. Bitur. Conſ. Tit. *Du chaſtel de beſtes*. Summi denique Vectigalium Præfecti apud Aquas Sextias, iudicio cenſuerunt, animalia & iumenta, queîs arua colantur, æſtimari vnà cum aruis ipſis oportere, incunda plebeiarum opum ratione, quæ Fiſcali indictioni obnoxiæ ſint: Alioqui, ſeparatim à prædiis, æſtimato ipſorum inſtrumento huiuſmodi, poſſeſſorem cenſorio Ciuitatis libro bis inſcribendum, (quod graue fuerit,) bináque publici æris collatione onerandum. Decreto 10. Kal. Martii an. 1568. cuius fidem adſtruit Centuria Franciſc. Claperij, in ea Vectigalium Curia Conſiliarij, Cauſa. 36.

mens, beſtial blanc, beſtes animalles, beſtes à corne.

Arelium Die. 22. April 1577. *pour le nouueau Prieur de Grãmont lez Chaſteaudun-loir au Maine.*

Lib. 1 Pariſien. Morſl Tit. 1 art. 17

Leg. 1 De bon. vac. verſ. cum adiacentibus & mancipiis, & pecoribus, &c.

Leg. 1 De Pign in verſ. ſeruos aratorios pignoris cauſa de poſſeſſionibus abſtrahunt.

Huc alludit Naſonis verſus, lib 4 Faſt A boue ſuccincti cultros remouete ſiniſtri Bos aret, ignauã ſacrificate Suẽ Aptа iugo ceruix non eſt feriẽda ſecuri. Viuat, & in dura ſæpe laboret humo.

Placitum *de la Cour des Comptes, Aydes, & finances à Aix en Prouence.* Die 10 Febr. an. 1568 de Cataſtro Ciuitatis.

4. EXIN quoque palàm eſt, beneficiario clienti non licere, fundum inſtruentia animalia inde auferre eo anno, qui beneficiarij prædij fructibus legendis patrono deſtinetur iure Redẽptionalium. Quandoquidem bubulum pecus, & reliqua eiuſmodi in parte fundi numerantur quodammodò: ac veluti patronus, vtendo, proprietatis, ita cliens recti dominij cauſam conditionémque reddere nequit deteriorem. l. §. 101. 102. & 122. argumento à contrariis ducto. Exin rurſus deſcendit partitionis quæſtio *de l'accroiſt du beſtiail* inter ſeniorem fratrem & iuniores, qui auitum *Feudum* diuidant arbitrio familię herciſcundę. Quantam enim fundi, tantam ille vindicat ſibi portionem fœtus pecorum & animaliũ fundi ipſius: cui nempe talis partus fundo innaſcatur, & ab eo ſuſcipiat nutrimentum. Sic Paulus I.C. ſciſcitatur de Arbore in confinio nata, item de lapide, qui per vtrũmque

§. 101. Verſ. *Et auſſitoſt pendãt ne pourra le ſubiect empirer le Fief au preiudice du Seigneur: Mais peut demeurer au mebergement, coupper bois pour ſon vſage de chauffage, ou autre affaire neceſſaire, & prẽdre Connils, Pigeons, pour ſon viure ſeulement.*

§. 102. Verſ. *pourueu que ce pendant le Fief ne ſera point empiré, comme deuant.*

§. 122. Verſ. *Et ne pourra led. Seigneur deſloger led. fermier, tenuer, ou meſnayer, & ne*

dont tirer les fumiers, chammes, fouage, paillers, ne autres fourrages du lieu, ne emporter led. lieu: mais en vser comme bon pere de famille. Et demourra sur le lieu le bestail dudit domaine, &c.

prædium extenditur, an cùm succisa arbor est, vel lapis exemptus, eius sit cuius fundus: pro ea quoque parte singulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerat: an qua ratione duabus Massis duorum dominorum conflatis, tota massa communis est, ita arbor, hoc ipso quòd separatur à solo, propriámque substantiam in vnum corpus redactam accipit, multò magis pro indiuiso communis fiat, quàm massa. Sed naturali conuenit rationi, & postea tantam partem vtrumque habere in lapide seu in arbore, quantam & in terra habebat. Vt ipse definit Paulus Lib. 1. Manualium, l. penult. Pro soc. Ad hæc, Molineus disertè opinatur, partum animalium prædij in eadem, qua prædium, causa conditionéque habendum hæreditaria, & illius instar, ab hæredibus poslidendum. In §. 1. De *Feudis* Parisien. Consuet. Gloz. 8. Vers. *Faire les fruicts*. Num. 37. Obid etiam patronus, dum beneficiario agro potitur iure suo, carpit, vnà cum annuo fundi fructu pendente, fœtum pecorum & armentorum, ceu particulam clientelaris latifundij. Andeg. Leg. §. 103. 122. & Cenoman. 132. Ast in contrarium vergit notum Iuris theorema, accessiones appendicésque, rei qualitatem sequi principalis: ac ideò partum animalium, quæ vti mouentia partiuntur inuicem hæredes, mobilem peræquè dici oportere. Pecora enim, fœtúmque ipsorum exæquant Cœlius Sabinus & Cassius, fructu præsertim ac possessione l. vetus de Vsufr. Caius l. C. l. In pecudum de Vsur. Verumtamen Senatus parem cohæredum fratrum dissertationem consilij esse pronuntiauit. Decreto ad appellationem ex Cenomania 5. Iduum Febr. an. 1581. Nicolao, & Michaële *le Bouc* litigatoribus: quorum illi Galterus, huic Robertus forense dicendi munus operámque præbuerant. Arbitror interim cum Cenomani fori Pragmaticis, & Magistratibus qui de eo Sententiam tulêre, primigeniis quantam *Feudi*, tantam partus animalium, qui in *Feudo* nascitur coalescítque, portionem adiudicandam. Alia in hoc genere prudens omittò: ne, Protogenis instar, Tabulæ manum subducere non posse existimer.

Quòd si fœtus longè antè nati fuissent, & in anno Rachatus inflaret tempestas eos tollendi, non posset dominus feudi vi rachatus amplius percipere, quàm ad mẽsuram & modũ, quo fœtus creuit & auctus est anno rachatus. Alias perciperet fructus præcedentiũ annorum. Arg. l. Diuortio. §. ob donationes. s. sol. matrim

In pecudum fructu partum esse, docet etiam Cic. lib. 1. De finib bon.

§. 101. vers. *& peut prendre & lauer l'effoseil, venenu, & accreust du bestail nourry du domaine, &c.*

Placitũ die 9. Febr. an. 1581. Sed Curia deinde interlocuta est de vsu Cenom. Consuet. bina Practicorũ turba inquirendum. Arresto die 21. Mart. Eod. an. De hoc. Pictore. Plinius, lib. 35. cap. 10.

Nempe *quant le seigneur de fief exerce son droict de relief & rachapt sur la terre hommagee, il exploitera cette terre tout ainsi comme bon pere de famille, &c.*

A TQVE, vt Stagna nostra repetam ex ciuico Iure Andium, fructuario, patronóque liber est vsus Stagni beneficiarij piscíumque ei innatantium, salua rerum substantia. i. §. 113. & 121. Eódem spectat Philippina Constitutio Mart. Mens. an. 1302. ne Custodes Regaliorum, vacuo Pontificali Solio quodam, piscentur in Stagnis, aut cæduas arbores amputent, nisi modo cæsuræ ac piscationi Moribus præstituto. Vt dilucidè explanat Ruzeus, Priuil. 56. Regaliorum. Vnde etiam colligitur, quid de vsu Stagnorum nobis sit in fructuarij ipsius hærede statuendum. Quod & Butelerius ex Francico Maiorum ritu definiuit in *Summa Rurali*, his verbis; *Se aucun tient en vsufruict l'eaue de aucun Viuier ou Estang qui se pesche par raison, & le tient à vie ou à temps, & il auienne que l'vsufruictier voise mourir, ou le loueur auant que le Viuier ou Estang soit pesché, & par ce vueille dire le proprietere,* 5.

Regiæ Legis verba, sunt hæc, *& s'il y auoit aucun estang ou viuier qui fust en peschc, ceux qui sont commis à gouuerner les Regales, quãt elles cheent & vaquent, seront tenus reserver la nonaine & l'alleun qu'il appartiendra pour peupler apres ladite peschc.*

Digitized by Google

tere, que tout le Poiſſon doit eſtre ſien comme choſe trouuée en ſon heritage, &c. Sachies que les ſages Couſtumiers ont dit & ſouſtiennent, que l'vſufructuaire le doit laiſſer en tel eſtat qu'il le trouua, s'il peut eſtre ſceu. Et ſi non, le domage & preu doit eſtre & demeurer au proprietere, meſmement s'il a, de l'année qu'il trepaſſa, appoiſſonné le Viuier ou Eſtang, peſchier le peuuent à la ſaiſon de peſcherie ſes hoirs ou ayans cauſe, parmy payant la cenſe ou loüage, que rendre & payer en deuoit par an l'vſufructuaire: parſi, que led. Viuier ou Eſtang ſoit retenu aux deuiſes du marchié ſur ce faict. Tit. *Des vſufructuaires ou extruis.*

& ne coupperont les bois auant qu'ils ſoient en taille, & ne peſcheront les Viuiers auant leur temps.

6. NON eſt igitur ſingulis permiſſum, liberè piſcari in Stagno priuatóve flumine, imò nec in publico vſquequaque, Gallicis moribus ac Inſtitutis. Faber enim, *Hoc*, ait, *hodie obtinet de conſuetudine regni Franciæ, vbi ſunt Piſcariæ & defenſæ in multis locis Fluminum, vt ſolus quis piſcari ſolitus in certa parte fluminis cæteros prohibeat, & ſibi ius acquirat.* In §. 3. De rer. diuiſ. Apud Iuſtinianum. Cæteroquin piſcandi vſum in flumine publico omnibus communem probat Speculat. §. 3. Tit. De cauſa poſſeſſ. & propr. Verſ. 6. Bald. ad. l. Iapilli. π. De rer. diuiſ. Cepola In Tract. De ſeruitut. Ruſt. prædior. Tit. De flumin. Verſ. vſus autem. Alia cauſa eſt priuatorum fluminum, quæ in ſingulari quorumdam patrimonio cenſentur. Talia ſunt quæ ad tempus fluunt. Vlpian. l. 1. §. fluminum. De flum. Vel quæ ſunt manu facta. Ead. l. §. ſi foſſa. Siue in noſtro exiſtant dominio, aut territorio. Vt ſcribit Veronenſ. in Tit. De flumine priuato. Iuxta Bartoli ſententiam, in Tract. Tyberiadis. Ac ſtagnum vtique eſt quod temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur. l. 1. §. Stagnum. π. De flum.

Sic in Lacu, qui mei dominij ſit, vel in Maris proprio iure meo, piſcari aliquē, quidvè aliud facere, prohibere poſſum. l. 13. 14. π. De iniur.

Item portio agri, videtur aqua viua. l. Is qui in puteum D. Quod vi aut cl.

Bartholom. Cepol. Veronen.

7. PLANE Andium Legibus fas eſt vnicuique, in ſuo Stagnum facere, cum hoc temperamento: vt ſi confinibus agris obfuturum ſit noui ſtagni opus, eo interdicatur *cenſualis* fundi poſſeſſori, clientelaris, non ita, modò ſubditorum aruis damnum impendens ex Dominicæ aquæ reſtagnatione, à patrono iſto ſarciatur. Nimirum fuit hæc Andegaui Iuris peritorum Praxis, in domeſticos ab iis regeſta commentarios, materna lingua: *Si aucun Seigneur ſe veut hebergier, ou s'il vouloit faire Moulin ou Eſtang, & ſon homme euſt terre qui luy fuſt aiſée & neceſſaire, le Seigneur la peut prendre, en faiſant ailleurs echange aduenant, pourquoy il puiſſe acheuer le commencement de l'edifice en ſon domaine en celuy feage.* Ex Andenſium Morum Codice manu deſcripto An. 1437. Longobardo itidem Vſu, beneficiarij prædij amiſſionem ruinámve patronus, qui ei cauſam dederit, penſare tenetur æquè commodis latifundiis. Notat. in Cap. ad hoc De allod. In Feud. & ibi Bald. poſt Gloz. Idem opinatur Baldus, indemnitatem eius domino agri præſtari debere; per quem Ciuitas ducendam aquam decreuerit, ſeu manu faciundum aquæ receptaculum In. l. 2. Cod. Quib. ex cauſ. ſer. pro præm. libert. accip.

§. 19. Verſ. *Et ſi led. ſeigneur de fief noye les prez, ou terres de ſes ſubiects par led. Eſtang &c.*

Cap. 30.

Celuy qui tient à foy & hommage le hebergement où il demeure, soit noble ou coustumier, ne paye à son Seigneur aucunes petites Coustumes, ne Leuage: & n'est subiect ne contraignable à aller au Four & Moulin de son Seignenr: mais peult aller à tel Four & Moulin que bon luy semble. Et si autre que luy y demouroit, comme vn Mestayer ou autre, ou qu'il l'eust baillé à ferme ou rente, il sera contrainct à aller au Four & au Moulin de celuy, de qui led. hebergement est tenu à foy & hommage.

I. IS QVI BENEFICIARIO IVRE POSSIDET HABITATIONIS SVÆ PRÆDIVM, (SIVE NOBILI ORTVS STEMMATE, SEV IGNOBILIS) NVLLI SVBIICITVR NVMMARIÆ IN PATRONVM PENSITATIONI TENVIVSCVLÆ, NEC BANNARIÆ FVRNI COERCTIONI, MOLÆQVE DOMINI FRVMENTARIÆ; SED QVAMCVNQVE IPSI ADIRE LIBVERIT, LICET. SI AVTEM EÒ LOCI CLIENS NON HABVERIT DOMICILIVM; AT PARTIARIVS CONDVCTOR, REDEMPTOR NVMMARIVS, AVT CLIENTIS PERPETVVS COLONVS LEGE ANNVI VECTIGALIS, HORVM QVISQVE COGETVR PVBLICVM FVRNVM PISTRINVMQVE EIVS DOMINI PETERE, CVIVS FEVDO PATROCINIOQVE TENENTVR CLIENTELARES POSSESSIONES.

Petite Coustume & Leuage.

HAVD dispari Gallorum ferè omnium more, secernuntur plebeij coloni subditíque à clientibus, nobilium fundorum proprietariis, hoc nomine, quòd illi soli plebeiis subiaceant muneribus & oneribus, quæ Municipali lege imperantur. Eiusmodi est minutularum vectigal mercium vetus, quod Cenomanis præsertim vsitatum olim, docet Sententia Laualli Iuridici (quam legi,) pridie Kal. Aprileș An. 1462. secundùm Monastici phani Præfectum D. Catharinæ, in procuratorem Lauralli Comitis, & Ianum Boyetum, illius Sacri Primatus subditũ: abs quo, vterq; certatim leuiculam eam Indictionem reposcebat. Antea quidem Karolus. 7. Edicto perpetuo tale instituerat mercium portorium per Gallias, Anglico bello perstrepente. An. 1435. Sed vt Ludouicus filius militare hoc æris subsidium, rebus pacatis, aboleuit Lutetiæ, An. 1465. Ita apud Andes, Tributarium simile onus, etsi Moribus adscriptum, obsoleuisse videmus, libertatis vsu ac possessione diutina. Quod penitiùs mente voluenti occurrit Romanum Macelli vectigal, quo nullum (Plinij verbis) maius extitit, clamore Plebis incusantis apud Principes, donec remissum est portorium mercis huius: compertúmque, non aliter quæstuosiùs censum haberi, aut tutiùs, ac maiori Fortunæ iure, cùm credatur pensio ea pauperum. Hist. Nat. Lib. 19. Cap. 4. Contrà autem, scriptus Andium Mos, in plebeio suo vilium mercimoniorum

Coustume, ou Leuage des petites denrées.

Sententia pro Priore S. Catharinæ, Laualen. Die vlt. Mart. An. 1462. ante Pascha.

Imposition de 12. den. pour liure sur toutes menues denrées & marchandises.

Ludouici. 12. Edictũ Mens. August. An. 1465. touchant l'imposition des menues denrées ayans cours à Paris. Verificatum in Curia Iuuaminum die. 16. Octob. seq.

cimoniotum tributo, deletum habuit hunc ſubditorum recti Domini: ne illud penſitarent alij, quàm infimæ ſortis viri, nec ſtirpe nobiles, gentiliumvè fundorum poſſeſſores. §. 30. Varia certè fuêre ſubditorum genera apud Romanos, adſcriptitij nonnulli, *cenſiti* alij, modò perpetui, *conditionales*, inquilini, tùm originarij, quidam etiam de *menſata* dicti, quèis Dominus ipſe *manſum Terræ* conceſſit, annua pacta ſeruilium operarum aut ſalarij præſtatione. De illis crebra mentio, apud Speculat. in Rubr. De Feud. §. vlt. Accurſ. in Rubr. De agric. & cenſit. Lib. 11. Cod. *Menſatæ* autem conditionis homines exeutit Aluarotus In proœm. Feud. Verſ. ſunt præterea. Hæc de ruſticis colonis ſeu paganis. At clientelarium poſſeſſores agrorum liberiores ſunt habiti, nec vilibus obſequiis ſeruilibúsque in patronos oneribus obnoxij. Sic ferè Romani patroni clientes ſuos tuebantur, ne in ſeruitutem à potentioribus detruderentur humiliores. Theſſali verò, & Athenienſes priſci ſuperbè vtebantur clientibus, opera eis iniungentes parùm decora liberis, & ſi quando iuſſa non feciſſent, intentantes verbera, & abutentes tanquam emptitiis. Hos Athenienſes Thetas vocabant ob miniſteria, Theſſali Peneſtas, exprobrantes eis fortunam ipſo vocabulo. Romulus, ecótrà, appellatione decora cohoneſtauit hanc Patritiorum & Plebeiorum coniunctionem, patronatum nominans tutelam inopum ac humilium, & commoda vtríſque officia addidit, humana ciuilíque copula excogitata. Dionyſio auctore, Roman. Antiq. Lib. 2. Similiter etſi Gallica clientelæ iura prædiis indicantur magè quàm perſonis: noſtrates tamen clientes nobilibus in patronos defunguntur officiis, *Feudariis* nempe & clientelaribus, ceteroquin annuis vectigalibus vacui, ſoluti ac immunes. Vt veteribus Francicorum Morum Libris continetur, quos & in hanc rem citauimus. ℣. Cap. 14. patriæ Legis. Andegaui vtique *vaſalli* multi etiamdùm debent iuſta patronalia domino ſuperiori quotannis, vernaculè dicta *Deuoir noble & ſeigneurial* (ï. §. 178.) Sed qui etiam tùm nobiliori iure ſua poſſident, quàm libellarij, emphyteutici, *cenſuales*, ſuperficiarij, vel conductitij agrorum detentores. Quales habet Andegauia plurimos, licet infimi generis ſeruos (de quibus ℣.) nullos, aut perpaucos.

Gens de corps, gens de ſeruile condition, gens de poeſte, ſerfs & gens de mainmorte, heritages ſerfs & mortaillables, hommes tenans ſeruement ou mortaillablement, ſubiects à ſeruitute, mortemain, taillez perſonnelles, reeilles formariage. Ex Victriacenſi, Trecenſi, Marchiana, Caluimontana, & Boiorum Conſuet. Vnde dicti iuli, *ſerfs couſtumiers*: Alij verò *les francs hommes du Seigneur, de franche condition, & ſubiects nobles ou feodaux.*

In antiquis Chartis Gallicis les francs hommes ſignificant *les vaſſaux & tenans noblement.*

Deuoir infeode, deuoir noble, Seigneurial, ou feodal.

2. Hoc Legis Andeg. caput partim in rem conceptum eſt, partim in perſonam. Illo ſanè modo, quatenus Dominicis penſitationibus eximitur ſubditus, qui beneficiarium prædium teneat vſu ac mancipio: ſiue is generoſus ſit, ſeu ignobilis cliens. Illo autem modo, quatenus Mos noſter temporario eiuſdem fundi conductori parem negat immunitatem, vel ipſi quoque, cui prædium libello datum ſit, (ï. *à rente*) ſeu cui perpetuò

Verſ. Andeg Leg. §. 30. Et ſi autre que luy y demeureit, comme vn meſtaier, ou autre, ou qu'il l'euſt baillé à ferme ou rente il ſera contrainct à aller au Four & au Moulin de celuy de qui led. hebergement eſt tenu à foy, & hommage.

Mart. Æneid. Lib. 4.

– Littus arandum
Atque loci leges dedimus,– annuo impoſito vectigali.

Quoad prius genus attinet, haud alij quondam rerum clientela-

Digitized by Google

Par les Cout. de Meaux, & de Chaumont, nul ne peut tenir Fief, s'il n'est noble: & s'il en acquiert, le Seigneur le peut contraindre à en vuider ses mains dedãs l'an & iour, si n'est qu'il en paye finance au Roy, ou que tõs. igneur l'eust receu à foy & hommage.

rium capaces extitêre, quàm gentilitio stemmate illustres: quòd militaria hæc beneficia militibus primùm solis adsignarentur. Vt à Nobis fusiùs scriptum est Lib. 1. & 3. REI DOMINICÆ FRANCOR. Eúmque Meldenses ciuilem Vsum hactenus retinuerunt, suæ Consuet. §. 154. Caluimontis Bassignei Municipes. §. 10. Victriacenses § 46. Legum Municipal. Nam & vetus extat Gallorum constitutio, quam, cum Francicis aliis, Philippus *De Biaumanoir* scriptam reliquit, chirographo Exemplari An. 1284. in hanc phrasin. *Selon l'Establissement le Roy, li home de poeste ne poent ne ne doiuent tenir fié, ne riens acroistre en fié. Car li Borgeois & li homs de poeste traioient mout de fiés à eus: si que au loins aler li Prince peussent auoir menre seruice des Gentix homs.* At posteriori ætate, indulta est plebeio Ordini clientelaris fundi possessio commerciúmque, tanquam priuati cuiusuis patrimonij. Sed quia *Feuda* minimè nobilitant possessorem Vsu nostro Gallico, (quem & Blesensi Lege sanxit Princeps, §. 258.) clientes nummos peræque conferunt in causam regiarum collectarum, quæ ignobilibus solis indicuntur, ac plebeij reliqui: nisi natalitio auitæ nobilitatis priuilegio illi adiuuentur. Neque hoc tantùm procedit in regiis Indictionibus, quæ personales mixtævè regulariter existimantur, sed etiam in patrimonialibus ac prædiariis, quæquè ipsis sigillatim agris imponuntur. Putà, quorundam lege prædiorum, *Taillia debetur superiori domino tailliabilis fundi*: Nunc si fundus teneatur à militaris ordinis viro, *Taillia* immunitatem habebit: sinautem à plebeio, non habebit. Quemadmodùm patrio ritu Andium olim ita ferebatur. *Si vn Gentil home auoit maison ou chastel de Roy ou de Baron, & celluy hebergement soit taillable, tant come le Gentil home le tendra en sa main, il nen rendra sa Tailles. Mais s'il la transportoit en main coustumiere, la coustume rendra les Tailles: Et le Gentil home ne len peut garantir.* In antiquo Volum. Andens. Consuet. manu exarato An. 1437. sub Rubr. De censibus.

Communi Feudorum iure aliud erat feudũ Nobile, quod possessorem nobilitabat, & aliud Burgense quod possessorem non nobilitabat. Bal. in prælud. Feud Ioh. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr De præscrip. Sed hodie differentia hæc omnis sublata est quoad nobilitatem.

Artic. 158. Edicti Blesen. sic habet, *Les roturiers & non nobles, achetant Fiefs nobles, ne seront pour ce annoblis, ny mis au rang & degré des nobles, de quelque reuenu & valeur que soient les Fiefs par eux acquis.* Sunt enim hæc etiam feuda pagatica, *Fiefs roturiers.*

DE regiis certè nummorum Indictionibus istud obiter tenete, 3.
eas nuper patrimoniales factas, magis quàm personales. Lege regia Aurelianen. (§. 126. &. 127.) quam Senatus cõprobauit Idibus Septemb. An. 1561. Sacerdotes enim natalibus obscuri, aut qui regiis collectis immunes Vrbes incolant Plebeij, iubentur Edicto, latifundia sua ignobilibus viris locare, à quibus plebeiæ Indictiones Principali ærario dependantur. Aliàs pro modulo rusticorum prædiorum sancita est in proprietarios ipsos nummaria collatio, nulla prædictæ immunitatis habita ratione. Quod in Lugdunenses dehinc ciues decretum fuit Aulicis tribus S. Cõsultis. Postridie Kal. Octob. 1561. 3. Non. Mart. 1566. & pridie Kal. Mart. An. 1578. Priuilegia quidem illi proferebant in medium, à Romanis Augustis concessa primitùs clarissimo eius Vrbis emporio (de quo Tranquillus, in Caligula, Cap. 20.) sigillatímque deinceps à Leone. 1. Cæs. cuius eximia in Lugdunenses immunitatum iura percenset Gregorius Turon. Cap. 63. De

Edict faict à Orleans à la supplication des Estats du Royaume.

Die 15. Septembr. 1561.

Arresta intimi Consilii regij Franciæ Die 1. Octob. 1561. Die 5. Mart. 1566. & Die vlt. Febr. 1578. cõtra Lugdunenses oppidanos. Idémque eod. anno, 1578. contra Rhemen. ciues iudicatum, tametsi priuilegiarios, & in Regni limitibus constitutos. Vide tamen posterius Arestum pro Lugdunen. Ciuitate Lib. 1. Doman. Frãc.

Digitized by Google

63. De gloria confeſſorum. Subdebant his priuilegiaria Francorum regum Diplomata in publicarum Indictionum exactores Lugdunenſ. Octauo Idus Decemb. An. 1468. Nonis Nouemb. 1470. & pridie Kal. Decemb. An. 1486. Nihilò ſeciùs coacti ſunt in ordinem Lugdunenſes oppidani, & ex Aureliana illa Lege damnati in Auditorio Principis, patrimoniali regiarum Indictionum munere defungi pro iis agris, quos ruſticis colendos fruendóſque non præbuiſſent. Vnde tantùm viridaria demuntur, ſuburbanáque loca amœniora, & ad voluptatem ciuium comparata: quæ nec temporario colono tranſcribere erit neceſſe, nec, ſi tranſcripta fuerint, maiori colonum æris Indictione onerabunt, quàm pro rata emolumenti portione, quod ex aruorũ cultura ſuſceperit. Quùm autem in Francicis aliis regionibus pleriſq; idem percrebuiſſet mos à longa iam temporum ſerie, vt *Taillia* poſſeſſionibus magis imponeretur quàm perſonis, Gallicus Pop. à Rege ſupplex petiit in Comitiis Bleſenſibus, vt regiæ Indictiones toto orbe Gallico perſonales ſancirentur in poſterum, non patrimoniales: contrario quouis Vſu, Iudicúmve Sententiis exploſis. Sicuti patet Cap. 35. poſtulatorum ab Equeſtri ordine in celeberrimo illo Franciæ concilio. 3. Kal. Februar. Ann. 1577. Bleſenſi tamen Edicto, quod extat, nil ea de re ſcriptum comperi: bona interim ſpe fretus, grauiſſimis iiſce Indictionibus à Principe (vel auito Karoli. 5. admonitu) ſtatutum iri modum. His enim germanos ſuos affatus eſt moriens Karolus. 5. apud Froſſartũ, Hiſt. Volum. 2. Cap. 56. *Les poures gens de noſtre Royaume ſont fort greuez & tourmentez par Aydes & Subſides, oſtes les le pluſtoſt que vous pourrez. Car ce ſont choſes (nonobſtant que ie les aye ſouſtenues) qui mout me grieuent & poiſent en mon courage. Mais les grandes affaires que nous auons eües en toutes les parties de noſtre Royaume, m'y ont fait entendre.* An. 1380. Nec diu poſt, ab eodem Auctore proditum fuit memoriæ, *que les Seigneurs ſe forment ſur autre condition & maniere qu'ils ne faiſoient autresfois: & trouuent pour le preſent plus grande cheuance, que ne faiſoient leurs predeceſſeurs du temps paſſe. Car ils taillent leur peup leà volonté, & du temps paſſé ils n'oſoient, fors de leurs rentes & reuenues.* Hæc, Froſſartes Hiſtorcius, Lib. 3. Cap. 50.

enim Edictum, in Curia iuuaminum, hac parte ſeruatum eſt.

Francorum Principum Reſcripta de immunitate Lugdunen. ciuitatis Die. 6 Decẽb 1468. 5. Nouemb. An 1470. Vlt. Nouemb. An. 1486.

Apud Lemouices, Vaſatenſes, Condomienſes, Agennenſes, iiſque confines alios Aquitaniæ populos, *les Tailles ſont reelles, & non perſonnelles.*

Die 30. Ianuar. an 1577.

Vitriatij artifices, *les Verriers*, in Campania Francica, olim donati ſunt à Karolo. 7. rege plebeiarum immunitate indictionum, *de toutes tailles, aydes, ſubſides, pranoſtez, barrages, &c.* Quod priuilegium *à ceux qui ſe meſloient de faire des verres*, confirmatum fuit à Ludouico. 11. Ludouico 12. Franciſco. 1. & Literis Karoli. 9. Menſe Iunio An. 1563. Errici 3. Octob. 1174. Errici 4. Ianu. 1596 *Verifiées au Bureau des Threzoriers à Bordeaux le* 21. Feb. 1596 Eadem priuilegia Normanis nobilibus ſecundo natis qui Vitriariam facerent, data ſunt à Carolo. 8. rege.

Le Roy Philippes le Bel donna Priuilege aux puiſnez nobles de Champagne, que pour faire des verres ils ne derogeroient à nobleſſe & demeureroient francs & exempts de toutes tailles & ſubſides. Monſieur le Bret Aduocat du Roy aux Generaux, & à preſent Aduocat General à la Cour de Parlement, dict auoir veu le Priuilege dud. Roy Philippes.

4. DVRVM videatur primo intuitu, quòd quùm ignobiles viri, qui *Feudorum* proprietarij ſunt, nexu ſoluantur Dominicæ ſeruitutis Moribus introductæ, eidem tamen ſubdantur ij, quibus ipſimet fundi, impoſito vectigali, emãcipantur. Atqui perpetua hæc locatio, proprietatis tranſlatitia eſt, iuſtíque rerum dominij. l. vlt. Cod. De locat. rer. ciuil. Lib. 11. Fab. ad l. 1. Cod. De iur. emphyt. Et in §. adeo Inſtit. De locat. Quin & peculiare Andium Ius eſt, *vaſallo*, qui ampliùs fundi triente abalienarit, patronale in eundem imperium, quantumcumque ſibi exceperit, nullum ſuperfore, ſed ſolidum de-

Hinc Togati noſtri ordinis ſentiunt plurimi. reditum fundiarium. cuius leg. ac onere perpetuo alienatus ſit fundus beneficiarius. fide in patronum reſeruata, partiundum eſſe inter hæredes tanquam nobile iptum & clientelare prædium, *& non comma unerents reuuriere, ancores que le Seigneur de*

uolui, ad Dominum superiorem. i. §. 201. 202. & 210. Cur ergo tam variè, vt beneficiarium prædium, quod à cliente etiam plebeio tenetur, patrono non seruiat: perpetuo autem colono traditum lege nummarij redditus annui, Domino seruiat superiori? Ratio est in procinctu, quia *vasalli* eximio quodam iure *Feuda* possident: solo clientelæ in eos sacramento obligati, Qui Dominicum suum nobile ipsis olim hac lege fruendum concessissent. Libellarij verò possessoris vilior est inferiórque conditio, obnoxij nimirum annuo reditui, clientibus ipsis, qui libello prædium dederint, pensitando. Nec enim censentur *vasalli*, *Feudum* triente vltrò alienasse, quùm perpetuis conductoribus prædia tradiderint sub annuo vectigali; retenta ab hisdem clientelarium in patronos munerum functione. Nam loco fundi habetur solarium, annuusvè reditus, quem sibi cliens pacto reseruarit: nec prorsus distraxisse creditur, qui agros locarit nummaria in perpetuum mercede, beneficiarisque omnibus receptis officiis. Verùm quod attinet ad superiorem rectúmque Dominum, inefficax forte videretur receptitium istud clientelæ obsequium apud Andes nec impedite, quominùs alienata plus tertia fundi parte, iura omnia directa, ad superiorem illum purè deferrentur. i. Tit. De dispertitione feudalis Beneficij.

Fief du fonds ne l'aye par infeodee. Quia subrogatum sapit &c. Iuxta Consuet. Aurelianen. §. 147. Alii verò contrà. *& quelquonque est pure roturiere, non infeodé. & question* est dubilis in diuisione prærogatiua feudi siue feudario fundo. Hâncque in partem iudicatũ està Curia, circiter annũ. 1578. pro M. *Falut* procuratore in Parlam Sed Andibus otiosa fuerit hæc quæstio, quùm alienans vltra tertiam partẽ corporis feudi non possit retinere fidei præstationem, sed totum ius directum, immediatè deuoluatur ad dominum superiorem. i. Tit. *De Dispo. de Fief.*

Dispo. De Fief.

Cap. 31.

Gens d'Eglise, ne nobles ne doiuent Moultes, ne Fournages, Pressoirages, ne Corvées, s'ils ne acquierent choses qui les doiuent: combien qu'ils ne peuuent faire Four ne Moulin au preiudice des Seigneurs. Et iront leurs Mestayers & gens roturiers demourans és lieux & Feaiges nobles aud. Moulin & Four. Car le priuilege de non y aller descend des personnes, non pas des lieux.

Cænomanæ Legis consimili Cap. 36. subditur hæc clausula, *Et ne pourront aucuns doresnauãt vser de vertes Moultes.*

SACRATI ORDINIS VIRI, AVT MILITARIS, I. NON SVBIICIVNTVR BANNARII PISTRINI MOLITVRÆ, PANVN COCTVRÆ IN FVRNO PVBLICO, VINI PRESSVRÆ IN DOMINICO TORCVLARI, NEC RVSTICIS DENIQVE OPERIS SERVILIBVS. EXCEPTO, SI ILLI PRÆDIA ACQVISIERINT TALIBVS SVBDITA ONERIBVS. CLERICIS TAMEN, AC MILITIBVS LIBERVM NON EST, NOVOS FVRNOS MOLASVE FRVMENTARIAS CONSTRVERE IN PATRONORVM DISPENDIVM. EORVM VTIQVE COLONI AC PLEBEII CLIENTELARIVM VILLARVM HABITATORES TENENTVR, SVA FRVMENTA MOLERE IN DOMINICO PISTRINO, ET PANES COQVERE IN PROSCRIPTO EIVSDEM DOMINI FVRNO. QVIPPE QVVM HVIVS ONERIS VACATIO EXEMPTIOQVE CONDITIONI PERSONARVM ACCEPTOFERATVR, NON RERVM IPSARVM.

Extat in Archiis cathedralis Andium Ecclesiæ Rescriptũ solemne Comitum Andensium, quòd nullas taillias capere consueuerunt à subditis Ecclesiæ eiusdem absque cõsensu Capituli. *Lad. Lettre cottée M. M. en l'Inuentaire des Chartes de l'Eglise d'Angiers.*

SACERDOTVM

SACERDOTVM immunitatem prædicauimus Lib. 1. FRANCICI CENSVS AVGVSTI Tit. 14. Et Lib. 3. SACRÆ POLIT. FORENS. Tit. 2. Cuius idcirco iura immunitatis non perſequemur hoc loco: ne verſibus iiſdem occidat miſeros crambe repetita magiſtros. Sed obiecerit aliquis, onera muneráque Patrio Ritu debita ſuperiori domino, ſeruitutes eſſe prędiorum veriùs quam perſonarũ: ex ſuperiori nempe Ditione ſubditis locorum impoſitas. Quo in genere patrimonialium munerum, ſacra Eccleſia in commune ius redigitur Ordinũ reliquorum. Aſt errant, qui Furnariam cunque aut Molendinariam ſubiectionem (de quibus Lex noſtra) patrimonialẽ eſſe autumant, ac non perſonalem pótiùs ſeruitutem, vilibúſque agrorũ colonis ac ſeruis indictam, quaſi glebæ adſcriptitiis. Id quod Andiũ Conſtitutio municipalis perſpicuè declarat, extrema Clauſula huius Cap. 31. Sic Francica vetuſtas ſubditam plebeculam appellabat *les vilains du Seigneur, les couchans & leuans en ſon vilenage.* In antiquo iſto Frãcicarum Legum volumine, *Ciſt liures eſt apelez li Liures la reigne, & Enſeignedroit à fere & Iuſtice à tenir treſeſpeciaument.* Atqui notum eſt, Eccleſiaſticos profanorum hominum Legibus non teneri, ſi perſonas reſpexeris, nec perſonalibus Plebeiorum oneribus illigari. Bartol. Alex. & Iaſ. ad l. 1. Cod. De ſum. Trin. Quibus congruit pontificium Innocentij. 3. reſcriptum, Eccleſia S. Mariæ De Conſtitut. Verùm hoc ita temperandum aliquando, ſi Lex Prouinciæ verbis conceptis Sacerdotes onerarit cum aliis promiſcuè, neque id tùm oneris Clerus edita animi cõteſtatione, renuerit. Scilicet *Banno* Dominico ſeu vendundi vini, ſeu agendæ vindemiæ nihilò ampliùs eximuntur Clerici, ac Nobiles viri, quàm Plebeij: niſi eam immunitatem illi titulo iuſtáve poſſeſſione ſibi pararint. Vt diſertè cautum eſt. i. §. 186.

Præter hanc bannarij furni & piſtrini coercitionem, de Torcularibus loquitur Andiũ mos, hoc § 31. in ver. *preſſoirages*, quibus nihilo magis, quàm ſuperiorum generũ bannis Nobiles & Eccleſiaſtici ſubinci dicuntur hoc loco. Haud ideo tamen inter plebeios Torcularium banna Lege hac ſanciuntur: quùm exempli gratia tantum illic memorentur. Vt eiuſdem Artis ſequens demonſtrat.

Art. 31. Verſ. *Car la Priuilege de non y aller deſ end aus perſonnes, non pas des lieux.*

Ban de vandanger, & tanerne Lanniere, vt quidam Conſuetudinarij loquuntur. Quali iure bannario diſertè exempti fuerunt Milites & Clerici, *par la Charte du Ban octroyé aux Eſcheuins & habitans de Mâtel an.* 1211 hac ſcriptura. *Communitas poterit inſtituere bannum in Villa Meduntæ, & nullus vendet vinum in villa Meduntæ, niſi de Communia Meduntæ fuerit, vel miles aut clericus manens in eadem villa Meduntæ.*

2. NVNC quærendum ſubit, an minorum infularum Clerici vtantur immunitate, de qua, hoc Cap. 31. Vt pote qui inſigniti ſint tantùm ſacra Tonſura, nec ſeſe totos addixerint Sacerdotali vitæ inſtituto. Probabilius eſt vtique, Eccleſiaſtici priuilegij verba minimè his accommodari. Nam patriæ Legis vocabulo, *Gens d'Egliſe*, (in d. §. 186.) ſignificantur hi ſoli, qui ad ſacratos Ordines prouecti ſint, omninóque Numinis ſe cultui deuouerint. Auctore D. Gregorio, Epiſt. 54. Lib. 11. ex qua, pótificius Canó De perſona Cauſ. 11. Quæſt. 1. Authen. Preſbyteros Cod. De Epiſcop. & Cler. Fateor quidẽ, raſi capitis Inſigne Eccleſiaſticis ordinibus cõtineri. Decretali Epiſt. Innocentij. 3. ad Rothomagenſem Archiepiſc. Cùm contingat De ætat. & qual. At nullum exinde ſacrum munus obire in Templis poteſt, qui ſolo detonſi verticis ſymbolo clericum ſe profiteatur, vel etiam ἀκόλουθον Cap. 6. Carthaginen. Conſilij. 4. in Can. Acolytus, cum. 4. ſeq. Diſtinct. 23. Can. cleros, 21. Diſtinct. Quod & Thomæ Aquinati probatur Quæſt. 35. 40. In. 3. Par. Summar. Et Francica Regum Sanctione repetitum fuit an. 1563.

§ 186. *Gens priuilegiez, comme Nobl. s, & gens d'egliſe ne ſont exempts du Ban de leur Seigneur, &c.*

Clercs à ſimple tonſure.

3. NOBILES itidem plebeiis muneribus vacui liberíque ſunt ſu-

Digitized by Google

Art. 21. Regij Edicti, Ianuar. Mens. 1563. quod iteratum fuit apud Ruscinonem die. 9. Augusti. 1564. Sed illius Artic. verificatio à Senatu suspensa est.

prarelatis. Callistratus Lib. 5. edicti monitorij l. Non tantùm De excus. tut. §. Ilienſibus & propter inclytam nobilitatem ciuitatis, & propter coniunctionem originis Romanæ iam antiquitus & S. consultis & Constitutionibus Principum plenissima immunitas tributa est. Qua de Ilienſium coniunctione cum Roman. Popul. multa Tranquillus in Claudio Cæs. Gallis certè non modò profectitium habetur nobilitatis decus, sed aduentitium quoque ex Senatoria purpura in summis Tribunalibus, aut beneficio etiam Principali, tanquam eximiæ cuiusdam virtutis præmium. Cui rei argumento est PATRVM Decretum haud incelebre. 4. Kal. Mart. An. 1546. inter Bertrandum & Ludouicum Karoli Mottæ filios, regij olim Consiliarij in Prætoriano Senatu, quod *Magnum Consilium* appellat. Bertrandus paterni magistratus merito sibi asserebat iura Primigeniorum nobilium in iudicio familiæ herciscundæ, eóque Lutetianam Curiam appellarat à Palatinis libellorum supplicum Iudicibus. Senatui demum placuit malè iudicatum, hæreditariæque iam Nobilitatis legibus diuidunda bonorum successio decernitur inter Patritij generis viros. Huic S. consulto persimile alterum postridie Nonas Maias An. 1573. ex prouocatione à Pictauen. Iuridico, quam Florentia Doynella interposuerat, vidua mulier Ioh. Mourault: Ioh. Roigneo, contrà, litigante. In primariam enim bonorum quæstionem Iacobi *Mesnager* demortui inciderat status controuersia nobilitatis eiusdem, quam Senatoriæ dignitatis ornamento partam sibi hæredibúsque protogenij contendebant. Ac denique secundùm nobilitatem est supremo iudicio pronunciatum. Ex Bartoli sententia, ad l. Iudices, (per eum Text.) De Dignit. Lib. 12. Cod. l. honores §. is qui non sit π. De decur. Quibus succinit Vidi Papæ Delphinal. Decisio. 376. 377. vbi & priuilegiarios de eo Codicillos memorat Delphini Viennæ Allobrogum, in gratiam amplissimi huius Ordinis Gratianopolitani an. 1434.

An regia Supr. Curiæ Munera perpetuò nobilitent.

Placitum Curiæ Parisien Die. 16. Februar. An 1546. inter filios Karoli *de la Motthe.*

Arestum Senatus Parisien. Die. 8. Maij. 1575.

Priuilegiarium Delphinatis Reguli diploma in Gratianopolitanos Consiliarios an. 1434.

Par Arrest de la Cour des Aydes de Paris donné le 10. d'Octobre 1601. au rapport de Monsieur de Mouceaux entre l'estat de la Noblesse du pays de Condomois en Gascongne demandeurs en requeste de decharge & radiation des tailles ordinaires & extraordinaires dud. pays, & recepte du Condomois, en laquelle est compris le Bazadois, Asserac & le Comté du Gaure d'vne part, & le Syndic dud. pays de Condomois & de la Senechaucée de Bordeaux, ila eſté iugé sur production des parties (apres le renuoy faict de ladite cause en lad. Cour par Arrest au Privé Conseille 16. de Feburier 1599.) Que sans auoir esgard à ladite requeste de lad. Noblesse, chacun des Nobles contribuera aussi. tailles à raison de ses fonds roturiers & biens roturiers comme estans lesd. tailles aud. pays de Gascongne réelles & predsales. Defendu neantmoins aux Consuls & Magistrats des villes dud. pays de faire aucune leuée de deniers extraordinaire sans Patentes, & sans l'authorité du Roy. Patentes du Roy Iehan du 16. Nouemb. 1353. de privileges, exemptiõs & franchises octroyees de toutes impositions, peages, trauers, barrages, à la Cour de Parlemẽt de Paris. Patentes du Roy du 29. Iuin 1556. verifiees au Parlement de Paris le 2. Septembre ensuyuant, par lesquelles il declare les Conseillers & Presidens du Parlement de Bretagne & Officiers d'iceluy francs & exempts de toutes impositions, subsides, &c. Ainsi que de tout temps sont les Officiers du Parlement de Paris: Lesdites Patentes verifiees aussi en la Cour des Aydes & Chambre des Comptes à Paris aud. an. Et verifiees au Parlement de Rennes le 11 Ianuier 1556. Privileges des Officiers de la Chambre des Comptes de Bretaigne par Patentes du Roy du 6. de May 1580. d'exemption de toutes subuentions & subsides royaux verifiees en la Cour des Aydes à Paris le 15 de Septembre. 1582. Et en la Chambre des Comptes de Bretaigne à Nantes le 7. de Feurier 1583. Et publiees en l'eſſection d'Angers le 3. de Iuin 1583.

PER hunc modum Galli reges nummariæ Indictionis cuiusque 4.
exemptionem irrogarunt PATRIBVS CONSCRIPTIS Curiæ Parisien. fiscalibus Triumviris, Actuariis, regiisq; in eo Senatu Appparitoribus. Rescripto Idib. Februar. An. 1398. tũ postridie Non. Februar. 1403. 7. Kal. Iunias. 1404. & 18. Kal. Ianuar. An. 1410. Cuius postremi Rescripti vel vna hæc periodus testatur antiquum libertatis vsum Senatoriæque immunitatis. *Cùm alias per Arestum in nostro Parlamento dictum fuerit, quòd dilectæ & fideles gentes nostræ nostrum Parlamentum tenentes, necnon Hostiarij eiusdem Parlamenti pro bladis, vi-*

Regiæ Literæ immunitatis Senatus Parisien. Die. 15. Februar 1398. Die. 6 Feb. 1403 Die. 16. Maij 1404 Die 15. Decemb. 1410. Tum die. 18. Mart. 1415. 10 Mart. 1416 & 4. Febr. 1421. Quas in Curiæ Actis conditas perlegi.

tis,

nis, animalibus, lignis, aut aliis munitionibus ſuis quibuſlibet, quæ & quàs Pariſius per terram ſiue aquam deferri facimus in domibus eorumdem pro victu & neceſſariis garnitionibus ſuis, ad Pedagium, Telonium, Conſtumam, Tranſuerſum, Exactionem, ſeu Redibentias aliquas ſoluendum minimè teneantur, &c. Præclarum interim de eo S. C. taceo, perſpectis vndique veteribus Regum tabulis factum Idibus Octobr. Ann. 1442. Quin & Karolus.8. ſuperiùs Priuilegium ad viduas produxit Senatorúmque liberos, Aduocatorum & Procuratoris fiſci, Actuariorum, & Viatorum Curiæ Pariſien. Ne hi videlicet, Regiæ in militiam euocationis nomine, ex *Feudis* ſuis inquietarentur. Sacro diplomate in Curia promulgato, præſide Rege. Mart. Menſ. An. 1484. Vt produnt Regeſta Senatus Pariſien. Ac vniuerſim deinceps Lodoicus.12. Ordini Clariſſ. eiúſque Officialibus ſua Immunitatis iura & prærogatiuas reſeruauit. Eximiis Codicillis Idib. April. An. 1497. Symmachi enim verbis, de exemptione portorij, graue antiquis viſum eſt, vt tolerantibus onera Senatoriæ dignitatis ſum ptus immodicus adderetur: Epiſtol. 60. Libr. 5. Aſt de plebeiis nummorum collationibus annuis iudicat identidem Curia Vectigalium publicorum aduerſus poſteros ſupremi etiam cuiúſque Magiſtratus. Nam haud ita pridem Robert. Corbinus cliens meus diſſeruit apud Lutetianos vectigalium Iudices ſummos, redigi ſe inter Plebeios non debuiſſe à Vicanis Flechiani, Andium oppiduli, nec ſuum cum aliis nomen ignobilium Indictionũ Chartulis inſcribi: quòd patre natus eſſet Regis conſiliario in Senatu Prætoriano. Nihilò ſeciùs Tributarij iſti Iudices de eo pronuntiarunt non liquere, ac interlocuti ſunt, natalitiam auorum nobilitatem Rob. Corbini longa ſerie ipſis adprobandam Decreto. 6. Iduum Iuniar. an. 1576. Nimirum (Senecæ dicto) qui egregiis ortus eſt Maioribus, qualiſcunque ſit, ſub vmbra ſuorum latet. Vt loca ſordida repercuſſu Solis illuſtrantur, ita inertes maiorum ſuorum luce reſplendere cupiunt. Lib. 4. de Benefic.

Pariſienſe Areſtum Die. 15. Octob. 1442.

Ban & Arrierban.

Die 13. April. 1497.

Ius Senatorum, & auctoritatẽ eius Ordinis, in quo Nos quoque ipſos numeramus inquit Aurelianus. *Imp.* neceſſe eſt ab omni iniuria defendere.

Areſtum Curiæ Iuuaminum (quam vocant) Die. 8. Iunij. An. 1576. In cauſa Rob. Corbini, qui filius extitit Conſiliarij in magno Regis Conſilio

Arreſt de la Cour des Aydes du 8. Aouſt 1571. plaidans Thourondes pour le corps des Conſeillers du grand Conſeil requerant eſtre exempt de l'impoſt des quatre ſolz & 2. deniers. Et Eſcorcheuel pour le Permier, & Huiſſon pour la ville de Paris. Thourondes dit que par les Patentes de l'an 1527. & autres de l'an 1547. 1559. & 1567. les Roys les ont declarez eſtre domeſtiques, Officiers & commenſaux de la maiſon du Roy iouyſſans de meſmes priuileges que les domeſtiques. Or par l'erection de ceſt impoſt de 4. ſolz & 2. deniers, l'an 1551. ou 1552. les Officiers domeſtiques du Roy en ſont exempts. Mais on leur dict qu'ils ne ſont domeſtiques que per fictionem. Que le Parlement de Paris payé de impoſt &c. La cauſe fut appointée au Conſeil. Arreſt de la Cour des Aydes du 28 Nouemb. 1584 plaidans Robert pour maiſtre Iehan Ayrault Preſident des Comptes de Bretagne, & Toublanc pour les Eſchevins d'Angers: led. Ayrault Preſident a eſté declaré exempt de l'impoſition. Autre Arreſt de ladicte Cour des Aydes du 28. Auril 1580 entre vſtienne Bonnet Conſeiller au grand Conſeil, & les Maire & Eſchevins de Poictiers deffendeurs, tant pour led. demandeur en Lettres de conuerſion d'appel en oppoſition ſur l'impoſt de douze cent mille liures mis ſur les villes cloſes du Royaume. Bruſchet pour leſd. Eſchevins diſant que led. impoſt eſt de l'an 1577. pour leſ'ierles eſtrangers de ce Royaume, auec la clauſe exempts & non exempts, priuilegiez & non priuilegiez. La Cour ordonna que led. Conſeiller ſeroit rayé de l. impoſt & luy ſeront les deniers rendus. Pareil Arreſt d'exemption de lad. Cour des Aydes du 14. Mars 1584. pour Charles de la Noue Conſeiller au Parlement de Bretagne appellant d'vne taxe pour vn don gratuit de la ville de Chinõ fait à Monſieur frere du Roy Duc de Touraine de l'an 1581. plaidans Chezelles pour l'appellant, Daquechin pour les habitans de Chinon, & Dusquoy pour le Roy. Ceſt Arreſt eſt en de Domanio Francio.

5. VTCVNQVE ſit, Gallici Equites nuper poſtularunt à Rege in Bleſenſi Francicorum Ordinum Conuentu, ne cuiuſuis poſthac Magiſtratus liberi aut nepotes iactare ſe poſsẽt Nobilitatis titulo, néve alij natalibus reſtituerentur à Principe; nobiliúmque virûm albo adſcriberentur, quàm qui egregiis in Rempub. meritis Regium hoc ſibi munus digne quæſiſſent. Petebant & illi, plebeios in ſua iura

In hos demum Nobilitatis emptores

Digitized by Google

extat Edictũ Mens. Ianuar. 1598. de quo Nos supra Cap. 8. Art. 7.

redigi, quicunque, triginta abhinc annos, emptitiam auro Claritatem nominis eiusmodi, vel promercalibus Fori muneribus publicis, sibi viderentur comparasse. Cap. 40. supplicis Libelli, quem Franci magnates Regi porrexêre in Blesensibus Comitiis. 3. Kal. Februar. An. 1577. Sicuti ex Quaternione actorum eo in Consilio Galliæ vniuersæ percepimus. Planè qui ad nobilitatem ritè vocantur Principali Rescripto singulari, iis, eorúmque liberis abstergitur omnis Natalium plebeiorum sordida conditio: ne vlla deinceps ignobilium onera subire compellantur. Bartol. ad l. 1. De Dignit. Lib. 12. Cod. Bald. ad l. sacrilegij Cod. De diuers. reser. Ias. ad l. omnium C. De testam. Eo modo Henricus. 3. Rex me in Nobilium virorum ordinem adsciuit, vxorem, posterósque omnes meos: quod & REGIVM Galliæ suæ PATRIMONIVM literis illustrarim, & suæ ipsius MAIEST. dicarim Libros de SACRA FORENSI POLITIA tres, Scriptáque alia ediderim, nullo interea ciuilium negotiorum nostríque vsu Fori à Nobis intermisso. Principale de eo Diploma, Februar. Mens. 1578. plenissimo collatæ Nobilitatis iure, gentilitiorúmque Insignium: quod subinde Diploma Præfecti ratiociniorum Parisiens. comprobarunt suo ciuili more. 8. Kalend. Maias eod. Anno: Et aliquantò pòst, summi regiorum vectigalium Iudices postridie Kal. Maias An. 1580. Neque hæc ideo scribo, vt inanes nobilitatis titulos ambitiosiùs spargam in vulgus: Verùm vt meminerint obiter liberi, ne paternis vigiliis partam splendidi muneris hæreditatem vilescere ignauia ac torpore patiantur, Facerem alioquin, id quod Liuius Drusus Quæstor in Asia, qui nullis insignibus vti voluit, ne quid ipso foret insignius. Vt est apud Plinium Cæcilium, De vir. illustr. Sed absurdum non est, Populo cauentem consulentémque, suis pariter domestico vitæ exemplo, paterníque sudoris obiecto præmiolo, consulere isthîc, prouidere: Quùm & Lucilius Poëta, apud Flaccum,

Le Cayer de l'Estat de la Noblesse contenant les Articles desiz plaintes aux Estats generaux de Blois, le 30. Ianuier. 1577.

Bartolus I. C. nobilitatis iure honoréque decoratus est à Carolo. 4. Cæs. Vt ipse ait in Tract De Insignib. & arm.

Decretum Cameræ rationum Principalium Die. 14. April. 1578. & Curiæ iuuaminum Die. 2. Maij An. 1580.

Horat. Serm. lib. 2. Satyr. 1.

Fidis arcana sodalibus olim
Crediderit Libris, neque si malè gesserat vnquam
Decurrens aliò, neque si bene. Quo sit, vt omnis,
Votiua, pateat, veluti descripta Tabella,
Vita senis.

IMMVNITAS Equestri ordini. Sacratóve data restringitur Andensi Lege in prædiariis oneribus prædióque indictis ei, quod ad Nobiles postea, vel Ecclesiasticos homines peruenerit. §. 31. Sic Luc. Pennatus opinatur, Nobilem quemque plebeiarum collectarum contributioni subiacere ex ignobilibus latifundiis, ob quæ nullum Regi præstet obsequium. Ad l. vlt. De fund. limitroph. lib. 11. Cod. Argum. l. 1. Cod. De off. Præfec. August. Et l. vlt. §. ab hutusmodi. π. De muner. & honor. Nam patrimoniorum munera absquo us exiguntur fundi possessore indiscriminatim. Decis. Delphinali. 7. & 78. Benedict. ad Cap. Raynutius Vers. & vxorem Num. 1030. Enimuerò 6.

Art. 31. Vers. s'ilsn'acquerent choses, qui les doiuent.

Regiæ Taillæ, in his Galliæ Municipiis de Languedoc, sunt

uerò regiis in plebeculam Indictionibus non ſubiiciuntur Galli nobiles: ſiue beneficiarios agros poſſideant, ſeu immunes ac liberos, quos dicunt *Alodiales*. Vido Papio teſte, Gratianopol. Deciſion. 384. Haud aliter Curia Pariſienſ. *Tailliarum* exemptionem vacationémque Regiam, quæ Claromontanis Aruerniæ ciuibus irrogata eſt à Karolo. 9. produxit ad fundos etiam ſitos in territorio Montisferrandi, Riomi, Bilonis, aliarúmque vrbium Aruernarum. S Conſulto eximio, quod CH. Thuanus, Curiæ Antiſtes ſolenni purpura recitauit. 7. Idus Septemb. An. 1580. Idémque propemodùm in Maſſilienſi Prouincia obtinere iactitant genere clari: qua tamen in Prouincia, patrimoniales Indictiones ſunt, non perſonales. Vtì diffusè rem pertractat ac dirimit Franciſc. *de Claperijs*, regiarum Rationum Magiſter, apud Aquas Sextias: in ſua Centuria cauſarum Fiſcalium, Cauſa. 27. & 42. Vbi libera nobiliáque Cleri ac Militum prædia ab ignobilibus eorumdem bellè diſtinxit. In ea certè Regiuncula, triplex habetur nummariæ collationis genus: aliæ ſunt Regiæ collectæ, patriæ aliæ ſeu negotiales quæ in publicos Oppidorum vſus impenduntur, poſtremæ ſolariæ, ſeu primaria ſoli lege poſſeſſoribus impoſitæ. Prioribus quidem duabus ſolutos immunéſque ſe prædicant viri Nobiles, Senatoréſque Phocenſis Prouinciæ: tertiam ſpeciem agnoſcunt tanquam latifundiis iniunctam, non Prouincialium capiti ac perſonis. Atque ita ſummi hi Magiſtratus Aquenſes in rem ſuam interpretantur Lutetiana S. Conſ. de *Taillis*, patrimonialibus eiuſce Prouinciæ, facta, Die. 6. Mart. Ann. ſeſquimilleſimo vndequinquageſimo, & 5. Septemb. 1552. Cuiuſmodi decreta Ordinis Ampliſs. Pariſiorum executus eſt Villanouanus Senator in Prætoriano Conſilio, An. 1557. At verò CONSCRIPTI CVRIÆ Lutetianæ generatim cenſuerant, Prouincialis Pop. Claſſes tres Indictionum lege teneri ex plebeiis viritim agris, non clientelaribus. Eóque minùs immorandum dehinc priuilegiariis Tabulis veterum Prouinciæ Comitum in aulicos ſuos Conſiliarios, primæque notæ Iuriſperitos. Tabularum hæc fermè ſententia erat. *Ludouicus 2. Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, Ducatuum Apuliæ, & Andegauiæ Dux, Comitatuum Prouinciæ, Forcalquerij, Cenomaniæ, ac Pedemontis Comes, vniuerſis, &c. Statuimus, ordinamus & decernimus, Silentiarios ſiue Conſiliarios, necnon Scriniarios ſiue Secretarios noſtros, circa latus noſtrum in noſtro Conſilio ſeu noſtra Curia maiore, actu continuo vel quaſi ſeruientes, à contributione & ſolutione Tailliarum, Impoſitionum, Gabellarum, Reuarum, & munerum realium, perſonalium, & mixtorum, ac onerum quorumcunque ordinariorum & extraordinariorum impoſitorum & imponendorum antea ex donis gratioſis ſeu alia quauis ratione, francos, liberos penitus & immunes, &c. Datum in Ciuitate noſtra Arelatenſi, Februar. Menſe An.* 1414. Ecquid verò de Magiſtris Rationum Principalium in Comitatu Prouinciæ? Nildum enim in eos iudiciis deciſum eſt in hoc *Tailliarum* genere & argu-

perſonales non reales: Ideoque à Nobilibus non penſitantur, qualeſcunque tundos poſſideant. Placitum Curiæ die. 7. Septemb. 1580. *pour les Habitans de Clermont en Aunergne contre les Habitans de Monferrant, Riom, Billon &c. A la charge que les Eſleuz de Clermont ſeront par eux faſſent vn enaluation & eſtimation des fons de terre de ceux de Clermont aſſis ailleurs, pour à ceſte raiſon faire le rabais des Tailles aux autres.*

Les Tailles Royaux Tailles du Pays negotiaux, & ceux qui concernent le fons d'heritages.

In Occitanis, omnes ruralis ſeu ignobilium fundorum proprietarij, ſunt taillis & ſubſidijs publicis obnoxij: demptis Secretarijs, & Officiarijs domeſticis Regis, regiorumve liberorum, & Senatoribus Tholoſanis pro vna ſua cuiuſque domo, in qua Tholoſæ reſideat. Edicto Mart. Menſ 1543. & 1555. Cum Areſto Curiæ Iouaminum Pariſiè die 17. Iulij An 1598. pro Secretario Regis, *en Plaidoyrie, touchãt les Tailles du Pays de Bazadois.*

Literæ patentes Ducis Andegauen. & Prouinciæ Comitis pro immunitate Conſiliariorum ſui Magni Conſilij Prouincialis. Qualia priuilegia poſtmodùm confirmarunt Ludouicus 11. & Carolus 9. Franciæ reges. Sed regio dehinc intimi arcanique Conſilij Decreto, cuncti Prouinciæ Ordines cum Plebeio, contribuere damnati ſunt omnibus Patriæ oneribus pecuniarijs & patrimonialibus pro rata *de leurs fons ruraux, & non feodaux.* Die 15. Decemb. 1566. & 28. April, 1570.

Pour la Chambre des Comptes de Prouence. Ampliatiõ de pouuoir, & Priuileges du Roy Henry. 2 en Aoust. 1555. Enregistrez au grand Conseil. 20. Aoust, & en lad. Chãbre le. 5. Septemb. aud. an.

Rescriptum priuilegiarium in gratiam *des Maistres rationaux, Archiuaires de la Chambre des Comptes d'Aix en Prouence Conseillers du Roy en la Chambre des Comptes, Aydes & Finãces en Prouence* Die. 7. Ianuar An 1514. verificatum in Aquẽsi Tribunali Die. 14. Ianuar. eod an. Cum Literis confirmationis Die. 14. Dec 1571 quæ publicatæ sunt in magno regis Consilio Die 11. Ianuar. An 1573. Et in Camera die. 6. Mart. seq.

Arestum Curiæ Die 22. Febr. An. bissextili. 1580 iuxta vetus Catastrum An. 1471. quo quisque Nobilis vel Ecclesiasticus tenetur indictiones soluere *pour terres roturieres, & non feodales inscriptes aud. Catastre, au Pays de Prouence.*

Placitum Curiæ Paris. die 7. Sept 1588. generalem Transactionem infirmans pactam die. 16. April. 1590. Cõfirmans autem particularem *du 2. Feurier. 1554.*

Die. 1. Sept. An. 1341.

Principale Edictum die. 6 April. 1537. publicatum in Senatu Delphinali Die 7. Maij seq. tum in Camera computorum Delphin. die. 1. Dec. 1539.

Decreto hoc eodẽ. Aduocati Parlamẽti, & Doctores Academiæ Gratianopol.

mento. Nos quidem apud PATRES PARISIEN. defendimus, superiora ipsorum Decreta in Senatum Aquensem, executioni mandari in Rationales non debuisse, nec vnius ex his Arturi *Descalis* bona, pro quo dicebam, pignerari eorum auctoritate Iudicatorum. Tales enim ratiociniorum Præfectos familiæ Principis adnumerari, & in domestico familiarisq; ipsius Comitatu versari efficaciter, quasi Aulicarũ rationum dispensatores vel dispũctores. Regiis Codicillis Aprili Mens. 1510. & 7. Idus Ianuar. 1514. qui promulgati sunt apud Aquas Sextias Foro supremo 9. Kal. Febr. An. 1514. Atq; hos deinceps cõprobarunt, in Sceptra successores, Postridie Idus Decẽb. 1572. Recitatóq; demũ ac perscriptos voluimus apud Acta Prætoriani Consilij, Pridie Idus Ianuar. 1573. & in *Camera* Ratiociniorũ Prouincialiũ pridie Nonas Martias eod. Anno. Hinc colligi intendebam, Rationales huiusmodi, velut Principis familiares ac domesticos, publicis eximi Indictionibus. Contrà autem, differente Escorceueo, pro Vicanis Bellimontis Prouinciæ Pagi, Senatus rem consilij esse pronuntiauit: ac, regia interim manu sublata à pignoribus captis, decreuit fiduciario Iudicio, præd. *Descalim*, indicta sibi Fiscalis æris collatione fungi debere: salua eius imminutione pro modulo nobilium fundorum, quos Maiores sui Ignobilibus viris abalienarint. Parisiensi Aresto. 9. Kal. Mart. An. 1580. Paucis quidem inde Mensibus transacta est huiusmodi Indictionum controuersia à Plebeio ordine, cum Senatorio, & Rationalium Prouinciæ Decuria, in rem gratiámque talium Magistratuum: Quorum nempe immunitati effusiùs prospectum fuit. Sed aliquantò pòst, Transactione rescissa, Senatores pari cum cæteris iure ac conditione regendos censuit Curia Parisiorum. Decreto percelebri. 7. Idus Septemb. 1588. secundùm Oppidanos *de Trects*, contra Ioh. Augustinum *de Foresta*, Max. præsidem Senatus Phocensis Prouinciæ. DELPHINATIVM autem Iudices summi, cum Clero, & Nobilitate, sibi arrogant Indictionum omnium vacationem, munerúmque patrimonialium. Scriptore Vido Papa, supremæ Delphinatium Curiæ consiliario, Decis. 381. 384. 388. & Francisc. Marco ibidem Senatore. Quæst. Delphin. 301. Part. 1. Viennensium vtique Delphinus Humbertus omnes promiscuè subditos nummariis exemit In tributionibus quibusuis. Solenni Instrumento Kal. Septemb. An. 1341. quod Philip. Valesius probauit Sextili Mens. 1343. ac, secundùm posteros sensim Reges Henricus. 4. Septembri Mens. 1595. Qualis priscæ immunitatis commemoratio fit, Delphin. Quæst. 153. Franciſci Marci, de quo 8. Post Vidonem Papium, Decis. 361. Sed quia identidem æris collationes Delphinatibus iniunguntur extra ordinem à Principe, sancitum est pridem, necessaria ijjhæc, & extraordinaria onera trinæ Pop. Classi indiscriminatim subeunda. Edicto regio Nonis April. 1537. quod Actis suis inscribi iussêre Gratianopolitani tum Senatores Nonis Maiis seq. & Rationales. Kal. Decemb. 1539. Iuxta ea, quæ, Ludouici.

12.

Digitized by Google

12. tempeſtate, vſu protrita obſeruatáque refert Marcus ille, Delphin. Quæſt. 458. Verùmtamen Aulico poſteriore Decreto inter omnes Pop. Claſſes definitum fuit, Sacerdotes, & natalibus Claros publicarum penſitationum immunitate fruituros: Prædiariis, poſſeſſionúmque muneribus demptis, quæ illîc nominatim percenſentur. Iunio Menſ. an. 1556. Quam in partem excute à Nobis adnotata, Lib. 3. SACRÆ POLITIÆ FORENSIS. Tit. 2. art. vlt. Eiuſmodi interea libertatis aſſertio & immunitatis maiorum Prouincię Ordinum, auget apud me fidem Satyricæ in potentiores ſententiæ Saluiani Maſſilien. Ecce, inſit, remedia pridem nonnullis Vrbibus data, quid aliud egerunt, quàm vt cunctos diuites immunes redderent, miſerorum tributa cumularent? Vt illis demerentur vectigalia antiqua, iſtis vt adderentur noua: illos vt etiam acceſſio minimarum functionum locupletaret, iſtos vt acceſſio maximarum affligeret? Lib. 4. de Iudic. & prouid. Dei. Idem, (Lib. ſeq.) illud, ait, indignius ac *pœnalius*, quòd omnia non omnes ſuſtineant, imò quòd pauperculos homines tributa diuitum premant, & infirmiores ferant ſarcinas fortium: Nec alia cauſa eſt, quòd ſuſtinere non poſſunt, niſi quia maior eſt miſerorum ſarcina, quàm facultas.

& Valentinenſ. ad certum vſque modũ ac numerũ priuilegiarij permanêre.

Nonnulli etiam ſũt, inquit idem, qui Fiſcalis debiti titulos, faciunt quæſtus eſſe priuatos. Et quid iniquius eſſe, aut indignius poteſt, quàm vt ſoli ſint immunes à debito, qui cunctos faciunt debitores?

Statut ſur le reiglement & cõtribution des tailles du Pays du Languedoc, du mois de Mars, 1483. où il declare les tailles du tout reelles aud. Pays. Item les Patentes obtenues par les gens des 3. Eſtats du Pays de Languedoc du 18. Iuin 1535. & dernier Auril 1545. & Ordonnances faictes aux Eſtats tenus à Orleans, l'an 1560. Arreſt du grand Conſeil du dernier Mars 1544. au profit de l'Egliſe & Chapitre de Rhodais, contre les Conſuls & habitans de ladite ville de Rhodais. Par lequel ſuiuant la ſentence arbitrale, & accords paſſez entre les parties, & ſans auoir eſgard aux lettres de reſciſion d'iceux obtenues par leſd. Conſuls, il eſt dit que chaſcun Chanoine de lad. Egliſe Cathedrale, ſera exempt des tailles pour vne maiſon & iardin qu'il a & aura en lad. ville de Rhodais. Ainſi comme 19 ans apres il a eſté iugé pour l'Egliſe d'Alby par led. grand Conſeil, 1563 apres veu auſſi ſur les concluſions des gens du Roy. Auſſi le Chapitre de l'Egliſe Cathedrale de noſtre Dame du Puy en Velay, nonobſtant la realité des tailles de Languedoc, ſe pretend entierement exempt de toutes tailles & ſubſides. Primò par tranſaction auec les Conſuls de lad. ville, du 15. de Decemb. 1349. omologuees au Parlement de Paris. Item par Patentes du Roy Loys 11. de l'an 1470. & 1474. en l'execution de la premiere verifiee en la Cour des Aydes de Montpellier, en faueur de noſtre Dame, cõfirmee par Loys 12. l'an 1498. François 1. & 11. Toutesfois par Arreſt de lad. Cour donné l'an 1500. ils ſont declarez exempts ſeulement pour la maiſon & iardin de chaſcun deſdits Chanoynes: & ſuiuant ce nouuellement, ils ont eſté condamnez l'an 1600 par le Iuge du Puy.

Arreſt donné par les Generaux des Aydes à Montpellier, le 8. Octobre 1552. entre le Syndic des Chanoynes & Chapitre d'Alby, & les habitans de Cahesac. Autre arreſt deſd. Generaux entre le Syndic des Chanoines & Chapitre de l'Egliſe Cathedrale de Rieux, & les Conſuls, manans & habitans de la ville de Rieux du 17. May 1555. Lettres en forme de Chartes du mois de Feburier 1473. ſur l'affranchiſſement & exemption des tailles des Chanoynes & habituez en l'Egliſe d'Alby pour vne maiſon, iardin, & vigne. Autres lettres de confirmation dud. Priuilege du mois d'Octobre 1483. & de Septembre 1560.

7. QVA porrò in Regione, perſonales ſunt æris Indictiones aut mixtæ, (in Andibus putà) nullæ omnino penduntur à Nobilitate, ex plebeiis etiam ac vectigalibus fundis, quos ab ignobili aliquo recèns acquiſierit. Albert. Brunus, Reſponſo 103. Tiraquell. in Tract. De Nobilitate cap. 20. Num. 167. Cur ergo patrius Mos, hoc artic. Nobiles alligat Dominicæ Furnorum ſeruituti Molarúmve publicarum, quùm prædia emerint talibus ſubdita oneribus? At longè latéque diſcrepant inuicem publicæ Indictiones, quibus, vt perſonalibus, ſola Plebs ſubiacet: ac *Bannariæ* Seruitutes prædiorum, quæ ſequuntur poſſeſſorem. Sed his rurſus diſtinctionem hanc adhibendam puto: aut res ipſa hactenus fuit obnoxia *Furnariæ* Dominorum coërctioni, aliiſque id genus: Quo caſu, eas nouus emptor perferet, quàmlibet ſtirpe clarus, nec immunitate vtetur. Vt cautum eſt Lege noſtra Municipali. Aut verò res ipſa immunis hucúſque fuit, vtpote à nobili viro poſſeſſa; & tunc nulla eiuſmodi ſeruilia onera muniáque à priuilegiariis præſtabuntur: qualiſcunque is fundus ex-

Verſ. *s'ils n'acquierent choſes qui les doiuent.*

titerit, siue clientelaris, siue plebeius. Vice versa, rusticus si liberum pararit sibi prædium ac beneficiarium, prædictæ seruitutis vinculo eximitur. §. Cap. 30. Cui accedit Ioh. Andreæ sententia, in addit. ad Specul: Tit. De Censib. Ex plebeiis tamen latifundiis, quæ Nobiles viri possiderant antea, nouus emptor rusticus tenetur iusta Dominica dependere. Nam personis data onerum munerúmque vacatio, cum ipsis extinguitur: rebus data, nunquam extinguitur. Id quod rescripto Seueri Imp. ad Pelignianum rectè est constitutum. l. ætatem §. rebus π. De censib. Cæterum si à temporariis colonis detineatur clientelaris Ditio Nobilium hominum seu Plebeiorum, vtrobique Dominica iura sunt à conductoribus pensitanda. Vt demonstratum est Cap. præcedenti, Argum. Bartol. ad l. licitatio §. mercatores. π. De publican. Ioh. Andr. ad Speculat. De immun. Eccles. vbi quæritur, an vectigalium immunitas transeat ad emptorem, vel quemuis alium priuilegiarij successorem peculiarem. In summa, quatenus priuilegium ex personis vel rebus definiri oporteat, aut illarum ratione constringi, harúmve ampliari, Faber discussit accuratè in l. Hæredes Cod. Ad S.C. Velleian.

Vers Andeg. Leg. 31. *combien qu'ils ne peuuent faire four nemoulin au preiudice des seigneurs: & iront leurs mestayers & gens roturiers demourás és lieux & fraiges nobles audit moulin & four. Carle priuilege de non y aller descend des personnes, non pas des lieux.*

SERVILIA quidem ac plebeia onera, quæ Dominico fundo debentur, non subeunt Nobiles viri Moribus patriis: at prædio imposita, lege *Feudi*, quamuis indecora forsan, inepta, & inania, haud leuiter possunt detrectare. Quid enim si veteri beneficiaria cautione pactum sit, vt quotannis certa die cliens patrono iocosam accineret cantilenam, siue aliud quicquá præstaret voluptuarium? Tunc clientelari aut legi parendum, aut fundo cedendum est. Nam onus istud rei iniunctum fuit, dictum in traditione rei, & inseparabile à re. Si cliens non est oneri ferundo, vel prædiis annexum hoc causetur esse molestius, eodem prædiis cedens liberatur: nisi mallit certis casibus ipso defungi vicariis operis Procuratorum. Atque ita Senatum pridem iudicasse audio secundùm patronum, aduersus Dn. *de Lansac* vasallum, qui iudicio damnatus est, humeris suis deferre profesto Natalis Christiani grande lignum in focum ignémque domesticum patroni sui, aut ab alio, ipsius nomine deferendum curare, si qua iusta causa ipsum à personali eo múnere excusaret. Enimuerò sordidum, vile ac ridiculum onus, si quod prisca simplicitate indictum sit *Feudo*, clientibus remittendum est, aut in aliud honestius decentiúsue commutandum. Nec enim Iura delicatorum votis indulgent, creditorisve perpetam onerosi. Vlpian. l. si seruos De pignerat. act. Item rerum dispositio omnis tacitè intelligitur salua honestate, pudore, ciuili decoro, ac ciuilium Legum auctoritate: Alioquin vel rescinditur tota, vel nouatur & immutatur Vt Herennio Modestino placet l. quidam in suo testamento De condit. institut. Ac Æmilio Papiniano, Respons. Lib. 3. l. Seruo alieno §. ineptas voluntates de legat. 1. Proin. illicitæ conditionis inhonestæve onus conuerti expedit in aliam licitam, magísque probabilem ex vsu vulgari. Auctore eodem

In hoc quoque argumentum scripsimus nonnulla, ī. lib. 2. Tit. 3. art. 6.

Sic à liberto turpes operæ non debẽtur, sed quæ honestè præstari possint. l. eius l. Hæ demum π. De oper. libert. Nec dominus cogere potest subditos ad saltandũ & tripudiandum in Castro suo. Quia ius honestatis sẽper cẽsetur exceptũ. Bald in l. quod ex liberta C. de oper. libert. dec. in l. sẽper in contractibus de reg. Iur.

8

eo dem Modeſtino, l. legatum de vſufr. leg. Cuius ſententiam ſecutos PATRES Pariſien. accepimus, *Feudarium* munus deriſorium nummaria erogatione penſaſſe. Decreto Curiæ pro clietibus quibuſdam Domini *d'Argenton* Baronis *de Moncontour*, cui, antiquo iure *Feudario*, offerenda fuit à nouo quoque ſubdito Alauda, boum curru vecta vinctáque, nimiùm curiosè. Simili modo, Canonici ſimul & Comites Lugdunenſes, quùm patronale ius haberent coxæ locandę in geniali thoro ſubditi ſubditævè nuptias ineuntium, primo ipſo connubiali die, paſſi ſunt, obſcœni huius oneris conuerſionem in epulare munus eadem die nuptiali. Neque iis prorſus abſimilis pendebat controuerſia apud Palatinos Iudices libellarios an. 1580. inter Ioh. Vallam. Dominum *de Leuaray*, Cenomani agri: & *vaſallum* ipſius Vilhelmum Megaudeſiam, torquatum Equitem. Abs quo ille petit, ex ſui prærogatiua *Feudi*, vt quoties ſeruiens prædium mutarit poſſeſſorem, nouus cliens veniat ludicra *Quintani* pugna certatum, & gratioſam Dominæ cantilenam decantatum, omnis vice Feudalis officij & obſequij. Sed patroni libellum actionémque oppugnat cliens vilitate ſeruilíque eius oneris conditione, parum congruentis Equeſtri ſuæ dignitati ac regio Equitum auratorum Ordini, cui dudum ſit adſcriptus. Ea de cauſa poſtulat reus, vilem hanc operam quæ ſe minimè deceat, annuo potiùs in patronum ære commutari. Quo in negotio, Nos multa alia apud Iudices pro cliente, cuius partes Aduocati tuebamur. Nec malè his Cenomanam legem aptaris, (§. 36.) & Andenſem, ſimili hoc §. 31. de ſeruilibus operis ſubditorum, queîs vacui exemptíque Nobiles viri, cum Sacerdotibus, declarantur. *Coruatas* autem huiuſmodi, ac ruſticas plebeiorum operas excutiemus poſtea. (Artic. 37.) Quippe quæ non Gallis ſolùm vſitatæ ſint, verùm & toto diuiſis Orbe Britannis. Nam, (vt cum Froſſarte Hiſtorico loquar) *Vn vſage eſt en Angleterre, & auſsi eſt il en pluſieurs Pays, que les Nobles ont grans franchiſes ſur leurs hommes, & les tiennent en ſeruage: c'eſt à dire, qu'ils doiuent par droit & par Couſtume labourer les terres des Gentis hommes, cueillir les grains, les amener à l'hoſtel, les mettre en la Granche, les battre & les vaner, & par ſeruage les foins fener, & les mettre en l'Hoſtel, & auſsi couper le bois & le mener à l'Hoſtel. Et doiuent iceux hommes tout ce faire par ſeruage aux Seigneurs, & trop plus grande foiſon a de telles gens en Angleterre, qu'en d'autres pays, & les Gentishommes & les Prelats en doiuent eſtre ſeruiz: & par eſpecial en la Comté de Kent, d'Exceſtre, de Souxceſtre, & de Bethfort en y a plus qu'en tout le demeurant du monde. Mais ceux deſd. contrees ſe rebellerent l'an 1380. diſans qu'on les tenoit cõme beſtes. Laquelle choſe ils ne pouuoient plus ſouffrir, mais ils vouloient eſtre tout vn, & s'ils labouroient ou faiſoient aucuns labourages pour leurs Seigneurs, ils en vouloient auoir ſalaire.* Hæc Froſſartus, Hiſt. Volum. 2. cap. 74.

Moncontour, Baroniæ nomine, Guliclmus *de Craonbaille ſon Aduoüan au Duc d'Anjou à cauſe de ſon Chaſtel de Saumur*, Die 3. Iulij an. 1409 Sed Iohannes *de Chaſtillon* an. 1485. fecit fidem & hominium Regi tanquam Baro *de Moncontour*.

Du Chaſteau de Moncontour, ſeant ſur les marches d'Anjou. Froſſartus Annalium lib 1. cap. 196.

Proces pendant deuant Meſſ. des Requeſtes du Palais inter duos Cenomanos dynaſtas, *Iean Deſuaux, & Guill. de Megaudais.*

Seruice feodal, de venir courir la Quintaine, & dire la chanſon a la Dame, pour une preſtation de foy, & deuoir Seigneurial.

§. 31. In verſ. *necernunt.*

Ruſticas huiuſmodi Operas & *Coruatas* perſtrinximus etiam lib. 3. Doman. Franc. Tit. 18 art. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

Cap. 32.

Homme noble, où coustumier en son domaine hommage est fondé d'auoir buysson à connils defensable au vol d'vn chappon, enuiron la maison de son domaine hommage: Et contient vol de chappon 160. pas doubles, qui sont 320. pas simples, vallant à prendre à longueur de cordes d'vn Mesureur ou cordeleur de terre.

NOBILI, AC PLEBEIO CVIQVE IVS EST, IN CLIENTELARI SVO LATIFVNDIO DVMETVM HABERE CVNICVLOSVM, QVOD INGREDI VOLENTIBVS ALIIS INTERDICTVM SIT, TANTO FEVDARII EDIFICII AMBITV AC CIRCVITV, QVANTVS GALLI CASTRATI VOLATVI SVFFICIAT. HIC AVTEM CAPONIS VOLATVS COMPLECTITVR CENTVM ET SEXAGINTA PEDVM PASSVS GEMINOS, QVI DVPLICATO SINGVLORVM NVMERO VICENOS CVM TRECENTIS PASSVS CONFICIVNT. QVALIS PASSVVM DIMENSIO SVMENDA EST AB LONGITVDINE FVNIVM AGRIMENSORIS.

De finitoribus, agrorúmque Mensoribus adnotaui nõnulla li. 3. de Domanio Franciæ Tit. 22. art. 3.

HAVD pauca Moribus attributa sunt *Feudorum* possessori, cuius Prætorium seu Dominicæ ædes eousque patuerunt antiquitùs, quò volatus Caponis protendebatur. Hoc ideò quidem, non vt cortis aues extra ædium sepia prohiberentur euolare: sed vt iustiùs ædificiorum ambitus familiari ista definiretur volatus galli castrati longitudine ac mensura. Eódem recurrit sequens Artic. nostrę Consuet. Aruernis certè volatus Caponis designat patria voce, *la motte, fossez, ou douue, s'aucune y a, sinon vne sexterée de terre à l'entour de la maison.* Aruern. Leg. Tit. 12. §. 51. Bleiensibus verò diuersum de eo statuitur aliquid in *Feudaria* domo primigeniis adsignanda præcipuo iure. §. 143. Tit. De hæreditat. Nec multò aliter Carnutibus vsurpatur volatus Galli castrati. §. 4. Tit. De *Feudis*. Valesiis item municipibus. Artic. 57. & 58. De *Feudaria* bonorum successione. Verùm apud Romanos id solum fuisse ambitus ædium dixit Publ. Scæuola, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur. Vt refert M. Tullius in Topic. Ambitus dehinc Sexto Pompeio videtur esse circuitus ædificiorum patens in latitudinem pedes duos, cum dimidio: in longitudinem, idem quod ædificium. Lib. 1. De verb. veter. signif. Sic Budeus ex Festo tradit, ambitum primarij domicilij, quod primigenio ex præceptione competit, propriè esse circulum ædificiorum patentem in latitudinem pedes duos cum semisse. Itaque, vt ad nostrates Mores redeam, Dominici sepia ædificij intelliguntur, & circumscribuntur volatu Caponis, hac Lege Andegaua: ne scilicet cuiquam liceat, intra illud spatium Lege præfinitum (pro volatu Caponis) à rubeto occidere cuniculos in fundo alieno. Cuique enim

Ambitus, in XII. Tabulis appellatur spatium illud quod inter vicinas ædes intercedere necesse erat.

Apud eundem Festũ, ambitus verè dicitur inter vicinorum ędificia, locus duorũ pedum & semipedis. ad circumeundi facultatẽ relictus. Ex quo pariter honoris ambitus cœptus est dici.

in

in ſuo fas eſt, etiam intra ſpatium illud: ſed in alieno venari, prohibitum.

2. Cvr autem noſtri homines, galli volatum metiantur 160. pedum paſſibus duplicatis; elicui ab vetuſto Andenſ. Legum chirographo Exemplari. Nam priſcis quidem ſeculis venandi modus limitatus erat galli volatu. At quouſque traheretur eiuſmodi prohibendæ venationis poteſtas Ritu patrio, non ſatis liquebat Maioribus noſtris: donec ſuborta eſt de venatione contentio *Dn. de la Bourgouyniere & de Bouzille* actoris, contra *Dn. de la Mauuoyſiniere* reum, apud Andegauos Iudices. Qua in lite agebatur de opere manu facto *de Faux & Murgers à Connilz*, quæ reus ſtruxiſſe ſe dicebat intra volatum Caponis à domo ſua computandum. Actor, ediuersò, Leporarium hoc conditum eſſe vltra galli volatum. Teſtibus deinde inquiritur, res teſtantur alij, gallum vidiſſe ſe volitantem centenos vſque & ſexagenos pedum paſſus duplices, ex quibus viceni cum trecentis paſſus ſimplices conſtituantur: Alij verò, conſpectum à ſe Caponem, qui vno volatu emenſus eſſet pedum paſſus duplices centum & octoginta. Quùm igitur Andegauo Prętori conſtitiſſet, Leporarium, quo de agebatur, factum fuiſſe intra volatum Caponis, quem paſſibus ſaltem centum & 60. definiendum teſtes conueniebant, Reus olim iudicio eſt abſolutus. Vt veteri illo Codice Andenſium Morum ciuilium continetur.

Iudicatum vetus *de la Motbe à connils, ou garenne defensab.c, mais le vol du chapon.*

3. Merito alieni Leporarij aditu prohibemur, quod *feudario* priuatorum domicilio propinquum ſit. Nam Ius Ciuile alieno in fundo vetat aucupium, quantò firmiùs leporum venationem circa Prætorium præcipuáque Dominicarum ædium ſepta? Hinc talia Interranea priſci Galli prohibitoria vocabant, quòd ipſorum vſu omnibus interdictum eſſet, proprietario dempto. Faber ad §. feræ Inſtitut. De rer. diuiſ. Pictonum Moribus leporaria non ſolùm venatoribus libera intactáque ſanciuntur, ſed & pecorum paſtu. Atque huius prohibitionis cauſam ferunt, quòd lepores & cuniculi, animalia ſint valde pauida; ex Ariſtot. Lib. 1. De Hiſt. animal. Cap. 1. Vſqueadeo, vt domeſticis ab animalibus territa, aliò tranſmigrent. Item paſcendi pecoris obtentu ruſtici vel captant lepores, vel quid aliud in domini perniciem moliuntur. Quò fit, vt animalia in * λαγωοτροφεῖον immitentes, domino penſitent mulctatitios æris Aſſes ſexaginta: Aruernis Legibus, Biturigum, & Nouioduni ad Ligerim amnem. Borbonij autem vario mulctæ genere cohibent venantes in alieno prædio. Aurelianorum Conſuetudine talibus Furti pœna infligitur. Tit. De Stagnis & cuniculis. Nocturni autem leporum fures à Cenomanis plectuntur capitali ſupplicio. §. 162. Cenoman. conſuet. Meldenſium Moribus venatoria inſtrumenta commiſſo vindicantur, & arbitraria mulcta damnatus venator, pro captis cuniculis totidem matres iubetur reponere. §. 214. Ne iſtûc congeram velut in aceruum Andegauam ſanctionem (1. §. 192.) in furtiuos le-

Art. 198. Pictaven. Conſuet. *Garennes à connils defensables.*

* Leporarium.

Aruern. Conſ. art. 22. Tit. *des Paſturages.* Bituricæ art. 14. De Iurib. prædiar. Niuernen. art. 16. Tit. *Des bois & foreſts.* Borbonię §. 123.

Andeg. Legis Artic.

Digitized by Google

191. *Si le subiect prend connils de tout es garennes de son seigneur, il fault amende arbitraire. & s'il le fait de nuict il sera puny extraordinairement: & pour les connils emblez, ou destrobez és garennes par autres de iour ou de nuict, ils seront semblablement punis comme dessus.*

porum insidiatores, de quibus illic tractabitur vberiùs. Nec dissimile ius columbarum domino proditum est in earum capratores insidiosos. Francica ciuili disciplina, quam ita refert *Summa Ruralis*, *Ne peut, ne doit Gentilhomme, ou autre prendre ne tendre aux Coulons de Colombier, ne Coulons priuez, à quelque engin que ce soit.* Eam in sententiam multa traduntur, cap. 77. quod De Columbario inscribitur, apud Cepolam De seruitut. Lib. 1. Ex aduerso quoque, ne vicinorum agris columbæ officerent, Normanis decretum est quondam patrio Iuridicorum Conuentuum S. Consulto, Columbaria dirui, quæcunque vicenum ante annum structa essent *hors fiefs ou membres de fiefs de Haubert.* In *Scacario Paschæ*, an. 1276. Vt Terrienus percenluit in Commentar. Normanicæ Consuet.

Lib 1 cap. *de Relief, assis de relief, & de Trezimee.*

EFFINGE porrò, cuniculum Dominici saltus septis egredi, alienásque populari messes: licebitne eum vel capere vel interficere? Sunt enim lepores ac cuniculi fœcunditatis innumeræ, famémque Balearib. Insulis, profligatis messibus, attulerunt: Tanta vi, vt aduersus prouentum eorum Balearici à Diuo Augusto petierint auxilium. Si Plinio Veronen. fidem adhibemus, Natur. Hist. Lib. 8. cap. 56. Arbitror ego, venatori ius esse, vagos huiusmodi cuniculos, qui præ nimia copia è Dominici dumeti finibus transilierint in alienos agros, occidere. Nec enim cuiuis concessum est, in Villa sua habere animalia quæ pascantur: nisi intra parietes Villæ suæ concluſa sint, vel eorum domini continentibus aruis latè potiantur, ex quibus commodè ali possint citra vicini iacturam, ac detrimentum. Sicuti Varro denarrat, eum, qui à M. Pisone fundum Tusculanum emerat, ibidem Viuariis apros incluſisse multos, tanquam θηριοτροφῶν. De re Rust. Lib. 3. Quod & in Noctibus Atticis relatum fuit, Lib. 2. Cap. 20. Variis itidem Curiæ decretis coarctatus est domesticorum animalium numerus pro modo iugerum agri, quæ dominus animalium occuparet. Ne plures scilicet oues, quàm pro numero iugerum Agri coloni, posset quisquam retinere. Idem de Columbis & cellulis earum cauatis, quarum numerum Curia olim definiendum duxit quantitate prędiorum confinium, ex quibus illę facilè enutrirentur. Nec diuersa leporum causa est, quos vicinis agris infestos idèntidem limitari æquum foret agrorum possessione propinquorum penes dominum leporarij, vt suprà. Sed nouissimè Quinque viri emendandæ Consuet. Parisiens. quos è medio Senatu legit Princeps, argutè distinxerunt Dominorum conditionem ac præstantiam in hoc Iure: ac genere cicurum animalium detinendorum. Artic. 69. & 70. Haud dispari argumento, Francica Nobilitas rogationem tulit ad Regem, solenni habito Galliæ vniuersæ concilio, in eos qui animalium gregem ampliorem tenerent domi, quàm pro suarum facultatum modulo, seu pascuorum saltuum priuatorum: Quùm hi nempe pascendis tot armentis minimè sufficerent, neq; in eos immissa vicinis possent abstinere, Cap. 174. scriptæ

Plinius eodem loco subdit leporẽ solum. præter Dasypodem, superfœtare.

Viuaria quõdam Italis Roboraria dicta sunt, à tabulis roboreis, quibus septa fuerunt antequã macerias & mœnia noscerent.

Scilicet *non plus auãt, que à la raison d'un mouton pour arpent de terre.*

Paris. Consuet. *Le seigneur haut iusticier, qui a censiue, peut auoir colombier à pied, ayant boulins iusques au Rez de chaussee. Aussi le seigneur non haut Iusticier, ayant fief, censiue, & terres en domaine iusques à 10 arpẽs, peut auoir colombier à pied.*

Fuy, ou colõbier à pied regulariter non conceditur nisi proprietario feudi & in feudario prædio. Aliud est *d'vne voliere, ou volet à pigeons, qui n'est à pied*, quod rusticis etiam ignobiliũ fundorum possessoribus non video Gallica Consuet. scripta interdictum.

Digitized by Google

tæ Supplicationis Francorum Equitum ad Principem, frequenti Galliæ conuentu Blesensi; Ianuar. Luce. 30. an. 1577. Ob eamque rationem vetuit Anglica Lex, furti reum peragi, quisquis feras vel columbas extra septa ædificia nactus abripuisset, aut pisces in ripa se prodentes. Legis formula hæc erat, *Larcenie ne peut estre commit, pur embleer des Beasts sauages treues en lour sauagerie, ne pur Columbes esteants hors del douecot, ne poissons prises in le rium. Car tiel embleer nest* contrectatio rei alienæ. *Autrement est, sil debrusa le Columbar, & prent hors les iunes Pigeons queux ne point aler ne voiler, car ceo est felonye. Mesme ley de embleer des Poissons hors d'vn pond ou trunk, mesme ley est de prender des iune Goshauukes ingendres in mon parc, queux ne poient aler ne voler.* In Lib. De Coronæ legibus, qui vulgari idiomate inscribitur. *Les Plees del Coron.* Cap. 16. *Des queux choses Larcenie ne poit estre commite.*

Legum Coronæ Anglicæ Liber compositus est à Gulielmo Staumfordo equite, circa annum 1548. Idem vetustos quoque citat passim Anglicarum Legũ scriptores duos, Bractonum & Brittonum.

5. De Leporibus dictum est, extra Domini Septa dum excurrerent captis ab alio: Iam si dominus ipse eosdem venatione persequatur, fugitantes alienum in agrum, recténe hoc casu per fundum alterius venaticos canes venabulúmque traduxerit? Rectè, meo iudicio (sed cum moderatione infrascripta) quòd Diuus Marcus Oratione in Senatu recitata potestatem fecerit ingrediundi tam Cæsaris quàm senatorum & paganorum prędia volentibus fugitiuos inquirere, scrutandíque cubilia ac vestigia occultantium. Vt ait Vlpianus Lib. 7. De offic. Proconsulis l. 2. De seru. fugit. Idque probatur optimè Pomponiano responso. l. 44. De acquir. rer. dom. Non item in feris bestiis & volucribus, quas persequens, alienum fundum ingredi cupiat venandi gratia vel aucupandi. Tum enim potest à domino, si is prouiderit, iure prohiberi, ne ingrediatur. Inquit Caius Lib. 2. Institutionum l. 3. De acquir. rer. dom. Rursus hoc in negotio, agrorum delectus ratióque habenda est, cum Floriano, Legum Antecessore. Aut enim totus fundi reditus ex venatione constat, tunc si inibi venetur quis, vel aucupetur, vetante domino, quod cœperit, non facit suum. Gloz. in §. feræ Institut. De rer. diuis. Aut sola in venatione non consistit eius fructus fundi, tunc res capientium fiunt, nedum res suas persequentium: modò ne contiguis prædiis graue adferatur incommodum. Florian. ad l. Diuus π. De seruitut. rust. præd. Et hæc distinctio Cepolæ arrisit in Tract. De seruitut. rust. Tit. De aucupatione Num. 2. & 3. §. 36. Quo pacto autem in hac specie intelligi debeat damnum vicinis illatum prædiis, docet regia Blesensis Constitutio §. 285. secundùm Aurelianensem §. 108. cum hac adiectione, *Defendons aux Gentils-hommes, & à tous autres de chasser, soit à pied ou à cheual, auec Chiens & Oyseaux, sur les terres ensemencees, depuis que le Bled est en tuyau, & aux Vignes depuis le premier iour de Mars, iusques apres la despoüille, à peine de tous dommages & interests des Laboureurs & proprietaires, que les condamnez seront contraincts payer, &c.*

Ista Domini nobilis Septa apud Turones, *c'est le Cheze consistans en 2. arp. ns de terre enuiron l'hostel seigneurial, auquel Cheze il peut faire garenne à cheuils, &c.* 60 Turonen. Consuet.

Fera bestia, quam alter vulnerarit, alter cœperit, fit capientis l. naturalem 3. illud π. De acquir. rer. dom.

In ver. *qu'ils en vsassent sans endommager iceux subiects en leurs blads, &c.*

VERVM tota hæc scholastica videbitur ac vmbratilis disputatio, 6
nisi Forensibus exemplis propositis exeratur in lucem, in puluerem, in aciem Disceptationum Ciuilium. Anton. Melletus diem dixit Renato *de la Bahouliere* negatoria actione apud regium Baugei Andium Iuridicum. Istîc negauit actor, in suo ipsius agro venandi reo ius esse. Iuxta Bartol. in l. venationem ff. De vsur. Reum tamen, qui vix tricena agri iugera possideret, venari solere, nec in suo tantùm, sed in vicinis quoque latifundiis. Subdit etiam, aduersarij prædiolum suis obnoxium esse beneficiaria lege: Quò minùs illi permittenda sit in fundo superiori venatio. Ad ea reus conuentus, se non nisi in suis ac propriis venari ditionibus. Quòd si in iis deprehensum leporem, persecutus sit aliquando, ob idque alieno in fundo vestigia ponere coactus, ait innoxiam esse eam persecutionem rei suæ, citra alterius præsertim iniuriam atque dispendium. Ad hæc, Andegauis seruatum hactenus fuisse morem, vt quod quisque in suo inuestiget, aliò effugiens licitè persequatur, quàm minimo fieri possit vicinorum detrimento. Iudex denique reo in actoris fundis venatione penitus interdixit. Inde verò appellata Senatorum Decuria censuit ampliùs deliberandum, graui interim edicto, ne alteruter litigator patrium de venatione Vsum ritúmque violaret. Decreto in Senatoria Andium Sessione lato pridie Nonas Octob. an. 1539. Auberio, prouocantis: & Seguierio, aduersarij, causidicis. Porrò simile negotium olim à Senatu decisum comperio in vetustissimis Curiæ Actis, & feram quoque bestiam, nedum domesticam, venatori adiudicatam fuisse persequenti, non alij capienti. Eius S. Consulti formula talis est. Inter dominum Couciaci ex vna parte, & Maiorem & Iuratos villæ de Crispeio in Lauduno ex altera, controuersia mota super eo, quòd idem dominus petebat sibi restitui quendam ceruum captum propè Crispeium per homines dictæ villæ ea ratione, quia dicebat venatores suos dictum ceruum sufficienter persecutos fuisse: Auditis rationibus & confessionibus hinc inde, pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ iudicium, dictum Dominum Couciaci dictam persecutionem dicti cerui sufficienter probasse, & dictos Maiorem & Iuratos teneri ad restitutionem dicti cerui dicto domino faciendam. In Parlamen. Pentecostesan. 1290. Ex Tabulario Curiæ antiquiori, fol. 136.

Parlamenti Arresta de iure venatorum feræ persecutorio in alienis agris.

Arestum in magnis Diebus Andiū. quos vocant, die 6. Octob. 1539.

Crispy, en Laonnois.

Cap. 33.

Digitized by Google

Cap. 33.

Homme noble peut auoir buisson à Connils defensable au vol d'vn chappon, enuiron la maison de son domaine, où il faict sa demeure continuelle: supposé que led. domaine ne soit hommaige, sans preiudice d'autruy.

1. GENEROSVS VIR AC NOBILIS IVRE PREDITVS EST LEPORARII HABENDI CIRCVM VILLÆ SVÆ PRÆTORIVM, IN QVA DOMICILIVM SIBI IPSE CONSTITVERIT SEDEMQVE FORTVNARVM. CVNICVLOSI VTIQVE SALTVS HVIVSCE ADITV OMNES ARCENTVR INTRA ID TERRÆ SPATIVM, QVOD GALLI VOLATV PRÆFINIATVR. OBTINETQVE ISTVD IN VECTIGALIBVS PERINDE SEV CENSVALIBVS NOBILIVM PRÆDIIS, AC IN BENEFICIARIIS: DVM MODÒ NVLLA CVIVSQVAM ALTERIVS FRAVDE CAPTIONEQVE TOTVM ID FIAT.

E x hoc Artic. colligitur, venandi potestatem penes Nobiles ampliorem esse quàm Plebeios. Siquidem illi in suo qualicunque agro venantur soli; exclusis aliis: siue id beneficiarium sit prædium, seu ignobile ac vectigale. Plebeiis verò ita demum hoc competit venationis exercendæ ius in suo solo cæteris prohibitorium, si ipsorum fundus clientelæ lege teneantur, non, annui vectigalis ac solarij. Venatio enim, quasi ludicra Militia, impensiùs decet milites quàm paganos: & inter hos quidem, militarium prædiorum possessores, quàm ignobilium ac plebeiorum. Vt constat. §. superiore. Quinetiam, ab diuturno laxioris venationis vsu possessionéque libera, priscus Senatus addixit possessori, licentiùs etiam in alieno, venandi potestatem ac copiam, an. 1274. hoc *Parlamentaris* Decreti contextu. *Visa Inquesta Iohannis de Geurignes, militis, super chacia quam petebat in nemoribus dou Fois ratione hæredum de Montleart, Determinatum fuit, quòd idem Iohannes habebit chaciam in d. Nemoribus ad cuniculum, ad leporem, ad vulpem, ad phasianum, cum accipitre & cornu, & canibus, & retiolis.*

Terre noble & feodale, Terre roturiere & censuelle.

Arestũ in Parlamento Assumptionis B. Mariæ an. 1274.

2. IMPRIMIS sanè Francica Nobilitas venatione gaudet, oblectatúrque. Aimoyni relatu, in Clodoueo rege, De Gest. Franc. Lib. 1. Cap. 21. in hæc verba, *Vt moris est Francorum, venatui insistere.* Idem alibi Gallos venationis studiosos obseruauit. Porrò Eginarthus Karolum Mag. venationi fuisse deditissimum, *ex more*, inquit, *ac consuetudine Gallorum: cui Nationi nulla alia in eo studio comparanda.* Huic testis accedit Canon Quorumdam Distinct. 34. Quo, Gallicus præsertim venandi vsus prædicatur. Ac in omnibus fermè Regionibus venatio videtur esse propria ac peculiaris Magnatum, Heroum, seu qui inclytæ nobilitatis splendore illustrentur. Nam Pollux in Ono-

Aimoyn Lib. 2. Cap. 37. ac lib 4 cap. 91.

Æginartus Karoli Mag. cãcellarius, de eius vita Commentarios scripsit.

Bapt. Mantuanus in D. Dionysio. Franci, inquit, venatu, aucu-

pio campos, montana, lacúsque sollicitant.

maſtico ad Commodum ſic de Hercule ſcribit, * εἶπετο ἅμα τῷ ἥρωϊ κυσὶ καὶ τὸν παλαιὸν νόμον· οἶσθα δὲ ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεπόμενος μάχει τῆς ἀγέλης ὁ κύων. Porrò Xenophon tanti fecit venationem, vt ei nuncupatim Librum dedicarit Κυνηγετικὸν, vbi illam eſſe ait * εὕρημα τῶν θεῶν, ipſámque excoluiſſe Chironem: quo magiſtro eam Cephalus didicerit, Æſculapius, Melanion, Neſtor, Theſeus, Hippolitus, Palamedes, Vlyſſes, Mneſtheus, Diomedes, Machaon, Podalyrius, Antilochus, Æneas, Achilles, qui per id tempus Diis ſuperis chari extitêre.

* Sectabatur autem Herculem canis, vt erat Mos antiquus. Noſti enim, quòd ſimul cum Heroibus canes in concionem ingrederentur.

* Deorum inuẽtum, Apollinis ſcilicet ac Dianæ.

Arreſt du Senat de Chambery du 22. May 1588. de deffenſe de chaſſer pendant le temps que les fruicts ſont pendans par les racines.

CÆTERVM etſi Nobilibus viris plenior fiat venandi poteſtas, 3
Francica Conſuetudine, quàm plebeiis: hi impunè certè venationem exercent, paucis modò regulis adſtrictam atque coneluſam. Nam in *Summa Rurali*, quæ à Butelerio contexta eſt circiter annum. 1400. ita cauetur, *Les roturiers peuuent chaſſer aux Chiens, ou de Chiens aux Lieures, & aux Connilz: Mais que ce ne ſoit aux harnas & autre engin tendu, & hors Garennes, & groſſes beſtes. Autre choſe ſeroit, ſi la Garenne eſtoit à luy. Auſsi eſt il deffendu aux non Nobles, que nul ne tende aux Faiſans ne Perdrix à quelque harnas ſur peine de 60. ſolz, & le harnas perdre: Sinon les Gentils-hommes & les Seigneurs, és terres où ils ont haulte Iuſtice & Garennes: Ou ſi ce n'eſt en leur terre, & Iuſtice.* Imò & genere clari haud vſquequaque venari poſſunt, ſed cum moderatione Andegauis præſcripta quondam ac Cenomanis, hoc ſermone. *Perſonnes Nobles peuuent chaſſer de chiens par tout hors Garennes à Lieures & à Connils ô leurs Chiens courans, Chiens à oyſel, & à baſtons: Mais n'y peuuent tendre à quelconques engins que ce ſoit de iour, ou de nuict, ny à groſſes Beſtes, s'ils ne ont tiltres. Item ne peuuent tendre aucuns fillets ou autres engins pour prendre Faiſans, Buſtors, Perdrix, ſe n'eſt par congé des hauts Iuſticiers en leurs hautes Iuſtices & Garennes. Item Gentils-hommes peuuent chaſſer & faire chaſſer à Connils ou à Lieures à tous engins hors Garennes: Et ſe Garennes ont, ils en peuuent faire à leur volonté. Item Gentils hommes peuuent chaſſer à groſſes Beſtes en leurs Garennes, & à celles de leurs voiſins par congé, & non ailleurs ſans puiſſance ou tiltre. Item Barons & Seigneurs ne peuuent ne doiuent chaſſer ne tendre à quelques Beſtes en Garenne, ne debors depuis Soleil couchant inſques à Soleil leuant, ſi n'eſt en leur propre Garenne, ou de congé de ceux à qui il appartient. Item aucun Noble ou autre, ſe il n'eſt Baron, ne peut ou doit prendre Heron vif, autrement que à Faucons gentils ou autres Oyſeaux de proye gentils, ſur peine d'amende de 60. liures. Item aucun Gentil-homme ou autre ne peut ou doit porter és Garennes Royaux quelconques filets, ſoit pour Lieures, Connils, Cailles, Perdrix, ne autres quelconques Oyſeaux en Garennes Royaux. Item Nobles ou autres de quelque eſtat ne peuuent tendre ne prendre faucons, Autours, Laniers, ne Gerfaux, ſi n'eſt par le congé des Gens du Roy, des Comtes, ou des haults Barons en leurs terres ſeulement. Et ſi par congé des Gens du Roy ils prennent aucun des Oyſeaux ſuſdits, ils les doiuent porter deuers le Roy ou ſes gens à qui il appartiendra, qui leur en doiuent payer, ou faire*

Lex iſthæc venatoria non Andegauis ſolum dicta ta eſt olim, ſed omnibus vniuerſim Francis. Vt patet ex *Summa Rurali*, vbi eadem Lex fusè explanatur.

Digitized by Google

faire payer l'ancien & accouſtumé payement : A ſçauoir du faucon ou du Gerfaut, 10. liures, du Tiercelet gentil ou de l'Autour, 100. ſols pour piece, d'vn Lanier, d'vn Laneret, ou d'vn Tiercelet d'Autour, pour chaſcun, 50. ſols. Item nul ne doit prendre Eſperuier en foreſt, ne en bois du Roy, ne y tendre en ſa terre ſans congé de ceux qui ont pouuoir de le donner. Ex patrio Codice idiographo, cui titulus præfigitur, *Extraict ancien des Ordonnances de la Chambre des Comptes de Paris, ſur le faict & gouuernement des Eaux & Foreſts, enuoyé par les Sieurs de la Chambre au Maiſtre des Eaux & Foreſts d'Anion & du Maine, pour vſer des droicts appartenans à ſon Office.*

4. PROMISCVE tamen eſt Plebeiis, cum Equitibus, Francica Conſtitutione permiſſum, Feras beluas è ſuis prædiis depellere iactu lapidum ac vociferatione libera: modò ne cædantur, neu vulnerentur. Edicto Aureliæ perlato an. 1560. artic. 137. Nobilibus vtique ſolis, qui præſint Iuriſdictioni, Princeps impertit eod. Edicto venandi ius in priuatis ſuis fundis, ibidemque animi gratia ſclopo vtendi: ita, ne abutantur eo, famulóſve ſinant venatoriis huiuſmodi inſtrumentis Feras in nemoribus Regiis inſectari. Artic. 117. Andegauæ porrò generis Claritati ſpecialiter concedunt ciuici Mores ius leporarij, vt dumoſo ſuo fundo innutritos Cuniculos venentur illuſtres viri, nec cum aliis. ſed ſoli: hoc eſt, (forenſi vocabulo) *priuatiuè*, non *cumulatiue*. §. 33. Dumeti ſanè huius cuniculoſi ambitum metimur volatu Galli caſtrati, quo etiam, primigeniorum Domus præcipua, horti, ſeptáque terminantur variis Municipiorum Conſtitutionibus. Namque vt ædium, ita θύρων æquum eſt dominum quemuis pleno frui dominio. Quòd ſi inter Prætorium Villæ, & hortum, dumum, pratumvè interpoſita ſit Via publica, ſeu vicinalis, aut riuus, Quæro, nûm iſthæc primogenitis competant iure præcipuo, intra caponis volatum à Prætorio ipſo computandum? Minimè, inquies forſan, quùm ea propriè non ſint in continentibus ædificiis. At verò illud intermedium nil obſtat, quò minùs confinis hortus dicatur, ſeu dumus, aut pratum. Vt notat Iulius Paulus Lib. 23. ad Edictum l. ſed & loci §. vltim. Cum. 2. ll. ſeq. Finium regun. Idem apertè ſignificatur Papiniani Lege, prædiis §. vltim. De leg. 3. vbi reſpondit, appellatione ædium Inſulam quoque iunctam ædibus venire, ſi vno pretio cum iis comparata fuiſſet, ac vtriuſque penſiones ſimiliter acceptolatas rationibus oſtenderetur. Atqui certum eſt, Inſulam domui ſic adhærere non poſſe, vt nil ſit omninò interiectum. Inſula enim dicitur domus vndique aquis cincta, vel alio circuitu publico vel priuato: Nimirum à ſimilitudine earum terrarum, quæ fluminibus aut mari imminent, ſúntque in ſalo, à Græcis ὑπὸ περιῤῥύτου appellata. Vt tradit Feſt. Pompeius. Et tamen inſula domui adiuncta creditur Papiniano, quaſi id quod in medio poſitum ſit, non prohibeat coniunctionem. Huic ſententiæ ſuffragatur Lex, Martius π. De acquir. rer.

Par le meſme Edict article 108. les Gentilshommes ſont maintenus en leur droict de chaſſe à greſſes beſtes & terres où ils ont droict: pourueu que ce ſoit ſans le dommage d'autruy, meſmes du laboureur.

Statuto Grimbergæ, Brabantinorũ oppidi, quod à Bruxella quatuor tãtum milliaribus diſtat, iunior natu ſuccedit in bona defuncti primo ordine, non autè primogenitus. Eumque ſuccedendi ordinem ideò inſtitutum an. 1140. narrat Guicciardinus in Brabãtiæ deſcriptione, quòd Galterus quidã primigenius ſuæquè familiæ maiores natu, sũptis armis in Principem ſuum Gotofredum, eum grauiter offendiſſent. Vnde irritatus hic Legẽ illam de hereditatibus ſanxit. Expoſtulantibus verò iunioribus Nobil. And. & Cenom. in Congregatione Statuũ Franciæ apud Aureliam an. 1560. & petentibus trientẽ directarum hereditatum iure proprietatis, ac collateralium partes æquales, Rex diplomate mandauit die.

dom. Et quod ex ea refert. Bartol. in Tract. De Insulâ, Col. 9. Vers. prope ripam. Cepola in Lib. de seruitut. vrban. præd. Cap. de horto, Corneus, Responso. 29. Volum. 3. vbi acutè differit, consuetudinem περιφιμωσις, quæ vicini fundi redhibitionem vicino permittat, in hunc etiam casum porrigi, quo medius inter vtrúmque prędium locus interiaceret. Nonnulla in hanc partem secundùm primigenios voluere est apud Molineum, antiquæ Consuet. Parisiorum Interpretem. Tit. 1. §. 8. Gloz. 5. quæ est ad Ver. *le iardin*, tum apud Tiraquellum, in Tract. primigeniorum Quæst. 73. & Benedictum ad cap. Raynutius Ver. domum & hortum de testam.

18. Septemb. 1561. Francisco *de Lanbespine* magistro libellorum supplicũ & Præsidi in magno Consilio vt Andes & Cenomanos adiret, cũ vocaris vicissim Pop. vtriusque ordinibus, postulata maiorum natu, déque iis Ordinum sententiam auditurus, & omnia renunciaturus Principi. vt illorum querelæ satisfaceret. *Ily eut assemblee sur ce à Angers, & au Mans le 14. Fevrier 1561. & Procez verbal fait, mais n'y eut rien omologué.*

Quorvm opinionem Scriptorum amplexi videntur nuperrimè Quinqueviri restitutores Parisien. Consuetudinis an. 1580. (§. 13.) Grandiori enim filio competere edixerunt nobilis fundi Dominicum, Arcem nempe, seu Domum insignem, cum area inferiore proxima: hæc tametsi ab Ædificio illo fossa quadam, seu via intermedia dirimatur. Huc vergit Curiæ Placitum nota dignum, de feudo *de Courrigis* in Aureliana Regione sito. Annum circiter 1571. Nam protogenio Senatus addixit, vnà cum Curte nobili, fossas Arcis & hortos prærogata ætatis dignitate, tanquam Domui adiacentes: licet horum vtrúmque media quadam via distinctum à Domo separatúmque appareret. Aureliorum planè Mos vetus maiori natu adsignabat iure præcipui Ædificium splendidius, quale, quantúmve extaret, contiguúmque ipsi iugerum vnum Agri propinqui, quo volatus caponis æstimabatur. artic. 26. Sed hoc ipsum Patr. Conscripti ad fossas pariter & hortos, qui medio itinere seiungerentur à domo, pertinere iudicarunt. Quòd si ædium hortus, viridariúmque circumseptum latiùs pateat, quàm pro agri modulo, intra quem ius præceptionis Moribus destinatur primigenio, nihilò minùs Curia solet huic hortum totum sęptáque adiudicare: ea lege, vt quod statutum transgreditur modum, æstimetur à peritis, ex eóque trientis pretium secundònatis refundatur. Decreto Ordinis Ampliss. 5. Iduum Februar. an. 1577. In prima classe Inquisitionum Curiæ, quam Eustachius *Iary*, Ioh. & Symo *Dosdefers* prouocarant à Cenomanæ præfecturæ Iuridico, aduersus Franciscam *Choisnet* viduam mulierem Renati *Iary*, communiúmque tutricem liberorum. Eadem planè nouo Parisiorum More ciuili præscripta cernuntur, cit. §. 13. Quid autem de *Bannario* Furno, Molendino, vel Torcularí, quæ præcipuæ Domus parietibus includuntur? solidúmne *Banni* ius protogenio competet? aut si iunioribus communicandum sit, ab illóne retineri poterit, pensa his æstimatione suæ cuiúsque partis legitimæ? De eo quidem, multa vltrò citróque dici possent, & contra Montis Argiui primogenitos responderetur (§. 16. De Hæredit. in Consuet. Montis Argi.) Sed, vt paucis absoluam, puto cum primariis Galliæ Iudicibus & I. Coss. qui in emendanda Parisien. Consuet. Leges toti Regno scripsisse videntur, puto, inquam, si nil

Le Chastel, ou maneir principal, & hoste cour attenant aud. maneir.

Le Maneir, ainsi qu'il se pourfuit, auec le vol d'vn chapon, estimé à vn sixent de terre ioignant.

Curtis, apud Helmoldum in Hist. Slauorũ, vsurpatur pro Prætorio, siue ampla & magnifica domo, *la maison, maneir seigneurial, & hostel noble.*

Arestum Curiæ die. 9 Febr. 1577. ad interpretationem Andeg & Cenomanæ Consuet. de latitudine & proportione *du preciput des aisnez* in successione Nobilũ.

Digitized by Google

nil aliud peculiari More patrio expreſſum ſit, corpus ipſum frumentariæ Molæ, Furni, Torcularis, ad prouectiorem annis ſpectare ſolido iure: ſed fructuarias priuatæ publicæve Molæ obuentiones, Furni item, & Torcularis publicorũ, inter cohæredes diuidundas, reſidui inſtar latifundij feudalis. Ac pro rata quidem minorum natu portione, hi, ſumptus conferre tenentur in fulturam ac inſtaurationem Molendini, Furni, & Torcularis. Primigenio tamen ſalua liberáque manet optio retinendi penes ſe totius compendij earum rerum, mutua paríque aliarum penſatione. §. 14. Pariſienſ. Conſuet. & 261. Turonen. Contra id quod pro ſolo primigenio ſanxit ea de re Lex Angoliſmen. §. 88. ac Victriacenſis. 55.

Le proffit du Moulin bannal ou non bannal & du Four & Preſſoir bannaux eſtans dans la Cenſiue, ſont partis, comme le reſte du Fief.

Quin & ſi feudum totum conſiſtat in domo nobili, ſolidam habebit primogenitus iure præcipui Arreſto Curiæ die 25. Maij An. 1555. pro M. Philip. Moyſen. Cui conſentanea eſt noua Pariſ. conſuetudo §. 17. Si tamẽ nulla alia bona in hæreditate ſuperſint, aliis liberis iunioribus ſaluum erit ius legitimæ (*ſed. hoſtel noble*) Vt eadem Conſuet. diſponitur. Sin autem nulla ſit domus feudalis, præcipuum primogeniti ceſſat. Molin in Artic. 13. Calumnior. Cõſuet.

6. ITEM euenit aliquando, Sacellum Dominicæ arci inſitum eſſe, eiúſque ſacerdotes Templi ſeriatim à domino Arcis nominari ordinario ſacerdotiorum collatori iure patronatus. Iam dubitatur, nùm grandiori natu hæredi peræquè competat Fani patronatus ſolida præceptione, ac Dominicæ ædes & turres, quæque ils adhærent intra modum agri Moribus præfinitum. Credas primo intuitu, patronatum ſolius eſſe primogeniti: cuius nimirum in Arce perampláque domo extructum ſit Sacellum, ad quod dirigitur effectus nominationis ſacerdotis. Sic antiquiores Græci ſupremis votis mandatíſque iubebant identidem, Sacra domeſtica manere penes filios ætate maiores. Vt à Valer. Max. perhibetur, Lib. 2. Tit. De Inſtitutis antiq. Quo loco, deſcribit veterem Maſilienſium ritum in haurienda cicuta. Enimverò Nos, re in conſultationem collata, cenſuimus, patronatum illum diuiduum eſſe inter cohæredes familiæ herciſcundæ iudicio, perinde ac clientelares fundos alios, qui patriis Legibus diuiduntur cum protogenio, ſalua ætatis prærogatiua. Phanum quippe olim fundatum eſt dotatúmque annuis fundorum reditibus, cuiuſmodi dos reſpicit clientelare prædium totum, ex quo decerpta eſt: nedùm Arcem magnificam, abs qua beneficiarij tot agri propendent, quæ ſeniori filio præceptione defertur. Vti ſenſit Molineus §. 10. Gloz. 1. in Tract. *Feudorum* Pariſien. Itaque ius offerendi Epiſcopo ſacerdotis partiri expedit Lege communium hæreditatum. Clem. plures De iur. patron. Can. filiis vel nepotibus Cauſ. 16. Quæſt. 7. Talis enim *præſentatio* habetur in fructu, eóque nomine à fœmina fundi fructuaria licitè exercetur. Molineus in §. 37. Lib. ſupracitati. Quòd ſi plurium patronorum tara obijciatur concordia, conſenſióque in nominando Eccleſiæ beneficiario, nil vetat, patronos alternis annis ſeu vicibus *præſentatione* vti viritim ac ſigillatim: ne qua litibus ferendis inter eos materies relinquatur. Similiter enim Ruſcinonenſi Edicto ſancitum fuit An. 1563. duos Iuridicos dominos viciſſim alternatímque pro Tribunali cognoſcere. Artic. 25. & 26. Cui Edicto cohæret Saluij Iuliani ſententia Lib. 35. Digeſt. l. quoties duobus De vſufruct. l. ſi

Diuerſæ tamen ab his ſententiç Areſtum Pariſien. citatur, quod memoraiimus ſi. Lib. 2. Tit. De reb. in cenſ. dat. Art vlt.

Præcipuæ domui primogeniti iunctus hortus, eidem cõpetit, ſi aſſes 5. reditus annui non excedat. §. 122. Andeg Leg. Quid ſi excedat hodie? Non ideò minuitur illud præcipuum, inſpecto tempore & valore qui fuit tempore reformatæ Conſuet. An. 1508.

Digitized by Google

vsusfructus alternis D. Quibus mod. vsufruct. amitt. l. communi diuidundo §. cùm de vsufructu ff. comm. diuid.

Preciput & aduantage de l'aisné noble.

SAPIENTER hercle à Maioribus nostris institutum est, vt natu grandior genere nobilium, in quem Domus inclinata recumbit, insignius præcipiat Ædificium mansionémque paternam, maternam vel auitam, exclusis cohæredibus: indicem scilicet custodémque perpetuum gentilitiæ dignitatis, familiæ, nominis, anuli paterni, & Armorum, seu familiarium Insignium. Quippe quæ, in vno gentis capite & columine, solida indiuisáque firmiùs ac diuturniùs seruentur. Ob id primogenito soli, Caluimontana lege, attributum est hoc gentile decus, (*le nom, cry, & armes de Seigneur.*) Attic. 8. & Trecensis Consuet. §. 14. Vsum verò gentilitij huius honoris perspicere est apud Frossartum, in hæc verba. *Comme les Sires de Rohan, Laual, Rieux, Biaumanoir, & aultres en petit nombre eussent passé la riuierre du Lis pour combatre les Flamens, qui estoient en nombre infiny, ces Seigneurs dirent, Quant ces Flamens viendront sur nous, nous crierons noz Cris, tous d'vne voix chascun son Cry, ou le Cry de son Seigneur, à qui il est, iaçoit que tous les Seigneurs ne soient pas icy. Par icelles voix & Cris nous les esbahirons, & puis frapperons en eux de grande volonté, &c.* Hist. Volum. 2. Cap. 116. Tanta rursus dignatione præstat Dominicum illud, seu præciputum maioris natu nobilis Ædificium, vt coniugi pacta nuptialibus tabulis optione Ædium mariti, ab vidua ipsa incolendarum, dempta hinc censeatur primaria Domus, quæ primigenio lege destinatur. Quoties enim committuntur inuicem domini proprietatis, cum fructuario, iura ambigua: illius potior causa perpetua existimatur, quàm momentanea istius, ac temporaria. l. fundi l. si ita §. dominus. ff. de vsu & habit. Cap. suggestum De decim. Cum Rotæ Rom. Decis. 321. In antiq. Ita Pictonicæ coniuges, & Armoricæ, virûm donatariæ propter nuptias, excluduntur splendidiori Villarum Prætorio. More Pictauensi. 262. & Britonico, 457. Campanis, ad hæc, Trecensis Municipij, litigatoribus, decretum fuit à CONSCRIPTIS CVRIÆ, pro filio, eximiæ Domus delectum matri non competere: cui dotalibus Pactis domus fuisset * ὑποδόλιον nomine adsignata, quamcunq; vellet optare. Iudicato, Nobis orantibus, Ianuat. Luce. 26. An. 1580. quod memorauimus. j. Lib. 3. Diuersum autem Victriaco in agro Campaniæ Belgicæ custoditur. §. 86. Victr. Consuet. Superiora item procedunt in lucratiuis causis, vtpote pura, vel propter nuptias donatione in vxorem collata Præd. §. 262. & 214. Picton. Leg. Secus in oneroso rei titulo, dotis nempe, cui restituendæ maritus insigniorem suam Ditionem nominatim adscripserit. Spontaneæ enim alienationis interdictio, quæ Moribus sancita est fauore primigeniorum, neutiquam trahitur ad necessariam eiusmodi fundorum mancipationem, vel oppignerationem. l. peto §. prædium. ff. De legat. 2. l. ob æs alienum Cod. de præd. min. Nec bona quidem restitutioni subiecta, dotis ergò distrahi vetantur. Authen.

Coust. de Chaumont en Bassigny.

An. 1382. paulò ante prælium de Rosebec. inter Gallos & Flandros.

La principale Maison noble doit demeurer à l'Aisné heritier, sans tomber à l'option de la Vefue, comme douairiere.

* Dotalitij Decretum Curiæ Paris. *entre M. de Vaulldray sieur de Sainphale, & femme.*

Tit. de Mulierbri Dotalitio, Art. 3. In Marg.

7.

Res

Res quæ Cod. commun. de legat. Ac dos vtique ampliori, quàm donatio propter nuptias, priuilegio fulcitur. l. assiduis §. hæc autem Cod. Qui por. in pign. Verùmtamen coniugali donatione trientis hærediorum, continetur præcipui saltem æstimatio Prætorij, seu nobilis Ædificij : Quò partis tertiæ prætium donatario adnumeretur. Sicuti de Andegauo fundo pronuntiauit Senatus, quinto Kalend. Maias An. 1596. secundùm Iohan. Chourcheum, illustrem Cenomaniæ magnatem, Renatæ Auuæ coniugis donatarium, aduersus Annam *Desaubiers*, donatricis hæredem : quæ à Senatoria Libellorum supplicum Præfectura supremam Curiam appellarat. Dn. Prestreo litis enarratore, in quinta Inquisitionum eius Ordinis Decuria. Optimè profectò. Fateamur enim, insignis Dominicum latifundij, inæstimatum indiuiduúmque manere penes vnum cohæredum natu maiorem, demortuo eo, cuius familia herciscatur. §. 222. Andeg. Leg. Sanè viuodùm ipsi rerum domino liberum fuit de iis arbitrium atque commercium, intra metas saltem patriis Moribus præfinitas. Caij I. C. Leg. Qua ratione §. hæ quoque π. De acquir. rer. dom. l. 2. D. Si quis à parent. fuer. manumiss. Ne tamen gentilitiis hisce nobilium stemmatum Notis auulsis, concidant Familiæ decora, auitæque Nobilitatis, consultum est donatoris hæredi primario, donatam extraneo præcipuam Domum, eiusvè partem nummaria æstimatione redimere. Ex pari cautione Roman. I. Coss. in l. item Labeo l. antepenult. D. famil. herciscund. l. 3. D. fin. regund. l. ad officium Cod. comm. diuid. Inde etiam primigeniis rectè prospectum fuit à Maioribus nostris, ne ex eo, quod præcipiunt, Villarum prætorio, grauiori cæteris cohæredibus molè debiti æris premantur hæreditarij. Sepositis modò hinc annuis prædiorum vectigalibus, quæ rei indicta possessorem sequuntur. Verbi gratia, Cœnobitæ beneficiarium fundum Seio libellæ formula transcripsêre. Defuncto quidem isto vectigalis prædij colono perpetuo, grandior filius præceptione retinebit solidam *Feudalis* beneficij Domum : sed hoc, cum lege ac onere prædiarij Reditus annui tantò maiore, quò amplius reliquis hæredibus Ædificium, aruáque præcipiat, possideat. Æmilij Papiniani leg. 5. π. De cens. l. loci corpus §. si fundus D. si seruitut. vindic. l. via constitui §. 2. π. De seruitut. rust. præd. Haud idem vtique de Vectigali nummis constituto dicendum, quod, æris alieni instar, nihilo impensiùs onerat stirpis maximum, quàm iuniores cohæredes. Vt scripsimus Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC.

Arestum Curiæ Die 27. April 1596 confirmans Sententiam Requestarum Palatij dictam Die. 12. Augusti. 1585. *contre la veufue de Robert des Retroux, sieur du Coudray, touchant le Manoir, Court & iardin de Raguin, en Anjou.*

Iani *de Chourches*, Dn. *de Malicorne*, Maiores, Paganus *de Chourches* fundator Abbatiæ *de Tirmeau* an. 1151. *Patri de Chourch.* Eques An. 1221. qui multa dedit Prioratui Fontis S. Martini Gaufridus. An. 1273. transigens cum Abba S. Albini Andegauen. de iuribus Prioratus *de Malicorne par eulx fondé. Patry de Chourch.* an. 1312. cuius pronepos periit Vernoliesi acie an. 1414. Ex huius fratre Vido seriatim descendere Iohannes, regius Cambellanus, Andreas, Petrus, felix pater Iohan. vltimi. Iniquum est, ingenuis hominibus liberam non esse rerum suarum alienationem.

Deuoir noble, ou rente feodale, comme par Abour nemés de Fiefs en Anjou, & au Maine.

Rente constituée à prix d'argent.

Tit. De Hereditar. Action. art. 1.

8. ENIMVERÒ scire oportet, natalitium huiusmodi inter Nobiles primatum, præceptionémque reuocari ad strictam Iuris rationem, Cenomano Ritu præsertim : Quo ritu vnum duntaxat maioribus natu præcipuum datur ex vna hæreditate ædificium, tametsi defunctus insignes alias in Cenomano, alias in Andensi municipio Ædes reliquerit. §. 240. Nam licet Cenomaniç Mos alieno Andium

Andeg. Leg. §. 252. 253. & 254. coniugis à viro nobilitatæ, vel pagani successio inter nobiles diuiditur æqualiter prima vice. Quid de viro à Rege recèns nobilitato? Nobilium more partiunda eius

Territorio Legem dictare nequeat: primigenio tamen, qui Andense prætorium nobile semel præceperit, suum iam recte denegat; suisque in finibus constitutum. Ex S. C. memorabili. 17. Kal. Ianuar. An. 1556. cuius summam recitare suo ac patrio idiomate, est operæpretium: vt nonnulla quoque alia ad earum explicationem Consuet. omnibus populariter innotescant. *Veu le proces d'entre Gabriel, Eustache & René Iaryz demandeurs en Lettres royaux de cassation de partages du 14. Feurier, 1544. & M. Robert Jary Conseiller au grand Conseil defendeur, pardeuant les Gens tenans lès Requestes du Palais, &c.* LA COVR *met l'appellation & sentence au neant, & en emendant icelle, & enterinant lesd. Lettres, led. partage cassé, ordonné qu'il sera procedé à nouuel partage en la maniere qui s'ensuyt. C'est assauoir que les biens de Pierre Iary leur pere seront partagez noblement, & ceux de Renee le Doesne leur mere, roturierement. Et en ce faisant, que la maison d'Angiers, &c. estant du propre dud. Pierre Iary, auec la moitié des lieux de Vrigny, &c. acquis pendant le mariage dud. Pierre & sa femme, se partageront noblement. Esquels biens de la succession paternelle, situez és Pays & Seneschaucees d'Anjou & du Maine, led. Robert aisné (ou Magdelon Iary son fils le representant) prendra vn Precipu & Aduantage seulement à son choix & election: & succedera esd. biens pour les 2. tiers en pleine proprieté, & lesd. puisnez pour l'autre tiers en bienfait seulement. Auquel tiers sera compris la part de feu Iacques Iary au profit desd. puisnez, pour ioüyr par eux dud. tiers leur vie durant seulement. En rendant toutesfois & rembourſant par lesd. puisnez aud. aisné, la 3. partie des deniers desbourſez par led. feu Robert, pour retirer les maisons d'Angiers. Si mieux n'aymoient lesd. puisnez quitter leurd. tiers és lieux retirez. Et quant aux biens de lad. le Doesne, se partiront roturierement & esgalement. Au regard des meubles, debtes & creances desd. successions, l'aisné prendra tous les meubles & debtes de la succession dud. Pierre Iary, & acquitera les charges & debtes d'icelle succession. Et a lad. Cour condemné lesd. parties à rapporter respectiuement tous les meubles, debtes & creances de la succession de lad. le Doesne, & à payer leur iuste part & esgale portion de la moitié des debtes personnelles & reelles faictes durant le mariage desd. Iary & le Doesne & celles qu'elle a creées en sa viduité &c.* Quod autem supradictum est, è pluribus Andegaui Cenomaníque soli ædificiis vnum tantùm primogenito competere, Cenomano Iure hæreditatum (§. 240.) cessat in ædibus alibi sitis quàm in regione Andegauen. Quùm enim prouinciæ ambæ Cenomanorum & Andium iisdem olim Legibus simul ac Dominis subiicerentur, ideò vnica domus vtrobíque præcipitur à Nobili stirpis maximo, velut ex vno eodémque Municipio ac Præfectura. Aſt si priuatæ Meuij hæreditati duæ insint Cenomana & Pictonica domus prænobiles, vtrámque protogenius sibi sumet præcipuam, quasi in duplici Prouincia duplex obuenerit hæreditas. l. si certarum. π. De testam. milit. l. hinc quæritur §. potest. π. De pecul. Atque ita Senatus iudicio definitum est postridie

hæreditas, inter liberos etiam antè nobilitatem natos. Quia pater non fictè vel accessoriè, vt per nuptias vxor, sed verè nobilis factus est viuus. Nec liberorum primogenito obstat natiua omnium æqualis plebeiaque conditio antè paternam nobilitatem l. 2. § in fili s π de Decur. l. senatoris filium π. De senat Glo. in ver. Regium De numer. & qualit. cardin. In Prag. sanct. Doct. in l. Imperialis §. his illud Cod. de nupt. Quia hæc non nisi in Regnis ducatibus & Principatibus locum habent. In eum sensum vide 1. Lib. 2. Pag. 168. & seq.

Principal manoir & hebergement apparten. à l'aisné.

Arestum Curiæ Pariſ. Die 16. Decemb. 1556.

Pagani & ignobiles ex æquis etiam in feuda succedũt apud Andes nisi pro ijs trina vice fidem patrono serjatim præstiterint. l. 2. § Sed quid *d'vn franc alleu, ou de terre feodale, pour laquelle le vassal adueue au Seigneur auoir basse Iustice, censiue, & ne deuoir foy ne hommage: Assauoir si lad. terre est partable noblement entre coheritiers roturiers, ou bien roturierement.* Videtur. æquo iure diuidunda, *veu qu'elle n'est tombée en tiers foy*, & quia in dubio prædia præsumuntur libera, non feudalia, feudum autem est species seruitutis. Item inter coheredes æqualitati faueẽdum. Contrà. *lad. basse Iustice presuppose Seigneurie de Fief.* Tic. *Des bas Iusticiers. Item lad. Censiue denote Seigneurie feodale* §. 179. Leg. Andens. Et si illud feudum domino sit immune, tantò nobiliùs. *Comme le Franc alleu, lequel toutesfois est soubs les* Tit. *Des Fiefs, en Anjou.*

Digitized by Google

ſtridie Kal. Ianuar. An. 1580. in 4. Claſſe Inquiſitionum Curiæ ſecundùm Franciſcũ *De la tour Landry* Comité Caſtriródulphi, aduerſus iuniores fratres de bonorũ ſucceſſione *Dn. de Clerualx* communis auunculi, qui in Cenomano & Pictonum agro ditiones ampliſſimas obtinebat. Cedò, quid ſi Mæuius grandiori filio prærogarit inſigne latifundium, cum hoc pacto, vt donatarij primigenius Dominicũ eius fundi præciperet? Hiccinè donatarij filius, defuncto eo, præceptione etiam auferet aliud Villæ Prætorium, quam pater ſuo ære partam liberis inteſtatò reliquerit? Prima fronte, huic refragatur maiori natu auita nepotis ſubſtitutio in præcipuas Ædes Villæ donatæ, veroſimili patris intuitu ac contemplatione: Quaſi nepos à patre illas accepiſſe, non ab auo exiſtimetur. l. dotem, quam dedit auus paternus. ff. De collat. bon. l. auus D. de pact. Vnde colligent nonnulli, filium paterna ex ſubſtantia duplex Ædificium minimè conſequi præceptionis iure debere. Æquior tamen mihi arridet diuerſæ partis ſententia. Quùm enim pater auita illa in portionem datorum ſubſtitutione, habeatur nudus eiuſce fructuarius, fundíque reſtitutione in filium oneratus, Nepos rectè dicitur auito potiùs, quàm paterno beneficio nactus Villæ Dominicum. Ducta ratione ex l. Quoties Cod. De donat. quæ ſub mod. l. vnum ex familia §. 1. l. cùm pater § libertis. ff. De legat. 2. Ideóque talis domus præceptio nihilùm obſtat alterius iuri præcipui, quod filius paterna ex hæreditate mera puráque ſibi præſumat: Quaſi duorum hominum totidem exiſtant hæreditates, binág; idcirco primigeniorum iura. l. patris & filij. ff. De vulg. & pupill. l. hæredes. §. ſi miles D. famil. herciſc. l. 5. §. ſed ſi duas. ff. De tribut. act.

Placitum Curię Die 2. vel. 10. Ianuar. an. 1580. In. 4. Camera Inqueſtarum Dn. *Leueux relatore*, de quolibet præcipuo in qualibet Senechalia capiendo à primogenito. Vt etiam ſtatuit Andiũ Lex. 213.

Hoc intellige, vbicunque non licet binum Præcipuum eodem in Municipio capere ex vna eademque hæreditate communi.

Primogeniti etiam donatarij, patrique præmorientis, filius primigenius auo ſuccedens, cum patruis & amita, capit præcipuum in ſucceſſione aui, quia rei ab hoc patri donatæ præcipuum, remque adeo totam cõferre tenetur eohæredibus ſuis.

9. Redeo nunc ad venatoriam Nobilium virorum oblectationem: quam, vt præcipuas ipſorum magnificáſque luſtraremus ædes, pauliſper intermiſimus. Generoſis vtique venatio permittitur liberior quàm plebeiis. Vt notat. §. 32. & 33. noſtræ Conſuet. Aſt ea nec paſſim, nec in omnibus Nobilium hominum latifundiis exerceri vetatur intra ſepta Domus: niſi natalibus clari ipſi continuum habeant domicilium in eodem Villæ Prætorio. d. §. 33. Volo iam, Nobilem inſtructum eſſe duobus locis æqualiter, neque hîc minùs, quàm illic, frequenter commorari, Celſo permittente. l. eius qui §. 1. Ad Municip. Sequitúrne ideò, huic Cunicularii vti licere prohibitoriis, ſeu *garenis* quas *defenſabiles* vocant? Minimè, quùm *Statutum* ſtricti Iuris ſit, aſſiduámque exigat Domini habitationem. Hæc autem, in plebeiis ſeu paganicis fundis: de beneficiariis, non item. Purè enim ſimplicitérque ius eſt prædij dominanti proprietario, circum ædes *Feudarias* leporaria habere venatoribus aliis interdicta: ſiue ibidem dominus ſemper degat, ſiue ratò, ſeu nunquam. 3. §. 32. patriæ Legis, quæ hoc caſu rem non diſtinguit. Porrò quantacúnque Nobiles præditi ſint venandi poteſtate præ igno-

Digitized by Google

Venandi facultas in alieno tacitâ habet exceptionem & cõditionem, si domino agri non noceat. §. 35. in verb. *sans preiudice d'autruy* §. 34. 35. & 36. Andeg Consuet In vers. *sans endommager iceux subiects.*

bilibus viris, venationem subditis prohibere nequeunt indefinitè: si modò innoxiam tractent, citráque alienorum populationem agrorum. Vt placuit Hostiensi, Ioh. Andr. & Cardin. Florent. ad Cap. Non est De decim. Quam Decius opinionem tuetur mordicus, Responsi. 97. vbi hoc quoque adiicit, ius venandi non esse è numero iurium Regalium, nec vni Principi competere, neque idcirco iustè ab eo inhiberi posse. Quantùmuis enim Nobilibus viris magnatibúsque licitum putent Legum scholiastæ, venari in alienis prædiis (Angel. ad l. Diuus ff. De seruit. rust. præd. Cepola in Tract. simili, Cap. de aucupatione.) Haud ideo certè ignobiles agrorum domini ritè vetantur ab iis, quod est Iuris gentium, venationis exercitium vsurpare in suis ac priuatis latifundiis. idipsum videtur obseruasse Virgilius in Georgicõn operum descriptione.

Lib. 1.

Hyems ignaua colono,
Frigoribus parto Agricolæ plerunque fruuntur:
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et Gruibus pedicas, & retia ponere Cerui,
Auritósque sequi Lepores, tum figere Damas.

A T Plebeiorum venatio sic explicanda est, vt ipsi vicissim alios nequeant venatione in prædiis arcere: nisi vel intra *Feudariæ* domus ambitum ac circuitum, qui volatu caponis definitur, vel res agraria venatorum insultu latciuiáque multum capiat detrimenti. Vt elicitur ex Cap. 32. & 33. Andeg. Consuet. Indistinctè sanè Franciscus. 1. rex paganis venatione interdixerat: Siue in nemoribus, leporariis, dumosis saltibus, aliísve priuatis fundis: quoquo iure ipsos à Nobilibus olim possidendos suscepissent. Edicto postridie Nonas Sextiles An. 1533. quod Tholosanus Senatus comprobauit 9. Kal. Decemb. 1534. Sed paternæ Legis rigorem Erricus filius interpretatione leniuit, sanxitque, Francisci Edictum ad viles solùm & temporarios agrorum colonos pertinere, non ad proprietarios. Constitutione Non. Septembr. 1552. quæ paulo pòst regesta est in commentarios Curiæ. De qua, Rebuffus, tomo. 1. Constitut. regiarum.

Edictum Die 6. Augusti 1533. verificatum in Curia Tholosana Die. 23. Nouemb. 1534.

Die. 5. Septẽb. 1552. *Placart du Roy d'Espagne sur le faict de la Chasse donné à Anuers pour ses Pays bas le 28. de Iuin 1575. Par lequel on sur ce l'aduis de son Louquier de son pays d'Artois, il defend à tous reserué les Nobles, Gentils hommes possedãs seigneuries aud. pays d'Artois, ou leurs Officiers, de chasser aud. pays d'Artois, prendre sangliers, cerfs, biches, cheureux, lieures, conils, faisans, poules de bois, herons, perdrix, ou autre sannagine ou vollaille quelle qu'elle soit. Item defend à toutes personnes de s'auancer de tendre, tendre filets, laches, harnois, rets, ou autres instrumens, engins ou artifices en terre ou par eau, pour prendre aucune sannagine volailles ou oyseaux &c. Ne pareillement les tirer d'arbaleste, arc à la main, harquebouses &c. si ce n'est chacun és limites de sa seigneurie. Aussi est defendu à tous nobles & non nobles de tenir chiens couchans, & pareillement de prendre ou vendre aucunes perdrix, perdreaux ou d'œufs depuis le commencement du Careſme iusques à la fin de Iuin ensuyuant, en laquelle defense dernière n'est comprise la volaille passagere, à quoy chacun pourra tendre & tirer, si auant toutesfois que les seigneurs particuliers ne la veulent empescher en leurs seigneuries par tous le pays d'Artois sur les plains champs, sans entrer ès franches garennes, ny ès bois & forests, esquels qui pretendroient entrer auroient droit de Chasse par priuilege ou ancienne possession, courre le lieure ou voler ou eſlauer, ou poursuyuir sa piste sur quelque seigneurie que ce soit, ne fust que les Seigneurs sur la seigneurie desquels tels nobles voudroit eſlauer lieures ou volailles leur en fissent defense Ce que aussi faire pourront, mais non empescher la poursuitte, si la beste chassee eſloit eſlauee sur autre seigneurie, ains la pourront poursuyure.*

De venatorijs instrumentis nota Vlpiani legem Quæsitum. §. si in agro venationes sint, puto venatores quoque, vestigatores, & canes, & cætera quæ ad venationem sunt

A N T I Q V I T V S verò ruſtici venatores quùm grassarentur licentiùs in Regiis syluis ac prædiis, Karolus. 4. edixit An. 1326. ne ignobiles viri tela aut instrumenta venatoria domi habere sinerentur, alioquin mulcta arbitraria coërcendi. Artic. 16. Legum Karoli Pulchri. His planè consentanea Friderici. 1. Imp. sanctio, quæ re-

10

tia,

Digitized by Google

tia, laqueos, aut alia quælibet inſtrumenta, ad venationes protendi vetat: niſi ad Vrſos, Apros, vel Lupos capiendos. §. retia. §. ſi quis ruſticus De pace ten. In Feud. Ne ſcilicet paganorum fex venantium, per Cæſariana Prædia vagaretur impunè: neu agricolæ, mercatores, artifices, præ nimia venandi opera agriculturam deſererent, mercaturam, artificium ſuum. Qua itidem ratione Tiraquellus cenſuit, Principes viros iuſta de cauſa venationis vſum inhibere ſubditis poſſe. Lib. De Nobilitate Cap. 37. Num. 150. Tametſi Benedictus quaſdam improbarit Regum noſtrorum Conſtitutiones, venationis inter ſubditos prohibitorias. In Repet. Cap. Raynutius Verſ. & vxorem nomine Adelaſiam Num. 898. Quod verò attinet ad lupos, apros, & verſos, (de quibus 3.) liberæ venationis ius in eos receptum eſt vtilitate communi. Ita enim publicis commodis conſuli, vel vnum indicat Allobrogicum *Statutum*, hac phraſi. *Cuilibet liceat venari & capere Feras damnoſas, viputà Lupos, Vrſos, Apros, & alias feras damnificantes vineas, blada, & cæteros terræ fructus cuilibet tam in prædiis propriis quàm alienis: Niſi in locis propinquis noſtræ reſidentiæ, quando in illis per nos ſeu venatores noſtros venationem fieri diſponemus. Ceruos autem capi per omnes prohibemus à die. 1. menſis Septemb. vſque ad diem. 1. Maij Merſis: Alio tempore ipſos capi permittimus.* In Codice veterum Sabaudiæ Conſtitutionum, quæ auſpiciis Amedei Principis emendatæ ſunt primùm, & quino diſtinctæ Libro in lucem prodiêre. 15. Kal. Quintiles An. 1430. Denique à prædictis Legibus non abludit Solonis illa apud Plutarchum, iubentis, eum qui lupum attuliſſet, quinas drachmas accipere: lupam autem, tantummodò vnam. Athenienſibus enim moris fuit antiquiſſimi, bellum cum lupis gerere.

neceſſaria, inſtrumento contineri, maximè ſi ager ex hoc reditum habeat, &c. De inſtruc. & inſtrum. leg.

Aduerſus lupos Frãcicis Edictis propoſitum præmium eſt, vt pro ſingulis captis lupis, aſſes 10 de publico ſolueretur: præter publicã erogationem, quam plebs ſua ſpõte in venatores impendiſſet. Hinc regia Reſcripta, Gallicè, *Lettres de louuetterie.*

A Statutum Sabaudiæ.

Die. 17. Iunij. 1430.

Solon quinque drachmas, pecudis, vnã bouis pretium eſſe ſtatuebat: quòd Athenienſes paſcuo agro indulgere ſatius eſſe ducerent quàm agriculturæ. Plutar. in Solone.

Cap. 34.

Tous autres accroiſſemens de Garennes ſont prohibez eſtre faicts au preiudice d'autruy.

1. VNCTA ALIA GARENARVM INCREMENTA FIERI VETANTVR IN ALIENVM CVIVSVIS DISPENDIVM.

NEMPE ſi quis in ſuo fundo latiores pararit leporum ſpecus & Interranea, quàm intra modum iugerum agri Moribus præſtitutum, id quod amplius eſt, reſcindi debet, quiritante vicino, arua ſua à cuniculis corrumpi identidem. Pari ratione, de columbis, Andium Mos voluitur per vetuſtus, hacclauſula. *Home ne doit auoir ne tenir grand Fuye ne Coulombier, où il y ait ſi grant abondance de Coulons & Pigeons, qu'ils perdent ou endommagent les biens & gaignages des autres. Et faut à celuy, qui de droit les voudroit auoir & tenir, auoir le pays à la banlieüe ſien quite.* Sicuti etiam Delphinatibus vetitum eſt

18. Septemb. 1561. Francisco *de Lanbespine* magistro libellorum supplicũ & Præsidi in magno Consilio vt Andes & Cenomanos adiret, cũuocatis vicissim Pop. vtriusque ordinibus, postulata minorum natu, déque iis Ordinum sententiam auditurus, & omnia renunciaturus Principi. vt illorum querelæ satisfaceret. *Ily eut assemblee sur ce à Angers, & au Mans le 14. Fevrier 1561. & Procez verbal fait, mais n'y eut rien omologué.*

dom. Et quod ex ea refert. Bartol. in Tract. De Insulâ, Col. 9. Vers. prope ripam. Cepola in Lib. de seruitut. vrban. præd. Cap. de horto, Corneus, Responso. 29. Volum. 3. vbi acutè differit, consuetudinem περιτμῆσαι, quæ vicini fundi redhibitionem vicino permittat, in hunc etiam casum porrigi, quo medius inter vtrúmque prędium locus interiaceret. Nonnulla in hanc partem secundùm primigenios voluere est apud Molineum, antiquæ Consuet. Parisiorum Interpretem. Tit. 1. §. 8. Gloz. 5. quæ est ad Ver. *le iardin*, tum apud Tiraquellum, in Tract. primigeniorum Quæst. 73. & Benedictum ad cap. Raynutius Ver. domum & hortum de testam.

Le Chastel, ou manoir principal, & basse cour dépendant aud. manoir.

Quorvm opinionem Scriptorum amplexi videntur nuperrimè Quinqueviri restitutores Parisien. Consuetudinis an. 1580. (§. 13.) Grandiori enim filio competere edixerunt nobilis fundi Dominicum, Arcem nempe, seu Domum insignem, cum area inferiore proxima: hæc tametsi ab Ædificio illo fossa quadam, seu via intermedia dirimatur. Huc vergit Curiæ Placitum nota dignum, de feudo *de Courrigis* in Aureliana Regione sito. Annum circiter 1571. Nam protogenio Senatus addixit, vnà cum Curte nobili, fossas Arcis & hortos prærogata ætatis dignitate, tanquam Domui adiacentes: licet horum vtrúmque media quadam via distinctum à Domo separatúmque appareret. Aureliorum planè Mos vetus maiori natu adsignabat iure præcipui Ædificium splendidius, quale, quantúmve extaret, contiguúmque ipsi iugerum vnum Agri propinqui, quo volatus caponis æstimabatur. artic. 26. Sed hoc ipsum Patr. Conscripti ad fossas pariter & hortos, qui medio itinere seiungerentur à domo, pertinere iudicarunt. Quòd si ædium hortus, viridariúmque circumseptum latiùs pateat, quàm pro agri modulo, intra quem ius præceptionis Moribus destinatur primigenio, nihilò minùs Curia solet huic hortum totum septáque adiudicare: ea lege, vt quod statutum transgreditur modum, æstimetur à peritis, ex eóque trientis pretium secundònatis refundatur. Decreto Ordinis Ampliss. 5. Iduum Februar. an. 1577. In prima classe Inquisitionum Curiæ, quam Eustachius *Iary*, Ioh. & Symo *Dosdefers* prouocarant à Cenomanæ præfecturæ Iuridico, aduersus Franciscam *Choisnet* viduam mulierem Renati *Iary*, communiúmque tutricem liberorum. Eadem planè nouo Parisiorum More ciuili præscripta cernuntur, cit. §. 13. Quid autem de *Bannario* Furno, Molendino, vel Torcular, quæ præcipuæ Domus parietibus includuntur? solidúmne *Banni* ius protogenio competet? aut si iunioribus communicandum sit, ab illóne retineri poterit, pensa his æstimatione suæ cuiúsque partis legitimæ? De eo quidem, multa vltrò citróque dici possent, & contra Montis Argiui primogenitos responderetur (§. 16. De Hæredit. in Consuet. Montis Argi.) Sed, vt paucis absoluam, puto cum primariis Galliæ Iudicibus & I. Coss. qui in emendanda Parisien. Consuet. Leges toti Regno scripsisse videntur, puto, inquam, si mil

Le Manoir, ainsi qu'il se pourroit, avec le vol d'vn chapon, estimé à vn sepent de terre ioignant.

Curtis, apud Helmoldum in Hist Slauorũ, vsurpatur pro Prætorio, siue ampla & magnifica domo, *de maison, manoir seigneurial, & hostel noble.*

Arestum Curiæ die. 9 Febr. 1577. ad interpretationem Andeg. & Cenomanæ Consuet. de latitudine & proportione *du preciput des aisnez* in successione Nobiliũ.

Digitized by Google

nil aliud peculiari More patrio expreſſum ſit, corpus ipſum frumentariæ Molæ, Furni, Torcularis, ad prouectiorem annis ſpectare ſolido iure: ſed fructuarias priuatæ publicæve Molæ obuentiones, Furni item, & Torcularis publicorũ, inter cohæredes diuidundas, reſidui inſtar latifundij feudalis. Ac pro rata quidem minorum natu portione, hi, ſumptus conferre tenentur in fulturam ac inſtaurationem Molendini, Furni, & Torcularis. Primigenio tamen ſalua liberáque manet optio retinendi penes ſe totius compendij earum rerum, mutua paríque aliarum penſatione. §. 14. Pariſienſ. Conſuet. & 261. Turonen. Contra id quod pro ſolo primigenio ſanxit ea de re Lex Angoliſmen. §. 88. ac Victriacenſis. 55.

Le proffit du Moulin bannal ou non bannal & du Four & preſſoir bannaux eſtans dans la Cõmunauté ſe partira, comme le reſte du Fief.

6. ITEM euenit aliquando, Sacellum Dominicæ arci inſitum eſſe, eiúſque ſacerdotes Templi ſeriatim à domino Arcis nominari ordinario ſacerdotiorum collatori iure patronatus. Iam dubitatur, nùm grandiori natu hæredi peræquè competat Fani patronatus ſolida præceptione, ac Dominicæ ædes & turres, quæque iis adhærent intra modum agri Moribus præfinitum. Credas primo intuitu, patronatum ſolius eſſe primogeniti: cuius nimirum in Arce perampláque domo extructum ſit Sacellum, ad quod dirigitur effectus nominationis ſacerdotis. Sic antiquiores Græci ſupremis votis mandatíſque iubebant identidem, Sacra domeſtica manere penes filios ætate maiores. Vt à Valer. Max. perhibetur, Lib. 2. Tit. De Inſtitutis antiq. Quo loco, deſcribit veterem Maſilienſium ritum in haurienda cicuta. Enimverò Nos, re in conſultationem collata, cenſuimus, patronatum illum diuiduum eſſe inter cohæredes familiæ herciſcundæ iudicio, perinde ac clientelares fundos alios, qui patriis Legibus diuiduntur cum protogenio, ſalua ætatis prærogatiua. Phanum quippe olim fundatum eſt dotatúmque annuis fundorum reditibus, cuiuſmodi dos reſpicit clientelare prædium totum, ex quo decerpta eſt: nedùm Arcem magnificam, abs qua beneficiarij tot agri propendent, quæ ſeniori filio præceptione defertur. Vtì ſenſit Molineus §. 10. Gloz. 1. in Tract. *Feudorum* Pariſien. Itaque ius offerendi Epiſcopo ſacerdotis partiri expedit Lege communium hæreditatum. Clem. plures De iur. patron. Can. filiis vel nepotibus Cauſ. 16. Quæſt. 7. Talis enim *præſentatio* habetur in fructu, eóque nomine à fœmina fundi fructuaria licitè exercetur. Molineus in §. 37. Lib. ſupracitati. Quòd ſi plurium patronorum rara obijciatur concordia, conſenſióque in nominando Eccleſiæ beneficiario, nil vetat, patronos alternis annis ſeu vicibus *præſentatione* vti viritim ac ſigillatim: ne qua litibus ſerendis inter eos materies relinquatur. Similiter enim Ruſcinonenſi Edicto ſancitum fuit An. 1563. duos Iuridicos dominos viciſſim alternatímque pro Tribunali cognoſcere. Artic. 25. & 26. Cui Edicto cohæret Saluij Iuliani ſententia Lib. 35. Digeſt. l. quoties duobus De vſufruct. l. ſi

Quin & ſi feudum totum conſiſtat in domo nobili, ſolidam habebit primogenitus iure præcipui Areſto Curiæ die 25. Maij An. 1515. pro M. Philip. Moyſen. Cui conſentanea eſt noua Pariſ. conſuetudo §. 17. Si tamẽ nulla alia bona in hæreditate ſuperſint, aliis liberis iunioribus ſaluum erit ius legitimæ *ſur les. boſſel verbo*. Vt eadem Conſuet. diſponitur. Sin autem nulla ſit domus feudalis, præcipuum primogeniti ceſſat. Molin. in Artic. 13. Caluimont. Cõſuet.

Diuerſæ tamen ab his ſententiæ Areſtum Pariſien. citatur, quod memorauimus. i. Lib. 2. Tit. De reb. in cenſ. dat. Art. vlt.

Præcipuæ domui primogeniti iunctus hortus, eidem cõpetit, ſi aſſes 5. reditus annui non excedat. §. 122. Andeg Leg. Quid ſi excedat hodie? Non ideò minuitur illud præcipuum, inſpecto tempore & valore qui fuit tempore reformatæ Conſuet. An. 1508.

Digitized by Google

vsusfructus alternis D. Quibus mod. vsufruct. amitt. l. communi diuidundo §. cùm de vsufructu ff. comm. diuid.

Preciput & aduantage de l'aisné noble.

SAPIENTER hercle à Maioribus nostris institutum est, vt natu grandior genere nobilium, in quem Domus inclinata recumbit; insignius præcipiat Ædificium mansionémque paternam, maternam vel auitam, exclusis cohæredibus: indicem scilicet custodémque perpetuum gentilitiæ dignitatis, familiæ, nominis, anuli paterni, & Armorum, seu familiarium Insignium. Quippe quæ, in vno gentis capite & columine, solida indiuisáque firmiùs ac diuturniùs seruentur. Ob id primogenito soli, Caluimontana lege, attributum est hoc gentile decus, (*le nom, cry, & armes de Seigneur.*) Artic. 8. & Trecensis Consuet. §. 14. Vsum verò gentilitij huius honoris perspicere est apud Frossartum, in hæc verba. *Comme les Sires de Rohan, Laual, Rieux, Biaumanoir, & aultres en petit nombre euſſent paſſé la riuierre du Lis pour combatre les Flamens, qui eſtoient en nombre infiny, ces Seigneurs dirent, Quant ces Flamens viendront ſur nous, nous crierons noz Cris, tous d'vne voix chaſcun ſon Cry, ou le Cry de ſon Seigneur, à qui il eſt, iaçoit que tous les Seigneurs ne ſoient pas icy. Par icelles voix & Cris nous les esbahirons, & puis frapperons en eux de grande volonté, &c.* Hist. Volum. 2. Cap. 116. Tanta rursus dignatione præstat Dominicum illud, seu præciputum maioris natu nobilis Ædificium, vt coniugi pacta nuptialibus tabulis optione Ædium mariti, ab vidua ipsa incolendarum, dempta hinc censeatur primaria Domus, quæ primigenio lege destinatur. Quoties enim committuntur inuicem domini proprietatis, cum fructuario, iura ambigua: illius potior causa perpetua existimatur, quàm momentanea illius, ac temporaria. l. fundi l. si ita §. dominus. ff. de vsu & habit. Cap. suggestum De decim. Cum Rotæ Rom. Decis. 321. In antiq. Ita Pictonicæ coniuges, & Armoricæ, virûm donatariæ propter nuptias, excluduntur splendidiori Villarum Prætorio. More Pictauensi. 262. & Britonico, 457. Campanis, ad hæc, Trecensis Municipij, litigatoribus, decretum fuit à CONSCRIPTIS CVRIÆ, pro filio, eximiæ Domus delectum matri non competere: cui dotalibus Pactis domus fuisset * ὑποθήκη nomine adsignata, quamcunq; vellet optare. Iudicato, Nobis orantibus, Ianuar. Luce. 26. An. 1580. quod memorauimus. j. Lib. 3. Diuersum autem Victriaco in agro Campaniæ Belgicæ custoditur. §. 86. Victr. Consuet. Superiora item procedunt in lucratiuis causis, vtpote pura, vel propter nuptias donatione in vxorem collata Præd. §. 262. & 214. Picton. Leg. Secus in oneroso rei titulo, dotis nempe, cui restituendæ maritus insigniorem suam Ditionē nominatim adscripserit. Spontaneæ enim alienationis interdictio, quæ Moribus sancita est fauore primigeniorum, neutiquam trahitur ad necessariam eiusmodi fundorū mancipationem, vel oppignerationem. l. peto §. prædium. ff. De legat. 2. l. ob æs alienum Cod. de præd. min. Nec bona quidem restitutioni subiecta, dotis ergò distrahi vetantur. Authen.

Conſ. de Chaumont en Baſſigny.

An. 1181. paulò ante prælium *de Roſebec*, inter Gallos & Flandros.

La principale Maiſon noble doit demeurer à l'Aiſné heritier, ſans tomber à l'option de la Vefue, comme douaitiere.

* Dotalitij.

Decretum Curiæ Pariſ. entre M. de Vauldray ſieur de Sainphale, & ſamere.

Tit. de Muliebri Dotalitio, Art. 3. In Marg.

7.

Res

Res quæ Cod. commun. de legat. Ac dos vtique ampliori, quàm donatio propter nuptias, priuilegio fulcitur. l. assiduis §. hæc autem Cod. Qui pot. in pign. Verùmtamen coniugali donatione trientis hærediorum, continetur præcipui saltem æstimatio Prætorij, seu nobilis Ædificij : Quò partis tertiæ prætium donatario adnumeretur. Sicuti de Andegauo fundo pronuntiauit Senatus, quinto Kalend. Maias An. 1596. secundùm Iohan. Chourcheum, illustrem Cenomaniæ magnatem, Renatæ Auuæ coniugis donatarium, aduersus Annam *Desaubiers*, donatricis hæredem : quæ à Senatoria Libellorum supplicum Præfectura supremam Curiam appellarat. Dn. Prestreo litis enarratore, in quinta Inquisitionum eius Ordinis Decuria. Optimè profectò. Fateamur enim, insignis Dominicum latifundij, inæstimatum indiuiduúmque manere penes vnum cohæredum natu maiorem, demortuo eo, cuius familia herciscatur. §. 222. Andeg. Leg. Sanè viuodùm ipsi rerum domino liberum fuit de iis arbitrium atque commercium, intra metas saltem patriis Moribus præfinitas. Caij I. C. Leg. Qua ratione §. hæ quoque π. De acquir. rer. dom. l. 2. D. Si quis à parent. fuer. manumiss. Ne tamen gentilitiis hisce nobilium stemmatum Notis auulsis, concidant Familiæ decora, auitæque Nobilitatis, consultum est donatoris hæredi primario, donatam extraneo præcipuam Domum, eiusvè partem nummaria æstimatione redimere. Ex pari cautione Roman. I. Coss. in l. item Labeo l. antepenult. D. famil. herciscund. l. 3. D. fin. regund. l. ad officium Cod. comm. diuid. Inde etiam primigeniis rectè prospectum fuit à Maioribus nostris, ne ex eo, quod præcipiunt, Villarum prætorio, grauiori cæteris cohæredibus molè debiti æris premantur hæreditarij. Sepositis modò hinc annuis prædiorum vectigalibus, quæ rei indicta possessorem sequuntur. Verbi gratia, Cœnobitæ beneficiarium fundum Scio libellæ formula transcripsêre. Defuncto quidem isto vectigalis prædij colono perpetuo, grandior filius præceptione retinebit solidam *Feudalis* beneficij Domum : sed hoc, cum lege ac onere prædiarij Reditus annui tantò maiore, quò amplius reliquis hæredibus Ædificium, aruáque præcipiat, possideat. Æmilij Papiniani leg. 5. π. De cens. l. loci corpus §. si fundus D. si seruitut. vindic. l. via constitui §. 2. π. De seruitut. rust. præd. Haud idem vtique de Vectigali nummis constituto dicendum, quod, æris alieni instar, nihilo impensiùs onerat stirpis maximum, quàm iuniores cohæredes. Vt scripsimus Lib. 3. De Privil. Rvstic.

Arestum Curiæ Die 27. April 1596 confirmans Sententiam Requestarum Palatij dictam Die. 12. Augusti. 1585. *contre la veufue de Robert des Rotroux, sieur du Couldray, touchant le Manoir, Court & iardin de Ragnin, en Anjou.*

Iani *de Chourches*, Dn. *de Malicorne*, Maiores, Paganus *de Chourches* fundator Abbatiæ *de Tirbeau* an. 1131. *Patri de chourch.* Eques An. 1221 qui multa dedit Prioratui Fontis S. Martini Gaufridus. An. 1273. transigena cum Abbate S. Albini Andegauen. de iuribus Prioratus *de Malicorne par eulx fondé. Patry de Chourch.* an. 1312. cuius pronepos periit Vernoliesi acie an. 1414. Ex huius fratre Vido seriatim descendere Iohannes, regius Cambellanus, Andreas, Petrus, felix pater Iohan. vltimi. Iniquum est, ingenuis hominibus liberam non esse rerum suarum alienationem.

Denuis noble, ou rente feodale, cõme par Abour nemés de Fiefs en Anjou, & au Maine.

Rente constituée à prix d'argent.

Tit. De Hereditar. Action. art. 1.

8. Enimverò scire oportet, natalitium huiusmodi inter Nobiles primatum, præceptionémque reuocari ad strictam Iuris rationem, Cenomano Ritu præsertim : Quo ritu vnum duntaxat maioribus natu præcipuum datur ex vna hæreditate ædificium, tametsi defunctus insignes alias in Cenomano, alias in Andensi municipio Ædes reliquerit. §. 240. Nam licet Cenomanię Mos alieno Andium

Andeg. Leg. §. 252. 253. & 254. coniugis à viro nobilitatæ, vel pagani successio inter nobiles diuiditur æqualiter prima vice. Quid de viro à Rege recèns nobilitato? Nobilium more partiunda eius

hæreditas, inter liberos etiam antè nobilitatem natos. Quia pater non fictè vel accessoriè, vt per nuptias vxor, sed verè nobilis factus est viuus. Nec liberorum primogenito obstat natiua omnium æqualis plebeiaque conditio antè paternam nobilitatem l. 2. § in fili s ff de Decur. l. senatoris filium ff. De senat Glo. in ver. Regium De numer. & qualit. cardin. In Prag. sanct. Doct. in l. Imperialis §. his illud Cod. de nupt. Quia hæc non nisi in Regnis ducatibus & Principatibus locum habent. In eum sensum vide 1. Lib. 2. Pag. 168. & seq.

Principal manoir & hebergement appartenant à l'aisné.

Arestum Curiæ Paris. Die 16. Decemb. 1556.

Pagani & ignobiles ex æquis etiam in feuda succedũt apud Andes nisi pro ijs trina vice fidem patrono seriatim præstitetint. l. 2. §. Sed quid *d'vn franc alleu, ou de terre feodale, pour laquelle le vassal adueue au Seigneur auoir basse Iustice, censiue, & ne deuoir foy ne hommage: Assauoir si lad. terre est partable noblement entre coheritiers roturiers, ou bien roturierement.* Videtur. æquo iure diuidunda, *veu qu'elle n'est tombée en tierfoy*, & quia in dubio prædia præsumuntur libera, non feudalia, feudum autem est species seruitutis. Item inter coheredes æqualitati faueũdum. Contrà, *lad. basse Iustice presuppose Seigneurie de Fief.* Tit. *Des bas Iusticiers. Item lad. Censiue denote Seigneurie feodale* §. 179. Leg. Andens. Et si illud feudum dominos sit immune, tantò nobiliùs. *Comme le Franc alleu, lequel toutesfois est soubs les* Tit. *Des Fiefs, en Anjou.*

Territorio Legem dictare nequeat: primigenio tamen, qui Andensẽ se prætorium nobile semel præceperit, suum iam rectè denegat; suisque in finibus constitutum. Ex S. C. memorabili. 17. Kal. Ianuar. An. 1556. cuius summam recitare suo ac patrio idiomate, est operæpretium: vt nonnulla quoque alia ad earum explicationem Consuet. omnibus populariter innotescant. *Veu le proces d'entre Gabriel, Eustache & René Iary demandeurs en Lettres royaux de cassation de partages du 14. Feurier, 1544. & M. Robert Iary Conseiller au grand Conseil defendeur, pardeuant les Gens tenans lès Requestes du Palais, &c.* LA COVR *met l'appellation & sentence au neant, & en emendant icelle, & enterinant lesd. Lettres, led. partage cassé, ordonné qu'il sera procedé à nouuel partage en la maniere qui s'ensuyt. C'est assauoir que les biens de Pierre Iary leur pere seront partagez noblement, & ceux de Renee le Doesne leur mere, roturierement. Et en ce faisant, que la maison d'Angiers, &c. estant du propre dud. Pierre Iary, auec la moitié des lieux de Vrigny, &c. acquis pendant le mariage dud. Pierre & sa femme, se partageront noblement. Esquels biens de la succession paternelle, situez és Pays & Seneschaucees d'Anjou & du Maine, led. Robert aisné (ou Magdelon Iary son fils le representant) prendra vn Precipu & Aduantage seulement à son choix & election: & succedera esd. biens pour les 2. tiers en pleine proprieté, & lesd. puisnez pour l'autre tiers en bienfait seulement. Auquel tiers sera compris la part de feu Iacques Iary au profit desd. puisnez, pour ioüyr par eux dud. tiers leur vie durant seulement. En rendant toutesfois & rembourſant par lesd. puisnez aud. aisné, la 3. partie des deniers desbourſez par led. feu Robert, pour retirer les maisons d'Angiers. Si mieux n'aymoient lesd. puisnez quitter leurd. tiers és lieux retirez. Et quant aux biens de lad. le Doesne, se partiront roturierement & esgalement. Au regard des meubles, debtes & creances desd. successions, l'aisné prendra tous les meubles & debtes de la succession dud. Pierre Iary, & acquitera les charges & debtes d'icelle succession. Et a lad. Cour condemné lesd. parties à rapporter respectiuement tous les meubles, debtes & creances de la succession de lad. le Doesne, & à payer leur iuste part & esgale portion de la moitié des debtes personnelles & reelles faictes durant le mariage desd. Iary & le Doesne & celles qu'elle a creées en sa viduité &c.* Quod autem supradictum est, è pluribus Andegaui Cenomaníque soli ædificiis vnum tantùm primogenito competere, Cenomano Iure hæreditatum (§. 240.) cessat in ædibus alibi sitis quàm in regione Andegauen. Quùm enim prouinciæ ambæ Cenomanorum & Andium iisdem olim Legibus simul ac Dominis subiicerentur, ideò vnica domus vtrobíque præcipitur à Nobili stirpis maximo, velut ex vno eodémque Municipio ac Præfectura. Ast si priuatæ Meuij hæreditati duæ insint Cenomana & Pictonica domus prænobiles, vtrámque protogenius sibi sumet præcipuam, quasi in duplici Prouincia duplex obuenerit hæreditas. l. si certarum. ff. De testam. milit. l. hinc quæritur §. potest. ff. De pecul. Atque ita Senatus iudicio definitum est po-

stridie

ſtridie Kal. Ianuar. An. 1580. in 4. Claſſe Inquiſitionum Curiæ ſecundùm Franciſcũ *De la tour Landry* Comitẽ Caſtrirodulphi, aduerſus iuniores fratres de bonorũ ſucceſſione *Dn. de Clervaux* communis auunculi, qui in Cenomano & Pictonum agro ditiones ampliſſimas obtinebat. Cedò, quid ſi Mæuius grandiori filio prærogarit inſigne latifundium, cum hoc pacto, vt donatarij primigenius Dominicũ eius fundi præciperet? Hiccinè donatarij filius, defuncto eo, præceptione etiam auferet aliud Villæ Prætorium, quam pater ſuo ære partam liberis inteſtatò reliquerit? Prima fronte, huic refragatur maiori natu auita nepotis ſubſtitutio in præcipuas Ædes Villæ donatæ, veroſimili patris intuitu ac contemplatione: Quaſi nepos à patre illas accepiſſe, non ab auo exiſtimetur. l. dotem, quam dedit auus paternus. ff. De collat. bon. l. auus D. de pact. Vnde colligent nonnulli, filium paterna ex ſubſtantia duplex Ædificium minimè conſequi præceptionis iure debere. Æquior tamen mihi arridet diuerſæ partis ſententia. Quùm enim pater auita illa in portionem datorum ſubſtitutione, habeatur nudus eiuſce fructuarius, fundíque reſtitutione in filium oneratus, Nepos rectè dicitur auito potiùs, quàm paterno beneficio nactus Villæ Dominicum. Ducta ratione ex l. Quoties Cod. De donat. quæ ſub mod. l. vnum ex familia §. 1. l. cùm pater § libertis. ff. De legat. 2. Ideóque talis domus præceptio nihilùm obſtat alterius iuri præcipui, quod filius paterna ex hæreditate mera puráque ſibi præſumat: Quaſi duorum hominum totidem exiſtant hæreditates, binág; idcirco primigeniorum iura. l. patris & filij. ff. De vulg. & pupill. l. hæredes. §. ſi miles D. famil. herciſc. l. 5. §. ſed ſi duas. ff. De tribut. act.

Placitum Curiæ Die 2. vol. 10. Ianuar. an. 1580. In 4. Camera Inqueſtarum Dn. *Lenoix relatore*. de quolibet præcipuo in qualibet Senechalia capiendo à primogenito. Vt etiam ſtatuit Andiũ Lex. 113.

Hoc intellige, vbicunque non licet binum Præcipuum eodem in Municipio capere ex vna eademque hæreditate communi.

Primogeniti etiam donatarij, patrique præmorientis, filius primigenius auo ſuccedens, cum patruis & amita, capit præcipuum in ſucceſſione aui, quia rei ab hoc patri donatæ præcipuum, remque adeo totam cõferre tenetur cohæredibus ſuis.

9. Redeo nunc ad venatoriam Nobilium virorum oblectationem: quam, vt præcipuas ipſorum magnificáſque luſtraremus ædes, pauliſper intermiſimus. Generoſis vtique venatio permittitur liberior quàm plebeiis. Vt notat. §. 32. & 33. noſtræ Conſuet. Aſt ea nec paſſim, nec in omnibus Nobilium hominum latifundiis exerceri vetatur intra ſepta Domus: niſi natalibus clari ipſi continuum habeant domicilium in eodem Villæ Prætorio. d. §. 33. Volo iam, Nobilem inſtructum eſſe duobus locis æqualiter, neque hîc minùs, quàm illic, frequenter commorari, Celſo permittente. l. eius qui §. 1. Ad Municip. Sequitúrne ideò, huic Cunicularii vti licere prohibitorii, ſeu *garenis* quas *defenſabiles* vocant? Minimè, quùm *Statutum* ſtricti Iuris ſit, aſſiduámque exigat Domini habitationem. Hæc autem, in plebeiis ſeu paganicis fundis: de beneficiariis, non item. Purè enim ſimplicitérque ius eſt prædij dominanti proprietario, circum ædes *Feudarias* leporaria habere venatoribus aliis interdicta: ſiue ibidem dominus ſemper degat, ſiue rarò, ſeu nunquam. 3. §. 32. patriæ Legis, quæ hoc caſu rem non diſtinguit. Porrò quantacúnque Nobiles prædíti ſint venandi poteſtate præ igno-

Digitized by Google

Venandi facultas in alieno tacitã habet exceptionem & cõditionem, si domino agri non noceat. §. 35. in verb. *sans preiudice d'autruy* §. 34. 35. & 36. Andeg Consuet In vers. *sans endommager iceux subiects.*

bilibus viris, venationem subditis prohibere nequeunt indefinitè: si modò innoxiam tractent, citráque alienorum populationem agrorum. Vt placuit Hostiensi, Ioh. Andr. & Cardin. Florent. ad Cap. Non est De decim. Quam Decius opinionem tuetur mordicus, Responsi. 97. vbi hoc quoque adiicit, ius venandi non esse è numero iurium Regalium, nec vni Principi competere, neque idcirco iustè ab eo inhiberi posse. Quantùmuis enim Nobilibus viris magnatibúsque licitum putent Legum scholiastæ, venari in alienis prædiis (Angel. ad l. Diuus ff. De seruit. rust. præd. Cepola in Tract. simili, Cap. de aucupatione.) Haud ideo certè ignobiles agrorum domini ritè vetantur ab iis, quod est Iuris gentium, venationis exercitum vsurpare in suis ac priuatis latifundiis. idipsum videtur obseruasse Virgilius in Georgicõn operum descriptione.

Lib. 1.

Hyems ignaua colono,
Frigoribus parto Agricolæ plerunque fruuntur:
Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et Gruibus pedicas, & retia ponere Ceruis,
Auritósque sequi Lepores, tum figere Damas.

Edictum Die 6. Augusti 1533. verificatum in Curia Tholosana Die 23. Nouemb. 1534.

A T Plebeiorum venatio sic explicanda est, vt ipsi vicissim alios nequeant venatione in prædiis arcere: nisi vel intra *Feudariæ* domus ambitum ac circuitum, qui volatu caponis definitur, vel res agraria venatorum insultu latciuiáque multum capiat detrimenti. Vt elicitur ex Cap. 32. & 33. Andeg. Consuet. Indistinctè sanè Franciscus. 1. rex paganis venatione interdixerat: Siue in nemoribus, leporariis, dumosis saltibus, aliísve priuatis fundis: quoquo iure ipsos à Nobilibus olim possidendos susceperint. Edicto postridie Nonas Sextiles An. 1533. quod Tholosanus Senatus comprobauit 9. Kal. Decemb. 1534. Sed paternæ Legis rigorem Erricus filius interpretatione leniuit, sanxitque, Francisci Edictum ad viles solùm & temporarios agrorum colonos pertinere, non ad proprietarios.

Die. 5. Septẽb. 1551. *Placart du Roy d'Espagne sur le fait de la Chasse donné à Anuers pour ses Pays bas le 28. de Iuin 1575. Par lequel en sur ce l'aduis de son Lieutenant de son pays d'Artois, il defend à tous reseruè les Nobles, Gentils hommes possedãs seigneuries aud. pays d'Artois, ou leurs Officiers, de chasser aud. pays d'Artois, prendre sangliers, cerfs, biches, cheureux, lieures, conils, faisans, poules de bois, herons, perdrix, ou autre sanuagine ou volaille quelle qu'elle soit. Item defend à toutes personnes de s'auancer de tendre, tendre filets, laches, harnois, rets, ou autres instrumens, engins ou artifices en terre ou par eau, pour prendre aucune sauuagine volailles ou oyseaux &c. Ne pareillement les tirer d'arbaleste, arcs à la main, harquebouses &c. si ce n'est chacun és limites de sa seigneurie. Aussi est defendu à tous nobles & non nobles de tenir chiens couchans, & pareillement de prendre ou vendre aucunes perdrix, perdreaux ou d'œufs depuis le commencement du Careſme iusques à la fin de Iuin ensuyuant, en laquelle defense dernierement n'est comprise la volaille passagere, à quoy chacun pourra tendre & tirer, si auant toutesfois que les seigneurs particuliers ne la veulent empescher en leurs seigneuries par tout le pays d'Artois sur les plains champs, sans entrer és franches garennes, ny és bois & forests, esquels qui pretendroient entrer auroient droit de Chasse par priuilege ou ancienne possession, contre le lieure ou voler ou esleuer, ou poursuyure sa piste sur quelque seigneurie que ce soit, ne fust que les Seigneurs sur la seigneurie desquels tels nobles voudroit esleuer lieures ou volailles leur en fissent defense Ce que aussi faire pourront, mais non empescher la poursuitte, si la beste chassee estoit esleuee sur autre seigneurie, ains la pourront poursuyure.*

De venatorijs instrumentis nota Vlpiani legem Quæsitum. §. si in agro venationes sint, puto venatores quoque, vestigatores, & canes, & cætera quæ ad venationem sunt

ANTIQVITVS verò ruſtici venatores quùm grassarentur licentiùs in Regiis syluis ac prædiis, Karolus. 4. edixit An. 1326. ne ignobiles viri tela aut instrumenta venatoria domi habere sinerentur, alioquin mulcta arbitraria coërcendi. Artic. 16. Legum Karoli Pulchri. His planè consentanea Friderici. 1. Imp. sanctio, quæ re-

10

tia,

Digitized by Google

tia, laqueos, aut alia quælibet instrumenta, ad venationes protendi vetat: nisi ad Vrsos, Apros, vel Lupos capiendos. §. retia. §. si quis rusticus De pace ten. In Feud. Ne scilicet paganorum fex venantium, per Cæsariana Prædia vagaretur impune: neu agricolæ, mercatores, artifices, præ nimia venandi opera agriculturam deserent, mercaturam, artificium suum. Qua itidem ratione Tiraquellus censuit, Principes viros iusta de causa venationis vsum inhibere subditis posse. Lib. De Nobilitate Cap. 37. Num. 150. Tametsi Benedictus quasdam improbarit Regum nostrorum Constitutiones, venationis inter subditos prohibitorias. In Repet. Cap. Raynutius Vers. & vxorem nomine Adelasiam Num. 898. Quod vero attinet ad lupos, apros, & versos, (de quibus 3.) liberæ venationis ius in eos receptum est vtilitate communi. Ita enim publicis commodis consuli, vel vnum indicat Allobrogicum *Statutum*, hac phrasi. *Cuilibet liceat venari & capere Feras damnosas, viputà Lupos, Vrsos, Apros, & alias feras damnificantes vineas, blada, & cæteros terræ fructus cuilibet tam in prædiis propriis quàm alienis: Nisi in locis propinquis nostræ residentiæ, quando in illis per nos seu venatores nostros venationem fieri disponemus. Ceruos autem capi per omnes prohibemus à die. 1. mensis Septemb. vsque ad diem. 1. Maij Mensis: Alio tempore ipsos capi permittimus.* In Codice veterum Sabaudiæ Constitutionum, quæ auspiciis Amedei Principis emendatæ sunt primùm, & quino distinctæ Libro in lucem prodiêre. 15. Kal. Quintiles An. 1430. Denique à prædictis Legibus non abludit Solonis illa apud Plutarchum, iubentis, eum qui lupum attulisset, quinas drachmas accipere: lupam autem, tantummodò vnam. Athenienſibus enim moris fuit antiquissimi, bellum cum lupis gerere.

necessaria, instrumento contineri, maximè si ager ex hoc reditum haberet. &c. De instruc. & instrum. leg.

Aduersus lupos Fracicis Edictis propositum præmium est, vt pro singulis captis lupis, asses 10 de publico soluerentur: præter publicã erogationem, quam plebs sua spõte in venatores impendisset. Hinc regia Rescripta. Gallicè, *Lettres de louueterie.*

A Statutum Sabaudiæ.

Die. 17. Iunij. 1430.

Solon quinque drachmas, pecudis, vnã bouis pretium esse statuebat: quòd Athenienses pascuo agro indulgere latiùs esse ducerent quàm agriculturæ. Plutar. in Solone.

Cap. 34.

Tous autres octroissemens de Garennes sont prohibez estre faicts au preiudice d'autruy.

1. CVNCTA ALIA GARENARVM INCREMENTA FIERI VETANTVR IN ALIENVM CVIVSVIS DISPENDIVM.

NEMPE si quis in suo fundo latiores paratit leporum specus & Interranea, quàm intra modum iugerum agri Moribus præstitutum, id quod amplius est, rescindi debet, quiritante vicino, arua sua à cuniculis corrumpi identidem. Pari ratione, de columbis, Andium Mos voluitur perv etustus, hac clausula. *Home ne doit auoir ne tenir grand Fuye ne Coulombier, où il y ait si grant abondance de Coulons & Pigeons, qu'ils perdent ou endommagent les biens & gaignages des autres. Et faut à celuy, qui de droit les voudroit auoir & tenir, auoir le pays à la banlieüe sien quite.* Sicuti etiam Delphinatibus vetitum est

Ludouici Delphinatium Principis Literæ Die. 11. Decemb. an. 1448.

nominatim in alieno leporario venationis exercitium, vel columbarum capio alieni Columbarij, Rescripto Delphini Viennen. 12. Kal. Ianuar. An. 1448. Ita neque iis ius est, sua leporaria eoúsque proferre, quò vicinis agris vagi lepores obfuturi possint excurrere. Vt ait Vido papius, Quæst. 218. Imò & Reges nostri *Garenarum* incrementa latis Legibus damnarunt, substulerunt. Quemadmodùm

Tit. 22. Art. 4.

ostendimus Lib. 3. FISCALIS GALLORVM PATRIMONII. Ac in vniuersum planè, iis interdictum venatione est, qui peculiari eiusdem iure præmuniti non sint. Regia Errici. 3. Constitutione,

Die. 19. Augusti. 1578.

14. Kal. Septemb. an. 1578.

AT si Princeps gratioso Diplomate cuipiam concesserit ius Interranei noui instituendi, valebítne concessio alteri dispendiosa? Quidni? dicas. Regi enim libera est vbique vt Ferarum venatio, sic cessio iuris *Garenarum* in priuatos, quàmlibet propinquis agris incommoda. Argum. notat. ab Angelo in l. Item si verberatum Vers. Item si forte. ff. De rei vindic. Imò & produnt nonnulli, Prin-

An Municipum Cõsuetudo liget Fiscum Regium, vide suprà in Proœm. (ante Cap 1. huius Cõsuet. Art. 6. & 7.

cipem ciuili Municipiorum Lege non teneri: summum, inquam, hunc rerum DOMINVM, qui priuatas subditorum possessiones iure sibi videantur arrogare. Verum enimverò Rescriptum illud iniqui est exempli, nec temerè probandum cum alterius damno ac iniuria. Vlpian. l. 2. §. meritò Et §. si quis Ne quid in loc. publ. Præterea verbis generalibus Codicillorum Principalium, non censetur derogatum patriis Institutis cuiusque Prouinciæ, quæ Rex ipse vel

Dominia priuatorum, quæ sunt Iuris gentium, haud facilè auferuntur à Principe.

ignorauit, vel si sciisset, quoad priuata rerum dominia, nequiit abrogare. Nihilò plus enim, hoc in iure venatorio, quàm in aliis, nouanda est mutandáque rerum conditio, aut mouendæ possessiones antiquæ. Vt grauissimè quondam à Senatu decisum fuit, In Parlam. octauæ B. Martini an. 1281. hoc sermone. Dominus Iohannes de

Chantilly.

Chantiliaco proposuit contra Comitem de Donno Martino, quòd

Comte de Dammartin.

tota Garena, in tota foresta de Chantiliaco, tam in suo domanio quàm in alio, sua est sine participatione alterius. Dicto Comite in contrarium dicente, quòd ipse & prædecessores sui per totam Forestam venati fuerant, & quòd sibi super dicta Chacia ius erat acquisitum. Visis probationibus & rationibus vtriusque partis, Iudicatum fuit, quòd dictus Comes non habet ius venandi in domanio, quod dictus dominus de Chantiliaco habet in dicta Foresta. Ex vetustis Curiæ commentariis Fol. 81.

Cap. 35.

Digitized by Google

Cap. 35.

Nul ne peut de iour ne de nuict Tendre ne Thesurer en autruy dommaine, & s'entend lad. Coustume tant és Quintes d'Angiers que ailleurs.

1. NEMINI FAS EST, INTERDIV NOCTVVE LAQVEOS AC RETIA FERIS PRÆTENDERE IN ALIENO PRÆDIO, SEV ISTHÎC PLAGIS POSITIS AVCVPARI. ET HIC MOS PORRIGITVR AD QVINTAS ANDEGAVÆ VRBIS NON MINVS QVAM AD ALIAS EIVSDEM MVNICIPII REGIONES.

TOLERABILIOR est venatio Feras persequentium, in vicinos agros fugientes, quàm illis insidiantium in fundo alieno, dum quoslibet saltus ferarúmque stabula indagine cingunt, vel vbiuis exercent aucupium. Illud enim virtuti adscribitur cum necessitate coniunctæ: hoc vlpinæ fundi, cum mera nocendi alteri voluntate, alieni saltem soli malignè calcandi. Vnde Feras indaganti in alieno nouum veluti opus potest nunciari, tam in primo secundóve ab Vrbe lapide, quàm alibi tota Andium prouincia. Lapide quidem isto intelligimus *Quintas* Andegauæ ciuitatis, suburbanum nempe regiunculam, & Pagos aliquot Vrbi propinquos: in quibus minor Vrbis Iuridicus perinde solet ius teddere, ac ciues inter ipsos. Hinc talis Iuridici territorium appellamus, *La Preuosté & Quintes d'Angiers*: quemadmodùm Cenomani Præpositi ditionem Iuridicam, *La Preuosté & Voyerie du Mans.* Tum apud Biturigas *La Septaine de Bourges*, (i. territorium Bituricæ Præposituræ) à septis Vrbis & continentibus ædificiis. Quam ideo *Septimaniam* vocabant Indigenæ prisci, quia quicquid manet intra septa Vrbis, suo ambitu complecteretur. Vt Biturigum Annalibus proditum fuit, Lib. 6. Cap. 13.

Sentiunt alij, Septenam Biturigum à 7. Pagis dictam, quibus circum Bituricam vrbem ius dicat minor Præfectus seu Præpositus vrbis. Huic tamê Præfecturæ subesse Pagos, 28 scribit Gabr. Abba, in suis Comment. Bituric. Consuet.

2. IDCIRCO autem nostet Mos exprimit hoc loco *Quintas* Andegauenses (ne intra eas pariter venari cuipiam liceret, præterquàm in suo) quia alioqui in proxima illa Andegauæ vrbis regione liberum fuit Vicanis quondam venationis exercitium sparsim, nullóque fundorum discrimine. Primitùs enim *Quinta* Andegauen. viuaria fuêre Andegauorum Comitum seu *Garenæ*, in quibus venatio subditis prorsus interdicta erat. Sed quùm Feræ propterea indomitæque belluæ in eam sensim excreuissent multitudinem, vt conterriti pagani solum vertere cogerentur, incultáque ea loca deserere, Comites posteri quibúsque indulserunt earum partium habitatoribus, vt iisdem in Septis ac viuariis Dominicis impunè Feras inuestigarent: Quò demum regionem à solitudine vastitatéque vin-

dicantes isti, redderent simul & tutam Agricolis, & Dominis frugiferam. De eo solennes adhuc teneo priscorum Comitum Tabulas priuilegiarias, quas Reges denuò ipsi probarunt, in hunc modum.

Regiæ Phil. Longi Literæ confirmãtes *l'Amortissement de la Garenne de la Quinte d'Angiers pour les Habitans de la ville d'Angiers, & enuirons.*

Philippus Dei gratia Franc. & Nauar. rex, Notum facimus vniuersis, &c. nos literas charissimorum & fidelium Karoli Valesij, patrui, & Philippi primogeniti sui Cenomanen. consanguinei nostrorum, Comitum sigillo sigillatas vidisse, formam quæ sequitur, continentes. Charles fils du Roy de France, Comte de Vailloaiz, d'Allencon, de Chartres, & d'Anjou, à tous cieux qui verront ces lettres, Salut en nostre Seigneur. Saichant tous, que par plusieurs & continues complaintes des Habitans de nostre ville d'Angiers & de enuiron, comme par la vraye relation de nos gens, qui pour nous ont esté & qui sont esd. parties, est finalement venu à nostre conoissance, que par la Garenne, que nous & noz deuanciers Comtes d'Aniou auons enclza Verrieres de si long temps, qu'il n'est memoire du contraire iusques à cest temps present, y a des Bestes sauuages grosses & menues, lesquelles sont tant multipliees & creuz, que le pays est endommagé & cheu en si grant destruysie & poureté, que plus n'y a fors de guerpir les lieux & terres que chacun a en lad. Garenne & enuiron. Duquel terrouer pour ce sont ia departiz & yssus gens sans nombre pour l'occasion de lad. Garenne, &c. Auons en pleine deliberation & conseil de prodomez regardé en ce faict à pouruoir aux Habitans esd. lieux, de loyal remede & conuenable pour le salut de nous & de noz successeurs. Pour laquelle chose auons voulu & accordé, & encores voulons & accordons pour nous & pour noz haiers & pour noz successours, que lad. Garenne iames à nul temps ne puisse estre ne soy estandre par la Quinte d'Angiers, si come ele se comporte en long & en le, ne en nul lieu de lad. Quinte, tant de l'vn cousté de Mayne comme de l'autre. Mais tant pour les causes dessusd. que pour nostre graice & voulenté par pityé & par aumone reuoquons, quitons, anulons & abatons du tout en tout lad. Garenne à touiourzmes quant à nous & à noz haiers, franchissans & quitans de toute Garenne tant les Habitans & possesseurs come les lieus mesmes dauandictz. Et pourront lesd. Habitans & possesseurs, qui ores sont & pour le temps seront par eux & par les leur & par qui il leur plaira dans ladite. Quinte prendre en chemin ou dehors, en bois ou hors bois toutes Bestes sauuages, & ouayseaux grans & menuz en teulle meniere comme il leur plaira, par tous les lieux où nous le puyson fere, excepiez Ouayseaux de praye: c'estassauoir Gerfaut, & Faucon. Et voulons & octroions, que iames nul Forestier ou Garennier pour nous ou pour noz hairs ne vse de iceluy office dedans lad. Quinte. Et voulons & accordons, que tout n'ait pas chacun estrange droit de chassez dedens lad. Quinte contre la volonté desd. Habitans ou possesseurs en icelle: Ains si aucuns estranges si embatoient contre leur voulenté, ils les pourroient repeller des lieux dessusd. en maniere deüe. Et serions tenus nous ou nos hairs ousiez la force de cieux, qui force y feroient, quant requis en serions nous ou les noz. Et n'est pas nostre entention, que autres perdent pour ce leurs Garennes de Lieures & de Connins, se ils les ont dedans lad. Quinte anciennement. C'estassauoir

Hic Carolus, regis Philip. I. frater, Comes Valesiorum, & vxorio Margaretæ Andegauæ iure Comes Andium, ac Cenoman. Eam Caroli I. Andegaui Siciliæ regis filiam despondit Valesius An. 1290 & decessit. An. 1325.

Inter Chartulas & antiqua Instrumenta maioris Ecclesiæ Andegauê. reperiũtur Literæ D. Ludouici regis expeditę Lutetię an. 1229. quibus Clerici degentes in Quinta Vrbis Andegauen. eximuntur Iuridica Andiũ Sessione maiori, *sont exempts des Assises royaux d'Angers.*

dés

dés le ruiſſeau de Brionneau, ſi come il va de S. Nicolas montant à la Maugnanne, & reuenant dilecque à la Menberole, & venant à Monſtereul belfroy, & venant dilecque au port Deſpinaiz en trauerſant vers Corze, & retournant & enclouant la Quinte du Pleiſirs, & tous les autres lieux de lad. Quinte d'Angiers, pour tous les lieux de noz Garennes deſignez és lieux deſſuſd. Et pource que leſd. Garennes eſtoient & pouent eſtre de grant prouſit & de grant valeur à nous & à noz hairs Comtes d'Anjou, leſquelles ouſtons & anullons, Honnourables peres en Dieu l'Eueſque d'Angiers, le Dean & Chapitre de iceluy lieu; les Abbez, les Collaiges Religieux & ſeculiers, les Barons, les Cheualiers, les Bourgeois, & tout le commun des Habitans en nouſtre Comté d'Anjou, qui ont poſſeſſions dans les metes de la Garenne qui eſt en la Quinte d'Angiers és lieux de noz Garennes, Ont octroié, accordent & voulent de leur bonne voulenté, que en recompenſation de ce, nous arons de chacun Arpent de vigne fructal chacun an, iuſques à 6. ans continuelz 32. den. monnoye courant pour le tens, & de chacun Arpent de terre cultiuable, & de chacun Arpent de pré qui ne ſoit noyable, 2. ſolz de lad. monnoie: & au ſeptieſme an enſuyuant ſans moyen leſd. 6. ans de chacun Arpent de vigne fruital. 16. den. & de chacun Arpent de terre cultiuable, & de chacun Arpent de pré qui n'eſt pas noyable, 12. den. de lad. monnoye, &c. Et nous Philippes aiſné fils de noſtre treſchier pere monſieur le Comte dauantdict, Comte du Mans, pour le prouffit commun du pays d'Anjou, & pource qu'il plaiſe aud. noſtre treſchier Sieur & pere, toutes les choſes deſſuſd. & cheſcuns d'icelles voulons & accordons, &c. Donné à Aigrefain pres Angiers le lendemain de la Penthecouſte, l'an de graice de noſtre Seigneur. 1321. Quæ omnia & ſingula confirmamus, &c. Actum Pictauis Menſe Iunij An. 1321.

Hic Philip. Valeſius, Cenomanis Comes deinde Rex Frãciæ ſalutatus eſt, poſt obitum Caroli Pulchri, ſub finem an. 1327.

3. ÆQVISSIMA planè Andegauorum Lex eſt, ne quis venationem, aucupiúmve in alienis agris exerceat: Sed nec iniqua venationis poſſeſſio dicenda in inferioribus clientum ſubditorúmque latifundiis. Compertum eſt enim, ius venandi in alieno prædio longa poſſeſſione vſúque capi poſſe à domino prædij ſuperioris: dum modò canibus Feræ vel pertica ab eo veſtigentur. §. 36. noſtræ Conſuet. Idque variis rerum argumentis firmatur à Iac. de S. Georg. In Tract. Feud. Sic canibus leporem, canibus venabere damas, Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros Latratu turbabis agens, montéſque per altos Ingentem clamore premes ad retia ceruum: Georgico Maronis carmine. Ac in eo quidem genere patronis fauet plurimùm Regia conſtitutio, quam inter miſcellanea Andium Plebiſcita retulit Claud. Ligerius an. 1437. ſummus illorum temporum Pragmaticus, clauſula ſubſequéti. *Par conſtitution Real & Edict, homme ne peut tendre ne theſurer hors ſon Fié & ſon dommaine en autruy dommaine & heritage.* In Verſ. *hors de ſon Fié.* Extraneo autẽ non eadem, quæ patrono, venandi poteſtas, quãtolibet tempore vſurpata in alienis patrimoniis. Etſi enim ſeruitus diutino Vſu perinde imponatur, ac Pacto: ea tamen admittitur ita demũ, ſi in neceſſarias patris famil. ratio-

Retia tamen in alieno prohiberentur, in caſu huius Textus.

Lib. 3. Georg.

nes conferatur, non si in voluntarias, nedum voluptarias. Quale est venationis & aucupij oblectamentum. Ex sententia Domitij Vlpiani, Lib. 15. ad Plautium l. Vt pomum decerpere liceat, vt spatiari De seruitut. Præterea vbi Lex inhibet vsucapionem, certo casu dempto, ibi bona fides possidenti nihil prodest. Pomponiano responso Vbi Lex. ff. De Vsucap. Exceptio enim, vt liceat, ibi facit non licere, vbi non sit exceptum. Pauli Lib. 4. ad Sabinum. l. Nam quod liquidà §. vltim. De penuè leg. Cæteroquin Gallicæ omnes temporum Præscriptiones tricennio concluduntur. Ex Nouella Valentiniani. Sepositа hinc modò Priuilegiorum causa, & hypothecæ in debitorem vel hæredem: quæ Melodunensi, & Aurelionum Moribus quadragenum vsque annum hypotheca producitur. §. 174. Melod. & 261. Aurelien. Consuet. Qua de re Nos fusiùs, LIB. 2. MORVM PARISIEN. Tit. 8. Art. 3.

Valentin. Nouel. De 30 annor. Præscript. in omn. caus. opponenda.

Priuilegiati, Fiscus, Minor, & Ecclesia non subiiciuntur ordinariis Legum Præscriptionibus.

Cap. 36.

Qui n'a Foreſt, ou Breil de Foreſt, ou longue poſſeſsion, n'eſt fondé d'auoir Chaſſe defenſable à groſſes beſtes, s'il n'eſt Chaſtellain pour le moins: Et eſt reputé Breil de Foreſt vn grant bois marmentau ou taillis, ouquel telles groſſes beſtes ont accouſtumé ſoy retirer ou frequenter: & de chaſſer ô les chiens ou à la gaulle au dommaine d'autruy aucun n'en eſt fondé. Toutesfois aucuns Seigneurs peuuent auoir acquis celuy droit par preſcriptions & poſſeſsions anciennes: Et neantmoins ſeroit entendu, qu'ils en vſaſſent ſans endommager iceux ſubiects en leurs bledz ne en leurs vignes ou autres labourages, autrement pourroient demander iceux ſubiects deſdommagement.

Bois marmentau quasi vbi armenta pascũtur, vel nemusculum ad ædes decorandas.

Bois marmẽtal qui ha. 30. ou 40. ans.

Breil de Foreſt, où ſe repairent & retirent les groſſes beſtes.

QVISQVIS PROPRIAM NON HABET SYLVAM, AVT SYLVESTREM MATERIEM, SEV IVS LONGÆ POSSESIONIS, HVIC NON COMPETIT GRANDIVM FERARVM VENATIO CÆTERIS PROHIBITORIA: NI CASTELLARIA SALTEM DIGNITATE PRÆDITVS SIT. DICITVR AVTEM SYLVESTRIS MATERIES (*breil de Foreſt*) NEMVSCVLVM QVODDAM GLANDIFERIS ARBORIBVS CONSITVM, AVT CÆDVA SYLVA, IN QVAM RECIPERE SE CONSVERINT FERÆ BELLVÆ, SEV INIBI CREBRÒ VERSARI. NVLLI AVTEM IN ALIENA DITIONE VENARI IVS EST CVM CANIBVS ET PERTICA: SEPOSITO EO, QVÒD NONNVLLI MAGNATES ID IVRIS SIBI QVÆRERE POTVERVNT, DIVTINÆ POSSESSIONIS SVFFRAGIO. SED HOC TAMEN CIVILITER ACCIPIENDVM, NE FERARVM VESTIGATORES SVBDITIS DAMNVM INFERANT, EORVMVE FRVMENTIS, VITIBVS, AVT ALIIS PINGVIBVS CVLTIS. ALIOQVIN RECTE EGERINT SVBDITI APVD IVDICEM, VT INDEMNES PRÆSTENTVR A VENATORE, DAMNEMQVE IIS DATVM SARCIATVR. I.

Breil de Foreſt, patrio sermone, *quaſi ôrin de Foreſt, ou en vros Buyſſon, bois marmentau ou taillis.*, Vt nostramet Cõsuetudo interpretatur. Alij *breil de Foreſt* dictum putant *de braire, ou braillerà raiſon du cry & clameur des beſtes ſauuages qui y frequentent.* Ex eo etiam appellati saltus, quòd in ea sylua saliant feræ bestiæ, earúmque vicissim venatores. Glo. in Clem. 1. § porrò De Statmonach.

In venationis iure prohibitorio, differentia est inter Feras minores,

nores, & maiores. Illarum quidem venatio propriè ſpectat ad dominum fundi, aliis vetita omnibus intra certum terræ ſpatium, quod patrius Mos circumſcripſit volatu caponis. Harum verò Ferarum veſtigatione non poteſt cuiquam interdici, niſi à Nemoris opaci grandiorúmve arborum Domino, vel Caſtellano dynaſta. Sicuti enim cuniculorum Viuaria ac Leporaria dicuntur circùm dominicas Ædes: ita maiorum beluarum, Syluæ aut ſylueſtres dumi, ſtabula ſunt ac latibula, quibus velut ſeptis incluſæ à nullo capi debent, præterquàm à Syluæ proprietario venatore. Similiter Regia nemora priuatis venatoribus inuia habentur inacceſſáque Principali Edicto & Interdicto, quod publicis aquarum ſyluarúmque Conſtitutionibus inſertum fuit an. 1516. Quùm autem rara cernantur Nemora in ſingulis Galliæ Municipiis, idcirco Baronum ſunt, eximio iure quodam, ac Baronatus ſymbolum teſſerámque præferunt in Andenſi Prouinciola. §. 47. noſtræ Conſuet. Vt magnates illi præcelſi, apud Maronem.

Bois marmentaux faciunt partẽ proprietatis fundi artic. 113. Conſuet. Andeg. cauente, *que le ſeigneur de ſief, aduenant ſon rachapt, ne pourra couper aucuns bois marmẽtaux ne faire aucune choſe au preiudice de la propriété.*

Venatum Æneas, vnà & Sidonia Dido
In Nemus ire parant.

2. O B idque Syluarum vſus ad delectationem animorum impenſiùs quæritur ab illuſtribus viris, quàm ad fructum annuum, prouentúmque fundi percipiendum. Aſt ſi procerum Nemus cædere ſolitus ſit paterfamil. quotannis, tunc annuis predij reditibus adnumerabitur. Intantùm, vt eius cæſura Syluæ patrono competat, qui clientelaris vacuæ Rei fructus facit ſuos. Vlpiano auctore, Lib. 18. ad Sabinum l. ſi fundi §. vlt. De vſufr. Cum Sexti Pomponij reſponſo, l. ex ſylua Eod. tit. Sicuti cæſuræ obnoxia interdum Nemora indicat Claudiani Panegyris in 4. Conſulatum Honorij Aug.

Syluam ſi cædere prouocat vſus,
Ne pudeat ſumpta Quercum ſtrauiſſe bipenni.

VERVM hac in parte multùm refert, *Feudo* nè incumbat patronus ob *Hominium* non præſtitum, an pro ſuo iure τῆς Ἀναχύμψεως, ſeu *Releuij*. Nam illo caſu totam ſibi lucrifacit maturam Syluam, cæſuræque paratam excindit omninò in ſuos vſus, nec pro Anni modulo ſolùm, quo vacans poſſeſſore *Feudum* inuaſerit. Molineus ad §. 1. De Feud. antiquæ Conſuet. Pariſienſ. Atque ita, Nobis adſtantibus, diſertè Areſto deciſum fuit in Senatoria Pictonum Seſſione 7. Kal. Nouemb. an. 1579. ad prouocationem à Cenomano Suppræfecto, quam pro ſuo quiſque cliente, & defenderat Buyſſonius, & Robertus viciſſim oppugnarat. Rectè profectò, quùm vacuum poſſeſſore *Feudum* ſolidum fauorabiliter redeat purè in manum Dominicam tacita penè ac naturali, pro fructibus ſaltem, conſolidatione cum prædio dominanti. §. 116. 117. Cenoman. Et 103. 104. 105. 116. 436. Andegauen. Morum. Secus in *Feudo* iam à nouo homine occupato, auctoratóque clientulo: cuius propterea *Feudi* fructus demetat patronus annali modò iure Redemptionalium, pro

Glo. 8. In ver. *faire les fruicts* Num. 24. & 30. Vbi multæ Conſuet. citantur diſtinguentes ſyluæ cæduæ fructum *en la priſe par defaults d'homme, d'auec la priſe par rachapt.*

Areſtum in magnis Diebus Pictonũ Die 26. Octob. an. 1579. inter Championem, colonum nummariũ *de la terre de Bronſſiu, & la dame Conteſſe de la Suze dame de ſief, à cauſe de ſa ſeigneurie de Louplande.*

instauratione ipsius *Feudi*. Nam hoc posteriori casu, eidem debetur vnius tantùm anni prouentus, non plurium: ex eóque reditus syluæ cæduæ ad patronum, pro annui duntaxat ratione spatij, pertinebit: ei tametsi cæsuræ emolumentum integrum tribuisse videatur Andium Mos. i. §. 113. ac Cenomanorum 124. Huic nostræ sententiæ consonat noua Parisiorum consuetudo, seu potiùs Legislatio Quinquevirûm reformandæ Consuet. artic. 48. De quibus percurre à Nobis scripta Lib. 3. DE IVRE GALLICI FISCI. Haud aliter de subclientelæ prædiis statuendum, quæ clienti adaperta sint, pendente annali clientelæ rerum vsufructu Dominico, ob causam redemptionalium. Vt putà si vndecimo Anni Mense fructuarij, subbeneficium caducum fiat, tunc patronus, qui beneficiis fruitur, illo quoque, sed pro modulo solùm reliqui Mensis eius Anni, potietur. §. 123. Andeg. & 133. Cenoman. Leg. Diuersum vtique, si patronus planè vacuum beneficium occuparit, nec vllo dùm fidelitatis obsequio sibi diuinctum ab hærede possessoris. Tunc enim subbeneficiarios etiam fundos, qui in causam caduci inciderint, tantisper detinebit, quoad beneficiarius debito illi officio perfunctus sit; vel subbeneficiarius in fidem clientelámque se ad patronum contulerit superiorem. Dempto isthinc partiarij coloni iure, qui, in fundum inuecta manu patroni, suam fructuum partem aufert, liberèque sibi decerpit. Ex luculento Decreto Parisiensi, Kalend. Aprilibus an. 1586. pro Ludou. Morinello, prædij redemptore partiario, aduersus Vindocini Ducem, rectum dominum. Iuxta §. 114. 122. Andegauens. Morum, Et §. 125. 132. Cenoman. Vnà cum Vlpiani Leg. 8. §. si quis fructus ff. De reb. auctor. Iud. possid. Cæterùm si olim vasallus semel modò, bísve amputasset proceras Syluæ suæ arbores, nec continuatis quidem vicibus, sed in necessaria aliquando rei familiaris subsidia, tunc fructuarij iuris non erit eiusmodi cæsura arborum, nec vlla ex parte ad superioris prædij dominum spectabit, inferioris fructus anno vno capientem patronali potestate. Ex Paulo, Lib. 2. Ἐπιτομῶν l. sed si grandes De vsufr. Huc recidunt quæ Varro, De re rust. Lib. 3. cap. 4. Proin. consultantibus pridem reginæ Scoticæ procuratoribus memini respondisse me, nemoris cæsuram nullatenus computandam in annuo reditu Ducatus *de Piney*, qui Reginæ beneficiarius cùm esset ex Comitatu suo Caluimontis Baslignei, ab ea prehensus fuerat, Redemptionalium nomine debitorum: censuique, in hoc *Releuio* patronæ soluendo, minimè ineundam arborum Syluæ, quasi annui prouentus, æstimationem. Sextili Mense an. 1578. Vnde expedita est interpretatio §. 16. Caluimontanæ Consuet. In vers. *Rachapt, c'est à sçauoir la reuenue dudit fief par vn an de 3. annees l'vne, laquelle que ledit seigneur feodal voudra choisir: Pourueu que l'annee qu'il choisira, il n'y ait estangs en pesche, ou forests en couppe. Auquel cas lesd. couppes & pesches seront esgales, & les frais deduits pro rata desd. 3. annees.* Eandem propè in sententiam citauimus alia quædam, lib. de PRIVIL. RVSTIC. secundo, cap. 10.

Debòis taillis, estangs, saulsaye, &c. le seruict ne se prent que à proportion d'vn an, pour le relief feodal.

Tit. 17. Art. vlt. *L'arriere fief ouuert pendant la saisie d'vn plein fief saisi pour les rachapts.*

Arrestum Curiæ die 1. April 1586. *pour Loys Morineau, meitayer de la terre de la Hamelsere près Montoyre, contre le seig. feodal saisissant à faute d'hõme & de lods & ventes deues par Claude d'Orleans acquereur.* Idem de publico & Iudiciario conductore feudalis rei à creditore saisitæ. Quia mortuo postea vasallo, dominus tenetur huic stare colono, qui conuentionali æquiparatur l. in venditione 15. ff. de bon. auctor. Iud. possid.

Maria *Stuart*, Scotorum Regina, vidua Francisci 2. Gall Regis.

Hic Ducatus recèns creatus à Rege. in gratiam Dn. de Luxemburgo. Vt. i. dicetur.

Consil. de Chaumont en Baſigny.

CONSTAT

3. CONSTAT ex hoc Andeg. Legis Capite, venandi potestatem magis prędio datam adscriptámque, quàm personę, & Nemorum quisquis dominium nactus sit, aut Syluulæ cuiusdam non cæduæ, huic prohibendi ius esse, ne alius quisquam ibi Feras inuestiget. Regiis quoque syluarum Edictis in eos pœna infligitur, qui priuatorum Nemora deuastent, non minor quàm qui Regum ipsorum, aut si in illis quidpiam furtim interceperint artic. 15. Constitutionis à Francisco 1. de aquis & syluis editæ an. 1516. Septa hæc nemora, Græci παράδεισους appellant, in quibus Feræ ad venationis vsum coërcentur, includuntur. Ineluctas autem Feras intellige non ambitu parietum, vt inde egredi nequeant: sed quòd ob Nemorum densitatem iis continere se ac delitescere consueuerint, aut quia perpetuò inibi morentur. Vt Martianus notat, l. Qui saltum æstiuum De legat. 3. Nempe, Ouidij iudicio,

Est Nemus arboribus densum, secretus ab omni
Valle locus: Fast. Lib. 6.

Boit de haute fustaye.

Regiæ huius Ordinat. verba, *Item les Princes, Seigneurs, Gentils hommes, & autres de nostre Royaume, ayãs forests, buissons, & droits de garennes, vseront en leurs d. forests, buissons, & garennes, si bon leur semble, du contenuës articles precedens. Toutesfois s'ils auoient quelques actes, conuenances, ou autres droits & priuileges auec leurs hommes, ou voisins, n'entendons à iceux aucunement deroger.*

INSIGNIORI etiam Nobilium dignitate præditi, vtuntur prohibitorio venandi iure in suis Ditionibus, etsi nec nemorosis, nec syluula quidem vlla circumseptis. hoc §. 36. Leg. Andeg. Cui succinit annotatio Cardin. Alex. ad cap. 1. §. nemo retia de pace ten. terrarum scilicet Dominos vetare solere, ne quis in suis ipsorum finibus venari audeat. Tales sunt Comites, Barones, Castellarij toparcæ: quibus, illustris *Feudi* dominatus maiorem adfert vt castrensis in hostes, sic domesticæ in Feras vmbratilísque Militiæ titulum ac prerogatiuam. Venationem enim, imaginariæ Pugnæ comparans Claudianus, hæc cecinit.

Tunc Amphioniæ pulcher sudore palestræ
Alcides pharetras, Dircæáque tela solebat
Prætentare Feris, olim domitura gigantes,
Et Pacem latura Polo, sempérque cruentus
Ibat, & Alcmenæ prædam referebat ouanti.

In Panegyri, de quarto Consulatu Honorij Aug.

HINC mirum non est, generosis nobilibúsque in exercenda venatione plus tribui, quàm tenuibus ac plebeiis: ne ab agricultura & operis auocentur isti, suo, ac publico incommodo. Quin & Nobilibus solis Ferrariæ licitum est venari, aucupari: ab eóque opere inferiores Rusticani omnes arcentur. *Statutis* Ferrariensium, quæ citat Bartholom. Cepola in Tract. de seruitut. rust. præd. Tit. de aucupatione. Neque abiis longè absunt dictata Iacob. de S. Georgio, In Tract. Feud. Gloz. & cum venationibus. Quo loco, Nobili venanti fauet impensiùs, quàm Plebeio.

Apud eundem Iac. de S. Georg plurimas legito Quæstiones in eodem venationis argumento.

4. PORRO inter Andegauos venatores habemus cumprimis rationem antiquissimæ possessionis. Hoc cap. 36. Cui perspicuam addunt lucem Senatus Decreta complura, de iure venationis, identidem controuerso inter Bellayum, & Monsorellum proceres Andegauen. Hic illius patronum se ferebat Dominúmque superiorem, à prisca

Nicol Sudorius Præses inquisitionum in Curia Parisien Lib. Disputationum ciuilium, mouet hãc dubitationem, nùm patronus sibi venationis ius rectè asserat

In fundo vasalli prohibitorium, i. vt nec vasallo quidem venationis exercitium vllum remaneat.

memoria venari solitum in Bellaij ditionib⁹ promiscuè, nec per media tantùm ipsius latifundia, sed limen vsque splendidæ Domus *de Giseux*, quæ Bellaio competebat. Ad ea, Bellaius, seruile onus hoc suæque indecorum nobilitati futurum, si in Prætorij sui vestibulis cogeretur extraneum pati Ferarum vestigatorem. Defendit insuper, suæ Ditionis prædia non pauca in confinio Ædium suarum; parietibus septa fuisse ab longo iam æuo. Per igitur absurdum fore, nec permittendum, vt hodierna venatio, mutata nunc agrorum facie, ad pristinum liberè vagéque venandi vsum reuocaretur. Variis demum S. Consultis temperata est tricenum abhinc annum venandi seruitus in fundis Bellaij dynastæ; inter alia, vt Monsorellus triduo prænuntiare illi teneretur, sese mox venaturum. Illinc obiter emergit quæstio subdifficilis, an qui Feras hactenus vestigarit in mediis Titij prædiolis indiscriminatim, antiqua possessione priuari queat nouo interposito pariete, quo Titiani agri obstruantur. Rem ita dirime: Aut talium fundorum muris propinqua Domus cingitur, tanquàm conseptis Dominicarum ędium: Eo casu, minùs propitiis auribus excipietur venatoris querela, tetro liuore aliena oppugnantis commoda, necessariámque patris famil. in re sua domestica œconomiam atque solertiam. Pauli responso, l. 2. §. quanquam de aqua pluu. arc. Cum Proculi. I. C. l. 26. De damn. inf. Subde, quòd venandi seruitus accipi debet ciuili quadam adhibita moderatione, licet tota sit in toto, & tota in qualibet parte. Non enim (ait Celsus I. C.) per Villam ipsam, nec per medias vineas ire, agere sinendus est qui habet rustici prędij seruitutem: cùm id ęquè commodè per alteram partem facere possit, ac minore seruientis fundi detrimento. Idque Prisco Iaboleno placuit, cap. 13. §. 1. De Seruitut. rustic. præd. Enimverò si rustica arua, quæ parietatibus circummunimus, aliquantulùm distent à prætorio Villæ, & in media camporum planitie sita claudamus, æmulatione potiùs quàm è re nostra familiari, Tunc putarim, diuturnam venádi possessionem, qua alius iisdem in locis vsus sit, minimè interpellari nouo isto opere, nedum tolli oportere. Nec enim pristina rei forma mutari debet in alterius iniuriam atq; iacturam. Neratij opinione, Lib. 3. Responsa. l. vsusfructuarius nouum de vsufr. Florian. ad l. Hactenus §. cassius D. eodem. Iuxta quam opinionem, vide pleniùs notata à Baldo & Iasone in l. 1. Num. 99. Cod. de Iur. emphyt.

Dn. *de Montforeau* cognomine *de Lambes*, inclyta Domus, vtpote cuius præcessor Iohan. *de Lâbes*, Eques Pictauensi prælio cæsus, in vrbe Pict. apud Dominicanos sepultus legatur an 1356. Bellava item prænobilis familia tulit Ianum. Equitem, Andegauæ militiæ Ducem in Anglos hostes an. 1422. Ex Andium Chronic.

Lib 4. Pandect.

Digitized by Google

Cap. 37.

Si gens d'Egliſe, Frairies, Communitez, ou autres Mainſmortes acquierent par quelque contract, don, legat, ou autre acquiſition aucuns heritages, domaines, rentes ou autres choſes immeubles, le Roy ou ſes Officiers les peuuent faire conuenir en ſa Cour, ſi bon leur ſemble, ou leur faire Iniunction de mettre hors de leurs mains tous & chaſcuns leſd. acqueſts, dons & legs qui leur ont eſté faicts, ou acquis depuis 40. ans, & les ſeigneurs ſubalternes, depuis 30. ans: eu eſgard au temps de l'exhibition des contracts, ou depuis qu'ils en auroient eu cognoiſſance. Et n'auront leſd. gens d'Egliſe, ou autres Mainſmortes, que 2. ans de temps à vuider leur mains deſd. choſes depuis l'Iniunction à eux faicte, & leſd. 2. ans paſſez, condemnation ſur ce faicte par Iuge competent, led. ſeigneur & auſsi les autres Iuſticiers pourront faire ſaiſir leſd. nouueaux acqueſts, dons & legs. Mais il ſera au chois du ſeigneur de fief, d'en prendre ſon indemnité, ſe bon luy ſemble, ou faire proceder en lad. Iniunction & contrainct. Laquelle indemnité ſe monte à la valeur des fruicts de 3. annees des choſes acquiſes, ſi autrement n'en eſt compoſé.

1. SI ECCLESIASTICI COETVS, PHRATRIÆ, COLLEGIA, MANVSQVE MORTVÆ ALIÆ SIBI PACTO ACQVIRANT, DONATIONE, LEGATO, CÆTERISVE ACQVIRENDI MODIS CERTA PRÆDIA, REDITVS ANNVOS, VEL RES SOLI QVASCVNQVE: REX TVM, REGIÍVE MAGISTRATVS ILLORVM QVEMLIBET IN IVS AD SE VOCABVNT, AVT SI ITA VISVM SIT, DISTRICTE IVBEBVNT EMANCIPARE, MANVQVE EMITTERE QVICQVID AB ILLIS QVOVIS IVRE COMPARATVM SIT QVADRAGINTA ABHINC ANNOS. INFERIORES AVTEM PATRONI, INTRA TRICESIMVM ACQVISITIONIS ANNVM EADEM PRÆDITI SVNT IVBENDI COGENDÍQVE POTESTATE. SANE TEMPVS ISTVD IAM INDE COMPVTATVR DEMVM, QVÀ EX DIE MANVSMORTVA CONTRACTVVM SVORVM TABVLAS EDIDERIT DOMINO FVNDI DOMINANTIS, VEL HIC NOVAM RERVM SOLI COMPARATIONEM RESCIVERIT. PORRO BIENNIVM DVNTAXAT CLERICIS MANVSQVE MORTVÆ HOMINIBVS CONDICTVM EST, INTRA QVOD, SI MONITI AC INTERPELLATI FVERINT, AD EAS RES DIMITTENDAS COMPELLANTVR. QVO EXACTO TEMPORIS SPACIO, DAMNATISQVE HIS A COMPETENTI IVDICE, LOCVS ERIT REGIÆ PREHENSIONI, DOMINICÆVE RECENS PARTARVM POSSESSIONVM MANVSMORTVÆ, SEV DONATARVM IPSI, AVT LEGATARVM. SED IN ARBITRIO EST OPTIONEQVE PATRONORVM, MALLINTNE INDEMNITATIS SVÆ PRÆTIVM SVMERE, AN EXACTE MANVMMORTVAM ADIGERE AD PVRAM CESSIONEM FVNDORVM EIVSMODI. PATRONALIS AVTEM HÆC

Articulus hic, correctorius eſt antiqui Moris Andegaui in quibuſdam. Vt patet ex Proceſſu verbali eiuſdem Conſuet.

Digitized by Google

INDEMNITAS TANTI ÆSTIMATVR, QVANTI TRIENNIS ACQVISITIONVM PROVENTVS AC REDITVS: NISI ALIA VLTRO INTER PARTES INEATVR ÆSTIMATIO, VEL EA DE RE ALIAS PRIVATO PACTO DECIDATVR.

Karolus filius Regis Francię Comes Andegauen (Karol Valesius frater Philippi Pulchri) *admortit & indemne la disme du vinil & tenue Bauge, aux Chanoynes & Chapitre de l'Eglise d'Angers, item qu'ils peussent faire tenir le Estillage par tel hõme qu'ils voudroient.* Ex Cartophylacio Andegau. Ecclesiæ.

PLANVM est, Sacerdotalis ordinis viros comparatione fundorum arceri, ac eiusmodi rebus immobilibus cedere cogi, Gallico Vsu. Vt explanauimus Lib. 1. FISCALIS PATRIMON. GALLICI Tit. 14. & Lib. 3. SACRÆ POLIT. FOREN. Tit. 1. Quęs attexere est luculentos Karoli 6. Codicillos (Februar. Mens. an. 1385. & Octob. 1404.) Clerum mirè obstringentes fundorum emancipationi intra annuum spatium: nisi quos morticina possessione donatos à Principe ostenderet. Ast Karoli proauus Valesius talis coërctionis lege soluerat res soli omnes Xenodochiis acquisitas: simul & Templis, Ædituisvè liberaliter erogata, quæ vicenum cunque assem annuum minimè excederent. Sanctiss. Edicto Octobr. Mens. an. 1344. quod in Henriciano Codice lectitatur. Sic pio Cenomanorum Hospitio *de Caudaforti*, indulsit Valesius Rex liberam prædiorum possessionem, Officiúque munia certa, honorariæ mixta Dignitati præstituit Magistro Hospitalis eius Diuersorij. Charta solenni Ianuar. Mens. an. 1329. quam probarunt vicissim Karol. 7. Aprili Mens. 1423. Octauus, an. 1484. Mens. Octob. & Ludouicus 12. Aprili 1499. A sacris item Ecclesiis fundos deponendi præceptum, imperiúmque Dominicum relaxarunt sparsim optimi Principes nostri, temperarúntque singularibus Rescriptis Morticinij, quæ irrogata sunt Collegiis piis compluisculis. Nam Franciscus 1. Rex Diplomate sanxit firmauítque profanas Andensium templorum facultates: Episcopalis putà delubri, Cœnobiorum, sacrorum Sodalitiorum, monasticorum Primatuum, & quicquid loca alia Ecclesiastica hucúsque tenuerant. Nouemb. Mense an. 1522. Cuiusmodi codicillos probarunt ærarij Præfecti, quos vulgatiter *Generales finantiarum* appellamus 8. Kal. Maias an. 1523. Ea tamen Codicillari libertate profanarum possessionum demuntur prædia membráque externis vnita Sacerdotiis, quæque extra Andium Diœcesin sita proponerentur. Adiecta & Regiis Tabulis lex altera, vt Hospitalium domuum Curatores, nullos conferre nummos tenerentur, cum reliquis Andium Familiis sacris: Quæ ingens auri pondus Principi numerabant (21874. libellas Turonenf. cum 12. assib. & dimidio) ne ad fundos suos emancipandos vrgerentur posthac, aut pendendos nummos in causam *Franci feudi* nouarúmque Acquisitionum. Hisdem penè legibus Rex Erricus 2. Morticinij priuilegium irrogauit Turonum Ecclesiæ, & Diœcesanis omnibus Turonensi metropolitæ suffragantibus (in quibus Andegaua etiam nominatim comprehensa est) pacto confertim pretio sex & viginti millium libellarum Turonen. Rescripto Ianuar. Mens. an. 1555. quod in regio Andium Foro promulgatum fuit 9. Kalend. Sextiles an. 1557. postulante M. Iano Hectore, pro Episcopo & Cle-

Domus Dei & Ecclesiæ collegiatæ B Mariæ *de Consfort lez le Mans, Reglement general*, bonorúmque partitio. Ex sententia Senescháli Cenomanen. 20 Sept. 1551. cõfirmata Arestorego 11. Febr. seq. Sed de bonorum portione Pauperibus addicenda, à cuibus administrãda, decitum alio Aresto pariter Consistoriali 9. Augusti 1585.

Sunt & Hospitalia 4. seu membra pendentia ab Hospitali *de Consfort*, & ab huius Prætecto conferenda, *l'hospital de l'Aferté Bernard, l'aumosnerie de Sainct Ouen de Sanignel Euesque, de Perrigny l'Euesque, de Pontnalain, & de la Rochemaisile prés Alençon.* Qua de Roca Mabili, Sigebertus in Chron an. 1167.

Die 14. April. an. 1523.

Priuilegia cuncta Episcopi & Capituli Ecclesię Andegauen. Confirmata sunt à Francisco 1. Rege Mens. Mart. an. 1559. Quorum promulgationem in Senatu Parisien. comperies volum. 2. Regestorũ Curiæ sub Francisco 2. fol. 214.

Andegaua diœcesis, est suffraganea Turonensis Archiepiscopatus Cap ex parte De foro compet. Cap. 2. de Translat. Episc. Idem de Cenomana diœcesi. Cap. venerabili De senten. excomm.

ro

10. Andeg. Nec diſpari beneficio Principum fruuntur Lugdunenſes, Hedui, Cabilonenſes, Matiſconenſes, qui eo nomine duodecim libellarum millia Fiſco appēderunt. Febr. Menſ. 1557. At Biturice oræ Sacerdotes ſumma triceſim (cum quinque) millium libellarum luerunt ius iſtud morticinę poſſeſſionis. Regio diplomate Octob. Meſ. 1522. quod ſera tamen pretij conuenti ſolutio eſt conſecuta 11. Kal. Maias 1542. Neque hîc recenſere attinet Senonum Eccleſiæ datum ius emortui mancipij, an. 1525. Porrò ingens Principis cautio vſquequaque fuit in libera poſſeſſione fundorum Templis permittenda, vt eiuſmodi gratia ſine inferioris patroni fraude captionéque fieret: cui videlicet ſaluum incoluméq; fore ſuum ius omne Princeps Tabulis illis diſertè ſit conteſtatus. Quia autem poſteri reges non deſierunt, grandem æris ſūmam à ſacratis viris corrogare ſpecie *Franci feudi & nouorū acqueſtuum*, ſupplex petiit hic Ordo in maiori Gallię Conuentu Bleſenſi, vt harum indictionum onere perpetuò leuaretur, ſimul & tradendę rerum ſuarum profeſſionis vectigalium, ac dinumerationis clientelarium: vtì rurſus immunis exēptuſque maneret beneficiarij cuiuſque commodi & emolumenti in patronum Regem pręſtatione. Ad hæc, flagitarūt ibidem ſacris addicti, profanas ditiones, quas eoūſque poſſederant, Morticinij iure donari, liberéq; colēdas & fruendas ſibi relinqui in poſterum. Vno hoc ſubiuncto tēperamento, vt ſi Clerus deinceps ſibi res ſoli compararet, Magiſtratibus tum liceret de eo regia in Clericos lege experiri art. 68. & 69. ſupplicis Libelli Gallicorum ſacerdotum, qui Principi porrectus eſt in Francicis Bleſenſibus Comitiis. Sexto Iduum Februar. 1577.

Die 24. Iulij an. 1557.

Die 21. April 1542. Abbā & conuentus Maioris monaſterij Turonen. obtinuerūt regias literas Admortizationis bonorum ſuorum repræſentata ſūma duum millium libellarum Turonen Menſi Nouemb. an. 1512. Longéque antea Capitulum Eccleſiæ Metropol tanæ Turonen. habuit à Ludouico 11. rege tabulas admortizationis Menſ. Nouemb. 1400.

Die 8. Feb. 1577.

Il y a lettres de Louys Duc d'Anion, Comte du Maine de l'an 1363. & de Louys ſon fils, de l'an 1405. d'admortiſſement de tous les acqueſts, dons, & legs, faits à l'Egliſe Collegiale de Conſſors.

Pour le Chap. de l'Egliſe Metropolitaine de S. Sauueur d'Ayx en Prouence. Sentence de Pierre de Beaunan du 7. Auril l'an 1414. ſeneſchal de Prouence de cenſibus, ſeruitiis & aliis bonis acquiſitis per Capitulum & Eccleſiam Aquenſem an infra annum & diem poſt factam acquiſitionem debeantur vendi, &c *Entre les habitans d'Ayx, demandeurs, & leſdits Chapitre deffendeur.* Pronuntiamus in vim dicti priuilegii per Idelfonſum regem Aragonum, & Principem Prouinciæ conceſſi Aquenſi Eccleſiæ an. 1185. menſe Martio, & eius ſucceſſores Reges, Principes & dominos preſentis patriæ Prouinciæ confirmati, &c. Quod bona temporalia quælibet immobilia, cenſus ſeruitia & iura in diſtrictu & iuriſdictione Regis conſtituta ab olim ante tempus, & tempore d. Priuilegii, & expoſt hucuſque qualitercunque & exquacunque cauſa & titulo per Eccleſiam Aquenſem, & quaſlibet Eccleſiaſticas perſonas ad vtilitatem & occaſionem eiuſdem Eccleſiæ & tam in capite quam in membris acquiſita & in poſterum perpetuo acquirenda, Eccleſia ſupradicta retinere & poſſidere poſſit nunc & in futurum, Edictis Regis Karoli 2 & Ianæ Comitum Prouinciæ nonobſtantibus, quod Eccleſiaſtici acquiſita per eos deberent infra annum & diem in laicos transferre ſub pœna confiſcationis illorum) Item iuxta reſeruationem in d. Priuilegio contentam, pronuntiamus, omnimodum iuriſdictionem & cauſæ cognitionem quæ poſtea ſuſcitabitur qualitercunque de & pro bonis rebus & iuribus temporalibus ſupradictis acquiſitis tantùm per Eccleſiam ſupradictam, vel poſthac acquirendis, ad regiam Curiam, & non ad Eccleſiaſticam actiuè vel paſſiuè pertinere perpetuò in futurum. Item pronuntiamus bona ipſa temporalia ante tempus & tempore conceſſi priuilegii per Regem Idelfonſum eidem Eccleſiæ, & poſt acquiſita & in poſterum acquirenda, muneribus & oneribus publicis quibuſcunque huius ciuitatis Aquēſis adſtricta fuiſſe, & eſſe ſuppoſita debere perpetuò in futurum, ſicut erant ſi ante per laicos tenebantur, & antequā ad manus Eccleſiæ peruenerint. Item ordinamus quòd d. Eccleſia Aquenſis ſeu Eccleſiaſtici eiuſdem, acquiſita ab annis 10. retrò proximis ſolum hucuſque & in poſterum acquirenda in cenſib reditibus & ſeruitiis annalibus, perpetuis vel ad tempus bladi, pecuniæ vel alterius rei ſuper poſſeſſionibus temporalibus, quibuſcunque, vbicunque infrà regiam ditionem conſiſtentibus, titulo videlicet oneroſo, etiam lucratiuo, vel alio quolibet teneantur vtili domino & poſſeſſori ſeruilis poſſeſſionis ad ſyndici ciūtatis requiſitionem vendere iuſto pretio & liberè affranquire, & à pręſtatione & ſeruitute qualibet redimere. Nempe pretio conuento in titulis oneroſis, & iuſta æſtimatione in lucratiuis, &c.

2. QVANQVAM Eccleſiaſtici fundi *manus mortuæ* legibus ſoluuntur identidem Regia ſola Indulgentia, non vnus vtique Rex Eccleſiaſticos vrgere poteſt ad recèns empta prædia emancipanda, verùm & inferior quiſque dominantis agri proprietarius: Nec Andegaua tantùm Conſuetudine, vt hîc, at vetuſto ſimul Francorum omnium More, qui ita manuſcriptis habetur, *Se aucuns homs donoit à aucune Abeie, ou à aucune Religion, li Sires en cui fieZ ce ſeroit, ſi ne leur ſouffer-*

Droict d'Iniunctiō, ains Mainſmortes de vuyder leurs mains.

roit pas à tenir, se il ne voloit, & le porroit tenir en sa main. Mais cil à cui laumone aura esté, doit venir au Seingneur, & li doit dire en telle maniere: Sire, ce nous a estet donnet en aumone, & se il vous plait, nous le tenrons: Et se il ne vous plait, nous l'oterons de notre main, se vous voulez, dedens le terme auenant. Adont leur doit li Sires comander, que il lostent de leur mains dedenz lan, & dedenz le iour. Et cil ne lauoient osté dedenz lan & dedenz le iour de leur main, Li Sires la porroit bien penre en son demaine, & si ne leur en respondroit ia par droit. In Lib. *Ci comencent li eStatu dou Reyaume de France* Cap. *de don à Religion amortir*, Cui planè respondet Cap. 123. Gallici alterius Volum., cui titulus præscribitur. *Ci comencent li Establissement le Roi de France selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Talis verò partorum bonorum cessio, cui adstringitur emptrix Ecclesia, rectè petitur & post quadragenarium patroni silentium: nisi illa huic emptionis suæ instrumentum ediderit solenni ritu, aliásve contractum resciuerit patronus, exindéque fundum Ecclesia tricenis annis pacatè possederit. hoc §.37. Andeg. Legis. Eandem in partem audio CONSCRIPTOS CVRIÆ iamdudum iudicasse secundùm Petr. *Pierres* dominum *de la Porte*, aduersus Ædituos templi Deiparæ Virginis (in Andegauo oppidulo *du Puy*) qui tamen profanas decumas *de Messemay* acquisierant ante quadraginta annos. Quùm autem prædij emptio a Sacerdotibus contracta soluetur, instante patrono, Iudex cautè decernet, penes quem fundi pretium deponatur: quoad vel in alterius comparationem possit conferri, vel collocandæ dehinc pecuniæ generatim adsignentur agri sponsores in rem creditricis Ecclesiæ, ex hypochecaria formula, seu fiduciaria quadam fundorum mancipatione.

§.37. vers. en esgard au tẽps de l'exhibition des cõtracts, ou depuis qu'ils en auroient eu cognoissance.

Huius Ecclesiæ Canonicis, *du Puy nostre Dame*, Ludouicus 11. multa erogauit pro dote aucti ibidem ab eo Diuini cultus. Regiis literis Ianuar. Mens. an. 1481. & Maij 1483 publicatis in Parlamen. die 7. Iunij eod an. 1483.

Assignation pour deniers par hypotequegeneral, ou contract d'engagement.

DE Principe, videtur absonum prima fronte, quod sanxit Andium Lex, illi post quadragenarium spatium, Ecclesiam compellere, vt fundo cedat, non licere. Cogendi enim ius istud, in Regio, Reíque Publ. patrimonio censetur, ideóque nec alienari potest, nec temporis præscriptione tolli, conuelli. Vt priscis Regum Edictis constat, Ludouici 9. Philippi 3. Phil. 4. & posterorum, qui varias de eo Constitutiones vicissim tulêre. Has recitat ordine Rebuffus, Tomo 2. Constitut. regiarum, ad Rubricam *Des Admortissemens, Francfiefz, & nouueaux Acquests.* Vbi nominatim asserit (artic. 11.) minimè præscribi aduersus Principem in hoc genere morticinæ possessionis. Ast ciuiliter est hoc Regium Ius sacri DOMINII interpretandum, vt longissimæ quidem possessionis obtentu Clerici nequaquam eximantur Regiæ pensitationi nummariæ, cui tanquam possessores subiiciuntur: sed non vt fundos, quos tandiu coluêrunt, dimittere compellantur. Sic distinctè nodum soluit Masuer. §. Item si Ecclesia Tit. De præscript. Benedict. ad cap. Raynutius In verb. & vxorem (Decis. 5. Num. 567.) ac denique Ægid. Magister, Cap. 5. Tractat. *des Admortissemens.* Vnde nec Andium Moribus absurdè statutum

3.

Nulla præscriptio contra ius admortizationis Regiæ.

Le Roy ne peut apres 40. ans contraindre les gens de mainmorte, afin de vuider leurs mains des dons, legs, ou acquests d'heritages par faute d'Admortissement: mais ils peuuent estre contraints payer au Roy finance, ou droict d'Admortissement qui est droict de superiorité, & & sie imprescriptible.

ſtatutum eſt, Regem, elapſis 40. annis, Sacerdotes vrgere non poſſe ad ſuas res in priuatorum manum deferendas. Nam poſſeſſioni certè præſcribitur, at non Iuri Regio: quod quùm ſit Imperij ſummique Dominatus ſymbolum, neutiquam tempore excluditur.

At Philipp Pulchri Editum recitat Auſterius. In Tit. de Priuilegiis, ordine 14. in hæc verba. Concedimus inſuper de gratia ſpeciali Prælatis & Eccleſiis, collegiis, & perſonis Eccleſiaſticis, quòd de acqueſtibus factis nomine Eccleſiarum téporibus retroactis præſtare finãtias, vel extra manũ ſuam acquiſita ponere nullatenus compellantur, ſed ea poſſint licitè retinere.

4. EQVIDEM veteres Παγγμαπικοὶ ſolario etiam Domino arrogarunt Ius dandæ *Admortizationis*, ſed alio, quàm nunc ſenſu vſurpatum, neque vt *Manuſmortua* prædiorum capax fieret, receptum. Extat de eo Gallici Lib. Cap. ſequens, *Item toutes perſonnes qui ont menu cens ou rentes, de Chappon ou autrement, tenus en fief, ont es lieux Iuſtice fonciere, &c. Item le Iuſticier foncier eſt tellement Seigneur de ſon fons, que il le peut amortir, entant comme en luy eſt, & donner lettres d'Admortiſſement, & meſmement ſans le congé du haut Iuſticier.* In Practico Volum. cuius epigraphe eſt, *Le grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique* Lib. 4. *de Iuſtice fonciere.* Qualis *Amortizatio* nec conuenit, nec obſtat Regiæ morticinij concedendi prærogatiuæ. Haud idem vtique econtrà, quùm Regiæ Literæ emortui mancipij impedimento ſint Domino inferiori directo, quò minùs poſtmodùm Clericos acquiſitis fundis diſcedere præcipiat. Nam etſi Moribus hæc iubendi poteſtas coërctióque tribuatur infimo Iuridico & patrono, perindè ac Regi. §. 37. Andeg. Legis Hac tamen, minimè exæquantur, aut comprehenduntur Auguſti Inſignia Imperij, regiæque Celſitudinis Notæ: quæ Prouincialibus Plebiſcitis non ſolent alligari. Vt diximus in Præfat. huius Conſuet. Regiis certè codicillis Morticinij inſeritur vulgata hæc Clauſula, Saluo eo quod priuatorum interſit, Dominorumque indemnitate inferiorum. Sed talis Clauſula pertinet ad indemnitatem patronorum pretio aliquo æſtimandam, non verò vt pacatam agrorum poſſeſſionem *Manuſmortuæ*, quæ ſemel à Principe indulta ſit, patroni denuò iſti conturbent. Quemadmodùm ſcitè edocuit Ægid. Magiſter, Cap. 6. Tractat. *des Admortiſſemens.* Quinimo Gallicæ Iuriſprudentiæ monumentis traditum eſt, Roman. Antiſtitem eò perpuliſſe olim dominos quoſdam Iuridicos, vt *manuimortuæ* liberam relinquerent occupationem prædiorum. Sic enim habetur in Francicæ Praxeos idiographo Exemplari, quod, rege Karolo Sexto, conſcriptum fuit. *Quæritur, ſe aucun Seigneur peut eſtre contrainct par oultre ſon gré aucun à heritage receuoir, non. Mais aucunesfois par contraincte du Prince le haut Iuſticier y eſt contrainct de faict: Comme les Religieux de S. Geneuiefue à Paris furent contraincts par le Pape amortir la place, où les Carminiſtes de Paris ont leur Egliſe & maiſon.* Verùm, ne Regia iura iſthîc arrogaſſe ſibi Pontificem putes, aduerte obiter, cœnobitas B. Genouefæ, huius fundi dominos fuiſſe Iuridicos, eundémque piè donatũ Monachis pariter è Carmelo monte, in cauſam excitandi Templi & Aſceterij Carmelitani. Cęteroquin Romano Præſuli non liceret ſtricta ratione, de profanis noſtrorũ hominum facultatibus ſtatuere in perniciem regię Max. auctoritatis. Nam profani iuris latifundia publicè cõſecrari nequeunt citra permiſſum

Sans preiudice de l'interest, & indemnité des ſeigneurs inferieurs. Reges enim ſuis Reſcriptis alieno iuri officere velle non creduntur. Foque Karolus 9 rex. D. Vincentij, Cenomanen. Abbatiam, quia non regiæ ſed alienæ fundationis eſſet, declarauit Oblatum à ſe, recipere alendũ minimè cogi. Literis die 7. Februar. 1573. publicatis in Curia die 4. April. ſeq. Huic compar Declaratio pro monaſtica Æ. de B. Sulpitij Bituri gum. 17. Ian. 1573. lecta in Senatu die 7. Februar. Item Pro Conuentu S. Illidij, in Aruernis, die 4. Ianuar. Eod. An. verificante Curia, die 26. Februar. ſeq.

Digitized by Google

Imperatoris, aut Regis. Teſte priſco Iaboleno, l. vltim. Vt in poſſeſſ. legat. Et Ælio Martiano l. C. l. Intantùm §. ſacræ De rer. diuiſ. Sic Erricus Cæſ. Auguſtíque alij prædiaria munera, quæ in Scozulæ Cœnobium collata fuerant apud Inſubres, dignè confirmarunt. Cap. inter dilectos De fid. inſtrum. Qua de re etiam Macrobium conſule, lib. 3. cap. 3. Et Gellium lib. 4. cap. 9. Quinetiam, verſa pagina, Principi ius eſt, Epiſcopi clientelares fundos, qui emptionibus acceſſerint primario Epiſcopalis templi Sodalitio, pignerari iubere, donec acquiſiti de manibus deponantur: tametſi patrono Antiſtite emptioni ſubſcribente, & multa alioquin ſacris Canonibus habente cõmunia cum Pontificali ſuo Collegio. Vt *Parlamentari* decreto pronũntiatum fuit an. 1278. hac verborum dialecto. Quòd Capitulum Cathalonenſe non poteſt tenere per ipſum acquiſita in Feudis Epiſcopi Cathalonen. ſine voluntate Regis: nec Epiſcopus manumittere poteſt ſeruientes ſuos ſine voluntate Regis, etiam ſi Capitulum conſentiat. lib. 3. Olim.

Henricus 6. Imp. Friderici 1. filius: Qui regnare cœpit an. 1190.

Magna intercedit rerum communio inter Epiſcopum & Capitulum. Cap. Nouit. cap. quanto cap. tua De his quæ fiunt à prælat.

La Commanderie de Ville-Dieu, Launay, & S. Victor, membre d'icelles fondée pro fratribus Templi, *par* Hernande de Chaſteaunef, *approuuée par Chantre de ſon ſucceſſeur* Horne de Chaſteaunef, *l'an* 1233. *en Auril l'an* 1245. *en May, ſans reſeruation d'aucune ſeigneurie, ne Iuſtice Toutesfois Charles fils du Comte de Valois les admettiſſant l'an* 1323. *ſe reſerue ſes obeïſſances & ſouueraineté telles que ſes Pred. ceſſeurs en auoient ioüy & vſé.* Tiltre de nues de Chaſtillon, Crecy de Blois, *ſire d'Anesnes, & de Guyſe, de l'an* 1355. *en Iuin, par lequel il admortiſt aux Religieuſes, Abbeſſe & Conuent de Fernagues, prés ſainct Quentin, dioceſe de Noyon, Ordre de Ciſteaux, toutes les poſſeſſions qu'elles ont au dedans de la ſeigneurie de Guyſe, reſerué le reſſort, iuſtice, & ſouueraineté, pardeuers le ſieur de Guyſe.*

Par Arreſt de Pentecoſte de l'an 1290. *il a eſté dict que le Comte de Neuers peut admortir au profit des Egliſes, ſans reception de deniers. Et combien que M. le Maiſtre aye cotté quelques iugemens au contraire, ſi n'y en a il pas vn donné en ce Parlement.*

§. Havd vſquequaque tamen Francica vetuſtas delectum habuit Principalis veniæ gratiæque dicandorum Eccleſiis prædiorum: ſed ab Regionis Proceribus cuiúſque beneficium hoc Morticinij identidem impetrauit. Teſtes priſci Moris Literas cieo Karoli filij Comitis Valeſiorum an. 1323. Luñari die proximo à ſacra Pentecoſte. Quibus ille Literis prædiarias ſanxit poſſeſſiones omnes Hieroſolymitanæ Præceptoriæ, titulo Villæ Dei, numerato æris pretio certo, ac Diuini iuris fundos *manusmortuæ* incommodo liberauit. Sic Lemouicum Procomites, ab longinqua ætate, feruntur Morticinij ius Eccleſiaſticis impertiiſſe Lemouicum & Petrocoriorum agris. De quo præclaras viſimus tabulas Ianæ Britonum Ducis Heroinæ, Comitis Pentebriæ, & Lemouicum Subcomitis Idib. April. an. 1367. Quæ, opima latifundia *de Salon, ſainct Germain, & la Croʒille*, in Lemouicibus, permiſit nouo Canonicorum Collegio dotalia dari ab Hugone Cardinali Tuello, illius conditore. Similiter Alebretus Regulus, Alanus, Lemouicen. Procomes *mortuamanu* exemit inſignes Ditiones *du Chaſtenet, Bellegart, Maßillac*, & alias, quæ ſupremo Margaretæ Chauuigneæ elogio liberaliter collatæ fuerant in ſacros Adminiſtros Sacelli *de Segur*. Authentico Inſtrumento pridie Idus Septembres an. 1473. Circùm hæc verò tempora, quùm ſelecti à Ludouico 11. Iudices Lemouicenſi Sacerdotio negotium faceſſerent de recèns partis rebus ſoli, ab eóque grandem pecuniæ ſummam corrogarent hoc nomine, mordicus interceſſit his Lemouicum Subcomes,

Admortiſſemens pour l'Egliſe, faits par les ſeigneurs anciens, Ducs, Comtes, &c.

Chartę confirmationis au Maiſtre & Freres de l'hoſpital de ſainct Iean de Hieruſalem à tenir franchement en mainmortes toutes les poſſeſſions tant de Ville-Dieu en Durgeſin, de Launoy lez Vernueil, & toutes qu'ils ont en la Chaſtellenie de Chaſteaunef en Timerais, excepté la ſouueraineté ſeulement.

Literæ Iohannæ Ducis Britanniæ die 13. April. 1367. Aliæ du ſire d'Albret; Viſcomte de Limoges die 12. Sept. 1473.

Clergé du Dioceſe de Limoges, inquieté par les cõmiſſaires royaux des francfiefs & nouueaux acqueſts.

Digitized by Google

comes, nec ſuas in hoc genere tot annorum poſſeſſiones mouendas, obnixè contendit. Eius adeo interceſſoriæ litis cognitio tùm relegata eſt in Aulicum Principis Conſiſtorium. Vnde, pari ſubortà multò pòſt controuerſia; Franciſcus I. interdixit regio Lemouicen. Prætori, ne quid in antiqua eiuſmodi Procomitis iura tunc temporis moliretur, ſed Eccleſiaſtici Morticinij notione regia ſu perſederet. Reſcripto 11. Kal. Nouemb. an 1515. Aſt, ne longiùs è Prouincia, quam iſthîc obeundam ſumpſi mihi, ſecedam, Hugo Cenomaniæ Comes legitur, ad preces quondam Hugonis Dublel li, dotem prædiorum Cenomanorum in Tuffiacam Eccleſiam conſtabiliſſe, Diuæque DEI Genitrici conſecraſſe. Inſigni Chartula, quæ extat in Vincentiano Cœnobio ad Vrbem Cenoman. Cui cœnobio Monaſticus ille Primatus Tuffiacus contribuitur. Hugo item Odonis Doublelli filius excitauit Monaſticum planum B. Virginis Matris apud Montemdoublellum, (ſeu Montem duplicem) Cenomaniæ oppidulum, an. 1176. Quod quidem Monaſterium Vincentiano pariter ſubeſt, in ſacro imperio. Odonis necnon Heluiſa filia, Hamelini Langiaci coniux, piè largita eſt varios Reditus Monaſtico cœtui Tuffiacenſi. Quinimò Dublellius Toparcha, titulo Procomitis Caſtrodunenſis, lege ſoluit *Manusmortuæ* profanos omnes Tyronen. Cœnobij fundos. Vetuſtis tabulis 3. Idus Apriles an. 1159. in hanc formulam. *Cùm ex Modernorum vſu, qui non permittunt Eccleſiæ, ei largita ſine Admortizatione tenere, Mundi ſemper creſcente malitia, plura damna & infeſtationes Eccleſiis inferantur, per quæ cultus diuinus minuitur, Religio decreſcit, &c. Nos Hugo Caſtriduni Vicecomes, & Montisdublelli Dominus, Sulpitius Ambaſiæ, Montisrichardi, & Calmontis ſuper Ligerim, Raberius de Montigniaco, &c. domini, Hieroſolymitanum iter nuper adgredientes, Cruces in hoc Monaſterio Tyronen. à Deo, deuotiſſimo viro Bernardo ipſius Monaſterij patre nobis traditas deuotè ſumentes, ipſius Fratrúmque precibus nos recommandantes, admortizauimus eis, & nunc cum Dei ſuccurſu precibúſque ipſorum Religioſorum multimodè, vt cœperamus, ſuffragantibus omnibus ritè peractis, proſpere regreſſi, in ipſo Monaſterio, ad Deo & ipſis Religioſis reddendum gratias, nunc exiſtentes, Admortizamus quicquid in futurum ipſi Monachi Tyronenſes præſentes, & poſteri acquiſierunt & acquirent in poſterum pro ſe, ſuo Monaſterio, vel membris dono, emptione, eleemoſina, vel alio quouis modo in & ſub terris & dominius noſtris omnibus prædictis, etiam ſi ipſa quæ acquiſierint, feudalia exiſtant, & acquitamus eis quæcunque Rachata, venditiones, armaturam, iure dominij Retentionem, retractionem, homagium, fidem, feudi deſignationem, laudimia, releuamenta, & conſimilia iura, exceſſu, deceſſu, defectu dominij, vel hominis, ſeu noua domini mutatione nobis vel ſucceſſoribus noſtris ratione dominiorum prædictorum ex acquiſito debita vel debenda, quamcunque Iuſtitiam & ſuperioritatem, coruetam, bianum, bannia, tailliam, paſtum, procurationem, & conſimiles ſeruitutes & conſuetudines, quas, res acquiſita vel acquirenda nobis vel ſucceſſoribus noſtris deberet,*

Literæ Franciſci I. Die 22. Octob. 1515.

Hugonem iſtũ, Cenomanorum Conſulem vocat Ordericus Vitalis Angligena, eiuſque conſobrinũ Heliam *de la Fleche*, poſtea Cenomaniæ Comitẽ (iuban. 1110) In lib. Hiſtor. manuſcripto, de reb. Gallic. ſuorum tempor.

Prieuré de Tuffé, membre dépendant de l'Abbaye de S. Vincent lez le Mans.

Priolatus *de Montdoubleau, à preſent dit, de Guerriteau*, quiã Gaufredus Dublellus an. 1238. iunctã Monachorum domo ſuæ Arcis *de Montdoubleau*, eis in compenſationem dedit locũ *de Guerriteau*.

Admortizatio facta ab Hugone Vicecomite *de Chaſteaudun, & ſieur de Montdoubleau*, die 11. April. 1159.

Abbatia *de Tyron, au Perche*, Benedictini Ordinis.

Item Paganus de Montdublelli dedit ſeu remiſit Monachis S. Vincẽtij quaſdam conſuetudines & bãna, quæ apud Tuffiacum requirebat.

Antiquitus etiam *Charles de Valois (frere du Roy Philippes VI.) Comte d'Alençon, & au Perche*, l'an 1328. *offroit admortiſſement aux Religieux de l'Abbaye de la Trappe, Ordre de Ciſteaux, ſiſe en dit pays, extraict de l'inuentaire de la maiſon d'Alençon.*

in ipsum Monasterium Tyronen. transferimus & quittamus, solum reditum & censum, si quem res sic acquisitæ debeant, censu tamen eo ipso in reditum conuerso, nobis & successoribus nostris tantummodò retinentes, &c. Cuiusmodi munificam Chartulam Hugo, nepos, Castriduni Subcomes, & Montisdublelli dynasta ratam habuit, Cœnobitarum in gratiam Tyronensium. Pridie Idus Octob. an. 1209. Tum huiusce filius, hæres Gottofredus, Decimo Kalend. Sextiles an. 1226. Iana demum Amboſia, Dammartini Comes, Nigellæ domina, ac Montisdublelli, comprobauit auita possessionum munera in cucullatos Tyronis sacerdotes, præfectúmque Monastici Sacelli Vicecomitis: quæ ex Mondoublello Baronatu quotannis percipiebantur. Sexto Kalend. Ianuar. an. 1401. Quò leuiùs ferendum ius emortui mancipij, à Phil. Valesio, Andegauen. Regulo datum summæ Andium Basilicæ sacrę? Literis 10. Kalend. Februar. an. 1327. Simile item à Renato Andium Duce concessum Decano & Collegio canonicorum Montisfalconis, in Andegauia: Quos nimirum Sacricolas, ista Montisfalconis Castellania donarat Oliuarius Clisso, Magister equitum Galliæ. Morticinij tabulis septimo Kalend. Nouemb. an. 1437. Antea nec non Renati decessor Ludouicus benignè largitus erat Andensi vrbanæ Ecclesiastic. Sodalium Familiæ Max. Ditionem *d'Athenay*, omni tributorum immunitate cumulatam, Decimo septimo Kal. Maias an. 1417. At cautiores certè, licet opibus generéque illustres, haud priùs fortunas suas erogant Templis, quàm Principis veniam hoc nomine, gratiámque exorarint. Sic postulanti indulsit Hutinus rex Scæuolæ Castillioneo, Portiano Comiti, Equestris Militiæ Gallicæ Præfecto, (an. 1315.) *Vt ipse* 280. *libratas terræ annui & perpetui reditus in quibuscunque locis Terræ suæ capiendas & assignandas vendere quibuscunque personis & locis Ecclesiasticis, eædemque personæ & loca ipsa, eas perpetuò habere & tenere possent, absque coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi, seu præstandi Finantiam aliquam pro eisdem: saluo in aliis iure Regio, & in omnibus quolibet alieno.*

Die 14. Octob. 1109.

Die 23. Iulij 1226.

Prioratus *de la Chapelle Viscomtesse.*

Die 27. Dec. 1401.

Philipp. *de Valois.* Andegauiæ & Cenomaniæ Comes die 23. Ianuar an 1317. permittit Canonicis Andeg. fundos acquirere pro summa 300. libellarum olim tradita in Anniuersarij fundationes parentũ Philippi, modò ne terram nobilẽ emerent.

Admortizatio die 26 Octob 1417. Castellaniæ *de Montfaucon, pavaant donnee aux Chanoynes d'icelle par le Connestable Clisson.*

Die 1. April. 1417. *don de la seig. eurie d'Athenay à l'Eglise d'Angers.*

Gaucher de Chastillon, Comestabilis Frãciæ, iuxta has literas cessit Capitulo Catalaunen. & Abbati S. Faronis, Melden. certas libras terræ suæ, ac Pagos S. Iuliani, *de Pierry, &c.* Abbati D. Petri in Monte Catalaunen. an. 1316. Septemb. Mens.

Regium Edictũ die 6. Septemb. an. 1520. *sur les Admortissemens.* Tit. 14.

Andensis Episcopi & Capituli Priuilegia Regia protulimus lib. 1. Sacræ Polit. Tit. 1. artic. 4. Vltra quę, visuntur priuilegiaria Rescripta Ludouic. Pij Imper. 10. Kalend. Nouemb.

QVÆCVNQVE Eccleſia morticinij Rescriptum impetrat à Principe, tenetur apud eundem profiteri sigillatim, quot quantísque potiatur aruis, nec generatim conceptum Diploma sufficeret impetranti. Regia Constitut. edita an. 1518. ac postridie Nonas Septemb. 1520. Sed hoc ita, nisi Principales morticinæ possessionis tabulæ derogent Edictis huiusmodi, generalíque contentus Rex specialis professionis bonorum Lege soluat Ecclesiasticum Ordinem. Quales lectitantur Morticinij codicilli Andium, Bituricæque Ecclesiæ, (de quibus suprà) tum Cenomanæ, de qua Nos Lib. 1. Francici Regum Patrimonij. Rursus morticinij Literas satis est Magistris rationum Principalium adprobari, nec in Senatu promulgari, necessarium. Benedict. in repet. Cap. Raynutius, ver. & vxorem nomine Adelasiam Decis. 5. Rationem subdit Molineus, quòd Admortizatio, insit, non contineat veram alienationem domanij in iis quæ 6.

Digitized by Google

quæ pendent immediatè à domanio regio : secus si Rex daret de suo proprio domanio. Ad §. 41. Paris. Consuet. Sic ergo parta retinere iussis Sacerdotibus, dispiciendum est, ex eo nè immunes se beneficiariis patronorum commodis possint defendere. Senatoria fuit hæc quondam disceptatio, quùm Petr. *de Canteleu*, & Milo *Dangeul* Præfecti Ratiociniorum Parisien. mandatu Cameræ consuluissent PATRES CONSCRIPTOS, de nuda etiam fundorum Episcopalium dinumeratione, quam renuerat Episcopus Procuratori fisci apud Rationales. Causabatur enim Antistes, Præsulatus sui res omnes prædiarias Mortua manu emissas à priscis Regibus, ideóque optimo, maximo iure possideri. Vsqueadeò, vt nec ampliùs mutatione possessoris, quem Ecclesia temporarium constituisset, deberentur Redemptionalia, nec clientelarium rerum catalogus ab ea esset patrono Regi præstandus. Hinc Præsul implorare se dixit Senatus religionem, quasi ius suum obtinere nequiisset apud Præfecturam Rationum regiarum. Contrà, mordicus instabant Magistri rationum Principalium, sese Pontificalibus agris iniectam Regiam manum tollere non debere, priusquàm nouus Pontifex catalogum edidisset clientelarium prædiorũ. Curiæ demùm Conscripti legatis Cameræ responderunt (tanquã singuli, non vniuersi) paribus se votis studiisque tuendi Regij Iuris teneri, & quoties Camera Ratiociniorum suo ex Ordine nonnullos in Senatum allegare vellet, totidem à Curia selectum iri, qui de toto hoc negotio colloquerentur, feruida vtrinque in Augustalis iuris tutelam propensione. Vt est in regestis Curiæ. 4. Nonas Decemb. an. 1422.

Anno. 10 Imperij Tum Pipini filii Aquitanorum regis 5. Kal. April an 6. Regni Item Caroli. 6. Iulio Mens. an. 1381. & Ludouici 11. Iulio. 147. Quæ in Parisien Curiæ Regestis descripta adseruantur.

Milo *Dangeul* decanus Carnutensis Tẽpli maximi an. 1422.

Denombrement & Declaration particuliere des Terres, de l'Eglise.

Die. 1. Decemb. 1422.

7. QVORSVM hæc? (inquies) moram audio quidem in bino illo Concessu Iudicum olim quæstionem de sacrorum fundorum libertate, ast vtrobique indecisam. Sed, heùs, nostra tempestate eam diluit Princeps insigni vereque Heroico in Clericos beneficio, ac plenissima clientelarium munerum vacatione, quæ patriis alioqui *Feudorum* Moribus fuissent Regi patrono à cliente pensitanda. Rescripto in Conuentu Blesensi. 13. Kal. Apriles. 1577. Tum. 8. Kalend. Septemb. eod. anno. Iuxta anterius Edictum Mart. Mens. 1575. quod Lutetianus Senatus comprobauit. 13. Kalend. Maias subseq. Priuilegium tamen subdolè interpretantur, ne dicam cauillantur, Aulici quidam reliquorum *Feudalium* coactores, quæ quadragesimum iam abhinc annum odiosè repetita, quasi patrono Regi obuenerint, ab iis regio nomine exiguntur. Aiunt enim, Regiam immunitatem iis solis datam sacerdotibus, qui nummarias Principi decumas pendere assueuerint. Illam rursus in Gallicis Municipiis non procedere, quorum Monastici cœtus, sactáque Collegia subdantur beneficiariis oneribus, ciuili More institutóque Prouinciæ. In Andibus putà, Cap. 110. 111. & 112. Andeg. legis. Turonibus itidem, §. 141. 142. & apud Cenomanos, 121. 123. At Clerus Francicus nuper, pro trina ista Diœcesi, strenuè obstitit insidiosis huiusmodi paucorum rapi-

Die 10. Mart. 1579. & 15. Augusti eod. anno.

Edicti regij verificatio in Curia Parisien Die. 19 April. 1575. quoad Ecclesiæ feuda, quæ à Rege immediatè mouentur ac pendent.

An Ecclesiastici feudorũ possessores teneãtur, aduenìẽte mutatione feudi, & beneficiarij Ecclesiastici, soluere Principi Releuia & rachatus, i. primi anni reditum feudi Ecclesiastici à Rege, nudè pendentis.

nis, qui, Regio iure sibi transcripto, cum patria Lege, conabantur *Feudalium* commodorum reliqua, annos abhinc quadragenos, Ecclesiasticis *Feudorum* possessoribus extorquere. Quùm igitur tanta lis propalam agitaretur in Curia Parisien. Nos pro Gallico Sacerdotio, inauditam ipsi fuisse hactenus Regiam eiusmodi persecutionem Dominicorum iurium, quæ ex nobilibus profanorum hominum fundis percipiuntur. In eo proinde, nostram Consuet. etsi memoriæ ergò consignata sit literis, 40. annorum Desuetudine aboleri non minùs, ac totidem annorum Vsu continuo introducta fuerit. Ad hæc peculiari Immunitatum Diplomate regio subnixam esse Andium Ecclesiam, Turonum, Cenomanorum, & à priscis Regibus omni Fiscalium seruitutum onere liberatam. Vt à nobis pleniùs demonstratum est, Lib. 1. & 2. De SACRA POLIT. FORENSI. Itaque ciuiles Municipiorum Mores, licet generatim ac indistinctè scripti appareant, priuilegiarios non complecti, qui singulari velut Pacto, inito cum patronis Regibus, muniantur. His accedit, quòd Iura Ciuitatis nostræ Municipibus tantùm dicta sint trinæque eius Pop. Classi, non Principi, qui priuata hac Regionis Lege non tenetur. Ergo nec, ex contrario, Ecclesiasticos municipes ea Lege obligatos in Principem videri differebam: sed in patronos forsan inferiores, quibus cùm, Municipales constitutiones latæ sint, tacita quasi Prouincialium conuentione. Ad extremum, sacerdotes, si quando, Municipioli sui Comitiis habitis, iurarint in verba patriæ Legis, eadem solutos fuisse multò celebriùs in medio totius Galliæ consilio, quoad ordinaria Regiæ clientelæ munia, de quibus nunc disceptabatur. Mart. Mens. 1577. Ex quibus obnixè intendebam, Fiscales exactores reliquorum *Feudalium*, in sacra Prædia actione summouendos. Hanc denique ambigui iuris controuersiam, cuius Actione forensi triduum consumptum est, PATRES miserunt in consilium. Quinto Non. Mart. an. 1580. Nec diu pòst, qui Orationem hanc pro Clero, Nobis dicentibus, exceperant in Auditorio Curiæ, clanculum ediderunt in publicum, haud sine nostra pergraui animi molestia, quàm primùm præcipitatam Opusculi editionem resciuimus. Octobr. Luce. 30. Eod. anno.

Liberalis causa Cleri Gallici publicè acta est, Die. 11. 18. Febr. & 3. Mart. an. 1580. Cuius aduersarius Cleri fuit Franciscus Martinus Regis cessionarius, pro quo Faurus dixit, & Amelotus pro Duce Andium & Turonũ. Comite Cenomanorum.

Auctoris Oratio, pro Ecclesiastico Ordine Franciæ, typis commendata.

SIGILLATIM vtique Regia in Andensem Clerum beneficia excusslimus, Iuráque immunitatum egregia. Lib. 2. SACRÆ POLINIÆ FORENS. Haud leuiora tamen, Cenomano Sacerdotio Principes nostri irrogarunt. Nam præter munificos Karoli Magn. codicillos, qui ad verbum recensentur nostro illo Opusculo, visuntur piæ anteriorum Regum Tabulæ, Dagoberti, Chilperici, Childeberti non modò in summum Diœceseos Templum, quod B. Mariæ titulo, S. S. Q. Martyrum Geruasij & Prothasij tùm colebatur, sed in Monasterium Anisolæ, B. Petri & Pauli, variáque alia Cenomaniæ Phana. Atque vt silentio transmittam Chilperici illius priuilegiarias in Monasterium B. Karilephi Literas. 5. Nonas. Mart. An. 4. Regni

8.

Tit. 2. Art. 4.

S. Iuliani Ecclesia maior. Ex Lib. Pontificali Cenomanor.

Abbatia *de S. Calez, au Maine.*

Monialium Abbatia *Du Pré, lez le Mans.*

Digitized by Google

Regni : ac eximias Childeberti Regis chartulas in muliebre Prati Cœnobium ſuburbanum, 6. Idus Iunias, Regni an. 7. Magnus Karolus haud pauca benignè erogauit Pontificali Cenoman. delubro, ſacríſque eius Adminiſtris Nono Kalend. Maias, Imperij an. 2. & 34. Francici ſui diadematis. Ac Karoli deinceps filius Ludouicus verè Pius, Quarto Kalend. Ianuar. an. 18. Imperij, quùm ipſe, Palatináque Aula Cœnomanæ tùm Vrbi immoraretur. Ætatum quoque progreſſu, Karolus. 5. antiquæ in Eccleſiam munificentiæ Regiæ ſectator beneuolus, agnouit primùm, eo in Templo maiore & Ianum patrem Regem luſtrica Baptiſmatis vnda perfuſum, & ſeſe Canonicum, Gallico ex Sceptro, deſignatum. Eapropter profanam Sodalium Templi in ſubditos Iuriſdictionem ſeu Territorij ſanxit hicipſe Rex Tertio Nonas Septemb. an. 1372. & cum prolixa Tributorum omnium immunitate, Canonicos exemit ciuilis Magiſtratus imperio cuiuſque, præterquàm Lutetiani Senatus: Eorum autem ſubditos, iuridica poteſtate Regij noui Andium, Turonum, & Cenoman. Prætoris. Dempta ſecunda cauſarum cognitione, quæ ex prouocationibus ab inferiori Iudice ad eum deferrentur. Cuiuſmodi ſingularia Iura ſtabilierunt poſteri Reges, Ludouicus. 11. nempe, Septemb. Menſ. an. 1482. Karolus. 8. Mart. Menſ. 1483. applaudente ijs Curia Pariſiorum, Kalend. Iuniis proximè conſecutis. Item Ludouicus. 12. Iunio Menſ. 1498. cuius Diploma publicis ſuis Actis inſcribi iuſſit Ordo Ampliſs. 3. Nonas Mart. eod. An. Sed quia priſcæ illius MAIESTATIS munera prima in Flamines Templi ſacratiſs. plus videntur habere tum pietatis, tum dignitatis, libuit hiſce Reſcriptum Karoli Magn. attexere. *In nomine Patris*, &c. *Karolus ſereniſſimus Auguſtus, à Deo coronatus magnus & pacificus Imperator Romanum gubernans Imperium, &c. Notum eſſe volumus, quia cùm in Dei nomine nos in Aquis Palatio noſtro ad vniuerſorum cauſas audiendas, & recta Iudicia terminanda reſideremus, Sacerdotes & Canonici clerici S. Geruaſij, ſiue Dei ſerui de Cenomanica vrbe, cum conſenſu & licentia Ioſeph eorum Metropolitani, ac proprij Pontificis Franconis, prad. Vrbis Epiſcopi, ſiue cæterorum comprouincialium Epiſcoporum, in noſtram aduenerunt præſentiam, & conqueſti ſunt, quòd Nonas & Decimas ſiue Cenſus, vnde neceſſarios ſumptus habere debeant Fideles noſtri, qui res S. Geruaſij beneficiario munere poßidebant, aut negligenter perſoluerent, aut penitus reddere different. Petierúntque, ac ſuppliciter deprecati ſunt, vt noſtra Imperialis poteſtas efficeret, qualiter de hiſdem rebus Decimæ & Nonæ partibus præſcriptæ Eccleſiæ pleniter & abſque vlla dilatione perſoluerentur, Et ædificia eiuſdem Eccleſiæ ſiue domus Epiſcopalis ac Fratrum ibi Deo degentium refacere & reſtaurare facerent. Inſuper humiliter flagitantes poſtulauerunt, vt Villarum nomina, ex quibus Nonæ & Decimæ ad ſupradictam Eccleſiam perſolui debent, in noſtræ Auctoritatis præcepto nominatim adſcribi præcepiſſemus. Quorum deprecationes propter amorem Dei libenter audiuimus, & Monaſteria, Cellulas, ſeu Vicos & villas quas noſtra largitione ex iure præſi-*

Die. 3 Mart.

Die. 8 Iunij.

Die 23. April. 29 Dec.

Rex Carolus. 5. Sapiens.

Franci Reges, Canonici in Eccleſia Cathedrali Cenoman.

Die. 3. Sept. 1372.

I. Tuillé, nouueau Bailly royal des Reſſorts & Exemptions des Duchez d'Anjou, Touraine, & du Comté du Maine, ders bailliez en Appennage à Loys frere du Roy Charles. 5.

Die. 1. Iun. 1484.

Die. 5. Mart. 1498.

B. Iulianus Eccleſiam maiorem fundare cœpit in honorem B. Mariæ Virg. Nec ita diu pòſt, S. Geruaſii Martyrium paſſi nomine etiam celebrata Eccleſia, tandem à Tranſlatione corporis D. Iuliani in d. Eccleſiam facta an. 1101. nouaque alia (poſt vrbis Incêdium) facta an. 1254. dicta eſt B. Iuliani Eccleſia. Cuius Clauſtrum canonicorum ſtruere incœpit Aldricus Epiſcopus an. 832. Sed Hildebertus Epiſc. Capitulũ Eccleſiæ à fundamentis conſtruxit. Sub annum. 1100.

Liborius, 4. Epiſcop Cenoman ſuo ſumptu multas ſtruxit Eccleſias in ſuo Epiſcopatu, ex quibus centum ad matrem Eccleſiam dedit vt de Callino, de Sitinaco &c.

Digitized by Google

Herlemūdus Episc. Cenomanen extruxit Cellulam iuxta Vrbem, in honore S Audoēni, ibique Monachos. 11. cum Hospitali constituit de rebus Episcopij sui. & renouauit Monasterium Taxidi.

Bertramnus princeps Cenomanorū, postea Episcopus, erexit in honorem B Germani magistri sui, Hospitale pauperum, vltra Sarthā fluuium: Monasterium Etiuale amoliauit. Monialibus ibi positis: Ecclesiam S. Crucis, quam erexit, Monasterio Culturæ subiecit. Et Xenodochium S Martini, quod Pontileua dicitur, fecit.

Tuffeianus Prioratus, origine fœmineus, à Lopa fundatrice, Berarij Episcopi temporibus ab Aigliberto successore reædificatus probatúsque Theodorico Regi an. 682.

S. Scholasticam B. Benedicti sororem Berarius Episcopus An. 644. è Monte Cassino translatam posuit in Ecclesia S. Petri ab eo dedicata, in Vrbe Cenomanen.

Cenomana Ecclesia, cum hisce reditibus Ecclesiasticis, Regalia subest, vt Andegaua, Episcopali Sede vacante. Ex Ioh Feraldo, regio Cenomanen. Procuratore in Priuileg. 5. sui Tractatus De iurib. & priuil. Regni Franc.

Monasterium S. Georgij de Boscofstruxit B Carilephus dotāte id Childeberto Rege cū Vlzogotra regina, de rebus Fisci sui.

Andegauum quoque vetustiss. Cœ-

xæ Ecclesiæ nostri Fideles habere dignoscuntur; nominatim in hoc præcepto inserere iussimus, vt futuris temporibus ta iure & dominatione iamdictæ Ecclesiæ cum omni integritate permaneant. Primò Monasterium S. Petri, quod Bertramnus Episcopus ædificauit cum Monasteriolo, vel Xenodochio S. Martini in Ponteleuia, & Monasteriū Sancti Victuri, in quo ipse Domnus Victurus requieſcit in corpore, & Monasteriū S. Mariæ, quod est cōstructum intra murum Ciuitatis & fluuium Sartę, cum Monasteriolo S. Remigi vltra fluuiū Sartæ ad eum pertinēte, & Monasteriū S. Scholasticæ, & Monasteriolū S. Germani vltra fluuium Sartæ, & Monasteriolum vel Xenodochium S. Mariæ, in qno domnus Paduinus requieſcit in corpore, & Monasteriū S. Iuliani, in quo ipse requieſcit in corpore, & Cellulā S. Victurij infra Ciuitatem & Monasterium S. Karilephi, in quo ipse Domnus requieſcit in corpore, & Monasterium S. Georgij, & Monasteriolum Tillidi, & Monasterium de Tuffiaco, & Monasteriolū S. Iohannis & S. Trexij in Buxido, & Monasteriolum S. Martini in Diablentico, & Monasterium S. Mariæ maurionno, & Monasteriolum Buxidi, & Cellulam in scuuiliaco. Hæc omnia, sicut diligenter inquisitum habemus, cum omnibus ad se pertinentibus, & in scriptis authenticis S. Geruasij inuenimus, ad prędictam Ecclesiam S. Geruasij iustè & legaliter pertinent. Ex quibus, iubentes præcipimus, vt festiuitatibus illorum Sanctorum, in quorum memoriis Cœnobia ipsa dicata esse noscuntur, per singulos annos ad præfixam matrem & Ciuitatis Ecclesiam census ab ipsis qui eadem Cœnobia, nostra beneficia tenent, libenter ad opus Episcopi, vel fratrum ibi degentium, & ad ipsam Ecclesiam restaurandam nunc & futuris temporibus persoluantur, Et refectio Canonicis S. Marię & S. Geruasii optima ab Abbate, qui Cœnobium tunc temporis habeat, in prędict. festiuitate lebenti animo fiat, &c. De Vicis vero publicis & Villulis iamdictę Ecclesię, quas Fideles nostri nostra largitione habent, omnino præcipimus, vt Nonæ & Decimæ partibus præscriptæ matris Ecclesiæ ab eisdem pleniter persoluantur, & ędificia eiusdem Ecclesię, siue domorum ad eam infra Ciuitatem pertinentium ædificare & restaurare faciant, id est, de Villa tanidā &c. Super quibus Vicis publicis statuentes, omnibus, qui in præsenti aut futuro tempore, ex memoratæ matris Ecclesiæ rebus beneficia adsecuti sint, aut adsequi potuerint, præcipimus, vt de omnibus conlaborationibus terræ tam fœni quàm & annonæ omniū generum, tam de sua dominicata, quàm & de vasallorum suorum, de vinericiis quoque, & perdonato, de pastionibus & pascuariis, de herbaticis & pullis, de piscationibus, & pasticiaticis, de glandaticis, de melle, & conlaborationibus quæ mortis fiunt, de nutriminibus animaliū, & caseis qui fiunt de vaccariciis dominicatis, ac de omnibus redibitionibus, quę ab hominibus memoratæ matris Ecclesiæ recipiuntur, excepto hostilense, i. de bobus & coniecto ad carros construendos: De his omnibus præcipimus, vt censum legitimum, Nonas & Decimas annis singulis partibus præscriptæ matris Ecclesię absque vlla marritione vel dilatione reddere faciant. Insuper restaurationes tam in præfixa Ecclesia, quàm in domibus iuxta eam adiacentibus, pro possibilitate rerum, quas in beneficium exinde possident, facere non negligant, si gratiam nostram & eadem beneficia vnusquisque habere voluerit,

luerit, &c. Data in Mense Aprili, 9. Kalend. Maij, An. 2. (Christo propitio) glorioſi Imperij noſtri, & 34. Regni noſtri in Francica, & 29. in Italia.

nobium D. Mauri ad ligerim, Glaunotolii vocat Glaber Rodulphus, atque initio Conſtructũ fuiſſe à B. Mauro, D. Benedicti diſcipulo, ſed diu pòſt à Monachis ob hoſtiles infeſtationes aliò migrantibus deſertum. Hiſt. Lib. 3. Cap. 1. Andiũ verò Comites primi illud in optimum ſtatum reſtituerunt. Vt diximus Lib. 3. Sac. Polit Tit. 1. & 8. Ex præd. Lib. Pontificali Cenoman. & Democharis Volum. De diuin. Miſs. ſacrif.

9. NEC verò demirandum, Gallos reges variis Cenomanam Eccleſiam muneribus affeciſſe: cui, in ipſo etiam Chriſtiani ſeminarij auſpicatu, præcone Diuinorum oraculorum Iuliano, obtulêre vltrò ſuas copias Defenſor Cenomaniæ Princeps, ac populares ipſi in ſtructuram Ararum & templorum, Chriſtianíq; nominis cultum. Hunc adeo piæ Religionis feruorem tota Diœceſi auxêrunt ſenſim Anteſignani complures ſanctiſſimi, quorum duodenos ea tulit Diœceſis protopræſules, pietatis merito Diuis adſcriptos. Inde excitata Cœnobia tum in Vrbe ac ſuburbiis, tum vniuerſa quaquauerſùm Regione, Chriſtianis rudimentis imbuta. Quinimò Diœceſani Pontifices ipſi, condiderunt primarias Cenomanorum Ædes monaſticas, Chriſtóque colendo penitus dicauêre. Exin Cultura à Bertramno Epiſcopo dicta, Cœnobitarum Baſilica ſacra, quam is ingenti ſumptu erexit, indito nomine B. Petri & Pauli Apoſtolorum. Sicuti ipſius teſtamento Bertramni relatum eſt, 6. Kalend. Apriles an. 532. Eius Cœnobiticæ domus celebris habetur mentio, in epiſtola Arnulphi Lexouiorum Præſulis, ad ſummum Chriſtiani Orbis Pontificem Alexandrum, abs quo mandata fuerat illi cauſæ cognitio primarij Monachorum iuris Curialis in paræciacum fanum *de Bruſlon*, cui vicarius Rector ſacrum miniſterium præſtabat. Eidem præficiendus Cœnobio, cooptari ſolebat liberis Comitiis ſententiíſque Monaſtici Conuentus, adſtante Cenomano Procuratore Fiſci: non vt hic quidem ſacræ electioni profanum ſuum miſceret ſuffragium, ſed eam vtì, pace ac concordia tuenda, confoueret. Scriptore Ioh. Feraldo, Andegauenſi, regio apud Cenomanos Actore, in Priuil. 9. Tractatus De iurib. & priuil. Regni Franc. Quo loci deflenda nobis eſt ſanctarum abrogatio Electionum poſterior, quibus vel paulò antea Baſileæ Rauracorum Synodo reſtitutis, ſubinde lecti Templorum Antiſtites, vitæ ſanctimonia claruerant, edundíſque operum miraculis. Vtputà Ianus Michael, afflante Numine, delectus Andium Præſul, qui diem obiit Tertio Idus Septembres an. 1447. ac Ludouicus Alamandus, Arelatenſium Metropolites, fato functus an. 1449. Vido Papio teſte, ambobus æquæuo, qui admirabundus rem enarrat, (Delphin. Deciſ. 84.) & Libello duorum Pariſien. Curiæ Præſidum, De priuileg. ac Libertat. Eccleſiæ Gallicanæ concinnato, an. 1465. Porro B. Dumnolus Cenomanorum Epiſcopus D. Vincentio ſacrauit Mandram Benedictinam in Suburbiis Cenom. Chilperico rege. Cuius vitam Dumnoli Paduinus diſcipulus literis prodidit, & Gregorius Turonenſ. (Hiſt. Lib. 6.) qui Bertramni quoque, & Victurij Pontif. Cenoman. virtutes mirificè extulit. Lib. 8. Et Artic. 56. De Glor. Confeſſorum. Innocentius pariter ſacræ Diœceſi Præfectus religiosè promouit ſuburbanum muliebre Cœ-

Abbatia *de la Couſture, lez le Mans.*

Clothario rege Chilperici filio. Die. 27. Mart. an. 532.

Hic Arnulphus Lexouienſis, multa de Cenomanen. Epiſcopis ad alios, aut ad eos ſcribit in Epiſtol. Circa an. 1160. Fulbertus Carnutẽ. ad Auiſgaudum Cenoman. Epiſcopum, Epiſt. 19. D. Bernardus ad Hildebertum, Turonum, vt antea, Cenomanen. Præſulem. Epiſt. 124. Yuo Carnut. ad eundem Cenomanen. Epiſcopum. pluſculis Epiſtol. & ad Hoellum Cenomanen. Pontif. Epiſt. 101.

Dicti Septemb. 1447.

Archiep. *d'Arles, en Prouence.*

S. Vincentij Abbatia, de Caſa Benedicti reformata, quam Aldricus poſtea Epiſcopus inſtaurauit.

B. Innocens,

Digitized by Google

Abbaye du Pré lez le Mans.

nobium à *Prato*; & hanc Apostolorum Basilicam vetustissimam, trans Sartham flumen, in qua decessores Episcopi tumulati erant, magnificè exornauit. Childeberto Francis imperante. Rursus, auspice illo Innocentio Præsule, ad vmbilicum perduxit B. Karilephus Monasticum Opus, in vetere Casa Gaiani, ad Anisolam amnem: Quod longè antea Cœnobiolum Turibius, Cenoman. Antistes. 2. titulo B. Petri excitarat. Eòdem proinde erudiendi mittebantur antiquitùs Principum etiam liberi, velut ad insigniorem Christianæ disciplinæ ac pietatis scholam. Si Gregorio Turon. credimus, Hist. Lib. 5. Cap. 14. Innumera alia piorum Operum mœnimenta, auctoribus Episcopis, euoluuntur in Cenoman. Codice Pontificali: ne his in præsens diutiùs inhæream. Quorum illustri Præsulum exemplo, profani Magnates monostica etiam fundarunt Templa, variisque dotarunt latifundiis. Berengaria Angli regis vidua Heroina Franciscanis Sodalibus delubrum struxit in Vrbe, & Cistercien. Ordinis sacerdotibus cucullatis Basilicam *De Pietate Dei* ad vrbem, An. 1229. Qua in Basilica humatæ fundatricis tumulus visitur. Eiusdem suprema de iis Testatio extat, Nouemb. Mens.

Abbatia de S. Kalez, sur la riuiere de Braye.

In Cenomanicum Monasterium, quod vocatur Anisola, emissus est Merouæus à Chilperico rege patre, vt ibi sacerdotali regula imbueretur.

Berengaria Sancij Nauarri regis filia, vidua Richard (*cœur de Lyon*) Angliæ Regis, fundatrix Abbatiæ *de la Pitié Dieu*, alias *de l'Espau*, à nemore Eleispal, in quo exædificata est. Hinc Spalense Cœnobium dictum.

L'an 1248. en Iuillet Guy de Laual prest de faire le voyage d'oultremer & Emme d'Aleüsón sa mere donnerent plusieurs priuileges & franchises aux Abbé & Conuent de nostre Dame de Clermont Ex lib. autographo *de Pierre Lebaut Chantre & Chanoine de l'Eglise Collegiale de Laual, adressé à Iehanne de Laual Royne de Sicile Duchesse d'Anion, &c.*

An. 1230. Cisterciense item Clarimontis Monasterium condidit Vidus. 6. Lauallus Baro, an. 1152. posterorum hoc sepulchrale Monumentum Procerum Laualli Comitatus. Ex eo rursum Cistercien. Ordine prodiit in lucem Cœnobitica Ecclesia Diuæ Dei genitricis, Campanæ: quam vt suis facultatibus pie erexit Fulco Riboleus, Tuceius dynasta an. 1188. sic Hubertus filius amplificauit an. 1218. Inclytam enim Tuceiorum magnatum familiam celebrat Ordericus Vitalis, in Historico sui seculi Opere autographo, quod ab An. 1094. excurrit in Ann. 1141. Sed indolendum obiter nostrorum corruptelæ temporum, quibus & cinctos Equites armatósque Satrapas penè solos conspicimus Cœnobiarchas, & Cœnobiorum alumnos, circumcelliones, vt plurimùm, monasticæque Patrum Regulæ desertores. Quo nomine mihi liceat, ea fando vsurpare, quæ Hildebertus Cenoman. Pontifex, (Epist. 38.) in Ebronensis Monasterij deprauatum statum exclamans. *Est*, inquit, *apud nos Abbatia, quæ dicitur Ebron possessionibus & re quidem percelebris, vicinisque Cœnobiis sola pauperior honestate. Hanc, ea cæteris inuidens, inter locupletes reditus, morum mendicat venustatem. Nulla ibi Legum custodia, nullus violati censor Ordinis inuenitur, &c.* Istuc propterea missum refert ibidem Hildebertus Vincentiani Cœnobij Magistrum, qui degenerantes à prisca sanctitate, Ebronensium Mores cœnobitarum emendaret. Nostra etiamnùm tempestate, Cistercienses Fuliani, arctiorem repetierunt Sectæ suæ disciplinam, laxiori vitæ Instituto relicto. Cuiusmodi seuerioris Regulæ, ab Archimandrita Roberto Duce, complexum probauit Roman. Antistes Xistus. 5. Apostolico Rescripto Idib. Nouemb.

Abbatia B. Mariæ de Claromonte, *près Laual*, Beatæ Mariæ de Campania, *près Sille le Guillaume*, Abbatia *fondée par Fouque Ribole Sieur de Tucé.*

Vilhelmus *de Tucé*, Baro *de Milleſſe*, an. 1395. &c. Et Balduinus an. 1508. Queis Domus *de Lauardin Beaumanoir* successit vxorio iure Lanæ *de Tucé.*

Ordericus è Britannia Insula, Monachus Abbatiæ S. Ebrulphi, Lexouiensis in Neustria, Diœceseos.

Abbatia *de nostre Dame d'Euron, au Maine.*

Abba *de S. Vincent, lez le Mans.*

Monasterium B. Mariæ, Fuliensis, *des Fueillans*, Diœcesis Riuensis, in Aquitania.

Syxti. 5. Bulla Die. 13. Nouemb. 1587.

Digitized by Google

uemb. an. 1587. Ac ſigillatim poſtea Clemens. 8. monaſticas Conſtitutiones Fulianas ſanxit, quæ, Romano in Comitio eius Ordinis, ad Benedictinam normam prorſus reuocatæ fuerãt Quintili Menſ. An. 1595. Bullatis tabulis. 6. Idus Nouemb. ſeq. Præter munifica pleráque iura, quæ Fulianis Clemens antea irrogarat, Pridie Nonas Septemb. 1592. Pari benignitate, Ericus. 4. Galliæ rex verè Monachos iſtos reſtituit in antiqua ſacrorum ſuffragiorum iura legendi ſui Cœnobiarchæ. Codicillis Mart. Menſ. an. 1595. quos audio poſtmodùm in Tholoſano Senatu promulgatos. Sic Regia Pariſiorum Curia Senatoria obnixè aſſeruit profanam Canonicorum Ædis ſacratiſs. Cenoman. Iuriſdictionem intra fines Clauſtri ſui pleniſſimam: quæ à priſtis Regibus in eam Societatem benignè collata fuerat. Vindiciario Decreto ſolenni. 3. Nonas Mart. an. 1465. aduerſus Comitem, & ciuiles Cenomaniæ Magiſtratus: queîs intra præfinitas Clauſtri metas Iuridica functione interdictum eſt. Ne quid tamen Cenoman. Epiſcopus pro imperio Eccleſiaſtico decerneret in perniciem Regiæ poteſtatis Iuridicæ, proſpectum fuit à CONSCRIPTIS CVRIÆ LVTETIANÆ in forenſibus cauſis agendis, Decimo quarto Kalend. Ianuar. an. 1485. præſide Iano Vacaria, Senatus principe. Nam ſumma quidem, de eo, Procuratoris Fiſci, cum Præſule, controuerſia eſt in conſilium miſſa. Sed huic vetitæ interim Diræ Pontificiæ in regios Magiſtratus; horumvè Officiales, muneris ſui ergô publicè geſti. A quibus modò officium prætergreſſis, appellare licebit Epiſcopo profanos Iuridicos ſuperiores querulouè libello ius petere à ciuili Magiſtratu. Diœceſanus rurſum Antiſtes prohibetur, extra Prætorium ſuum deprehenſos reos comprehendere ac vincire: ſed inuocato Regiæ manus Poteſtatiſque iuridicæ præſidio, iſtius Officiales & Adminiſtri captos illos abducent in carceres Epiſcopales. Ipſo autem in Prætorio compertos reos liberum fit ſacro Præſuli vinculis publicis diſtringere: Demptis hinc Principalibus Iuridicis, apparitoribus, Officialibuſvè aliis, quibus manum iniici non oportet, quomodocunque ipſi profanæ munia Iuriſdictionis obierint. Actionum porro in perſonam conceptarum notio relicta eſt Epiſcopo, profanos etiam inter litigatores, qui Pontificiæ ſe vltrò Iuriſdictioni ſubiecerint. Aliàs, Fori præſcriptione oppoſita, de iis cognoſcere vetitum Eccleſiaſtico Iudici. Conceptis verò in rem actionibus, vel ab re ipſa pendentibus, neutiquam Pontifex notionem ſuam accommodabit. Poſtremò de ſucceſſione in bona Clerici aduenæ, nothi, nullouè herede, mortui, qualem ſibi arrogabat Epiſcopus, Curiæ placuit maturiùs deliberari; Areſto Pariſienſi 3. citato. Cui apprimè cohærent Senatoria decreta An. 1389. & 1396. in Cenomani Antiſtitis Vicarium Iuridicum, quæ recenſuit Ioh. Gallus, Quæſt. 183. & 352. Ego autem, publica Forenſi concertatione, in Senatu egi ac obtinui pro Clero Cenomaniæ, Victorem Peleterum, Ædis Iulianæ Max. canonicum, cuius

4. Sept. 1591. & 8. Nouemb. 1591.

Regiæ Literæ *confirmãtes cellas de Henry 3.* Fulianos electuros Regique nominaturos, ex ſuo Conuentu, tres, quorum vnum Rex Abbatem coopt̃aret.

Areſtum *de Recreance* pro Capitulo Cenomanen. Eccleſ. contra Comitem, & regios Officiarios Die. 5. Mart. 1465. Confirmans Sententiam Requeſtarum Palatij Pariſienſ.

Appointé au Conſeil en la Cour die 19. Dec. 1485. *plaidant Tiboufl Aduocat du Roy.*

Ab Epiſcopali imperio poteſtateque Exemptio Capituli Eccleſiæ Cathedralis non pertinet ad publicam Diuini cultus Politiã. Areſto Pariſien. An. 1393 quod à I. Gallo relatum Queſt. 326. reiecit factum poſſeſſionis Canonicorum Cenomanen. non eundi ad Proceſſiones cum Epiſcopo eorum. De quo tamen vide cap. Nimis de exceſſ. prælat.

Curiæ Placitum contra Officialem Epiſcopi Cenomani, qui ſua Commiſſione attentarat in Bailliuum & Iudices ſeculares ordinarios, in præiudicium Iuriſdictionis temporalis.

Arestum Die 12. Decemb. 1580 pro Cleto Cenomanen.

causæ suffragator interceſſeram, iuſtè PATRES CONSCR. protocaſſe à Bigotio, Latrunculatore: qui, ante Aras Diuûm, Sacra audienti, togatóque profanam manum iniecisſet ſpecie recti, & quærendi criminis, cuius nonulla ille ſuſpicione laborabat. Placito Curiæ pridie Idus Decemb. an. 1580. quùm Eſcorceueus, pro appellante: Valla, pro illo rerum capitalium Præfecto: & Nos, pro Sacerdotum Ordine dixiſſemus. Meritò hercle. Nam præter Apoſtolicum Clementis. 7. Diploma, Cenomano Canonicorum Collegio indultum an. 1387. ne ij ciuilia in Tribunalia ſeuocarentur: In promptu eſt vetuſta Gallici Herois Lex Karoli. 1. vindex ſeruatríxque Pontificij in ſuos Fori ac imperij. Cap. 10. Verſ. non audeant Regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in communi Epiſcoporum conſilio, &c. Rurſus Cap. 28. Verſ. à ſuo Epiſcopo dijudicentur, non à ſecularibus. Lib. 1. Legis Francicæ. Imò exortu quoque ipſo Chriſtianæ Eccleſiæ, nata eſt ſimul Eccleſiaſtica iuriſdictio in Chriſti ſacerdotes. Vt D. Paulus indicat, Epiſt. 1. ad Timotheum Epiſcopum, ne Preſbyteri accuſatorem audiat, niſi bini teſtis fide præmunitum. Cap. 5. Tertullianus item mores ritúſque explicans Chriſtianorum, ait fuiſſe inter eos morum caſtigationes, diuinam cẽſuram, & æqua lance perpenſis omnibus ferri ſolitas Sententias. Profani ſcilicet ordinis Chriſtianus quiſque, ſubibat ciuilis Magiſtratus iudicium: ſacratus verò, Antiſtitum Eccleſiæ. Apologetici Cap. 39. Inde quotquot intercẽſſere poſtea Chriſtianorum Præſulum Conuentus, totidem fermè ſanxerunt Pontificiam in clericos iuris dicundi poteſtatem. Sardicenſis putà, Antiochenus, Carthaginenſis, Agathenſis, ſeu quos alios Gratianus ciet, Cauſa 11. Quæſt. 3. Ne interim Arelatenſis. 3. Synodi Articulum. 4. ſupprimam, à Populi arbitrio ac poteſtate in Clericorum capita réique auerſiſſimum. Atque vt iuridicum Epiſcopale imperium conſtabilierunt Arcadius & Honorius Cæſs. (Leg. 1. De Religion. In Cod. Theod.) Ita Chalcedonenſi in Congreſſu Eccleſiæ, reiecta fuit Alexandrini Patriarchæ poſtulatio Dioſcori arceſſiti hæreſeos, vt Imperator tali quæſtioni intereſſet. Conſilij Actione. 4. Hinc ſolùm demitur capitalis pœna, ſeu qua alia reorum corpori infligenda clericorum: abs qua ſemper abhorruerunt ſacræ & incruentæ Magiſtratus Eccleſiaſtici manus. Quemadmodùm, è Cenomanis etiam, Hildebertus Præſul quondam ſubnotauit, poſt Eccleſiaſticos Scriptores antiquiores, quorum alibi mentionem iniecimus. Reos, inquit, tormentis afficere, vel ſuppliciis extorquere confeſſionem, cenſura Curiæ eſt, non Eccleſiæ diſciplina. Vnde & ab eius animaduerſione abſtinere debuiſti, quem pecunias tuas ſuſpicaris abſportaſſe. Neque enim carnifex es, ſed ſacrifex: pro reis quidem. ſed non reos immolare conſtitutus. In veris etiam iniuriis decuit hæc manſuetudo ſacerdotem, vt habentem malles impunitum abſcedere, quàm pro incerto certis ſuppliciis debacchari. Hildeberti Epiſt. 30. inter texta Bibliothecæ

Clementina Bullà, cui ſimilem deſcripſi Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 5. Art. 8. Iudicatum tamen à Curia Epiſcopalem Iuriſdict. Cenomanen. non procedere etiã ſuos inter Clericos, alibi quàm in ea Diœceſi degentes & delinquẽtes. I. Galli Quæſt. 322.

Eccleſiaſt. Synodi.

Sardicenſe Concilium, Cap. 10.

Lib. 16. Tit. vlt. Cod. Theod.

Lib. 2. Sacræ Polit. Tit. 1. Artic. 11. 12. Vbi tamen vide Forenſem Eccleſiæ vſum in confeſſione reorũ criminis tormentis exigenda.

Digitized by Google

thecæ Patrum,(Tomo.3.) & Augustini scriptis consentanea,ad Macedonium Epistol.54.

10. FVSIVS porrò isthîc Priuilegiis immoratus sum Cenomani Episcopij & Cleri,quòd Andenses Pontifices alio Opere celebrarim,eos præsertim,qui Ecclesiasticis Galliæ Comitiis præstò adfuerint, remque Christianam studiosè prouexerint. Quîs Vilhelmum Maiorem subnecto, Præsulem Andegauum, œcumenicæ Synodi Florentinæ assessorem, subscriptorem, præside Eugenio. 4. an. 1439. Iuuenem certè Andium Episcopum quendam perstrinxit Epistola Narbodi Rhedonum Antistitis ad illum missa, inter Epistolas Hildeberti Cenoman. quæ sacræ Bibliothecæ interseruntur. Modestiùs vtique Yuo Carnutensis, ad Reginaldum, Andensem pontificem,(Epist.274.)vt sibi creditum gregem ita regeret,ne mœstus ac gemebundus cogeretur pro eo posthumas rationes æterno Iudici reddere. Prudentissimè verò Clemens. 3. ad Episcopum Andegauensem Rescripto, fraternitatis tuæ De his quæ fiunt à maior. part.capit.Ex Collectione Decretaliũ Epistol. ad Gregoriũ.13.vsque Pontificẽ Max.Ne Dodonem Andium Præsulem memoremus,qui patrij Sacedotij res impensè iuuit, eíque ab Ludou. Pio,filióque Pipino Aquitanorum rege firmandum curauit TELONEI munus, concessum à Pipino Francorum Rege,antecessore.Id quod Senatus Acta,cum Lib.Pontificali Andium, produnt. Gottofredi porro, in Andibus,sacrorum Antistitis interposita mentio est à Sigeberto, in Chronico Anni.1178.Nec verò isthîc Cenomanos Episcopos,qui sacris Conciliis interfuerint,proferre necessum est:quos Democharesfigillatim longa serie percensuit. Tua autem cum venia,LECTOR, superiùs excutri latiore campo, in Cenomani Cleri iura, quòd texendæ Cenomanorum Historiæ nullusdùm admolitus sit manum, vt Andibus, & quæ Andegauos Sacerdotes spectant, vberiùs alibi executus sim. Rogites demum, quò tendant eximiæ huiusmodi Pontificalium Templorum dotes. Nimirùm vtì nemo addubitet iam, Christianissimos Reges sapienter cordatéque priuilegiis multis Templa illa fulsisse, muniisse: quorum tutela piáque curatione, constaret totius Reipubl. salus. De quo Nos etiam paucis, in calce PANEGYRICI nostri Etrico. 4. Regi dicati An. 1594.

Lib.1 Sacræ Polit. Tit.8.Artic. 3.

Florentinum Concilium, sub Eugenio.4.P.

Epistola. 80.

Apostolica Epistola an 189. prævaleat, inquit,semper quod à maioris & sanioris parte Consilij fuerit constitutum, nisi antiqua Consuetudo Ecclesiæ hactenus obseruata, & Apostol. Sedis auctoritate confirmata aliud suaserit obseruandum.

In Lib. De diuino Missæ sacrificio.

Andegauorũ Annales publicè editi, & nũcupati Ludouicæ Sabaudæ Andium Duci, Cenomanen. Comiti, an. 1519. Post vetus hoc manuscriptum Volum. *Gesta Comitum Andegaver.*

Capellam Regis appellat Sigebertus Ecclesiam collegiatam S. Petri *de Curte* in Cenomana vrbe. Chronic. An. 1182. Eiúsque præbendas Ecclesiæ cõfert Rex pleno iure Ex Feraldi Lib. de Iur. & Priuil. reg. Franc. Priuil.8.

Celle Eglise Canoniale de S. Pierre de la Court, est exempte de l'Euesque du Mans, & par festilitres, les Seigneurs feuls dud. College ont toute Iurisdiction ciuile entre eux, leurs habitue; & suiects, & en criminel idem, fors és cas plus atroces emportãs degradation des criminels clercs, desquels l'Euesque cognoistra. A la charge aussi que lesd. Seigneurs s'ils ne font Iustice és autres cas dans certain temps, eo casu ob negligentiam deuoluetur causæ cognitio ad Episcopum. Par Tiltre du mois d'Aoust 1129. & Arrest du Parlement contradictoire en Latin du 10. May 1393. par maintenue en complainte desd. de S. Pierre. Et par concordat d'entre eux & l'Euesque du 25. Auril 1401.

11. QVAMLIBET immunis sit clientelaribus debitis Ecclesia, cuius *Feudum* regium particulari vacet possessore, Principi ius est, vacantis Ecclesiæ reditus suprema sua manu administrari iubere: donec *Abbæ* demortui, *Prioris*, vel Episcopi successor nactus sit possessionem Sacerdotij,sacrámque ingressus Ecclesiæ suæ prouinciam. Ne-

que hoc Franco regi peculiare, sed & finitimis Galliæ Regulis, qui summum in suis Ditionibus Principatum tenent, vicariam saltem Roman. Imperij potestatem. Allobrogicæ enim Leges produnt, Sebuasinos Duces ab longinqua auorum memoria manum iniicere solitos profanis vacantium Templorum reditibus, agris, possessionibus: vt tutelari velut Ducum munere sacri prouentus adseruarentur futuro successori Ecclesiæ beneficiario. Eam quippe bonorum prehensionem sic moderati sunt Duces, ne Magistratui interim, eiúsve officialibus liceret in re Ecclesiastica grassari, & Diuini iuris facultates diripere. Allobrogici *Statuti* verba subtexere non est alienum. *Quòd Bailiui, Castellani, aut alij Officiarij bona Ecclesiarum & Ecclesiasticorum defunctorum non inuadant, nec Guardiis se ingerant, nisi certis casibus, sub occasione Custodiæ seu Guardæ, vel quouis alio quæsito colore, nec penuncellos armorum nostrorum in domibuss ipsorum Ecclesiasticorum aut Ecclesijs apponere vel affigere sine nostro speciali mandato. Saluis iuribus & honestis consuetudinibus nostris in prædictis, vel nisi ad instantiam & requestam iuş in ipsis rebus & bonis huiusmodi defunctorum Ecclesiasticorum aut beneficijs ipsis verisimiliter se habere prætendentium, seu ad requisitionem Diœcesanorum, aut aliorum Prælatorum ordinariorum huiusmodi Ecclesiarum quorum requisitionibus principaliter parere volumus, aut quando viderint dicti Officiarij nostri locorum aliquos pro intrandis beneficijs, aut bonis prædictis surripiendis ad arma vel opera facti & violentiæ prosilire. Saluis & reseruatis Iuribus nostris & alienis in bonis clericorum occasione feudi Manusmortuæ vel eschitæ de Iure, vel ex antiqua Consuetudine, pacto, recognitione, vel aliàs legitimè nobis & aliis pertinentibus. Per hæc etiam non intendentes, dictis officiariis nostriis Custodias seu Guardias Ecclesiarum seu Ecclesiasticorum beneficiorum vacantium ad nos de antiqua consuetud. vel pactis, aut aliis iustis titulis pertinentes prohibere: quò minùs ipsi Officiarij nostri ipsas Ecclesias seu beneficia vacantia, in quibus, Custodiam seu Guardam habemus, & domos atque bona eorumdem more solito custodiant tempore vacationis illarum ab illicitis violentiis, intrusionibus, rapinis, & aliis facti operibus.* Ex lib. Constitutionum Sabaudiæ, quem concinnari præcepit Amedeus. 5. Alpinorum regulus. 15. Kal. Quintiles an. 1430. Britanni autem reges vacantis Templi fundos occupant lege Regaliorũ stricta adeò & accurrata, vt si ante successoris aduentum Ecclesiastici, publicentur ob crimen reorum bona subditorum Ecclesiæ, Princeps ea in Fiscum suum inferat * ἀνεκλόγιστος. Anglico vetere Edicto, quod Latinè expressit Vilhelmus Staunfordus, Anglici Iuris scholiastes, hoc modo. *Item Rex habebit escaetas de terris liberè tenentium Archiepiscoporum & Episcoporum, quando ipsi tenentes damnati sunt pro felonia facta tempore vacationis, dum temporalia eorumdem fuerunt in manu domini Regis: conferendas cui voluerit in perpetuum, saluo seruitio quod ad dictos Prælatos inde pertinet & fieri consueuit.* Cap. 14. Anglicarum Coronæ Legum, seu de Regiis Anglorum prærogatiuis. Hæc de Britannia Insula, quid de continenti, seu citeriore

Statuta Sabaudiæ.

Romanæ etiam Sedis protectioni speciatim vindicantur Cœnobia quædam eorũque iura: Vtpote Oratorij Abbatiæ (*du Loroux*) apud Andes. Bulla Alexandri. 3. P. 18. Cal. Ianuar. an. 1169. & Honorij. 3. P. 13. Cal Ianuar. an. 1223. Sed & huic Abbatiæ donata à Ricardo Rege Anglo confirmauit Philippus Cenoman. Comes, quoad Cenomanos fundos, die. 19 Mart an. 1319. & Iohannes. 2. Rex vniuersim Nouemb. Mens. an. 1352.

Die. 17. Iunij an. 1430.

* rationibus reddendis solutus. Ludouicus. 8. Franc. Rex post fidelitatis sacramentum sibi prœstitum à Mauritio Cenomanen. Episcopo. 42. reddidit ei Regalia sua. Vt actũ est in Parlamento Parisien. an. 1223 & relatum in Lib. Pontific. Cenoman.

Die. 8. & 15. Iunij an. 1545.

Digitized by Google

teriore Britannia? Alibi oſtendimus, Armoricos Duces vacantis Eccleſiæ rerum cuſtodiam habuiſſe, ſed nil aliud quàm cuſtodiam meram, nec, vacuo Diœceſeos pontificatu, ſacerdotia cótuliſſe Pontificis diœceſani beneficiaria. De quo tamen, in Curia Pariſien. diſputatum eſt ampliſſimè. 6. Idus Iunias & 17. Kalend. Quintiles. An. 1545. ob decanatum Nannetenſis Eccleſiæ, quæ ſacram Turonum metropolim, vt Britonicæ reliquæ, pridem agnouit, coluit. Franciſco *le Brun, regaliſta*, petitore, pro quo Bouguierius: & N. *le Frere*, reo, pro quo Riantius dixit, inuicè altercantibus. Nannetenſia demum hæc Regalia conſilio commiſſa ſunt à PATRIBVS LVTETIANIS, Iunij Die. 15. an. 1545. Nec ita lógè pòſt, Turonenſia, pridie Idus Ianu. an. 1550. de Archydiaconatu & Præbendo Templi Turonum maximi, inter Ioh. *Mironem, regaliſtam* ſeu Principis candidatum, & Andræam *Caue, I. de Selue*, alióſque ſacri Muneris competitores. Portano, actoris: Riantio, aduerſariorum: & Regnardo, *Capituli* Turonici cauſam orantibus.

Decanatum hunc ferũt eſſe collatiuũ, & fundatum fuiſſe, an. 1501. à Daniele Nannetũ. Antiſtite.

Die. 12. Ianuar. An. 1550.

La Regale de Tours plaidée le 18. Decemb. 8. & 12. Ianuier 1550. qu'elle fut appointée au Conſeil Defendebatur enim, Regaliam non tranſire Ligerim, & matrem D. Ludoui rectricem Regni dediſſe, aut potius reddidiſſe an. 1531. Petro *De Lemole* Turonum Archiep. fructus vacantis antea Archiepiſcopatus. Sed de Turonen. iſta Regalia Nos alibi aptius.

12. HACTENVS de Regij purè beneficij fundis, quos emptrix Eccleſia Principali vel iuſſu dimittere tenetur, vel conceſſu finitur poſſidere. Nunc inferiorum patronorum indemnitati conſulendum eſt, qui partos à *Manumortua* fundos retineri patiantur. Quanti autem æſtimari debeat patronalis indemnitas, lege præſcriptum eſt Andegauenſi. §. 37. Indemnis enim præſtari creditur patronus More noſtro, cui triennis reditus prædij valor pendatur: niſi aliàs tranſactum ſit vltrò à partibus negotium. Humana certè hæc, *Manuique mortuæ* amica Conſuetudo. Nam in cæteris fermè Gallicis regionibus, quæ Dominicæ indemnitatis pretium Ritu ſuo patrio non definierint, taxari ſolet idipſum terna beneficiarij, & quina plebeij fundi parte, quæ ex corporibus ipſis prædiariis Domino præbenda eſt. Sic de *Feudo* à Senatu pronuntiatum fuit ſecundùm Niuernenſem Ducem aduerſus Collegium fani Stephani, Trecẽſis: & de ignobili prædio ſecundùm Dn. *Balehan*, ciuem Pariſiorum, contra ſacram Fabricam Ædis Soteris CHRISTI, apud Lutetiam. Vtà Matth. Fonteno accepimus, antiquo & celebri in Curia Aduocato. Interdum autem piæ cauſæ intuitu nummis æſtimatur Dominica indemnitas, nulla fundi parte detracta. Quemadmodùm decreuere PATRES in dominum *de la Fontaine*, ſacrum Equitem Rhodium, Præceptorem templi Iohannis Lateranenſ. in Academia Pariſien. de ſcholaſtica Domo & gymnaſio *Ieſuitarum* Lutetiano, quod à Claromonte vocabatur: Circiter annum. 1562. Quòd ſi liberum quis ac immune prædium ſuum munificè conferat in noui Phani ſtructuram ac dotem, fruſtra nummarium in pretium deducetur, quanti ſuperiorum, qui nulli ſint, Dominorum interſit priuatorum, illud ſacro dedicati: modò Principis aſſenſus piæ erogationi ſuffragetur. Nec eò tamen ſecius Belliloci Cœnobium, in Suburbiis Cenoman. condidit dotauitque Berardus Siliacus

Eccleſia S. Saluatoris.

Cenomana etiam Schola eſt publica Lutetiæ, ab executoribus teſtamenti Phil. Lucemburgij Cardinalis, Epiſcopi Cenomanen fundata & dotata, die. 9. Iunij an. 1516. Baiocenſem verò ibidem fundauit Gulielm. Bonnetus, Baiocen. Epiſcopus, Cenomanis & Andegauis dimidiatim incolendam, quod Cenomania natus, in Andegauia educatus eſſet. an 1308.

Die Sabbati post Dominicam, qua cantatur Reminiscere.

fundis, vti optimi maximíque erant, ex communi patriæ Nobilitatis sententia. 7. Idus Octob. An. 1124. hoc verborum schemate, qualia Monasterij Chartario intexuntur. *Calixto, S. R. E. gubernaculum, inter Mundi huius procellas, fideliter obtinente, Ludouico, filio Philippi Regis Regni Francorum habenas iure regio moderante, Berardus de Siliaco, & filij eius Hugo, Richardus, Matthæus canonicus, Hubertus, Symo dederunt Deo & B. Mariæ matri Domini nostri* IESV CHRISTI, *& Canonicis de Luceello quandam terram sui Alodij, quam habebant iuxta Ciuitatem Cenomannis, in eleemosynam, solutam, & ab omni seruili exactione quietam, nulli etiam, nisi Romanæ, & B. Iuliani Ecclesiæ subiectam: Tali conditione & pacto, quatenus ibi Monasterium de Sancta Maria matre Domini facèrent, in quo secundùm regulam B. Augustini, & iuxta S.S. Patrum traditionem, canonicam ducerent vitam: & caput Luceelli, & omnium locorum Luceello pertinentium inibi facerent, Quam rem hoc modo dispositam, vidit Pontifex venerabilis Hildebertus, & sua sancta benedictione, cum communi suorum Canonicorum assensu, & Gauffridi Comitis Terræ, & Baronum suorum, & Christianæ plebis applausu confirmauit, consecrauit & locum, &c.*

Franc alleu.

Abbatia de Beaulieu lez le Mans, Augustiniani ordinis, fundata & dotata à Baronibus de Sille le Guillaume Die. 9. Octob. an. 1124.

Calixtus. 2. P.

Hildebertus, Cenoman. Episcopus, postea Turonũ Archiepiscopus.

ALIA porro est statuenda regula originariæ & natiuæ *Manumortuæ*, cuius corpori personísque, non minùs quàm rebus, patroni dominantur. De cuiusmodi *Manumortua*, Hostiensis in Summa Tit. De natis ex libero ventre Vers. vlt. Et Vido Papius, Decis. Gratianopolit.. 361. Tales sunt glebæ adscripti serui, & originarij coloni, Tributariæ sortis, qui non modò seruiles operas debent patrono, sed annua etiam alia iusta Dominica: quæ perhibentur sparsim Burgundo, Campano, Biturigum, Marchiano, Boiorum & Aruernorum Iure municipali. Quamuis igitur seruorum genus istud ex causa manumitti possit à Principe, inuito domino (vt insigni S. C. decisum est Kalend. Iuniis. 1571.) Tamen Dominicæ indemnitatis maior videtur habenda ratio in hac, quàm illa Ecclesiarum *Manumortua*. Seruilis enim conditionis homines vel ortu ipso censentur in parte fundi Dominici, nedum res quæ ab is detinentur. Secus in Ecclesiastica *Manumortua*, quæ sui iuris fuit primitùs, necdum, nisi ex recens quæsitis agris, alienum dominatum agnoscit patroníque potestatem superiorem. Plebeiæ igitur *Manusmortuæ* patronus in Senatu contendit, seruos suos aut libertate donari à Rege nequiisse, aut si ritè donati probarentur, vectigalibus aruis cedere omninò debere. Quùm enim Iure gentium distincta sint rerum dominia, quibus adnumerantur serui Romana lege, alienum seruum manumittere vix est vt liceat Regi, nisi consentiente patrono. Modestini l. 5. De natalib. restit. patroni saltem ius, impetrata ingenuitate, saluum manere, vt indemnis ipse abeat, sibique obnoxios fundos recipiat solida rerum occupationè. Quo modo, liberti olim ius aureorum anulorum obtinebant à Principe, incolumi seruato iure patroni. Vlpian. l. vlt. De iur. aureor. annul. l. in concedendo. 13

Arestum Curiæ *solennellement prononcé aux Arrests de la Pentecoste pour l'Affranchissement des gens Mortaillables & de mainmorte, faict par le Roy au preiudice du seigneur direct.*

Digitized by Google

concedendo. ff. De aqu. pluu. Inde & expreſſa hæc patronalis indemnitatis exceptio, quæ tacitè inerat alioqui, nil obſtabat, quò minùs ingenuus quis intelligeretur. Vt Diuus Hadrianus reſcripſit, cit. l. vlt. Inſtabat rurſum Dominus patria ſua lege Burgundionum, quæ *Manuimortuæ* in libertatem ſe aſſerenti præcipit, de fundorum omnium, quos teneat patrono ſubditos, poſſeſſione decedere. Nihilo ſeciùs CONSCRIPTI CVRIÆ Regiam ſeruorum manumiſſionem probarunt, & Dominicam indemnitatem tertia bonorum parte metiendam cenſuêre. Hoc addito, vt manu emiſſi, nummaria eius partis æſtimatione penſa, ſi vellent, integros fundos retinerent. Decreto 10. Kalend. Iunias an. 1573. Dn. Vialarto litis enarratore, inter Annam *de Vauldrey* Baronem fœminam Montis B. Vincentij apud Carolates (qui Burgundiis Moribus reguntur) & Benedictum Gaſtronum, ſeruóſque alios, ex aduerſo, litigatores. Iuxta Regium Karoli 6. Reſcriptum, quo quidem, in pari quæſtione, taxata eſt patronorum indemnitas, æſtimatáque triente nummarij pretij fundorum, qui *Manuimortuæ* permittuntur liberè poſſidendi. an. 1402. Memorabilis verò illa extitit, gratuita propemodùm, Manumiſſio antiquior, qua, Flandrorum & Hannonum Comes Margaris piè proſecuta eſt, ſeruitutéque exemit ſeruos corpore homines ſuos Belgas, Aprili Menſ. an. 1151. in hanc formulam. *Nos Margareta, &c. Notum facimus tam præſentibus quàm futuris, quòd nos intuitu pietatis, & vt Dominus à ſeruitute peccati nos liberet, & concedat perpetuæ libertati, Omnes ſeruos & ancillas totius Terræ noſtræ Flandriæ, manentes ad præſens in eadem Terra, vel in eius Appendentiis ſub noſtra propria Iuſtitia, & non aliena, vel in futurum manſuros, de quibus medietatem omnium catallorum tam viri quàm mulieris habebamus, vel habere debebamus in morte cuiuſlibet ipſorum, emancipamus, & pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Comitibus, tradimus libertati, quandiu remanebunt in locis prædictis. Tali modo, quo ipſi & hæredes ſui, qui eſſent noſtri ſerui futuri, nobis & hæredibus noſtris Comitibus Flandriæ, pro medietate omnium catallorum ſuorum, quam de ipſis & eorum hæredibus futuris ſeruis habere debebamus in morte cuiuſlibet ipſorum, necnon pro ſeruitiis & angariis plurimis, quæ exigebantur ab eis occaſione ſeruitutis, Nobis & hæredibus noſtris Comitibus Flandriæ ſoluere tenebuntur, vir tres denarios, mulier vnum denarium in feſto B. Remigij quolibet anno, quandiu vixerint. Et etiam in morte cuiuſlibet ipſorum, tam viri quàm mulieris, melius catallum habere debebimus, i. pecus melius de domo, &c.*

Charte de franchiſe, & manumiſſion aux habitans de Chaſteauuillain en Champagne (en Mars l'an 1286) par Iean ſire de Chaſteauuillain & ſa femme, Symonſon fils, & Maria ſa femme fille du Cõte de Flandres. Lad. Charte confirmee par Iehanne Royne de France, Comteſſe de Champagne, le Mercredi d'apres la Pentecoſte l'an 1287.

Placitum Curiæ die 15. Maij an. 1573.

Guido Flandriæ Cõmes, huius Heroinæ filius ratam habuit generalem illã Manumiſſionẽ: Quæ extat in Codice Flãdricarũ Ordinationum quas habemus.

14. TALES *Manuſmortuæ* ſeruos, nominat Vidus Papa homines *tailliabiles*, (Deciſ. 312. & 314.) Vetuſtior autem ſcriptor *Mortiliabiles*, adſcriptitios, *conditionatos* Henricus Bohic. genere Brito, ad Cap. 15. De teſtam. In Antiq. Vbi refert, colonos id genus pleroſque in Biturigibus naſci, eáque viuere lege ac conditione. Idem planè arguunt vetera Senatus placita (quæ ex Regeſtis Curiæ decerpſimus) inter Vicanos Caſteleti Biturigum pagi, & Vidum Chauuigneum Baro-

Chauuigneæ familiæ Proceres, in Biturigibus, Ebbo de Deols an. 917. Cuius filius

Digitized by Google

Rudolphus struxit Castrum Rudolphi, & gradatim post masculos, Dionysia *de Deols*, Rodulphi alterius filia, & Aldeuiæ sororis Henrici Regis Angli nupsit Andrææ *de Chauuigny* nepoti Comitis Flandri. Ex quo Vilhelmus, Guidones, Franciscus, & Andræas tandem. Ludouicæ Borboniæ maritus, mortuus 4. Ian. an 1502.

nem Castrirodulphi ac Casteleti dominum, Pridie Nonas Septemb. an. 1413. Chauuigneus enim sibi asserebat annuam æris indictionem, seu vulgò *Taillam* personalem in multorum capita paganorum promiscui sexus, quasi seruitutis indicem obsidémque perpetuum. Ab iis pariter rusticas operas sibi deberi quotannis intendebat. Reis, ediuersò, fauente Natura, quæ Libertatis amica est, tum diuina Lege, quæ Christiana mancipia sustulisse videtur, Interlocutus est Senatus de summa lite: damnatis interim reis, pecuniam annuatim indictam Domino appendere, simul & Agrestes operas edere triduo, statim ac moniti iussique à patrono fuissent. Huic quoque vicissim iniunctum onus suggerendi illis victus sumptúsque ciborum, quandiu seruilibus operis defungerentur. Adiecto etiam eo, vt fessum vespere in suas quemque ipsorum ædiculas redire patronus concederet. Extremo demum Curiæ iudicio ex Biturigibus pronuntiatum est, (sed inter alios quàm prædictos) seruilem pensitationem iustè petitam, meritóque à seruis Domino exóluendam: Arresto 17. Kal. Februar. an. 1574. secundùm Paulum *de Creuant* patronum, aduers. Nicol. *Gabillon* litísque consortes, qui à regio Yssoduni Biturigum Suppręfecto Curiam Max. prouocarant. Francisc. Pastorello litis expositore in 5. Classe Inquisitionum Curiæ. At de victu diurno debitas operas præbentium, haud vniformiter decreuit Senatus. Quoties enim prisca vel lege pacti vel possessione non constat, vtrius sumptu operari *Manumortuam* oporteat, (vt ꝛ.) tunc seruilium operatum debitor suo impendio eas præstare tenetur, séque ipsum alere: vt integrum debitum luat, nec vlla impensarum deductione imminutum. Pręclaro S. Consulto, quod Thuanus protopræses in conspicua purpura recitauit, Diebus CHRISTI Natalitiis an. 1578. Inter quosdam Pagorum colonos, Laudunensis Municipij apud Veromanduos. Id quod mirificè confert ad explicationem Romanæ Leg. 18. l. Aut certè l. Imponi l. Operarum ff. De oper. libert. De modo autem operarum in vineas, quem à Solis exortu ad occubitum vsque præfiniuit Curia Parisien. an. 1392. consule Ioh. Gallum, in Quæst. 295. Eiusmodi operas seu coruatas Marchiani vocant *la Vinade*, artic. 138. 139. 140. & 141. Marchianæ Consuet. Præter has verò *Manusmortuæ* operas, quæ Dominis eduntur, eiusdem bona ad hos veniunt successorio iure: vt & ipsorum, qui, nullo propinquo hærede, decesserint. Exin Atuernis Dominicus procurator hæreditatum, dici solitus *le Procureur mortailler*. Quod tamen ita accipiendum, si serui illi absque liberis, & sociis bonorum diem obierint. Vt fusè à Nobis agitatum est Lib. 1. *Fiscalis Rei Francicæ*. Quibus Allobrogum Mores conuenire, docet Constitutio Sabaudiæ infrascripta, *Altero fratrum vel hominum aliorum taliabilium vel consistorum in vnum albergum contrahentium sine liberis decedente, non pertinet Dominis eorum exchaytis seu Manusmortua, sed succedunt alij indiuisi.* Insuper tetricam regidámque hanc personarum seruitutem sic moderata

Arestum die 4. Septemb an. 1411 de mechanicis & ignobilibus operis Manusmortuæ, apud Bituriges.

Decretum Curiæ die 16. Ianuar. an. 1574. *touchãt le droit de taille serue sur les serfs & mortaillables demeurãs en la terre & seigneurie de Creuant en Berry.*

Placitum Curiæ die 23. Decemb 1578 *entre quelques habitans du pays de Laonnois, qui doiuent cornees, bians, ou charrois à leur seigneur.* Quales operas Borbonij nominant *Droicts de Marciaige*, velut Atuerni, *manœuures deues à mercy & volonté* §. 15. Tit. *des Prescriptions* Aruernæ legis. Sed apud Borbonios ex tat Tit. *des marciaiges.*

Hommes & femmes de corps, gens de mortemains.

Est & alius in Aruerna vrbe Montisferrandi specialis procurator regius *sur le fait de la purge* in lepræreos. De qua extra ordinem cognoscunt Consules Scabinique Montisferrandi oppidi in leprosos vel lepræ nomine accusatos.

Digitized by Google

derata est Francica Curia Parisiorum, vt Municipali Lege inductam, extra Municipium non produci decreuerit. Exempli causa, Transiuranæ Burgundiæ Mos ita seruos alligat Dominicæ glebæ, vt & fugitiuorum persecutorium ius Domino tribuat, & ipsorum posteros eodem seruili nexu districtos teneat. artic. 92. At Sequani vtique serui hominis, qui Gallico in solo incola rem auxerit, posteros, bonorum arbitros liberósque testatores pronuntiauit Ordo Clariss. nequicquam obsistente domino originario, seruíque velut fugitiui opes in medias Gallias persequente. Luculento Aresto 5. Idus Apriles an. 1596. Vtcunque enim serui, qui fugitiuus sui furtum faciat, ceu furtiuæ rei, æterna sit auctoritas persecutióque Dominica, Oratione Diui Marci in Senatu recitata l. 3. 4. 5. ff. De seru. fugit. Admittamus quoque, stigmata olim notásque frontibus seruorum inustas: quò dignosci faciliùs, ac comprehendi fugitiui possent: Vt Festus, ac Tertullianus De pallio, attestantur. Demus item, anulorum ius à Diuo Commodo illis ademptum, qui, inuitis aut ignorantibus, patronis, accepissent l. 3. ff. De iur. aur. anul. Eiusmodi tamen seruilis & adscriptitia glebæ conditio, quam inuexit Consuetudo illa Burgundica, non transgreditur proprium Territorium, nec prædiariis suis finibus inclusa, vires exerit in liberas Galliæ Prouincias, seu Gallicos fundos, qui à seruo, eiusue prosapia comparati sint. Quemadmodùm asseruit Chasseneus, ad §. 3. Tit. De Manumortua, Consuet. Burgundi Ducatus: Et Molineus, Iuris Responso. 16. (Tom. 1.) His subtexito, Francicam mulierem, aduenæ seruo, cuius statum ignorabat, bona fide enupsisse, ac maritum, continua libertatis possessione, ceu ingenuum, ciuemque Gallum, rerum promercia cum omnibus tractasse, deposita aliena & originaria seruitute. Aliàs libera mulier serui coniugio solui se iustè procurasset. §. sed etiam Authent. De nupt. Cap. 1. 2. De coniug. seru. Quippe quùm Celticas feminas emori malle, quàm seruas fieri, scripserit Xiphilinus in Caracalla. Hæc de filiis quidem, ac nepotibus peregrini serui decreta ab Ordine Ampliss. Ecquid porro de talis serui coniuge, hærede testamentaria liberis orbi? Haud similis hercle fauor huius suffragari causæ videtur, ac illorum, qui in patria Gallia ingenui nati, parentis hæredes, cuiuis probabiliùs testatò reliquerint paternas vel auitas opes, Gallico hæreditatum ciuili Iure. Sed quia par libertatis ratio Gallicæ Prouinciæ partas istîc res eximit Burgundia illa seruitute, (quæ extra Territorium suum non porrigitur) idem vtrobique est ius statuendum. Quam in benigniorem sententiam, publica vtrinque litis disceptatione habita, procliuior fuit Marius, Fiscalis in Senatu causidicus, Postridie Nonas Quintiles an. 1597. De hac tamen quæstione, PATRIBVS CONSCRIPT. placuit maturius iniri consilium. Buissone, pro vidua hærede, & legatariis Sequani hominis serui: Choarto, contrà, pro ipsius Domino, dicentibus.

Consuet. de la Franche Comté de Bourgogne.

Placitum Lutetianæ Curiæ die 9. April. 1596. in 2. Camera Inquestarum (Litem referente Dn *le Boësse*) secundum Iacob. *le Comte*, & Ianam Colinam, *de Tournus*, Georgii Eniorranti coniugem appellantes à Bailliuo Matisconensi, contra Priorem & conuentum S. Petri Gigniacensis, in Comitatu Burgundiæ, bona condicentes Claudij *de Monart*, antea mariti d. Colinæ.

Consuetudines, sunt reales ac prædiariæ.

Appointé au Conseil en la Cour die 8. Iulij 1597. *entre Ioachim de Montcheuu, sieur de Chasteauvieux appellãt du seneschal de Lyon, demãdeur en euocation du principal, & la vesue & legataires de son serf demeurant & mort à Lyon, intimez, defendeurs.*

SIO, SIVE ANNVVM EXISTAT SOLARIVM, LAVDIMIA EX EMPTIONE, AVT REDEMPTIONALIA EX DONATIONE VEL LEGATO PRÆDIORVM, DE QVIBVS CONTENDITVR. TACITA ENIM HÆC NOVI POSSESSORIS AGNITIO MANVSMORTVÆ, TABVLÆQVE SOLVTORVM AB EA LAVDIMIORVM, IVSTORVM PATRONALIVM CLIENTELARIS SACRAMENTI, REDEMPTIONALIVM, ANNVIVE REDITVS A PRÆDIO EMPTO DEBITI, NON SVNT PATRONIS IMPEDIMENTO, QVÒ MINVS EFFICACITER MANVIMORTVÆ IVBEANT, VEL PARTA EMANCIPARE, VEL, SI MALINT, DOMINICAM PERSOLVERE INDEMNITATEM. AST SI DOMINVS DIRECTVS, POST ACCEPTA LAVDIMIA, VEL REDEMPTIONALIVM IVRA, COMPELLAT CLERICOS SEV MANVSMORTVAS ALIAS AD FVNDOS DERELINQVENDOS, TENEBITVR PRIVS COMMODA ISTHÆC BENEFICIARIA REDDERE, QVAM IN MANVSMORTVAS DICTAM SENTENTIAM EXEQVATVR.

SEVERIOR hic videri poterit Mos Andenſium municipum, ſi cum vicinis conferatur, nedum externis omninò Plebiſcitis. In Cenomanas enim *Manuſmortuas* nulla patrono ſupereſt coërctio præceptúmque abdicationis fundorum, ſtatim ac ipſe laudatiua, vel *Releuia* ex iiſdem perceperit. Artic. 42. Cenom. Conſuet. Notantur & à collegiis noſtris Pariſien. capita Andegauę Legis paulò duriora, Mares ſecundogenitos nobilium hæreditate parentum excludi, dempto portiunculæ ſuæ vſu ac fructu, quæ ex hæreditarij Aſſis triente delibatur. §. 222. Tùm, deficiente altero cognatorum ſtipite, Dominicum Fiſcum alteri lineæ propinquorum anteferri in iure hæreditatis capeſſendæ. Cap. 268. Rurſus ex fraterna fundorum partitione, laudimia quæri patrono, quùm diuiſionis commodioris gratia, ſtudióque Oeconomico paterna maternis arua mutantur à fratribus inuicem; altero tantùm ex parente iunctis. artic. 282. Item nouè ſtatutum Ciuili Andium more, vt liberi à parente donata, cuius dehinc hæreditatem repudient, hæredibus reſtituere cogantur. §. 334. Pergraue, ad hæc, iura dominiáque Eccleſiaſtica decenni earum præſcriptione rerum auferri, quas ſacra Eccleſia acquiſiiſſet quadragenum abhinc annum. §. 447. Verùm Andegauus ego nolim patriam parentíſque Andegauiæ Legem incuſare, ſeu eiuſdem ſedulus Interpres, circa patulum morari orbem, ea latiùs audaciúſque excutienda, expungéda. Nam de fructuario præſertim illo minorum natu iure hęreditario, cientur Politici alij variarum Mores Prouinciarum: Vtputà in Norico Germaniæ, protogenius ſibi hæreditate ſumit paternas omnes maternáſque fortunas: reliquis fratribus adſignata duntaxat alimentorum nomine portiuncula. Idémque in Palatino principatu, alieni ſtemmatis à Duce Boiorum, In

Durum etiam, quòd (i. §. 144.) ſoror à fratre nobili dotata non poteſt ampliùs ab eo petere ius ſuum directarum hæreditatũ, quandiu nupta, & in matrimonio permãſerit.

(Ad §. 168. Andeg. Leg.) Curia interlocuta eſt de modo vtendi conſimili Artic. Cenom. Cõſuet. 186. An alteruter parens liberis ſuperſtes Fiſcum vel Dominũ directũ excludat ab immobilibus filij in defectum lineæ collateralis, quæ ea in bona ſuccedere debuiſſet. Areſto à Me ſuprà citato, in Libel. De commun. Gallic. Conſuet. Præcept.

Bauariæ Conſuetudo.

Aliud à Palatino Comitatu Rheni, Palatinatus.

Digitized by Google

Cattorum regione, Pomerania, Megalopoli constitutum est, ac nuper adeo in Brunouicensi Ducatu, *Vvolfebuttel* ditionis. Bertoldus quoque olim Hennebergæ Comes, qui auctus fuit Principis titulo Francofurti, Idibus Iulijs an. 1310. dictauit suis legem familiarem, vti solidus Comitatus ad vnum hæreditate rediret, cæteris pecuniæ summa in alimoniam submini-straretur. Quemadmodùm ab Andr. Knicheno scriptum est, Ioh. Ernesti *Cancellario* Saxonum Ducis.

Hassia, Pomerania.

Hispanis etiam Maioratus inter liberos statuitur Rescripto Principis: vt masculus natu maior in assem succedat, dicta feminis dote, ac maribus reliquis nummaria prouisione. Moli de Primogen. Hispan. lib. 1. & Pelaez. In Tract. Maiorat.

Die 15. Iulii 1310. Cõmentariis in Electorum & Ducũ Saxoniæ Ius ac Priuilegium, litis prouocatoriæ nescium.

PRÆTEREA si nostræ Andium Consuet. mentem expenderis, minùs demirêre sacratos viros, qui beneficiariis oneribus perfuncti sint ob recèns parta latifundia, à patronis denuò ad dimittẽda ea cogi posse. Concedo enim, rectos Dominos, sumptis ex emptore laudimiis, postmodùm non admitti ad fundorum redemptionem Lege clientelarum. ï. §. 347. Sed alia causa est infirmiórque alieni dominij reuocandi iure ad rem Moribus introducto, quàm arcendæ possessionis illius (iure nostro in re, quod aiunt) cui interdicta sit profanarum rerum occupatio, nisi adstipulante patrono. Vix est enim hac specie, vt patronus tacito consensu *Manusmortuæ* homines agnoscat clientes beneficiarios, aut *censualium* agrorum possessores. Sanè in Dominico fundi retractu expeditum est, patronum, cuius domesticus etiam Dispensator acceperit ab emptore laudimia, deinceps non audiri petentem agros *Feudaria* condictione ex Lege municipali. Quemadmodùm Curia, dicente Me, definiuit, pro Nicola Burgunda, Nic. Chalumelli vidua comiuge: in Mathurinum *de Rouge* Dominum *des Ruës*, cuius causam prouocantis ab Andegauo Præfecto Bonnellus causidicus tuebatur. Decreto Senatorio, quod in publica Fori disceptatione prolatum fuit prid. Kal. Mart. an. 1572. Nam forensi vtique ista Actione, appellans improbabat gesta, receptáque ab ordinario rationum suarum Dispensatore laudimia: At PATRES CONSCR., lecta in Auditorio Constitutione patria, censuerunt Dominum à *feudaria* prædij redemptione summouendum. Nam in iure quærendo patronis obsunt acta gestáque à domestico ipsorum Procuratore gestorẽque negotiorum. Vt Vidus Papa sensit, Quæst. 173. vbi de exactore Dominicorum redituum nuncupatim. Argum. l. vltim. D. Quod cum eo. Quam in sententiam Nos plura, Lib. 3. FRANCICI REGVM PATRIMONII, & Lib. 3. DE PRIVIL. RVSTIC. Non idem verò, de iure iam quæsito superioribus Dominis in *Manusmortuas*, quæ rerum soli, quas sibi comparârint, planè sunt incapaces. Vnde nec patronus etiam ipse renunciasse videtur legi commissoriæ fundi, quòd à nouis illis possessoribus laudatiuum susceperit. Atque ex eo patet antinomiæ solutio Hermogeniani, leg. post diem legi commissoriæ præstitutum, si venditor pretium petat, repudiata videtur lex commissoria. Illîc enim purè efficacitérque contracta fuerat emptio, licet sub conditione resoluenda: In *Manusmortuæ* emptricis Pacto, non item.

2.

Tacita approbatio Manusmortuæ non impedit Dominicam persecutionem cessionis prædiorũ contra Ecclesiasticos. De expressa approbatione, secus.

Multò minùs adhuc feudi fructuarius vel doaria mulier, recipiendo Manummortuam acquirentẽ in eo feudo, præiudicabit proprietario feudi dominãtis. Vt tradit Molineus in Consuet. Parisien. Parte. 1.

Arestũ Curiæ die 28. Februar. an. 1572.

Tit. 15. art. 5. libri 3. De Doman. Franc. & cap. 5. art. 5. libri 3. De Priuil. Rustic.

L. Post diem. ff. De Leg. commiss.

Digitized by Google

3. FEVDISTICA certè lex cessionis partorum prædiorum scripta est in *Manusmortuas* Andegauen. at non ita exactè custodiri solita: præsertim si quod datum est Templo, sui tenuitate parum minuat iura fundi dominantis, vel antiquo Ecclesiæ patrimonio, velut appendix quædam, accedat. Vtpote si patrona Ecclesia *Feudo* suo conjungat inferius prædium Dominico retractu, maior patronus dutiusculè eam vrserit ad fundum quem redemisset, manu emittendum. In eadem enim causa habentur prædiola, cum iis quibus accessionis vice cohærent, aperta agentium voluntate. Iuxta Vlpiani Leg. quoties §. vltim. De admin. tut. Et Seruidij Scæuolæ hypothetica Responsa, in l. Vxorem §. legauerat De leg. 3. Aliàs Dominica sola venditi Agri condictio Iure Clientelarum, non induceret tacitam ipsius copulationem individuam cum patronali Ditione; Ex argumento Fabri ad § si cui Institut. De legat. Hinc summa etiam hodie Iudicantibus cautio est, vt si Conuentus monastici Præfectus fiduciarius distractum prædium ad se reuocet pro imperio potestateque Dominica, idem expressim *feudo* vnitum pronuntient. Ne secularis nempe possessor monastici Primatus sibi asserat priuatim, ei ùsve hæredes agnati, quæ beneficio patronæ Ecclesiæ parta sint, ac *Feudario* iure monastici Sacerdotij. Qua etiam in specie, fauorabiliùs licuerit superiori, redemptorem compellere ad emancipanda prædia, quàm isti, profanos in vsus rem conferre, Ecclesiastico iure quæsitam, aut redhibitam. Quòd si patrona Ecclesia nudo Pacto mercata sit vectigale sibi antea latifundium, non autem redhibitoria patriæ Legis actione (de qua ꝛ.) tunc illud indubiè à se tenetur abdicare, Domini instantia superioris. Atque ita aulici quondam Optimates Iurisperiti consulentibus responderunt iis, quibus Princeps municipatim mandarat nummariæ pensitationis cogendæ munus ex *Francis feudis* nouisque ipsorum Acquisitionibus: Circa annum 1380. hoc verborum tenore, *Item aucuns gens d'Eglise ont Censiue admortie, comme de 2. ou 3. den. de cens sur chascun heritage assis sur icelle Censiue, & puis acquierent iceluy heritage. A sçauoir s'il est admorty. Responce que non, & qu'ils sont à contraindre comme dessus, pour payer finance dudit heritage, ou vuider leurs mains à la charge du Cens admorty.* Ex Regestis Cameræ Ratiociniorum. Rubric. *Des instructions royaux sur le faict des fiefs, Arrierefiefs, & choses nobles acquises par non nobles.* In cap. sic inscripto, *Solutions des difficultez, lesquelles depuis le sd. Ordonnances sourdirent aux Commissaires sur la maniere de l'execution d'icelles: Lesquelles ils enuoyerent pardeça, & leur fut respondu en la maniere qui s'ensuit, &c.*

Quid si Ecclesia, in Ecclesiastici Feudi finibus emerit, tenebitúrne, instante patrona Ecclesia, res in priuatorum manum deferre? Puto teneri, quia feudorum iura realia sunt magis quàm personalia, & inspicitur conditio feudi dominātis, non personæ illud possidentis.

Prior commendataire.

Commissaires des fraicfiefs & nouueaux acquests.

4. ECQVID verò si Ecclesia nec redimat, nec emat (vt prædictum est) sed pio legato capiat Ecclesiastici *Mansi* auctarium quoddam ab hærede fundatoris? Credo vtique, hoc additamentum nihilo ocyùs adstringi *Manusmortuæ* legibus, dimittíque ab Ecclesia debere, quàm primæuas seu dotales ipsius possessiones. Argum. Bartoli ad l. Iusula π. De acquir. rer. domin. Idem iuris est, si Ecclesiæ

Mansus Ecclesiæ quis, & qualis sit, ex Concilio Vormaciēsi, in Can. Sancitum 23. Quæst. 8.

transcribatur sacra res magis, aut sacris annexa, quàm profana. Exempli causa, profero Gottofredi Bulionij munificentiam eximiam in Cœnobium D. Petri, quam auitæ donationi adiecit, apud Eburones. Quanquam enim longiùs petitum id videbitur, & ab alienis externæ Gentis Institutis: rara tamen clarissimi Herois monumenta proponi, etiamdùm putaui gratum fore piis cordatísque hominibus, nec ita procul à nostro Themate discedere. Eius donationis Instrumentum tale est, *In nomine Patris, &c. Ego Dux Godefridus, legitimus successor & hæres Ducis Godefridi cognomento Barbati, filiique eius potentissimi & iustissimi Ducis Godefridi auunculi mei, repræsentans necnon beneficia quæ diuina mihi gratia donauerat, de eisdem donis suis ad augendum seruitium eius destinaui reddere aliqua: Et quia præfatus auus meus Godefridus, apud Ecclesiam B. Petri Apostolorum principis, quæ sita est ante castrum Bullonium, Religiosos fratres ex Cœnobio B. Huberti pontificis, concedente venerabili Theodorico Abbate, pro remedio animæ suæ constituerat, & eandem constitutionem suam denominatis ibidem reditibus auctoritate & priuilegio Alexandri Papæ confirmari fecerat, mihi quoque visum est iustum ex effectu diuinæ inspirationis, vt qui eram eius honoris, essem & particeps deuotionis. Hanc meam intentionem cùm retulissem matri meæ Idæ prædicti Ducis filiæ, & fratribus meis Balduino & Eustachio, eorum deinde consilio, & consensu voluntario Ecclesiam nostram nostri proprij & hæreditarij iuris de Baseio destinauimus & donauimus ad augmentum prædictæ eleemosynæ aui mei Godefridi donandam perpetualiter B. Petro & B. Huberto. Quod donum vt ratum & firmum esset, eandem matrem meam & fratres meos mecum Bulonium duxi, & in præsentia optimatum meorum & subscriptorum testium vestituram prædictæ Ecclesiæ in Baseio sine vlla calumnia & contradictione simul deposuimus super altare B. Petri, eandemque donationem ego ipse qui eram legalis Aduocatus Ecclesiæ, Abbate Theodorico. 2. ibidem præsente, iure tuendam recepi. Quod vt notum sit tam posteris quàm præsentibus, ad confirmationem huius eleemosynæ nostræ, Ida mater mea & ego & fratres mei præsentem chartam inde fieri iussimus: Imprecantes iudicium & iustitiam Omnipotentis Dei meritumque sanctorum Petri Apostoli & Huberti Confessoris ad vindictam comminationis, ne aliquis tyrannus aut peruasor iniustus, vel si quis parentelæ nostræ propinquus inde aliquam torturam aut damnum Ecclesiæ faciat, vel per suam cupiditatem & iniustitiam, vel per alterius consilium & malitiam. Quod quidem me viuente & præsente nemo auderet facere. Sed quia Hierusalem ire disposui, defensionem huius meæ Aduocationis committo in manu Omnipotentis, pro cuius amore potestatem & honorem meum relinquere deliberaui: Committo & in deffensione Ecclesiæ Leodien. quæ per diuinum Ecclesiasticam iustitiam debet tueri, committo etiam in manum venturi meo loco Ducis, quem Deus in regno suo ad defensionem sanctæ Ecclesiæ constituet. Actum publicè Bulonij, Anno dominicæ Incarnationis 1084. Indictione. 2.* Hanc nos pij muneris Chartulam comperimus nuper productam in iudicium à Gerardo *de Groisbeeck* Leodiensi Episcopo, Bulloniique Ducis titulum

Gottofredi huius Lotharingiæ Ducis, Eustachij, & Balduini fratrum Hierosolymitana expeditio sacta prædicatur à Sigeberto, in Chron. An. 1096.

Chartes de Godefroy de Bouillon bienfaicteur à l'Eglise de S. Pierre, au Liege.

Nuper Bullonium castrum, & Ducale dominium inter Leodiensem Pontif. & Regulos *de la Marck*, controuersum, diuiditur Transactione, de qua Nos supra à Hi *de la Marck* (Dn. *de Sedan*, ab an. 1468.) orti à Comitibus Arembergi, Altenæ, & Altembergi, in Vvestphalia, sibi delegêre cognomẽtum suæ Ditionis *de la Marck*, iam inde ab Errico 1. Hugonis Capeti nepote, Rege Francorum. Nec mutauere, Cliuensium instar, & Niuernen. Ducum, Cliuensis stirpis, qui, licet ex eodem cum illis genere mares, aliud sibi cognomen sumpsêre. Prædicta autem cũ Leodiensi Episcopo transactione Henrici Roberti *de la Marck*, liberum fit vtrique, Bulionen. Ducis nomen titulúmque gerere.

Vide hic de antiquis Aduocatis Ecclesiæ.

Sententia inter Leodiensem Episcopum, & Dominum

Digitized by Google

lum præferentè, contra Sedani Regulum, quem & Franci Bullonium Ducem appellant. Quùm enim iamdudum mota eſſet hinc inde finium controuerſia Baronatus *de Rocourt*, qui Sedanio Toparcæ competit, & Bulionij Ducatus, quo partim Eburonum Antiſtes potitur, allati ſunt Pariſios litis inſtructæ commentarij, curantibus vtrinque Litigatoribus: vbi noſtratium Iuriſperitorum conſilio, in quibus eramus, definita res eſt ſecundùm pontificem Leodienſem. 14. Kal. Sextiles an. 1578.

Sedani. Die 19. Iulij 1578. A qua deinde appellatũ eſt ad Germanicum Senatum Spirenſis Nemetum Cameræ. *de la Chambre imperiale de Spire.*

5. CIVILE Andium Ius (Cap. 38.) indicat ſummatim, aliud *Manusmortuæ* genus eſſe, quàm Eccleſiaſticum: Cedò, quod? Hominum ſeruilis obnoxiæque conditionis ex pactitia priuatorum Lege, non Municipali: quibus de Seruis antea tractatum eſt. Nec enim Municipalis conſtitutio aliam hîc deſignat ſpeciatim, quàm Clericorum *Manummortuam*. Quid ergo de *Feudis*, quæ ignobiles viri poſſideant? Antiquitus enim nobilium fundorum perinde incapaces fuêre plebeij Galli, ac reliquorum prædiorum, Sacerdotes: eáque pari modo emancipare nutu patroni, vel indemnem ipſum præſtare tenebantur. Vnde & Atrebatum hodie Regulus, (qui Francici Sceptri beneficiarius fuit pridem) exigere ſolet pecuniarium indemnitatis pretium ab ignobili *feudorum* emptore, quæ annos abhinc quadragenos acquiſita ſint. §. 137. & 138. Atrebaticæ Conſuet. reſtitutæ Idibus Iuniis an. 1509. auctore Karolo Auſtriaco Atrebatum Comite. Hoc ampliùs, Lotharingio More, ignobiles viri arcentur *feudorum* poſſeſſione, etiam patrimonialium: quæ ideo de manibus intra annum deponere iubentur §. 2. Tit. De *feudis*, & *franc. Alodis.* Eadem de cauſa, ſplendidis orti Natalibus in Gallia, non cogebantur olim patronum agnoſcere humilis obſcuræque ſtirpis hominem, qui Dominicum prædium coëmiſſet. Cui rei indicio eſt S. C. vetus in Parlam. octauæ Purificationis B. Mariæ An. 1265. ita conceptum, *Dominus Almaricus de Meudonno miles tenebat quoddam feudum à quodam armigero conſanguineo ſuo: Iohannes Frogerij burgenſis Pariſien. partem ipſius feodi emit ab ipſo armigero, partem aliam permutauit cum eo. Idem Iohannes petiit ab eodem Almarico, quòd veniret ad homagium ipſius de ipſo feodo, ſicut erat in homagio ipſius armigeri. Idem Almaricus nolebat eidem facere homagium, cùm ipſe eſſet miles, & idem Iohannes eſſet ruſticus, & maximè quia huiuſmodi feudum non obuenit ipſi Iohanni de hæreditate ſua, ſed illud acquiſiuit. Tandem partibus ſuper hoc placitantibus, iudicio Curiæ determinatum fuit, quòd ipſe Almericus non tenebatur facere homagium eidem Iohanni.* In Regeſto Curiæ peruetuſto. Quinetiam priſca illa ætate, ignobilis vir, qui clientelare Principis tenebat latifundium, ita diſtrictè compellebatur ipſum dimittere, ac priuati beneficiarium cuiuſuis. Vti autographo Codice veteris Campanæ Conſuet. eſt comprehenſum, in hæc verba. *Come contens fuſt entre Monſieur Iean de Ioynville dune part, qui lors eſtoit Senechaux de Champagne por le Roy, quant il eſtoit en Arragon auec ſon pere, &*

Serfs mainmortables, & hommes de corps.

In ver. *Gens d'Egliſe, ou autres gens de mainmorte.*

Arteſienſis Conſuetudo reformata auſpicijs Maximiliani Cæſ. tutoris Karoli Auſtriaci nepotis ſui qui deinde eandem reponi & corrigi iuſſit, correctamq; probauit Die 3. Mart. an. 1544.

Lotharingia Conſuet. correcta, tum probata an. 1595. & typis excuſa an. 1596.

Fol. 110. verſ.

Couſtume ancienne de Champagne, calamo exarata, regnante Philip. 3. & 4.

De causa Francicæ huius expeditionis in Aragonium Regnum, vide à Nobis scripta Lib. 3. de Doman. Franc. Tit. vlt. art. 5.

Guillaume du Chastelet d'autre part. Sus ce que li diz Senechaux disoit, que li diz Guillaume auoit à l'Afferté vne maison & autres heritages achetees en Franc fie que on tenoit du Roi, pour quoy il vouloit auoir leritage por le Roy. Li diz Guillaume defendoit, & disoit qu'il estoit bien coustume en Champagne, que Sergens puet bien tenir de fie, & puet acquerir en franc fie. Les raisons oyes, & la Coustume enquise, li Abbez de saincl Denys, qui lors gardoit France pour le Roi, & Monsieur de Neelle rapporterent par Iugement le Lundy deuant Roel l'an 83. que li diz Guillaume, ne autre Sergent ne puet acquerir en franc fie, quil ne perde largent, & leritage, se il ne laqueste par le congé du Seigneur, &c. Nunc verò Galli plebeij clientelares fundos emercantur, retinéntque liberè sparsim, vulgari nempe in commercio positos relatósque in commune ius reliquorum Galliæ patrimoniorum, recto Domino frustra obnitente. Sic apud Romanos nulla gens erat prædiorum, quùm emptionibus omnia sæpe ad alienos homines, sæpe ad infimos peruenirent. In Orat. pro Cornel. Balbo. Versa vice, nulla propemodùm nobilis beneficij dignitas exornat beneficiarum possessorem titulo nobilitatis. Idque Franci Equites præfractè poposcerunt à Rege in Blesensibus Galliarum Comitiis, ne ignobiles *Feudorum* qualiumcunque domini adscriberent se Nobilium albo, sed plebeiis Indictionibus obnoxij manerent, æríque collationi ex Regia clientum euocatione ac subeuocatione militari, quam Franci *Bannum* & *Retrobannum* appellant. artic. 41. Libelli supplicis Nobilium Francorum Principi oblati in publico Ordinum Regni Conuentu. Tertio Kalend. Februar. an. 1577.

Die 30 Ian. 1577. Nec abs re huic Operi crebrò attexui Quaternionem postulatorum à Rege per singulos Regni Status tres seorsum in vrbe Blesen. an. 1577. His enim licet figili latim responsum non sit Edicto Blesen. posteriore tamen iuuat & illa distinctè cognoscere, quòd ad rectam Politiam Réque publ. gubernandam multùm facere videantur.

EAPROPTER viri Prudentes senserunt, nullas pecunias Regio etiam fisco inferri debere à plebeiis Gallis *Feudorum* emptionibus, Dominicæ indemnitatis causa: quòd status conditióque personarum ignobilium mutata non sit acquisitione beneficiarij fundi, nec Regia plebeiarum in eas Indictionum iura imminuta. Vt Ægid. Magister tradit, Cap. 5. Tractatus *des Admortissemens*. Sed quia hic etiamdùm vsus obtinuit, vt pagani *Feudorum* possessione arceantur quadantenus (retentis priscorum Morum de *Franco feudo* vestigiis) idcirco eiusmodi homines Regi tenentur nummos dependere, vt eum curent indemnem: à reliquis deinde patronis hoc nomine liberi, vacui, & immunes. Porrò quale quantúmque indemnitatis pretium cœperint hoc casu Regij quondam officiales & coactores, patet ex antiquis monumentis Cameræ ratiociniorum Parisien., hac Epigraphe. *Instructions Royaux sur le faict des fiefs, Arrierefiefs, & choses nobles acquises par non nobles. Premierement que pour rentes & heritages, que non nobles ont acquises à quelque tiltre que ce soit és fiefs du Roy, ils payeront pour vne fois au Roy les fruicts de six annees. Item que toutes les rentes, heritages, ou possessions que non nobles ont acquises de nobles és fiefs, ou Arrierefiefs du Roy, qu'ils ont mis en franc Alleu, seront prises & appliquees au profit du Roy. Item que pour les rentes & possessions*

6.

Extant publicæ Regum Constitutiones de Francis feudis & nouis acquestis. Fráeaautem feuda dicũtur, quia libera sunt ex sui natura, nec ideò trãsitoria in rusticum possessoré & tailliabilem. Proin nouo quolibet Rege sceptra capessente, Plebeij debẽt quandam ipsi Finantiam exoluere pro tollerantia possessionis feudorum quę ijdem habẽt. Quòd autem Regia Ordinatio inscripta est etiam de nouis Acquestis, vti de Francis Feudis, hoc intelligitur de rebus soli quibusque à Manumortua acquisitis.

Digitized by Google

ſions acquiſes par non nobles és fiefs, Arriereſiefs, ou Alleux, ſoubs condition que les vendeurs les puent retraire dedens certain temps, ſera payé comme deſſus, moitié preſentement, & moitié le terme paſſé. Et ou cas que le terme dureroit plus de cinq annees, on payera tout preſentement. Item que pour leſdites choſes acquiſes par non Nobles, ſauf & reſerué aux vendeurs les vſufruicts deſdites choſes nobles venduës à certain temps, ou à vie, payeront comme deſſus. Item que pour les rentes, poſſeßions, franchiſes, & libertez que les Conſulz, ou la Communauté d'vne ville auront acquiſes pour la Communauté és fiefs, ou Arriereſiefs, ou Alleu du Roy, payeront finance de huict annees. Item que pour les rentes, ou poſſeßions, que non Nobles prennent de Nobles, és fiefs, Arriereſiefs, ou Alleux du Roy à cap, ou à cens, ou annuelle penſion, en baillant argent pour l'entree, comme deſſus payeront. Item & eſt à ſçauoir, que de rentes acquiſes par la maniere deſſuſdite, leſquelles ſont en vin ou en grain, len ne payera mie le plus haut pris ne le petit, mais le commun que peut valoir, en regardant à vne commune annee de ſept annees precedens. Item pour les rentes & poſſeßions que non Nobles auront acquiſes és fiefs, ou Arriereſiefs du Roy, ou Alleux, & depuis ladite acquiſition faicte ledit non Noble ſera faict Cheualier, ou Anobli, il payera comme deſſus. Item que les Anoblis puis quarante ans payeront bonnes finances ſelon leurs facultez, tant pour leur Nobleſſe que pour les achapts qu'ils auront faicts auant leurdite Nobleſſe, s'ils ne monſtrent qu'ils ayent payé telle finance, ou qu'ils ayent lettres de franchiſe du Roy paſſees & expediees comme il appartient. Item & ſemblablement payeront bonne finance les Legitimez pour leur legitimation ſelon leurs facultez & puiſſances, s'ils ne monſtrent que autresfois ils l'ayent payee. Item que les finances deſſuſdites, ſe payeront & leueront par tout le Royaume pour tous les acqueſts faicts par la maniere deſſuſdite. Item ſe aucuns hommes de condition d'aucuns Seigneurs Religieux, Nobles, ou autres ſe ſont rachetez de leurſdits Seigneurs, & non du Roy, tels hommes ou femmes ſont & demeurent enuers le Roy de telle condition, comme ils eſtoient enuers leurs Seigneurs, iuſques à ce qu'ils ſe ſoient rachetez du Roy. Item ſe vn Noble a acquis fiefs d'vn autre non Noble, & n'appert point que le premier non Noble ait payé finance, le non Noble poſſeſſeur payera finance ſeulement. Item les enfans d'vn non Noble, & de femme Noble, qui ont faict pluſieurs acqueſts en fiefs Nobles, le pere mort, payeront finance deſdits Acqueſts pour leur quotte & portion. Item ſe vn Noble marie ſa fille à vn non Noble, & luy donne en mariage fiefs & Alleux, ledit non Noble apres ce qu'il aura tenu leſdits fiefs par an & iour, ſera tenu payer finance. Item ſe vn non Noble achete d'vn Noble rente à vie, ſoit grain, ou en argent à prendre ſur les fiefs Nobles, ne doit pour ce eſtre leuee finance. Item ſe non Nobles apres les criz & denonciations à eux faicles d'apporter par declaration ce qu'ils tiennent en fiefs, vendent leurſdites acquiſitions Nobles, auant que aucune compoſition en ſoit faicte auec eux, ne doiuent finance. Item Licentiez en droict Canon ou Ciuil, ne puent tenir, ou acquerir à cauſe de leurs degrez, fiefs & Alleux ſans eſtre traictiez à finance, ains payeront finance. Item s'aucuns autres qui ſont du Conſeil du Roy, ou des Pers de France, acquierent fiefs &

Alleux, payeront Finance. Item pour sçauoir iusques à quel nombre de Seigneurs entremoiens entre le Roy & les vendeurs, ou alieneurs de fiefs Nobles, le Roy prendra Finances iusques au tiers Seigneur inclut. Item se aucuns non Nobles ont autresfois payé finance, passé sont quarante ans ou enuiron, le premier payement ne les a point anobliz, ne ne font les autres ensuiuans. Et ne payent ladite finance que pour la tolerance de tenir lesdits fiefs Nobles, & payeront finance de quarante ans à quarante ans. Item se trouuez sont plusieurs possesseurs d'heritages ou fons du Roy, dont és temps passez n'ayent payez aucun Cens, on imposera Cens sur lesdits heritages que lon payera au Roy, eu regard aux prochaines terres payans Censiue: veu que on ne puet tenir terres sans Seigneur.

Dissommagement du seigneur feodal, par les gens de mainmorte acquereurs.

VENIO rursus ad Dominicam superioris fundi indemnitatem, 7.
quæ à *Manumortua* debetur ex comparatione inferiorum prædiorum. Qua in re scio agitatum, soluendænè Indemnitatis onere liberetur *Manusmortua*, oblato ab ea patronis homine, qui legitima clientelæ munia exequi paratus sit. Credas forsitan, rectum dominum alterutro contentum esse debere, vel indemnitatis oblatione, vel clientis beneficiarij, vtrumvis *Manusmortua* optauerit. Ita enim Curiam iudicasse ferunt Idibus Sextilibus 1530. & an. 1552. clericos scilicet, *Manúsve mortuas* quasque vtriusuis præstatione erga patronum cumulatè defungi. Quibus tamen, econtrà, opponetur, indemnitatis sponsorem adstringi non futuro tantùm sarciendo damno, sed & lucro cessanti restituendo. l. apud Iulianum D. ad S. C. Trebel. Temporario quidem dato cliente, indemnem seruari patronum, quoad Redemptionalia attinet, commissoriámque *feudi* legem: Quippe quùm patrono cliens porrigi soleat viuus, morti, & commissoriæ *feudi* pœnæ obnoxius. Sed interea depereunt alia Iustæ beneficiaria, vtpote quintus & subquintus pretij numus, aut Dominica redemptio clientelaris agri diuenditi. Itaque patronalis indemnitatis æstimationem auget ratio amissi beneficiarij commodi ex prohibita rerum alienatione, statim ac emptionibus, alióve pacto ad Collegia peruenerint, quæ sacerdotio religioníque Numinis vacent. Concedamus enim, prædia non eo animo acquiri etiam à profanis, vt ea distrahant: nec spectandum videri tristem profusionis bonorum euentum. Argum. Pauli I. C. l. inter stipulantem §. sacram De verb. oblig. At certè in æstimationem deducuntur aduentitij fructus eiusmodi, seu laudimia, Dominicæque *feudi* obuentiones: sancitæ videlicet Iure Gentium Francicarum, aut Francici cuiusuis Municipij quod Moribus vtatur. Ob idque à longo iam æuo tractatum fuit in præscribendis à Karolo 4. legibus *des Francfiefs, & nouueaux Acquests*, an *Manusmortua*, quæ vasallum patrono submini-straret, viuum, mortalem, commissoriæque *feudi* perfidiæ expositum, vllas præterea exoluere deberet illi pecunias Indemnitatis nomine. De eo tandem, ab Aulæ Iurisperitis responsum, *Manusmortuas*, licet tradito cliente beneficiario, indemnitatem patronis teneri præstare.

Bailler hommes viuans, mourans, & confisçans.

Die 15. Augusti 1530.

Redemptionalia, releuia seu rachatus patrono debiti certis casibus, mutato feudi possessore. Vulgò citatur *l'Arrest de Copus*, qui quum esset canonicus Ædis Cleriaci Aureliorum Pagi, datus est à Sodalitio canonicorũ patrono cuidam *pour homme viuant mourãt & confisçant.* Sed eo postea Genuam secedente, quum feudi confiscatio peteretur aduersus Ecclesiam, iudicatum est circa annum 1542. ob priuati delictum minimè feudum confiscari aut reuniri, ideoque Ecclesiam teneri quidem offerre patrono *homme viuant & mourant*, sed non *confisçant.*

Ægid. Magister in suis Decision. existimat alterutrum modò à Manumortua tribuendũ, vel clientem vel indemnitatem Cap. 6. Tract. *des admortissemens.*

Digitized by Google

præstare. Verùm haud ita dudùm similem controuersiam PATRES reuocarunt ad deliberationem pleniorem: Dominica interim manu sublata, quam Nicolaus *de Plancy* inferioribus Monachorum fũdis iniecerat. Decreto. 7. Iduum Februar. Ann. 1554. Mesnilio, cœnobitarum: Versorio, patroni: & Riantio, Fisci causam agentibus. Nec absimilem fori quæstionem Senatus rursum consilio maturiori commisit, in publica disceptatione causarum. Postridie Kalend. Quintiles An. 1579. ex facti specie tali. Meuius legauit fundos aliquot Xenodochio D. Nicolai Monstrolienſ. Postea, flagitante patrono Dn. *de Montcaurel*, regius Bononiæ Belgicæ proprætor iussit; Hospitalis ædis curatores emancipare rem legatam, quæ in Bononiensi territorio illo constituta erat: nisi mallet patronus, ab his suscipere Vicarium clientem fato obnoxium, cum sua pariter Indemnitate. Ab hac verò Sententia prouocant in Curiam Hospitij sacri Administratores, quòd Bolonienſium Consuetudine, *Manusmortua*, debeat patrono duntaxat hominem viuum & mortalem offerre nullo simul adiecto onere indemnitatis patrono dandæ, neque huic optione permissa cogendæ *Manusmortuæ*, vt fundo decederet. Ad ea autem, dicente patrono, Bolonienſes Leges, quæ de cliente sibi offerendo cauerint, intellexisse solùm de fundis antiquitus sacratis Ecclesiæ concessu Dominorum profanorum, seu morticinij iure donatis, non de nouo legato, vel recèns parto Ecclesiæ latifundio, Senatus censuit ampliùs deliberandum: testatoris interea hæredibus damnatis, causæ defensionem pro legatariis Pauperibus subire, ac omninò rem legatam luere ab ipso patrono. Quanta certè Legumvenia gratiáque dignum sit Prochotrophium, subindicat Yuo Carnutum Præsul, Epist. 214. de Castrodunensi Nosocomio, ægrorumvè inopum domicilio: Quod sanctum inuiolabiléque, ceu Templa, definit. Talia etiam Hospitalis pietatis diuersoria, Priuilegiis cumulata à Principe, ostendimus §. ad §. 37. Andeg. Consuet. Imò & patrimoniali in Ecclesias munere ac onere soluta isthæc, professus est Bonifacius. 8. Pontifex, Cap. vn. De decim. In Extrauag. commun. §. de reditibus Leprosariarum, domorum Dei, & Hospitalium pauperum, &c.

Placitum Curiæ die 7. Febr. 1554. inter Priorem & Religiosos Prioratus S. Nicolai *Dary*, iuxta Syluanectum, appellantes à Præposito Parisien. & Nicolaum *de Plancy* dominum directum, litigantes.

Arestum Die. 2. Iulii. an. 1579. super gemino dubio, an Dominus possit vtrumque exigere à Manumortua, oblationem vasalli & indemnitatem. Item num Consuetudo loci quæ Manummortuam obligat dando vasallo, tacitè eam liberet ab indemnitate patrono soluenda. *Cest apponté au Conseil touchant l'Hostel-Dieu de Monstreul, & esté iugé par Arrest solennel de Noel 1581. par moy cotté.* Lib. 1. Doman. Franc. Tit. de Manumortua. Art. 11. in fin.

Aumosnerie, & Hostel Dieu.

Yuo Carnutensis.

L'Hospital de Chastenay dan.

8. PLANE vsu receptum est apud Andes, vtrúmque à *Manumortua* exigere Dominum posse, vt indemnem se pariter, & sibi clientem præbeat beneficiaria munia obiturum. Quod satis elicitur ex §. 110. 111. 112. Andeg. Consuet. vnà cum §. 37. & 38. Idémque Petr. Lizetus Curiæ nostræ Præses summus intexuit patriæ Biturigum Legi, quam Regiis auspiciis restituebat An. 1539. §. 53. Tit. De Feud. Alterutrum vtique recto Domino petere licitum est, vt *Manusmortua* vel prædium dimittat, vel indemnitatem soluat. Sed Dominica indemnitatis exactio capacem profanarum possessionum efficit *Manumortuam*, non verò clientelaribus immunem officiis. Vnde nec absurdum est, *Manumortuam*, indemnitate pensa, Domino

Phil. Pulchri Charta regia, Mens. April. 1309. donantur Hospitalibus Castro propinquis, in quo Rex diuersatus sit, omnia stramina & paleæ, quæ regij diuersorij causa in Castrum allatæ sint.

Art. 53. *Le Seigneur feodal peut contraindre gens d'Eglise &c. Et lesd. an & iour passez, les peuuent aussi contraindre à en vuyder leurs mains, ou bailler homme viuãt & mourant, & payer l'indemnité, au choix desd. Ecclesiastiques.*

Digitized by Google

Ecclesia potest iure Feudi Ecclesiam empticem fundi seruientis cogere ad dandum hominem viuum, & mortalem.

etiam clientulum porrigere beneficiario functurum obsequio. Quam in sententiam adnotauimus quoque nonnulla. Lib. 3. SACRÆ POLITIÆ FORENS. Tametsi S.C. veteri alterutrum duntaxat onus tulerit Ecclesia vel indemnitatis, vel *vasalli* dandi: vt illîc monuimus. Agedùm, quid si emortui iure mancipi donata sit pridem Ecclesia, *Feudariæq;* indemnitati ab ea præscriptum 30. annis, vti & beneficiariis iuribus reliquis pro Andium More? Quæso, Dominúsne loci Iuridicus illam rectè vrserit ad professionem bonorum suorum edundam in censualibus Monumentis: Domino istîc opponetur sacrorum fundorum immunitas, qui semel DEO dicati, post tot iam annos, priuatorum imperium dominatúmque non agnorint superiorem, patronalem. Sed hæc diluens Dominus Territorij, sua referre maximè defendit, omnes sigillatim agros nosse, qui intra sublimis Iurisdictionis suæ fines situm habeant: Nimirúvel ob confiscationis eorum cõmodum, quod alto Iuridico olim fortè obueniret, vel vt, si denuò *Manusmortua* fundos alios vectigales obnoxiósque acquireret eodem in Territorio, hos ab illis dignosceret faciliùs, nec confusis amborum reditibus ac possessionibus annua sua vectigalia extingui interciderèque pateretur. Quare huiusmodi bonorum possessores iudicio damnati sunt, eadem solemnibus Instrumentis Chartulísque Dominicis inscribere. Decreto Curiæ, secundùm Gabrielem Vallensem, dominum iustæ plenæque Iurisdictionis, contra Lutetianos publici Musæi Scholasticos, ab Cardinale monacho nuncupati. Plura in hanc partem ex Francica ciuili Philosophia nunc depromerem, sed quia in peculiaris modò interpretatione Consuetud. elaboramus isto Opere, satis sit in præsens, nostris Andium Municipibus digito velut indicasse, quæ ad imam Iurisdictionem Dominorum patronorúmque pertineant, hoc patriæ Legis Tit. De infimis Iuridicis. Superioris enim potestatis Iuridicæ munia exequemur postea suo loco: ac summam deinceps *Feudistici* Iuris Andegaui, cui à Nobis idcirco seorsum destinatur Liber. 2. *Consuetudinariæ* huius tractationis. Quanquam enim totus iste De minimis Iuridicis Titulus, in quo versamur, *feudariam* respicit Iurisdictionem pene solam, *Feudaliúmque* iurium & commodorum vindicem: Ita tamen fert ordo descriptæ Andium Consuet. vt Dominicarum Iurisdictionum gradus ac munera seriatim, tum *Feudalia* scita & axiomata suis vicissim Titulis digesta sint à nostratium Legum Duumviris emendatoribus.

Tit. 1. Art. 9.

Censualia monumenta, *le Terrier, ou Cartulaire des censues & terres subiectes.*

Arestum Curiæ pro nobili Dn. *de la Vallée*, Septemb. luce 7. an. 1560. ex Baronia *Du Plessis aux Tournelles appartenant à sa femme, Contre le College du Cardinal le Moine à Paris.*

A ceprope Faber in 5. quædam actiones vers. sed potest quæri Instit de Action. An qui habet Iurisdictionem & imperiũ in certis villis possit confinare territoria inuisis dominis fundorum. Ita ratione Iuris superioris quod habet. Ex l. pupillus §. territorium De verb. signif. & l. quidem Yberus 5. fin. ff. De seruit. vrban. præd.

QVÆ igitur de ima Iurisdictione supersunt dicenda, in Librum 9.
de *Feudis* secundum, consultò reijcimus: ne quis nimiùm adstricta hac & compendiaria offendatur prioris explicatione Argumenti. Fortassis etiam, in ea temporis intercapedine, occurrent alia ex Vsu forensi rerum magistro, quæ Nobis largiorem scribendi materiem suppeditent. Sic pragmatici senes Foróque diutius instructi,

Plura olim præcepta dabant, velut ille carinæ

Longæuus

Digitized by Google

Longæuus rector, variis quem sæpè procellis
Explorant hyemes, ponto iam fessus & annis
Æquoreas alni nato commendat habenas,
Et casus artésque docet, quo dextra regatur
Sydere, quo fluctus possint moderamine falli:
Quæ nota nimborum, quæ fraus infida sereni,
Quid Sol occiduus prodat, quo saucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.

Ex Claudiani Panegyrico in 4. Consulatum Honorij.

SVMMA RERVM SEQVENTI TIT. 2. SPARSIM TRACTATARVM.

1. *Mixti Imperij Roman. distinctio à media Iurisdict. Francica.*
2. *Medio* Iustitiario *competit capitalis Furum condemnatio.*
3. *An Furcarum erectio, sit vsquequaque signum altæ* Iustitiæ.
4. *Eas collapsas quando reponere liceat absque Regio permissu.*
5. *Quanta sit medij Iuridici potestas in capitali noxa, pro vario More Municipiorum.*
6. *Mediónе* Iustitiario *ius sit, criminosos relegare.*
7. *Quot criminum genera sublimi Iuridico communiter ab antiquo reseruata.*
8. *Mediæ, &* Altæ Iustitiæ *discrimen in capitali reorum executione.*
9. *Ciuilium causarum species ad medium* Iustitiarium *pertinentes.*
10. *An Inuentarij confectio spectet ad medium* Iustitiarium, *& quibus casibus requiratur.*
11. *De Mensuris à medio* Iustitiario *inter subditos præscribendis.*
12. *Mensuras falsantium pœnæ.*
13. *Medij* Iustitiarij *est, Tutorum datio, Curatorũ, & Procuratorum.*
14. *Vacantia mobilia Medeio, immobilia Alto Iuridico regulariter acquiruntur.*
15. Bastardi *res mobiles*, Albanive *morientis deferuntur medio* Iustitiario.
16. *Immobiles autem Infimo seu* feudario *Iuridico, cuius in* feudo *sitæ sunt.*
17. *Nothis, Peregrinisque succedendi ius non est vbique merè Regium.*
18. *Nũm Fiscus subintrans locum peregrini hæredis incapacis excludat regnicolam agnatum illo remotiorem.*
19. *Liberi Nothorum, & Aduenarum Fisco præferendi.*
20. *Naturalis filius, vt alius quisque, legatorum omnium (nedùm alimentorum) capax paterna dispositione.*

Digitized by Google

TITVLVS. II.

DE MEDIA IVRISDICTIONE, SEV συνάνυμῶς MAGNA VOYERIA, ET IVSTITIA SANGVINIS.

Demoyenne Iuſtice, laquelle moyenne Iuſtice, grand Voyerie, & Iuſtice à ſang, eſt tout vn.

Cap. 39.

Moyen Iuſticier, Second Iuſticier:

Le moyen Iuſticier peut auoir Gibet à 2. pilliers, à liens au deſſus & au deſſoubs par dedans & non par dehors, & cognoiſt oultre les cas deſſuſd. des ſimples Homicides ſans guet à pens, & des cas qui en dependent, ceux qui ont arraché ou emblé Bornes. Et a la cognoiſſance des Actions perſonnelles. Oultre cognoiſt entre ſes ſubiects de toutes ſimples Demandes ciuiles, ſoient réelles ou perſonnelles: & peut cognoiſtre des Incidens comme deſſus.

Hoc Tit. & duobus ſequen. cõnumerantur Iura quæ ad maiores Iuridicos pertinent, præcipuéque ad medium & altum (vt aiunt) Iuſtitiarum. Ex quibus conſtat, quàm longè fallantur ij qui altam Iuſtitiam cum mero Imperio, mediámque cum mixto, & Baſſam cum Iuriſdictione ſimplici conferunt.

Moyenne Iuſtice, Puiſſance ſeconde.

MEDIÆ IVRISDICTIONIS DOMINO LICITVM EST, BIFVRCAM HABERE CRVCEM AD SONTES PVNIENDOS, CVIVS PILÆ LIGNEÆ SVPRA ET INFRA COLLIGATÆ SINT INTERIVS, NON EXTERIVS. IS PRÆTER CAVSARVM GENERA, QVÆ MINIMO IVRIDICO ATTRIBVTA SVNT, COGNOSCIT DE SIMPLICI NEC INSIDIOSA CÆDE, EIVSQVE APPENDICIBVS: ITEM IVS DICIT DE TERMINO MOTO, VEL SVRREPTO: TVM DE ACTIONIBVS IN PERSONAM CONCEPTIS. HOC AMPLIVS, SVBDITORVM INTER IPSOS PRIVATAS DIIVDICAT PETITIONES CIVILESQVE CONTROVERSIAS, SIVE IN REM, SIVE IN PERSONAM ACTVM SIT: DE INCIDENTIBVS QVOQVE IN LITEM SVMMAM QVÆSTIVNCVLIS NOTIONEM INTERPONIT, VT SVPRA DICTVM EST. 1.

IVRE Quiritum, modica coërctio inerat Iuriſdictioni, pro faciliore cauſarum, Iuridicæque exercitio prærogatiuæ. Talem coërcitionem Mixti eſſe Imperij, quod Iuriſdictioni ſeruit, elicimus ex Vlpiani Lib. ſingulari De officio quæſtoris l. Imperium De Iuriſd. omn.

Digitized by Google

omn. iud. Quin mixtum hoc Imperium ſeu modica caſtigatio omnibus competebat, qui ciuilium cauſarum haberent cognitionem. Mandata enim Iuriſdictione, hoc eſt, pecuniariæ litis notione, trãſit imperium quod non eſt merum Lege Romana, i. Imperiũ mixtum: quia ſine exigua quadam animaduerſione Iuriſdictio non poterat commodè exerceri. Vt §. Tit. 1. oſtendimus. At nos in Gallia nominibus aliis nec eodem ſenſu appellamus ferè vbique Iuris dicundi poteſtatem. Quippe quam diuidere ſoleamus in Summam, Mediam, & Infimam. Illa communiter dicitur Ius Gladij, ſeu criminosè motis in cauſis iudicandi auctoritas. Vnde lictores & carnifices, qui reorum ſuſpendio fuſtigationíve addicti ſunt, vocantur *Altæ Iuſtitiæ executores* Regiis conſtitutionibus, nedum ſermone populari. Mediam verò, & Minimam putat Longouallius ad eum pertinere, qui ciuiliũ negotiorum Iudex ſit ac diſceptator. In repet. d. l. Imperium. Ac in Iuridicialibus præſertim Galliæ prouinciolis, cauſæ ſanguinis adſcribuntur Sublimi illi ſolùm iuriſdictioni. Ex Gratianopolitana Franciſc. Marci Deciſione. 189. Parte. 2. Oldradi Reſponſo. 6. Ioh. Andr. in addit. ad Specul. in Rubr. De execut. ſanguin. Alibi porrò capitalibus iudiciis præeſſe etiam medium Iuridicum, arguit conſentiens Gallorum multorum mos, ſpeciatímque Andegauorum. §. 39. Nam ita graphicè delineat Ioh. Butelerius Mediam Iuris dicundi poteſtatem, in *Summa Rurali, Les Couſtumiers appellent en aucuns lieux les Viſcontiers moyenne Iuſtice, c'eſt aſſauoir tenir ſous hault Iuſticier: Et n'a Iuſtice que de cognoiſtre du ſang, de 60. ſolz damende, à la plus grande amende que leuer en peut, & le larron peut pendre aux Fourches de deux lez tant ſeulement. Item, ſelon l'opinion d'aucuns Couſtumiers, Viſcontiers ne peuuent ne doiuent leuer fourches de Iuſtice, ſe le cas ne luy aduient, & que le cas de larrecin eſchiee en ſa terre iugie preſentement. Et doyuent eſtre les fourches attachees en terre & ſans pochars dehors œuure. Et ſi elles cheoient par aucune auenture, ſi ne les pourroit-il faire releuer, ſe ainſi n'eſtoit que il euſt nouueau larron à faire pendre. Mais ſelon la Couſtume des Vermandois, il peut faire ſi forte Iuſtice, qu'il luy plaiſt & quant il luy plaiſt.* Tit. *des Viſcontiers.*

Cap. 1. Art. 1.

Iuſtice des forfaits, Iuſtitia ſanguinis, Iuſtitia latronis veteribus dicta. Quòd ſi nobile cuiquam latifundium detur, excepta Iuſtitia latronis, videtur hunc omnia alti Iuridici munia obire poſſe dempto in latrones iudicio ac ſupplicio. Arbitror tamè, ſola hac exceptione quaſi maioris ſigni, & officij Altæ Iuriſdictionis, totam eiuſmodi Iuriſdict. reſeruatam donatori. Quùm à digniori parte denominatio totius ſubintelligatur, nec duo ſublimes ſimul Iuridici facilè præſumantur.

NON eſt igitur perpetuò verum quod tradit Oldradus, Furcarum erectionem, ſymbolum eſſe pleniſſimæ Iuriſdictionis, eáque merum Imperium neceſſariò ſignificari, Conſil. 6. Quod & Baldo viſum eſt, ad Cap. In geneſi De elect. tum Iuris Reſponſo. 426. & in l. A procuratore Cod. Mandati. Capitalis tamen eſt Furcarum pœna, quùm ea pendentibus, ſoleat vita laqueo eripi. Vt Salluſtius in bello Catilinario refert de coniuratis, qui Ciceronis ſuaſu ſtrangulati ſunt in carcere Tulliano. Ne Amanum illum ex ſacris Bibliis commemorem, qui vitam ſuſpendio è cruce finiuit, quam Mardocheo parauerat. Heſter. 7. & 8. Cap. Seruile autem erat hoc apud Ethnicos ſeruíſque deſtinatum ſupplicium. Romæ enim quidam paterfamil. ſeruum, quem verberibus mulctarat, per Circum

Hæc ſunt quæ patrius Mos vocat, *Les Mercs des Iuſtices* In Procem. Conſuet.

Vol. 1. Conſ. Bald.

Erectio Furcarum Iure communi deſignat Imperium, eiuſque quaſi poſſeſſionem & vſum. Bart. in Tit. Quid ſit inueſtit. In prin. ſuper Ver. quolibet.

Digitized by Google

Flaminium sub furca ad supplicium egit. Auctore Valer. Max. Lib. 1. Tit. De somniis. Tali Furca famosi latrones figebantur. Calistrato teste, Lib. 6. de cognitionibus. l. capitalium §. vlt. De pœn. Et Paulo, Recept. senten. Lib. 5. l. si quis aliquid Eod. tit. Ver. furca suspenduntur. Hodie pariter cernimus, Furcarum supplicium irrogari plebeiis vsquequaque ac infimæ sortis hominibus: capitis verò amputationem, nobilibus viris, qui illas viles pœnas minimè luant. Inquit Bartolus ex More communi, ad cit. l. Capitalium.

Baldus in Consil. 358. Volum. 3. Si alia qua illa est funditus destructa, & in eius territorio ciuitas erexit furcas quæsterunt. per 30 annos si postea reparatur ea villa, potest vti iure suo.

Qvòd si patibulares Furcæ corruerint seu casu seu vetustate, 3. cedo, nûm mediæ Iurisdictionis Dominus eas licitè reponat absque Regio permissu? Senonum Leges, ac Burgundionum sinunt, patibuli columnas à Domino refigi ac restitui, venia à Principe non postulata: dummodò opus fiat intra annum & diem euersionis ruinæque Furcarum. Senonen. Consuet. §. 3. Burgundi Ducatus, §. 8. & Comitatus Artic. 55. Quèis consentaneus est Nouioduni ad Ligerim Mos Prouincialis, Cap. 11. & Tricassium. 123. Quia autem nil de eo perspicuè cautum fuit ciuili Andium Iure, videtur necessarium fore ad Furcarum instaurationem Diplomatis suffragium. Locus enim, in quo semel erectæ sunt Furcæ, publicus iam inde factus est. Bartol. ad l. si propiùs §. 1. ff. De mort. inferen. Petr. Bellug. in Speculo Princip. Tit. de Iurisdict. & vtroque Imper. Num. 37. ac Boërius nûcupatim, Decis. Burdigalen. 212. Num. 24. Atqui publico in loco posita nihilô magis licet reficere, quàm struere noua, absque Principali rescripto. Vt vult Vipianus l. 2. §. si quis id quod in publico loco positum habuit, reficere voluit, huic Interdicto locum esse Aristo ait, ad prohibendum eum reficere. Ne quid in loc. pub. Tamen Francico vsu receptum est, iuridicum dominum collapsas Furcarum pilas attolere denuò posse intra modicum tempus, insalutato Principe & inconsulto. Quemadmodùm Gallici produnt Iurisprudentes antiqui, in Libro practico, cuius scriptura est hæc, *Nota que si les Fourches d'vn haut Iusticier ou Moyen sont cheutes, il ne les peut faire releuer sans le cogé de son Souuerain, auquel il doit monstrer tous les vieilz repaires. Ce qui s'entend toutesfois, s'il ne les refaisoit dedans l'an & iour, apres ce qu'elles seroient cheues, ou s'il n'y a cas present, auquel cas il les peut refaire sans congé. Et si les Fourches sont à deux piliers de bois, l'on les peut bien faire de pierres. Mais à supposer qu'elles soient à 2. pilliers, soit de pierre ou de bois, il ne les pourroit faire à trois, ne muer d'vn lieu en autre, sans auoir congé & licence du Roy.* In Codice manu exarato, cui titulus est, *Pour monstrer & apprendre à vn chascun, quel ordre de plaider est en Cour laye.* Ast si dominus Iurisdictionis Furcas solo affixas minimè habere consuêrit antiquitus, sed pro rei necessitate emergenteque casu nouum subinde patibulum erigere ad exequendas capitales Sententias, tunc suo iure sursum tollet Furcam patibularem ad fontes puniendos, citra Codicillarem Principis veniam. Sicuti olim decretum fuit in Parlam. octauæ Purificationis B. Virginis

Hæc est Burgundiæ Consuet. vetus, cui noua, non nisi quoad certa capita, repugnat. Emendata nempe est an. 1570. Sed obstante intercessione Plebeii ordinis Ducatus Burgundiæ *elle ne fut arrestée finalement & enregistrée pour loy au Parlemẽt de Dijon que le 15. Decemb. 1575.*

Arestum vetus in Parlamento Candelosæ an. 1264.

his mattis, an. 1264. secundùm dominam *de Belleuille*, cui, ne in suo Territorio crucem patibularem sursum efferret, obstiterat Præfectus Vrb. Parisien. Nam (Francicæ Curiæ verbis) *determinatum fuit, quòd ipsa Domina poterat leuare & facere Furcas pro latrone suo suspendendo, quoties casus se offerret: & fuit iniunctum Præposito, quòd ipsi Domicellæ traderet saisinam Furcarum, vt melius liqueret de iure ipsius.* In veteri Regesto Curiæ Fol. 142.

4. INTEREA dum euersæ iacent Furcarum pilæ, exequetúrne medius Iuridicus capitalem Sententiam, & quonam pacto? Compluribus placuit, suspendium ex arbore quaque obuia decerni ab alio non posse, quàm à Regio magistratu. Cuiusmodi ex opinione, pronuntiatum in Foro refert Chassenæus contra Magnatum Iudices, qui damnatos de infœlici arbore suspendi iusserant. In § 8. Burgund. Consuet. Sed minori Iuridico hac in parte consultum est, vt vel locum mutuetur à vicini Domino territorij, in quo, Iudicatum perducat ad exitum, vel alia quàm Furcarum pœna sontes afficiat: capitis scilicet amputatione, submersione reorum, vel igneo supplicio. Quibus de omnibus eundem contule Chassenæú, vbi 3. Andegaui tamen Pragmatici veteres tradiderũt, Mediorũ Viatorum Iudicibus non suppetere cremandorũ corporũ pœnæ genus infligendũ, sed Domino tantùm sublimis Iurisdictionis. Illorum enim manuscripto Codice ita fertur, *Celuy qui n'a que simple Voyerie, qui est Justice moyenne, peut bien enfoüir, mais il ne peut pas ardoir: & le haut Iusticier peut bien ardoir.* Imò & in variis Galliæ regionibus medij Iuridici habent solùm executionem dictæ, non ius dicendæ Sententiæ capitalis. Tales in Andibus extitisse nonnullos priscis iam seculis, probat antiquus nostratium Morum scriptor Ligerius, hac ciuili Regula, *Tous Gentils-hommes, qui ont Voyerie en leurs terres, peuuent bien prendre Larrons de leurs meffaiz: Mais en aucunes Chastellenies l'en les maine à iuger à leur Seigneur: Et quant le Seigneur les a iugiez, il les en mainent, & en font leur Iustice, & ont leurs Mesures, &c.* Qualia Dominorum peculiaria iura non sustulit Lex Municipalis posteriùs emendata, quùm prærogatiuæ istæ priuatis legibus beneficiariis fulciantur diuturnáque eiusmodi possessione Iurisdictionum. Sed explora obiter, ad vtrumuis Iuridicum capitalis sententiæ executio, ad eundem Furcarum signum pertinere. Bald. in Cap. 1. Quid sit inuest. Ver. quolibet In Feud. Cui enim signata res, eidem signum competit. Oldradus, Iuris Respons. 6. Chassen. ad §. 8. Burgund. Consuet. Argum. l. Stigmata Cod. de Fabricens. l. sed si accepto ff. de Iur. fisc.

Num. 12.

Ver. *congé & licence.*

Simple Voierie, (ait vetus Andeg. Lego cõcinnator) *n'est pas à dire Voierie basse, ainsoys dy de haute Voyerie, qui porte ód. folz en Anjou, & au Maine 6. liures.* Sed ibi dicitur simplex Voyeria, ad differẽtiam magnæ & altæ Iusticiæ.

In ver. *le Seigneur de la haute Justice.*

5. EX his probabile videtur, mediæ Iurisdictionis dominum, cui liceat criminosos trahere ad scalas Gemonias, plecteréque vltimo Furcarum supplicio, relegare posse multo magis, suóque iis Territorio interdicere quantulocunque. Dubitandi causam adferebat prisca Francorum Consuetudo penè omnium, quæ minoribus

Exilij quidem indictio & deportationis videtur ipsi Principi olim reseruata. Bald. in l. Imperium. ff. De Iurisd. omn. iud. per l. illicitas §.

Digitized by Google

qui vniuersas. 7. De off. præf. Sed aliud in banno vel relegatione, quæ à deportatione multùm differt. Bal. in l. 1. C. de hæred. instit. l. relegatorum. 2. De interd. & releg. Glo. in §. 1. Instit. De patr. potest.

Iuridicis negarit exilij indicendi potestatem seu deportationis. Sic enim vetusto Gallici Fori axiomate cauetur, *Nus vauaseurs ne puet fere Forban, ne ne puet faire faire foriurer à home en sa Chastelerie sans lasentement au Baron, en cui Chastellerie il sera. Et se il le fet, il emperdera la Iustice. Car la Iustice n'est mie au Vauaseur.* Ex Practicorum idiographo Exemplari vetere, cui Titulus præscribitur, *Ci commencent il eStatu dou Royaume de France* Cap. *De Iustice de Vauaseur.* Sed inibi Iuridicus inferior habebat duntaxat ius modicæ coërcitionis Lege patria: Quantulú forsan medius Iuridicus in Pôtiuési Comitatu, qui de sanguine furtóque cognoscit, vt reos potiùs leuiter puniat, quàm tollat è viuis. §. 82. Pontiuen. Consuet. Vnde & prisco Andium Ritu patrio *forbanir n'est pas Iustice Vauasseur*, qui interpretatur Medius Iuridicus, in antiquissimo Lib. *Consuetudinario* Andegauen. Idem olim Masuerius sensit omninò, in §. Alta iustitia Tit. De Feudis & eorum Iurisdict. in Verb. *bannire*. Post Baldum & Angel. in l. Nulli Cod. De senten. & interloc. Qui innuunt, relegandi ius solis competere mero Imperio præditis. Eodem quoque referri dixeris Articulum. 48. Andeg. Leg. At cuicunque postea medio Iuridico data sit Moribus capitalis noxæ animaduersio, parricidij putà, cum erectione crucis patibularis, huic etiam tacitè concessa videtur reorum proscriptio relegatióque (prout admissum suggeret) extra fines mediæ suæ Iurisdictionis. Vt limitat Baldus vbi suprà. Duminodò iis tantùm maleficiis irroget ille exilij pœnam, de quibus cognoscendi ei potestas fit Municipali Constitutione. Iuxta Artic. 39. Andeg. leg. Huc alludit Fabri opinio (ad §. 1. Instituit. Quib. mod. ius patr. potest. fol.) ita dicentis, credo, quòd minores Iustitiarij, qui non habent altam Iustitiam, possunt bannire & relegare, & ita seruatur de facto: quia Relegatio non est de mero Imperio, nec continet membri abscissionem. Nil diuersum opinatur Dionys. Pontanus, in Blesens. Consuet. Tit. 3. Artic. 17. Pontificij verò Iudices ideo nequeunt exilio mulctare sontes, quòd prorsus Territorio careant, etsi non Diœcesi, intra quam, Diris deuoto Reo, piorum cœtu interdicunt. Clem. Ne Romani §. fine De elect. Relegatio enim, Fori est profani: vt Execratio sacra, Ecclesiastici. Cap. 1. Hîc finitur lex Conradi In Feud. Bald. ad l. 1. Cod. De hæred. instit. Quò spectant à Nobis excussa. Lib. 2. SACRÆ POLIT. FOREN.

Conſt. de Ponthieu.

Hoc §. Andeg. Consuet. ius banniendi Baronibus competere declaratur, In ver. *Forbannir.*

Vulgare Gallicum, *pouuoir, destroict, ressort, & Iurisdiction.*

Excommunicatio est fori Ecclesiast.

Tit. 3. Art. 11. Et Tit. 8. Art. 1. & 3.

PORRÒ non cuiusuis cædis attributa notio est mediis Iuridicis More Andegauo, sed fortuitæ solùm, vel in rixa commissæ, nullis ei præstructis insidiis. Triplex enim flagitium proprios habere dicitur peculiaresque vindices Dominos plenissimæ Iurisdictionis, parricidium insidiosum, raptus, & incendium spontaneum. seu (huius loco) in Andibus cædes prægnantis mulierculæ, ciúsve quem vtero gestet. Quam in partem facile sit multa proferre ex Francorum Vsu ac Institutis antiquis: nisi & hæc ipsa notassem alibi, nec perpetuò sibi constantia in omnibus Galliæ prouinciolis indicassem. Lib. 3. 6.

Tit. 6. Art. 9.

ECCLE-

Digitized by Google

ECCLESIAST. POLIT. FORENS. Poſt Tractatum *Fiſcalis Patrimonij Francici, Lib.* 2. Andegaua vtique regio non alium admittit criminum id genus vltorem, quàm Caſtellanum, vel ſublimis Iuriſdictionis dominos qui eo priuatim iure ſint vſi, non autem medios Iuridicos. 1. §. 44. & 143. Exemplum huius rei præbet vetus Inſtrumentum tranſactæ litis inter Andegauos nobiles duos, quorum alter mediam ſibi adſerebat, alter pleniſſimam iuris dicundi Poteſtatem. Inſtrumenti tenor hic eſt, *A tor ceos qui orront & verrunt Hues de Belle Cheualier ſalut en notre Seignor. Saichent tor, que com contens fuſt mou entre mey de vne partie, & Peiores Deſaubiers Cheualier mon home de fey par reſon de A. Aler ſa femme de autre: Ce eſt à ſauer, ſus ce que led. Peires auoit & demandoit tote Veerie à aueir & à eſcheoir en ce qu'il teneit de mey en ſa fey & en ſon homenaige à Blecheron & aus appartenan. en la parroiſſe de Bloy: excepté Murtre, e Rapt, e Enceys. Laquelle choſe ge luy deffendee en ma Cort. En la parfin ledict Peiores proua en ma Cort pardauant mey par bens garens, & par bens expleteors leaux iurer ſeigon drect e ſeigon codime, que ce eſtet ſa dreicture, e que il a tote la Veerie en totes les choſes que il tient de mey: excepté les tres choſes dauantdictes en ſa fey & en ſon homenage. Par laquelle choſe ge luy leſſe & quite lad. Veerie à luy e à ſes heirs, e luy eſgarde par le iugement de ma Cort, que la dauantdicte Veerie luy remaine paiſiblement e quitement à tos iors mais à luy & à ſes heirs. Et por ce que ce ſeit ferme e ſtable, ge en done à celuy Peiores ceſtes preſentes lettres ſeillees à mon ſeiau. Ce fut fet lan de la Incarnation Mil e dous cens e ſoixante e dous. Au mois de Iuin.* Tit. 7. Art. 13.

Encis, patrio Andiſi vocabulo, *eſt meurtrir femme enceinte, ou ſon enfant au ventre.* 1. Cap. 44.

7. INDE apparet, quantum inter vtrámque Iuriſdictionem interſit, Sublimem, & Mediam: quæ duobus rurſum exterioribus ſignis inuicem dignoſcuntur, ſecernuntur. Prius enim Altæ iuriſdictionis Inſigne eſt, patibularium Furcarum vinculum exteriùs patens perſpicuéque dilatatum: vt Territorij dominatus poteſtáſque ſuperior palam eluceſcat. Mediæ verò Iuriſdictionis ſymbolum, Furcæ ſunt interiùs ſolùm colligatæ. Alterum ſummæ Coërcitionis ius conſiſtit in trahendo traducendóque vicatim eo qui capitis damnatus ſit, priùſquam adigatur ad ſuſpendium, ſi ita viſum ſit Iudicanti. Media autem poteſtas Iuridica eò ſpectat, ſontes vt cruci ſuffigat, non vt trahat circumuehátque compitatim. Ex ſententia antiqui Pragmatici infraſcripta. *Celuy qui a haute Iuſtice, a puiſſance de trainer, & de ardoir, & peut auoir Gibet à 3. pilliers, ou plus s'il veut. Toutefois pluſieurs haults Iuſticiers n'ont fors Fourches: Mais pourtant n'en eſt mie la Seigneurie ne le droit de Iuſtice appetiſſee. Car ils pourroient des Fourches faire Gibet, s'ils vouloient, ſi comme aucuns dient. Et dient aucuns que la difference des Fourches entre le haut Iuſticier & le Moyen ſi eſt, quant les liens de celles du haut Iuſticier ſont par dehors eſpatez par embas, & les liens de celles du moyen Iuſticier le ſont par dedans.* Tit. *De haute Iuſtice.* Item in Tit. *Qu'eſt moyenne Iuſtice*, ita comprehenſum eſt: *Celuy qui a moyenne Iuſtice, & qui a puiſſance de pendre ſans trainer, ne peut auoir que Four-*

ches à 2. pilliers: dont les pilliers sont espatez par dedans les liens, & n'a point de confiscation d'vn meurtrier prins en la moyenne Iustice, mais est & demeure au haut Iusticier. In Lib. Francicæ Praxeos, cuius inscriptio talis est, *Pour monstrer & apprendre à vn chacun, quel ordre de proceder est en Cour laye.* Andegaui tamen non omnia sequuntur eo Lib. dictata de Mediæ Summæque Iurisdictionis muneribus ac prærogatiuis. Illîc enim medio Iuridico vetitum est, maleficiis pœnalem imponere abscissionem aurium pugnísque amputationem, frontivè stigma inurere. Hæc autem nostratibus Dominis mediæ *Iustitiæ* data, probat contextus Andium Moris scripti, §. 39. Si enim quod plus est, licet, capitis damnatio: id vtique quod minus est, debet licere. Nam & priscis Andens. Iurisprudentum Collectaneis hæc subiiciuntur. *Celluy qui a Voierie, peut pendre, & essorilier, & leuer Fourches: & celuy qui tient Chastellenie, peut leuer Tripie: & celuy qui tient en Baronie, peut leuer Quarrie.* Porrò in Francicis aliis Municipiis, quæ proprias non habent Dominicarum iurisdictionum Leges, minùs latè patet ius Mediæ Coërcitionis: quùm inibi sublimis Iuridicus solus iudicet non modò de cæde, sed de vulnere itidem, ex quo sit effusus cruor. Vt Curiæ placito decisum est in forensibus causarum Actionibus, Nouemb. Luce. 24. An. 1551. inter Suessionum Comites, qui meri Imperij fascibus præditi erant, & Celestinos Suessionen. oppidi cœnobitas, qui minori præerant Iurisdictioni. In Volumine litium Veromanduarum, quod nobis percurrere contigit aliquando. Vti alia quoque S. consulta è mediis Curiæ Regestis hausimus, velut è fonte, non è riuulis: hoc est, ex Diariis illius autographis, non ex Indice, & aliena Commentariorum fide. Emendato tu interim I. Paponij locum in suis Arestorum Miscellaneis, vbi superius Decretum Curiæ latum An. 1551. citat alió Die & Principe, nimirum An. 1547.

Apud Butelerium in Summa Rurali, potestas hæc adijcitur medijs Iuridicis. *Item maisons abatre, vignes effreppes ou extirper, prez arer, herbescoupper, cela n'emporte pas moyenne de moyenne Iustice.* In Tit. *De haute Iustice.*

Vers. *Cognoist de simples homicides tãs guet à pens, & des cas qui en dependent.*

Registres de la Cour des Plaideyez du Roolle de Vermandois.

Tit. *De Iurisdiction, Arrest.* 31.

8. A CRIMINOSIS, ad Ciuilia pergo negotia, Variis Prouinciarum Moribus, tribuitur medio Iuridico Tutorum datio & Curatorum, confectio Repertorij cuiusque, quod *Inuentarium* vocant, prehensio fundorum inferiorum, subhastationes, licitationésque prædiorum, mulctæ, emancipationes, cognitiones actionum in personam, vel in rem, atque mixtarum. §. 3. Borboniæ Consuet. 14. 15. & 16. Senonen. Toto tit. Syluanectensium Legum De causis ad medium Iuridicum spectantibus. (vbi prædictis ampliora etiam iura adsignantur domino mediæ Iurisdictionis.) Artic. 9. Engolismensium. 21. 22. & 4. sequen. Blesensium. 14. Niuernen. Apud Turones Tit. integro De media Iurisdict. Sed, ne ciuicis Andium septis longiùs euagemur, singula medij Iuridici munia ordine exequemur pro More nostro Andegauen. Huius igitur primùm notio est de actionibus in personam conceptis, nedum in rem. §. 39. Legis Andeg. Quùm solas rerum petitiones leuiusculas diiudicent infimi Iuridici. 3. §. 2. & 3. Masuerio perperam dissentiente, qui personales quoque

Droits appartenans au moyen Iusticier.

De moyenne Iustice, appellee grande Voyerie.

actiones

Digitized by Google

actiones defert imæ Iurisdictioni. In sua Praxi. §. Item aliæ causæ Tit. De Iudicib. & eor. Iurisdict. Rerum autem mobilium Repertorium fieri necne possit auctoritate medij, an sublimis modo Iuridici, ambiguum est, nec scriptis Andium Constitutionibus definitum. Pro sublimi hoc Imperio vrget Gallici fori Περαγματία vetus, in hanc sententiam. *Item il est à noter, que faire Inuentaire, est exploict de haute Iustice.* Libr. *Pour monstrer & apprendre à vn chacun, quel ordre de proceder est en cour laye, &c.* In contrarium tamen vergit plusculorum Municipiorum Vsus, vt supradictum est. Id quod generatim Masuerius produxit ad Gallos omnes, qui mediæ cunque coërcitionis Ius obtinerent. §. Item subhastationes Tit. De Iudicib. & eorum Iurisdict.

9. PROINDE Senatus, ex facto controuerso inter Procuratorem fisci, & Syluanectense canonicorum Collegium, huic adiudicauit, tanquàm medio Iuridico* τῆς ἀναγραφῆς bonorum faciundæ potestatem, résque subditorum anulo suo obsignandi. Vindiciario decreto Curiæ aduersus Actorem regium. 9. Kal. Sextiles. 1554 & pridie Kal. Mart. 1572. post aliud anterius. 3. Idus Februar. an. 1534. Quo quidem Decreto isto priore, interlocuta erat Curia, de modo vtendi obseruandíque Moris patrij quærendum testatione solenni, & à Prætore interim Syluanectensi Inuentaria, Notitiámque rerum fieri debere. Sed totum hoc pertinet ad profanam duntaxat Cleticorum potestatem Iuridicam, non ad sacram & Ecclesiasticam: Quùm Sacerdotes manus iniectionem non habeant, bonorúmque obsignationem mobilium & quandam velut sequestrationem. Argum. Cap. cùm non ab homine De iudic. Sicuti in Senatorio Pictonum Consessu pronunciatum est Octob. Mens. An. 1531. Magistro dicente pro Canonicis Fani Martini, Turonen. Idem postero Anno decidit Senatus. 4. Iduum Decemb. 1532. post aduersarias patronorum actiones, Magistri pro Pet. Gadifero appellante, & Seguierij pro Sodalitio canonicorum Quintiniani oppidi apud Veromanduos. Obiter tamen animaduerte, Regem olim fiduciario Pacto concessisse Episcopo Parisien. ius sacerdotis bona describendi, modo infrà relato. *Ce sont les poincts & Articles qui sont aduiseZ entre le Roy & l'Eueſque de Paris estre tolereZ, tant qu'il plaira au Roy, &c. Item quant au faict des Inuentoires, l'on peut bien tolerer, que l'Eueſque face Jnuentoires des biens de ses mors & des biens meubles des Clercs qui seront en vie qu'il tiendra prisonniers pour crime, dont la confiscation luy pourroit appartenir: appellee toutesfois auec luy la Iustice du Roy, ou cas ou il ne seroit faire iceux Inuentoires en sa haulte Iustice temporelle.* Lib. 4. *Du grand Coustumier de France.* Sed, vt profanæ Iurisdictionis dominos repetam, de quibus susceptà à Nobis tractatio est, Andegaua quidem Lex ait, mobiles res pupillares in testatum redigi debere Iudiciorum auspiciis, & inter ipsos Magistratuum fasces: At, quali auctore Iudice, expediantur isthæc, mediónе an maiori Iuridico, non expromit. 1. Artic. 93.

* Descriptionis.

Aresta Curiæ prouisionalia Die. 24. Iulij. an. 1554. & die. 28. Febr. 1572. post aliud interlocutorium antea latum Die 11. Febr. An. 1534. de confectione Inuentariorum, qualis sit Iurisdictionis.

Magni Dies Pictauen.

Placitum Curiæ Die. 10. Decemb. An. 1532.

Num Pontificij iudices possint bona saisire, vel sequestrare diximus Lib. 2. De Sacra Polit. foren. Tit. 1. Art 3.

Aliàs bonorum Inuentarium Clerici mortui, hæredè laico relicto, fieri debet per secularem curiam, non per Ecclesiasticam. Guid. Pap. in Quæst. 261. post. Speculat. in Tit. De cler. coniug. § 1. Vers. ad huiusmodi autem. Et Bart. in l. Paulus respondit. ff. de acquir. hæred.

Alibi certè subindicat, medij Iuridici auctoritatem sufficere solenni huic bonorum recognitioni. Is enim Tutores dat nostris Legibus, (i. Cap. 40.) quorum munus Tutorum imprimis est in curando absoluendóque pupillarium bonorum Repertorio. Idque propterea fieri oportet eundem apud Iudicem Prætorémque tutelarem. Ad hæc, medij Iuridici interest plurimùm, nosse facultates priuatorúmque bona mouentia, qui suæ ipsorum Iurisdictioni subsint. His enim medius Iuridicus in mobiles opes succederet, si, nullo propinquo hærede, morerentur, vel nothi intestati, vel peregrini. i. §. 41. & 268.

In Registro Consilij Parlamenti extat Arestum die vlt. Iul. 1517. *Que les Chanoines feront faire Inuentaire des biens de leurs Habituez decedez en leur Cloistre.*

Des memoires & recueil des Arrests du President Barme Arrest du 27. de Iuin 1427. entre Rolland Barquenel, & & autres executeurs de feu Guillaume Gonlay Promoteur, &c. Et Pierre Manger commis par le Recteur & Vniuersité de Paris qui s'efforçoient de sceller en l'hostel dud. defunct & faire inuentaire de ses biens, & empescher Iacques Viart Examinateur du Chastellet qui auoit commencé led. inuentaire, qu'il ne procedast plus auãt, d'vne part. Et le Procureur du Roy d'autre. Fut dit que l'inuentaire commencé par led. Examinateur seroit faict & parfait par luy & non par le Recteur. Arrest de la Cour du 5. de Decemb. An. 1327. contra Archiepiscopum Rhemensem, *qui vouloit par sa Iurisdiction Ecclesiastique empescher que les Seigneurs Iusticiers temporels du lieu où le defunct estoit decedé ne fissent l'inuentaire des biens, & auoit excommunié les Officiers.*

σύνοψις, compendium, & Inuentarium. Quale, citra summariam per peritos bonorum æstimationem, nullum est, tametsi propinquorum in præsentia factum. Art. 93. Andeg. Leg. Hoc inter minores: de maioribus, secus, liberis nempe arbitris rei suæ.

SANE bonorum σύνοψις descriptioníque necessaria non est Iudicis ipsius præsentia, sed Actuarij duntaxat: coram quo faciundum Inuentarium, ex Francica Consuet. quam notat Faber ad l. Tutores Cod. De adminisr. tut. At Leges Allobrogum sinunt vtrumlibet Repertorio condendo vel Notarium adhiberi, vel forensem Scribam. Vt apparet hac *Statuti* clausula: *Inuentaria bonorum pupillorum, & minorum adultorum per tutores & curatores fienda, per Notarios & Scribas curiarum & Castellaniarum nostrarum, scilicet per quemlibet in suo officio, prout occurrent, seu eorum locatenentes, siue castellarios & ministrales, vocatis secum de notabilioribus viris pro testibus, quos habere poterunt, & quatuor de agnatis vel cognatis defuncti vel minorum, si reperiuntur: Aliàs de propinquioribus vicinis & amicis eorum magis honestis, probis & notabilioribus fieri volumus ad ipsorum conseruationem bonorum. Inuentaria verò, iura nostra Fisci vel Patrimonij concernentia, per solos scribas Castellanorum locorum fieri volumus & iubemus.* Quod & longè postea repositum est Camerini Allobrogum Senatus Consulto die. 29. Nouéb. an. 1569. *Adioustant que semblablement les Actes des Criees & encheres qui seront faictes par les tuteurs pour acenser les biens de leurs mineurs, se pourrõt faire pardeuant tels Notaires qu'ils vouldront.* Ne hîc vobis inculcem notum Edicti Blesen. Articulum. 164. de rebus demortui in testatum minimè redigendis necessariò per Iudicem, sed Tabellione solùm, præterquàm certis casibus, accersito. A quibus haud longè absunt Burgundij Senatus Constitutiones quædam iudiciariæ An. 1559. & in lucem dehinc editæ (vnà cum scriptis Moribus Burgundij Ducatus) Tit. De bonorum Repertoriis. Porrò quibus casibus mouentia cuiúsque bona obsignari debeant ac describi, notat Herennius Modestinus l. vlt. De requir. reis. Vlpianus l. 1. Vsufructuar. quemadmodùm caueat, Iustinianus Cæs. l. Scimus De iure deliber. Et Valentinianus l. Si quis intra Cod. De bon. proscript. Alios quoque subdit Mos Andium. i. §. 73. 93. 145. & 326. quos tamen è medio Iure Ciuili desumptos suis locis commonstrabimus.

Les heritiers ne sont tenus appeller Iuge, procureur du Roy, ne Greffier pour faire Inuentaire des biens, ains seulemẽt Notaires & Tabellions: sinon en cas de pretendue confiscation, aubeine, ou contention entre les parties, ou que par aucun y ayant interest il soit requis, à ses despens. Sauf neantmoins à proceder par voye de seel, si faire se doit, pour la conseruation des droicts des mineurs ou absens. Cap. 164. Blesen. Edicti.

In

In ſumma, medij Iuridici mandatis ſignandæ ſunt res mobiles, ſcriptóque referendæ in Inuentarium, (*apres le Seelle deſd. biens*) non priuato cuiuſquam arbitrio ac voluntate. Vt Modeſtinus ipſe innuit Lib. 12. Reſponſorum aduerſus Seiam, quæ domum abſentis debitoris ſignarat abſque eius auctoritate qui concedendi ius poteſtatémque haberet. l. ſi iniuriæ. ff. De Iniur. Vnus illinc demitur caſus, ſi præoccupatione vſus ſit Regius iudex in obſignandis Principali anulo mobilibus eorum bonis, qui Iuridico minori ſubiiciantur. Hac enim in ſpecie, Inuentarij confectionem, Regij iuris eſſe ac muneris, affirmat practicus Auctor Lib. *Conſuetudinarij* Franciæ, hac verborum dialecto. *Se vn homme meurt en la terre d'vn haut Iuſticier ſubiect, & le Roy prent à faire ſeeller ſes biens, le Roy aura la cognoiſſance de l'Inuentaire, & ſera faict par ſes gens: Meſmement quant les heritiers du treſpaſſé, ou ſes executeurs, en font premierement requeſte aux gens du Roy, c'eſt à ſçauoir au Baillif ou Iuge Royal. Mais il baille les lettres au Iuſticier ſubiect, qu'il ne luy tourne à preiudice.* Lib. 4. *Du grand Couſtumier de France.* Tit. *Des peines.*

Mais le Reiglement faict par le Parlement de Dijon reſoit ſeulement la confection des inuentaires neceſſaires en ces cas, car quant il y a mineurs furieux, abſens, faute d'heritier, ou teſtamentaire ſubſtitution.

11. SEQVITVR videre de incidenti in litem pecuniariam quæſtione criminum, quæ medio Iuridico lege data eſt Andegauenſi. Hoc §. 39. Antea enim patriis Moribus cauebatur, minimos Iuridicos de incidentibus maleficiis notionem ritè interponere. 5. §. 2. Quod ita ſumus interpretati, non vt iſti quidem de flagitio, ſed cognita flagitij cauſa, de ciuili negotio ſummo pronuntiarent. Iam verò quid de mediis Iuridicis? Nihilò amplius iis videtur Moribus tributum hoc nomine, quàm Dominis imæ iuriſdictionis. Atqui maiore poteſtate prædíti ſunt Domini mediæ Iuſtitiæ quàm infimæ, ac primaria etiam exercent capitis in ſontes Iudicia: quidni igitur & accedentia obiter ciuilibus cauſis? Multò hercle firmiùs. Speciatim vtique de termino moto cognoſcit medius Iuridicus, ſiue coram eo cœperit, ſeu interceſſerit hæc alij cótrouerſia. Pred. §. 39. Andeg. leg. Antiquitus certè Iuridici hi ſoli & ponebant agrorum terminos, & terminorum motores ſeuerè caſtigabant. Vt didici ex Gallicis quibuſdam noſtratium Legum Miſcellaneis, calamo ſic exaratis. *Aucuns Vaſſaux ſont qui ont moyenne Iuſtice, & ceux ont l'execution des malfaicteurs de ſimples Homicides, Larrecins, & la cognoiſſance de mettre & faire mettre Bournes & diuiſes entre aucuns heritages des ſeigneurs & voiſins appartenans à chaſcun Iuſtice haut, moyen, & bas en ſon fié. Mais celuy qui les arrache & emble, doit eſtre pugny corporellement, comme eſtre pendu par la Iuſtice qui a haute ou moyenne Iuſtice.* Poſtea autem diſtributa de eo eſt Iuridica functio inter Dominos infimæ, ac mediæ Iuriſdictionis, *Statuto* Andium prouinciali. Illi enim conceſſa eſt poſitio limitum agri, tanquam ſolarij domino, agrariúmque Ius primum habenti: Huic autem medio Iuridico reſeruatur terminorum auulſorum coërcitio ex formula publicarum quæſtionum (Iuxta Alexandri Cæſ. legem 1. Cod. De accuſat.) In eum videlicet,

Verſ. & peut cognoiſtre des Incidens comme deſſus.

Ex verb. comme deſſus.

Verſ. de ceux qui ont arraché & emblé Bournes.

Seigneur treſfoncier.

Digitized by Google

Qui sacrum effodit medio de limite Saxum,
Quod mea cum vetulo coluit plus annua libo.

Iuuenal. Saty. 16.

Saxoniæ Institutæ, Saxonico, vt appellant, Speculo comprehensa sunt.

SAXONICO itidem Iure, pœna iis indicitur grauissima, qui terminos finium causa positos pepulerint. *Landtrecht.* Lib. 2. artic. 28. Nec enim absque solenni ritu constituuntur Gallicis limites prædiis: quaterno nimirum teste adprobandi, hoc est, saxis testimonio futuris in omne æuum, agros finibus istis distingui inuicem ac disterminari. Talium lapidum alius ad Orientem spectat, alius in Occidentem, &c. In iudicio autem finium regundorum, prudentis est Arbitri explorare diligenter, qua parte confines fundi antiquis terminis discernantur, & quos inter vicinos: Quùm nec inter omnes promiscuè, nec ex omni parte latifundia positis limitibus dirimantur, separentur. Quòd si à partibus priuatim, ac sine Iudice fixi appareant fundorum termini, iis minima habebitur fides ab Arbitro de finibus controuersis. Vtut enim possessoribus liceat, saxo vel palo vicina prædia inuicem secernere: limitibus certè non licet, nisi per Iudicem, ac publicis Domini Iuridici auspiciis. Sicuti relatum est apud forensem olim Galliæ Pragmaticum, hoc verborum schemate. *Se freres, qui sont de condition, partissent ensemble, ils pourroient bien seignier leur parties de pieux ou de pierres sans appeller Iustices. Car il ne porroient mettre Bonnes, ne ne deuroient, sans les Iustices. Et se il y mettoient Bonnes sans les Iustices, il en seroient à amende enuers la Iustice de chascune Bonne de soixante solz. Et les parties qui en sont seigniees sans la Iustice, si ne sont pas estables, se li quiex que soit sen discordoit, &c.* In Lib. *Ci commencent li eStatu dou Royaume de France*, Cap. *De partir Bonnes par Iustices.*

De Agrorum finibus & terminis, Nos suprà in cap. 3. art. penul. & vlt.

Cap. 40.

Ont aussi lesd. moyens iusticiers droict de bailler Mesures à blé, & à vin du patron & essief du Seigneur, dont ils tiennent leur iustice. Aussi peuuent donner Tutelles & curatelles, & Procurations par non puissances. Outre ont droict d'Espaues mobiliaires, quant elles se trouuent en leur fief, & doyuent les choses trouuees prinses par espaues estre proclamees par trois Dimanches ou festes solennelles, en la paroisse du lieu où elles ont esté trouuees: ou par trois iours de marché, s'il y a marché: & si durant lesd. trois proclamations il ne vient aucun qui les aduoue, led. Seigneur, declaration faicte par le Seneschal, Baillif, ou autre Iuge competent, en peut disposer à son plaisir.

INSVPER MEDII IVRIDICI MENSVRAS PRÆSCRIBVNT SIBI SVBDITIS FRVMENTARIAS, AC VINARIAS: QVARVM SPECIMEN EXEMPLARQVE SVMPSERINT A SVPERIORI PATRONO, CVIVS BENEFICIARIAM TENENT IVRISDICTIONEM. IISDEM IVS EST DANDI TVTORIS, CVRATORIS, PROCVRATORISQVE LITIVM AC NEGOTIORVM, QVÆ QVIS PER SE GERERE ET EXEQVI NON I.

Digitized by Google

NON POSSIT. RES ITEM MOBILES, QVÆ IN DOMINANTI SVO PRÆDIO REPERTÆ SINT, SVAS FACIVNT. SED EAS PRIVS OPORTET PRÆCONIO PROMVLGARI, TRINO DIE DOMINICO, FESTÓVE ALIO AC SOLENNI, IN PAROECIA LOCI, VBI INVENTÆ FVERINT: SIN MINVS, TRINVNDINO PROSCRIBI ET INCLAMARI, SI MERCATVS IBIDEM, PVBLICVMQVE EXTET EMPORIVM. INTRA QVÆ TEMPORA RES VENDICANTE NEMINE, LIBERVM FIT MEDIO IVRIDICO, EAS IN SVVM IVS TRANSCRIBERE DISPONEREQVE LIBERE, POSTQVAM MAGISTRATVS LOCI, ALIVSVE COMPETENS IVDEX IPSIMET DECLARARIT PRODIISSE NVLLVM, QVI REM DEPERDITAM VERE AGNOSCERET.

IN omnibus Politiis, Menſurarum ratio habita eſt non minima, vt merces venaliáque omnia iuſto pondere librentur ac modo. Ob id fuêre Athenis Magiſtratus quidam, Menſores Latine dicti, quod dimenſionum ponderúmque æquitatem curarent. Nam in Orat. Demoſthenis aduerſus Phormionem ſcriptum eſt, ciues qui vrbem incolebant, farinas in Odeo aliquando dimenſos, qui Piræum, in nauali panes obolo diſtribuiſſe, & in Longa porticu farinas ad ſemiſextarium *menſuraſſe*. Porrò apud Gallos, æquales eſſe iuſtáſque Menſuras, iuſſit Karolus Magn., Francicæ Legis Cap. 74. De menſuris & ponderibus. Quam nos Legem, cùm pauculis aliis, decerpſimus ex Volumine Conſtitutionum huiuſmodi nondum in lucem emiſſo.

Longa porticu mercandi cauſa vtebantur qui in Piræeo ad mare habitabant, inquit Pauſanias: vt qui procul à mari, foro Hippodamio.

2. HINC multorum quoque votis expetitum eſt, vt vnus idémque ſtatueretur Menſurarum, heminarum, & modiorum in hoc Regno modus. Sicuti hodie Rheti vna tantum Menſura vtuntur, populi Heluetiis finitimi. Simlero teſte, De Repub. Heluetiorum Lib. 2. Eburonum ſanè magiſtratus in eam curam incumbunt, vt certa vbique dimenſio ponduſque ineatur frumenti, olei, vini, ac reliquorum id genus. De quo peculiaris extat Conſtitutio Gerardi *de Groiſbeeck*, Leodienſis Præſulis ſimul & Principis, lata Quintili Menſe an. 1572. In Lib. *des Statuts & Ordonnances touchant le ſtil & maniere de proceder, & l'adminiſtration de Iuſtice deuant & par les Courts & Iuſtices ſeculieres du pays de Liege.* Cap. *Des Poix & Meſures, & autres cas concernans les Officiers.* Bearnenſi necnon Lege ſancitum fuit pondus vnicum ac menſura, patrio hoc idiomate. *En tout Bearn no auera que vn Pees, & vna Meſura, qui ſeran los de Morlaas.* In Lib. ſic inſcripto, *Los Fors & Coſtumas de Bearn.* Quas iamdudum Conſuetudines Erricus Cantabrorum Rex probauit. an. 1552. Verùm apud Francos homines, Iuridica menſurarum poteſtas ita fundo nexa eſt beneficiario, ſic & Francica omnis Iuriſdictio Dominicis accenſetur patrimoniis, vt ſuam cuique Domino menſuram ſeruare neceſſe ſit, nec ad vnam eandémque rerum ſtateram Politia Gallica tota poſſit re-

Les Griſons.

Ioſias Simlerus, Tigurinus.

Ordinationes Patriæ Leodienſis Menſe Iulio 1572.

Ius menſurarum ita prædiariũ eſt, ac Dominicæ prædiorum iuriſdictionis adſcriptum, vt ſi quis Templo legarit tres medimnos terræ alibi ſitæ, præſtandi ſint hi pro modulo & mẽſura loci, vbi legata res, non vbi tẽplum cui legatur, ſitũ habeat. Nam menſura refertur ad locum, & legem ipſius agri menſurandi.

Digitized by Google

uocari. Ne interim tamen omittam, quod Franciſci 1. Edicto præceptum fuit, vnum eundémque in orbe Gallico vlnarum gnomonem & normam haberi, quæ Regiæ adæquari debeat, ſitque pedum trium, pollicum ſeptem, ac linearum octo. Lege condita Aprili Menſe 1540. ac ſubinde regeſta in publicas tabulas forenſis Præfecturæ Pariſien. 3. Idus Maias eod. anno. Franciſci quidem Erricus filius Rex ſanxit Edicto variorum ponderum menſurarúmque reductionem in Vrbe hac Regia, & intra primum ab Vrbe lapidem, Octob. Menſ. 1557. Quam & reductionem poſteriori Lege protraxit ad Gallica ea municipia, quæ Lutetiano Senatui ſubiicerentur in iure dicundo. Pridie Kalend. Septemb. an. 1558. At Principales haſce Leges arbitror nec ſortitas effectum, & ſi mandatæ fuerint executioni, ad Regia tantùm pondera & menſuras pertinere, non Magnatum inferiorum. Domimicæ enim menſuræ, appendices ſunt Iuridicæ poteſtatis Dominorum, quam velut clientelarem patronus Rex tueri tenetur. Ad hæc, veriſimile non eſt, Principem Edicto vno tot priſcos Regionum Mores expungere conuellereque voluiſſe: multo minus Ius Gentium, quo introducta ſunt rerum dominia, & quæ inde fluxerunt Dominicæ in ſubditos prærogatiuæ. Nam Francici pariter Vſus profeſſores adſcribunt Dominis quibuſque Gallis mixtum Imperium habentibus Ius Menſuræ ſuis popularibus dandæ. Quo etiam Vidus Papa vti ſe liberè aſſerit in villa ſua fani Albini, ac reliquos itidem agrorum dominos Delphinates. Quæſt. 490. De eo volue Petr. Iacob., Tit De mixto Imperio in fi. Nuper autem tertius Francici Pop. Ordo præbuit Regi expoſtulationum Libellum in Conuentu Bleſenſi, 5. Idus Februar. 1577. cuius artic. 42. agitur de conſtituenda Dominicarum menſurarum forma, iiſque vtendi ratione præſcribenda, hoc ſermone, *Que tous Seigneurs ayans droict de meſure en leurs terres ſoyent tenus de mettre vn Eſtalon, ou ſoyent engrauees leurs Armoiries en place & lieu public: Et que à ce faire ſoyent commis les Iuges ordinaires, appellez les ſubiects & redeuanciers y ayans intereſt.*

Die. 13. Maij. 1540.

Regium edictum die vlt. Auguſti. 1558. quod in actis Curiæ perſcriptum eſt Volu. 7. Ordinat. Henrici. 2. regis Fol. 86.

Du droict de mettre Aulne, Poids, Balance, Crochets, meſures, & quatenus mediæ Iuriſdictioni competat, diximus Lib. 3. De doman. Franciæ Tit. De regiis Ponderib. & Menſur.

Cayer des doleances du tiers Eſtat de France preſenté au Roy à Bloys le 9. Febur. l'an 1577.

IAM ad Andegauos meos & iis confines accedo, quos Menſuratum iure præditos fuiſſe olim pro ſuæ cuiuſque gradu Iuriſdictionis, teſtantur præclaræ iſtæ Tabulæ. *In nomine Patris, &c. Ego Guido de Fulgeroſa, militiæ corona donatus & eiuſdem loci dominus, Terram ſanctam videlicet Hieruſalem inuiſere inſtituens, Deo omnipotenti filiam meam vnicam Auiam in præcitato loco de Fulgeroſa obnixè dedico & in hoſtiam deſtino, veluti pater Abraham filium ſuum Yſaac obtulit & ſacrificio Deo exhibuit: Quo in loco, dotis & fundationis nomine ſanctarum monialium, S. Benedicti Ordine, Cœnobium conſtituo, & demùm in Dei omnipotentis & B. Mariæ Magdalenæ honorem exorno, & dicto Cœnobio dictam filiam præeſſe decerno: Omnia bona obſtringo & dono, imprimis merum & mixtum Imperium dicti loci, cum omni iure dependenti, vtputà bladorum menſura & vini, ſigillo contractuum. Dono denique venationum iura. Quæ omnia iura à domi-*

5.

Monialium hoc monaſteriolum, eſt in territorio Dn. *de Sanxay*, & proximũ Vico *de Broſſuyre* in Diœceſi Pictauen.

Bladorum & vini menſura, hoc loco ad merum & mixtum Imperium ſpectans intelligitur diſtributiuè: Nempe *tenir & bailler Eſtalons de poix & meſures appartiens au ſuperieur Iuſticier, mais de bailler les meſures du patron & eſtief du ſeigneur ſuperieur, c'eſt au moyen Iuſticier.*

Digitized by Google

no Thierri Andegauo Comite me tenere confiteor, ratione ſcilicet Andegauis caſtri, qui omni iure dictam fundationem liberauit, pariter omni onere exemit, Actum an. ab Incarnat. Dom. 820 regnante Ludouico rege, & Sigibrano Pictauorum præſule. Quoniam autem pius ille Templi conditor ius Menſuratum, aliáque Inſignia mediæ ſuæ Iuriſdictionis profitetur Andenſium Comitum beneficiaria; tempeſtiuum eſt, de Principali ſummáque Andium menſura, eius Vſu & exercitio pauca huc tranſcribere ex veteribus Andegauæ Rationalium Decuriæ monumentis. Nam apud Præfecturam rationum regiarum Lutetiæ extat Chartula ſic inſcripta, *Extraict d'vn des liures de la Chambre des Comptes à Angers du commandement & ordonnance de Meſſ. de lad. Chambre, & baillé à Colin de Hurion ſergent des poix & balances du Comté du Maine, le dixieſme iour d'Octobre l'an 1452. Inſtruction comme chaſcun Officier doit proceder en ſon office, entre leſquels s'enſuit l'office de ſergenterie des foires & marchez des poix d'Anion, & du Maine, lequel ſergent eſt autrement appellé, ſergent des poix, crochets, balances, aulnes, à tous meſurans en laines, à tous texiers, &c. Laquelle Inſtruction doit eſtre baillee en le mettant en l'office auec les poix, balances & aulnes: Par leſquelles on doit adiouxter à tous & chaſcun qui en veult vſer. Item doit auoir & prendre pour chacun poix & crochet pour le adiouſter & mercher 5. ſols tournois. Item de adiouſter & mercher balances, liure, demie liure, quart de liure 5. ſols tournois. Item d'aulnes, adiouſter & mercher 5. ſ. Item len doit bailler le marc aud. ſergent pour mercher les meſures ſuſd. Item doit led. ſergent viſiter 3. fois l'an, en eſpecial aux 3. foires principales leſd. poix, balances, aulnes, & laines. Et pour ſa viſitation peut prendre 4. den. en Anion, oud. Comté du Maine le double. Item s'il trouue aucun qui ait vſé de poix & aulnes non marchees, il le doit adiourner à la Cour du prochain reſſort, à reſpondre au Procureur de la Cour, & le doit amender ſelon le temps qu'il aura vſé, de 60. ſols tourn. ou au deſſoubs. Item s'il trouue aucun deſd. poix, balances, aulnes, & laines où il y ait aucun deffault, les doit prendre & ſeeller, & bailler en garde, & adiourner le maluſant deuant le prochain Siege dud. Seigneur ou Lieutenant, & faire apporter led. malefice ſeellé, afin que la partie ſoit condemnee en l'amende. Et doiuent eſtre aud. ſergent leſd. poix, balances, ou autres choſes dequoy on aura malusé. Item nully ne doit auoir poix és villes ne banlieuë là où eſt le grand poix de ſeigneurs, ne ne doit vſer de nul Poix qui poiſe plus de 25. liures au fort, douze & demie au foible: Et s'il eſt trouué excedant, puny comme deſſus. Item & ſi aucuns requierent és villes champeſtres ou ailleurs hors lad. ville & banlieuë auoir poix qui poiſe plus de 25. liures, led. ſergent le leur deura marcher: mais par ainſi qu'ils poiront touſiours moictié plus. Item doit led. ſergent adiouſter, marcher, & viſiter les grans poix de la ſeigneurie ſans ſalaire en prendre, & s'il y trouue malefice, traicté comme deſſus. Item quant led. ſergent eſt mort, les heritiers, ou ayans cauſe, doiuent apporter les poix & meſures dequoy il aura adiouſté, auec le papier iournal & Eſcroë, & le marc auec les amendes qui auront eſté baillees à leuer, & iceluy papier doit eſtre baillé au ſergent qui apres eſt inſtitué, & le marc doit demeurer deuers la Cour, & en doit bailler vn autre aud. ſergent, auquel y ait aucune difformité ou difference,*

Chambre d'Anion, en la Chambre des Comptes à Paris.

Aureliæ quidam eſt Ponderum Menſurárúmque Præfectus, *dict le Maiſtre des feures, qui tauige, marque, meſure & eſtalonne tous les poix & meſures de la ville & fauxbourgs d'Orleans.* De quo ponderum & menſurarum iure apud Aureliam, & illius Præfecti circa pondera menſuráſque officio & exercitio fuerunt capita aliquot Politica ſtatuta, præſcriptaque à ciuibus Aurelianen. Die vlt. Ianuar. an. 1439. & 1439. quæ etiamdùm obſeruãtur.

&c. Hæc in vniuersum constituta sunt de Regio, seu Ducali Andium pondere ac mensura: quorum tamen capita aliquot contrario vsu possessionéque restringi possunt, vel etiam abrogari. Sicuti illud, ne pondus 25. libras excedat, contra quod, eíve non absimile, P. C. iudicarunt quondam ex diuerso vsu peculiari. In Parlamen. sacræ Purificationis an. 1269. tali formula. *Cùm Galterus dictus Magister diceret se esse in possessione ponderandi ad Pondus suum, quod ex dono Regis asserit se habere, quicquid Parisiis ponderetur, excepta cera: saluo quòd mercatores ponderis Parisien. possint ponderare vsque ad 24. libras vni homini vno die. Et, econtrariò, mercatores asserebant, se esse in possessione ponderandi ad quodlibet Pondus suum volentibus emptoribus: Et super his traditi essent Articuli hinc inde, & probationes super his productæ, quia probatus est vsus dictorum mercatorum à 40. annis descendendo vsque ad nunc, Pronuntiatum fuit, quòd dicti mercatores remaneant in saisina ponderandi ad Pondus suum etiam vltra 24. libras emptoribus volentibus & requirentibus Pondus ipsorum mercatorum.*

Parisien. Arestum in Parlamento Candelosæ an. 1269.

HOC cognito, quinam Iuridici Mensuras præbeant subditis, 4. nunc videndum est, quorum de statera adulterinâ notio sit extra ordinem, pœnalísque coërcitio. Senserint fortè nonnulli, cum qui mediæ Iurisdictioni præest, in caput istorum animaduertere posse, qui Mensuras publicè probatas corruperint, dolóve malo iis fraudem struxerint. Eámque opinionem fulcit gemina ratio: prior, quòd medij Iuridici habeant ius Gladij nostrate Consuetudine, plectendíque supplicio criminosi. Decreto autem diui Hadriani statutum est, in Insulam eos relegari, qui pondera & mensuras falsassent. Vt Diuus Traianus antea in eosdem edixerat pœnam legis Corneliæ de falsis exerceri. Altera ratio est, quòd mediæ Iurisdictionis Dominum deceat, Mensuras quas præfinierit ipse, corruptas vindicare, ac Potestatis suæ Insignia pœnali iudicio tueri. Sed veriorem puto contrariæ partis sententiam, quùm medius Iuridicus alienas plebi Mensuras constituat potiùs quàm suas: hoc est, quarum formam sumere cogitur ex archetypo Castellani dynastę, superioris Iuridici. hoc §. 40. 43. & 216. Ideóque à Practicis scriptoribus velut per manus traditum est, Mensuræ corruptæ quæstionem publicam maiori competere, quàm medio Iuridico: ciuilem autem isti ac pecuniariam, eo modo, vt reis irrogata mulcta pendatur domino medię Iurisdictionis, ad sexagenum vsque assem, nec eo ampliùs. Tene verba antiqui Pragmatici, *Nota que il est plusieurs moyens iusticiers, qui ont cognoissance de mesures iusques à 60. sol. paris. mais les prennent deuers les hauts Justiciers. Et se lesd. mesures estoient reputees pour fauses, & que il les faulsist ardoir, le haut en auroit la cognoissance & l'amende à voulenté: & le moyen l'auroit iusques à 60. s. paris. Et ainsi d'vn meurtrier ou d'vn larron.* In Lib. *Pour monstrer & apprendre à vn chascun quel ordre de proceder, &c.* At de parricidio, & furto aliud prouisum est Lege nostra Andegauen. quę in talibus maleficiis defert medio pariter Iuridico capitalis pœnæ dictionem §. 39.

Vendeurs à faux poids & fausses mesures.

Traiani edictum refert Vlpianus in l. annonā 4. De extraord. crim. & Hadriani decretū Modestinus in l. Hodie D. Ad l. Cornel. de fal.

In multis aliis Galliæ Municipiis *auoir, tenir, & bailler Estalons de poix & mesures, appartient au haut Iusticier.* §. 3. Senonen. Consuet.

Andeg. Leg. §. 43. vers. *le Chastelain ha mesures à blé & à vin, dont il prend le patron à soy mesmes.*

§. 216. vers. *l'vn en cas de mesures, c'est à sçauoir pour les estallonner & adiuster à celle de son seigneur.*

Digitized by Google

FALSARVM certè vt tabularum, ſic menſuratum reos non punit medius Iuridicus Andium criminosè meo iudicio: niſi vtrauis accuſatio pecuniæ lite intercesſerit. d. §. 39. Regulariter enim per Gallias quondam mulctati ſunt libellis argenteis ſexaginta, qui adulterinas ſtateras circumferrent, grauiores tantò pœnas daturi qui falſos pannos venum exponerent mercatores. Vt veteri Codice perhibetur forenſis Doctrinę Gallorum, tali formula. *Marcheans qui porte fauſſe meſure, & en eſt prouez, ſi en paye ſoixante liures: Et Marcheans qui porte faus dras à vendre, & il en eſt prouez par les Marcheanz drapiers, qui bien auront queneu que li drap ſunt faus par lor fairemanz, la Joutiſe ſi doit faire les Draps ardoir à veüe & ſaue de Marcheanz. Et ſi en payera cil qui les aura aportez ſoixante liures d'amende à la Ioutiſe. Et s'il eſtoit prouez qu'il meiſmes auſt faiz les Dras qu'il auroit aportez, il emperdroit le poing par droit.* Capite 144. Libri primi. *Ci comancent li Eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtelet de Paris & d'Orliens & de Baronie.* Tantumdem fermè legitur in Cap. *De fauſer meſures* Gallici Lib. *Ci commancent li eStatu dou Reiaume de France.* Atqui medio Iuridico, qui de menſuris ius dixerit, haud amplior adſignatur quàm 60. aſſium mulcta, communi penè Gallicorum municipiorum Ritu peruetuſto.

6. QVIN & Princeps Normanica Lege ſibi vni aſſerit ius Ponderum dimenſionúmque priuatis ſtatuendarum. Quod ita certè accipiendum duxit Senatus Pariſien. niſi inferiores Proceres id iuris longo vſu cepiſſent ac immemorabili poſſeſſione. Exceptis etiam modiolis, libra, lance, ſtatera, menſuráque rerum ad annonam victúmque pertinentium, quæ minori Iuridico omnia PATRES adiudicarunt. Placito Curiæ 11. Kalend. Quintiles an. 1554. Portano, Baronis fœminæ *de Roncheuille* cauſidico, aduerſus Monpenſerium regulum, qui ex ſuo Procomitatu Augi Neuſtriæ, quem fiduciarium tenebat à Principe, nitebatur eximia illa celſioréque Normani Ducis præminentia. Huius cauſam, Meſnilius: & Fiſci, Seguierius patroni egerunt Die & Coſ. quo ſuprà. Cæterùm Politica agrorum dimenſio propriè competit Regi, & Agrimenſores finitoréſque tota Gallia inſtituit olim Ludou. Craſſus pro Regio ſuo in Populum munere ac officio. an. 1115. Cuius deinde inſtitutionis Diploma nouatum eſt à poſteris Regibus, & in Acta relatum fori Pariſien. Præfecturæ an. 1296. Nec ita dudum principem Agrimenſorem conſtituit Karolus Nonus. Regia lege perlata Decemb. Menſ. an. 1563. additis quoque huic Magiſtro agrimenſorum priuilegiis. Ex albo Volumine Caſtelli Pariſiorum. In ſumma, Ponderum rationem Menſuratúmque præſtantiſſimam eſſe confirmat Plato, ſcribítque repertam in vſum mortalium diſciplinam metiendi, numerandi, libradi: ne quod apparet maius vel minus, aut plus grauiúſve, præualeat, ſed quod numero, metro, lance deprehenſum. Lib. 10. De Legib. Vnde inuentam à Mercurio Ægyptiorum Deo artem hanc

Arreſtum Curiæ die 21. Iunij an. 1554. pro Tuteuillana Duce fœmina Baronaque *de Roncheuille, & de Honneſtour*, quę Senatum appellarat ab officiariis Vicecomitatus *d'Auge* in Normania, qui Baronæ magiſtratibus interdixerant exercitio *de poix, mare, balances, & meſures.*

Grand maiſtre Arpenteur, & meſureur de terres.

prodidit Diodorus, Hist. Lib. 6. Quare etiam statutum fuit prisca Badagiorum Hispaniæ Consuetudine de ciuilibus Mensuris, hac vernacula lingua. Comandi il consiglio che non manchino in feriali gli Ottaui & Ottauarij: accioche non vengano quì mensure false: & se pur verrà qualcuna, sia infornata. Quod ita Latinè interpretamur ad verbum, Consiliarij Badagiæ ciuitatis mensuras præscribent in publici mercatus vsum forique popularis. Item mensores dabunt, qui venale frumentum in vrbem inuectum dimetiantur. Quòd si aliæ deprehendantur Mensuræ, quàm à Consiliariis traditæ, in furno protinus exurentur. Vt est in Lib. Epist. fr. Antonij Gueuraæ, qui erat à confessionibus sacris Karolo 5. Imperatori.

DEINCEPS mediis Iuridicis competit Tutorum datio & Curatorum (§. 40. Andeg. Leg.) Eandem Vlpianus ait neque Imperij esse, nec Iurisdictionis: sit ei soli delatam, cui nominatim dederit Lex, S. consultum, vel Princeps. l. Muto. §. tutoris De Tutel. Inde & pedanei Iudices ius habebant constituendi tutoris: & Magistratus municipales, sed eum qui ab eodem esset Municipio vel agro ciusdem Municipij. Vlpiano teste, in l. prætor. Et l. Ius dandi De tutor. & curat. dat. ab iis. Sic, econtrà, cognitio de suspectis tutoribus, mixti est imperij. Apud Æmilium Macrum, Lib. 1. De off. præs. l. penult. De off. eius cui mand. est iurisd. Quò probabiliùs in Gallia ius dandi tutoris adscribatur mediæ Iurisdictioni? Vt Masuerius confirmat, forensis nostræ Praxeos peritissimus. In §. item media iustitia Tit. De Iudicib. & eor. Iurisd. Imo nec regius Iudex tutores dat in Gallico Domini inferioris territorio. Auctore Fabro, ad §. si cui de Attil. tut. Apud Iustinianum. Secus lege Romana, quæ superiori Iudici indulget tutorum creationem in finibus minoris Iuridici: §. non valentes Et. §. non iudicare Authen. De defens. ciuit. Porrò in conflictu binæ Iurisdictionis Regiæ, ita prospexit Rex Gallus, vt nobilium pupillorum tutor decernatur à Præfecto prouinciæ vel eius Vicario iuridico: plebeiorum autem, ab inferiori, quem Prætorem vrbanum appellamus. Edicto Cremolensi lato 13. Kalend. Quintiles 1536. quod Anno vertente probarunt CONSCRIPTI CVRIÆ, ac propalam recitari iusserunt 16. Kalend. Maias an. 1537. artic. 6. Huc vergit quodammodò Valentiniani Imp. lex. 1. C. De tutor & curat. illustriss. person. Regiæ autem stirpis Procerum tutores dantur à Principe in arcano suo ac intimo Consilio, de more Francorum. Nam & nostra memoria decretus est à Rege tutor liberis Condei Reguli patruus Cardinalis Borbonius. Postridie Kalend. Nouemb. an. 1570. Ediuersò quoque, venia ætatis & illustrium emancipatio Dynastarum Rescripto irrogatur, quod subinde in Curiam adferri solet publicandum. Quale istud emancipationis diploma Amedei *De Prie*, annum agentis vndeuicesimum 9. Kal. Februar. an. 1536. Vt scriptum est Volum. 3. publicarum Sanctionum Francisci

7.

Faber, hæc infit, satis declarant Statuta regia, quæ inhibet quòd gentes regiæ non expletent in terris Baronum, nisi in casu resortij.

Edictum *de Cremieu* die 19. Iunij 1536. verificatum in Curia Parisien. die 16. Apr. 1537.

Die 1. Nouemb. an. 1570.

Literæ emancipationis *du sieur Edme de Prie* Die 24. Ianuar. 1536.

Franciſci 1. Regis Fol. 18. Rurſus ætatis gratiam factam legimus Vido Comiti Lauallo Codicillis, qui in Acta Senatus relati ſunt. An. 1577. Sicuti & Errico Lotharingo Guyſiæ Duci emancipatio indulta Regiis tabulis. 5. Kalend. Octob. 1568. Lib. 4. regeſtarum in Curiam Conſtitutionum principis Karoli 9. fol. 351. In minoribus verò Dynaſtis, non item: quibus nec veniale quidem ætatis Diploma conceditur, niſi poſt tempus lege præſtitutum: Tantum abeſt, vt in Senatu, illorum inſtar, promulgetur. Quòd ſi non Reſcripto, ſed *Statuto* fiat quiſquam maior annis (infra viceſimum quintum ætatis) reſtituetur in integrum perinde aduerſus prædiorum alienationem, vt ille, at diſpari longè forma ac conditione. Nam Codicillis maior factus ſi fundum diſtrahat, venditionem reſcindi iuſtè poſtulat quaſi nullam, ac legibus irritam: *Statuto* autem maior deſignatus, haud *nullitatis* quidem obiectu, quam *Statutaria* ætas diluit, ſed grauis interuentu concurſúque læſionis ad ſe reuocat alienata, integri reſtitutorio Diplomate. Sic forenſes noſtri Iuriſperiti explanant Andium Legem 444. & Cenom. 455. variáque de iis Curiæ decreta conciliant. Primùm enim Senatus, quæſito ex Practicis locorum vſu Conſuetud. interprete, ſummouit petitorem reſciſſione venditionis, cuius in pretio circumuentus non fuiſſet. Celebri PATRVM Iudicio 16. Kalend. Iunias an. 1561. inter Franciſcum *Leuexel*, qui à Cenomano Proprætore Senatum appellarat: & Antonium *de Vaſſe*, ediuersò, litigatores. Dehinc Ampliſſ. Ordo certam æris ſummam ſupplementi vice ſorori adiudicauit, quæ fratri ſtipulanti, grandior annis 20., ſed vilioré pretio, ceſſerat delata iam paterna hæreditate. Areſto 4. Idus Februar. 1564. quùm Renatus *d'Aſſe* & Magdalene *Morin* vxor in iure decertarent contra Iacobum Morinum Magdalenes fratrem. Verùm aliquantò pòſt, Curię Claſſis quędam Inquiſitoria cenſuit, modum vtendi Lege Municipali, ea de re confuſis teſtimoniis explorandum, obſeruandum. Placito 16. Kal. Aprilis an. 1571. Catharina *de Launay*, quę à Cenomano Suppręfecto prouocarat in Curiam, & Iohanne *de Launay* inuicem altercantibus. Vide in hoc argumentum à nobis dictata lib. 3. DOMANII FRANCICI (Tit. 19. artic. 15.) ſeu quæ Molineus In veterem Conſuet. Pariſ. §. 1. Gloz. 7. Num. 6. artic. 455. Cenom. Conſuet. Poſt Socynum ad l. 1. ff. De iuriſd. omn. iud. Et ad l. ſi infanti D. De iur. delib. Cum Phil. Decio in l. Poſtquam Cod. De pact. Vbi aiunt, ciuicę Conſtitutionis verbis quàmlibet latè generalitérque conceptis, non excludi beneficium reſtitutionis in integrum, quod iure ſpeciali competat officióque Iudicantis.

Volum 1 Conſtitutionum Henrici 2 regis fol. 178. in Curia Pariſ.

Die 17. Sept. 1568.

Lettres de Benefice d'aage.

Arreſt 17 May 1561. entre François Leuexel appellant d'vne ſentence du Seneſchal du Maine du 3 Iuillet 1550. & le ſeigneur de Vaſſe intimé. Veu l'arreſt interlocutoire du 2. Mars 1554. d'informer par turbes ſur les articles de la couſtume de maiorité, &c. La Cour en vertu de ce qui eſt faict de nouuel, met l'appellatiõ au neãt & confirme le contract de la terre de Roneſſe.

Decretum Curiæ die 10 Februar an. 1564. *entre Meſſ. René d'Aſſe ſieur de Monſanton & ſa femme demandeurs en reſciſſion, & Iac. Morin ſieur de London deffendeur.*

Areſtũ die 17. Mart. 1571. *entre le ſieur d'Onglees, & ſa ſœur, dame de la Germaudiere prés Laual.*

Nũm verò Andenſis Conſuetudo maioris ætatis impediat nullitatem alienationis fundi Turonen. ab Andegauo factę maiori 20. annis; Non puto impedire, quia licet Statutum hoc maioritatis ſit magis in perſonam ſcriptũ quàm in rem, mixtũ tamen eſt, nec ius dicit niſi ſui territorij fundis alienatis.

Le Lundy 28. de Iuin 1604. au Roolle de Poiſſon, il a eſté iugé pour l'appellant du Seneſchal d'Anion demandeur en euocation du principal pour lequel plaidoit Boſſaut, contre Dolé, pour l'intimé. Que l'art. 444. de la Couſtume d'Anion du maieur de 20. ans capable d'aliener ſes immeubles, s'entend cum ſpe reſtitutionis en cas de leſion. En l'inuentaire de la maiſon d'Alençon, ſe trouuent lettres de benefice d'aage du Duc d'Alençon, lors mineur de 17. ans, par Charles fils du Roy, Regent en France, Daulphin de Viennois, du 19. Iuillet 1422. veu que ſa mere qui auoit eu le bail & garde de luy, & le gouuernement de ſes terres par deliberation de conſeil, le reputa de l'auctorité royal dont il vſoit lors pour perſonne d'aage, ainſi que s'il fuſt paruenu à l'aage de 21. an accomply: & qu'il puiſſe iouir de ſes biens, & vſer de ſes droits cõme perſonne aagee, & qu'il en puiſſe faire la foy au Roy, ou aud. Charles Regent, & aux autres Seigneurs, & auſſi recoit ſes hõmages. Lettres de benefice d'aage à noſtre neueu Gaſton Comte de Foix, & d'Eſtampes, Vicomte & ſeigneur de Narbonne, gouuerneur de Dauphiné, qui n'a que 18. ans ou enuiron, le 3. Octobre 1567. enregiſtrees en la Cour le 11. Decembre aud. an 1507.

Digitized by Google

PRÆTEREA medij Iuridici est, in Andibus, procurationem mandare clientelaris fidei pro alio præstandæ, quam ipsemet cliens certis de causis coràm exoluere nequeat. Nam animi morbo corporisve districtus, senecta, vel alia eiusmodi imbecillitate corporea, liberatur personali clientelæ sacramento & obsequio. ï. §. 124. Atque ita interpretandum cum aliis puto Consuet. nostræ vocabulum hoc, *procurations par non puissance*, de quo, in §. 40. & 46. eiusdem Leg. Nimirum vt mediæ Iurisdictionis dominus, cognita illa causa, vicarium beneficiariæ sponsionis procuratorem constitui permittat ab eo, qui eam præsens exequi ipse non possit. Haud aliter medius Iuridicus procuratorem dari sinet negotiorum eius ac litium, qui quæve suis rebus superesse non valeat. Fingamus enim, Titiæ maritum peregre profectum, nec ideo absentis auspiciis vxorem iudicio agere vel defendi posse: tunc aditus Iudex procurationem auctoritatémque præstabit coniugi subituræ iudicium. Baldi opinione in Consil. 54. Et 394. Volum. 5. secundùm Fabrum in §. fuerat Institut. De action. Aliàs enim forensibus controuersiis interdictum est mulieri, nisi auctore marito: cuius perpetuæ quasi tutelæ sacrísque mariti ipsa committitur. Argum. l. vlt. §. necessitate Cod. De bon. quæ liber. Et ibi Castrensis qui idem existimat, Responso. 254. Francicam præsertim virorum potestatem in vxores memorat Faber in l. 1. Cod. de bon. matern. & l. non sine Cod. de bon. quæ lib. Subiunge, quòd mariti auctoritas exigitur vsquequaque, vt pro litis impendiis fructus réfve alias capere liceat in causam iudicati. Proin frustra legibus experiatur vxor, aut suscipiat iudicium, nisi auctorem litis se coniunx præbeat. Verùm vtilitatis ratione receptum est, vxori rerum etiam forensium procurationem credi, absente viro. (quem vxoriæ alioquin rei defensorem vnum legitimum vocat Constantinus Imp. l. Maritus De procur.) De eo exprompta est Andium constitutio. 446. Quo nomine inscriptas Curiæ Commentariis vidi Tabulas Regias auctoritatis præstitæ Magdalenæ Allobrogi, vxori Annæ Montmorantij Equitum Magistri, in ciuilibus quibúsque eorum negotiis: quandiu maritus abesset è Gallia, qui ab hostibus captus, in Belgio detinebatur. Hæ *Auctorizationis* literæ (vulgò nuncupatæ) 3. Kalend. Mart. An. 1557. 8.

PARI modo si iuris experiundi copiam petat filiusfamil. aliqua de causa, ex qua patri actio competit, ita demum permittitur agere, si non sit qui patris nomine agat. Inquit Vlpianus l. si longius spatium. §. 1. De iudic. Et l. 17. De reb. cred. Nam filius quoque familias, si legatione vel studiorum gratia secesserit hinc, & furtum, aut damnum, iniuriámve passus sit, potest vtili iudicio reos conuenire: ne, dum pater expectatur, impunita sint maleficia, quia pater venturus non est, vel dum veniat, se subtrahit is qui noxam admisit. Vt Saluio Iuliano placet l. 18. De Iudic. Haud similis tamen est prorsus ratio patriæ potestatis in filios, & virilis in vxores: quùm illi omnibus 8.

§. 114. ver. *animportet.*

Permission du seigneur Iusticier de passer procuration, pour porter les hommages.

S'il le mary refuse autoriser sa femme pour les droicts successifs à elle aduenus, & qu'elle soit autorisée par Iusticeen souueraus, il ne laissera pas à payer les despens sur les biens de lad. succession, & fruicts entrez en la communauté confusément, & sic sur les autres biens de lad. communauté pareillement. Arg. l. Incertæ §. 1. ff. ad l falc. *Tout ainsi que l'heritier beneficiaire, qui embourse les despens des procez à sa profit, auquel est tenu en son nom des despens des procez où il a succumbé.* Arrest. Paris. die 6. Apr. 1574.

Die 27. Febr. an. 1557.

Muliere bonis separata à viro, pendentibus tùm patrimonij vxorij fructibus, An creditores mariti tales fructus prehendere possint tãquam coniugi vtrique cõmunes primo anno solutionis matrimonij? Pro creditore facit eorum fructuum communio indulta. §. 239. Andeg. Leg. Contrà autem, pro muliere vrget separatio bonorũ, & quòd iste § cõmunes tantùm efficit fructus in casum soluti morte matrimonij, non diuortio. Ergo ad hunc casum non extenditur contra Ius commune l. si cum dotem ff. sol. matrim.

bus ex contractibus obligentur citra patrum fam. auctoritatem, exceptis mutuo ac voto: fœminæ autem nullatenus, in coniugis saltem dispendium. ï. §. 310. Cui Ticinensis Insubrum, ac reliquę congruunt Italicarum Vrbium Constitutiones, quas recensuit Baldus, Respons. 54. 139. & 394. Lib. 5. Ediuersò quoque, rata non est viri ab vxore stipulatio, qua muliebris fundus abalienetur. ï. Cap. 328. quod sic orditur, *Contract que femme face, &c.* Sed hoc in testamentis cessare docemur. Eadem Andium Consuet. art. 332. In vers. *Et au regard de donation mutuelle, ou autre faicte en testament, &c.* Idem in Cenom. Consuet. art. 344. Senatus decreto 4. Idus Maias an. 1576. In 4. Inquisitionum Decuria, Dn. Bernardo facti expositore controuersi inter Ludou. Martineum clientem meum, qui summam Curiam prouocarat à Iudice Firmitatis Bernardi, oppidi Cenoman. Et Matthæum Poulardum, Iac. *Guerrier*, consortesque alios, ediuersò, altercantes, Rectè equidem, quùm verba contraxerunt, gesserunt, non pertineant ad ius testandi. l. 20. ff. De verb. signif. Nec enim qui viuus alienare sinitur, aut vetatur, eidem pariter testanti morientique est prohibitum. l. viuus ff. si quid in fraud. patr. l. pater filium §. fundum. ff. De leg. 3. l. ex hoc Edicto §. sed hæredem instituendo D. de alien. iud. mut. caus. fac. Sic pacisceuti quidem vxori viuæ auctor fiat maritus, necesse est: testanti, non æquè. §. 510. Andeg. Consuet. Tametsi Iason arbitretur, fœminam, cui interdictum sit contractibus, nec testamenti factionem habere. Ad l. Ex facto. ff. De vulgari. Ex quo in errorem inductus est Boërius, dum ait, Iasonis sententiam hanc communi Franciæ vsu probari, custodiri. In Commentar. Bituricæ Consuet. Tit. De Statu homin. Aduerte rursus, prædicto Curiæ Placito decisum, clausulas receptitij vsusfructus, præcarij constituti, & Actis profitendæ donationis; quæ testamento insertæ erant, nequaquam mutasse formam substantiámque Testamentariæ liberalitatis, nec in puram quasi viuorum donationem transformasse, quominùs in irritum contrario elogio deduci possit. Iuxta §. 344. Cenoman. & 332. Andegauæ Consuet. Quibus, derogatum videtur Martiani I. C. legi Vbi ita donatur De donat. caus. mort. Mutuam certè coniugum in liberos largitatem Testamentariam reuocare non licet superstiti: ne suprema præmortui voluntas circumueniatur, eludatur. Argum. l. vltim. Cod. De fideicom. Nam etsi Nouella Valentiniani Cæs. Lege, De Testam. hæc sola sanciantur viri & vxoris inuicem suis de rebus Iudicia, solatio orbitatis, Marcus tamen Imp. antea rescripserat, consimilis Testationis verba coniugis pro sobole communi, (non dubitare se, quodcúnque superstes cœpisset coniunx, liberis suis redditurum,) pro fideicommisso accipienda. Quod Rescriptum summam habet vtilitatem, ne scilicet honos bene transacti matrimonij, fides etiam communium liberorum decipiat præmorientem, qui meliùs de superstite præsumpserat. Papiniani relatu, in l. vnum

Statutum Papiense. Arestum Curiæ die 12. Maij 1576.

Arteſienſes tamen, Normanicæ, Inſulanæ, Flandricæ coniuges, & Ambarræ teſtari nequeunt ſine auctoritate mariti. §. 88. Arteſ. Conſ 402. Norm. 29. Inſul. 108. Ambar. Sed in Lugdunen. Patriæ Iuris, nuptę teſtari poſſunt ſine patris auctoritate, ſalua huic legitima. Areſto ſolenni die 6. Aprilis 1599.

In ver. *ſans l'auctorité de ſon mary.*

Diui Valentiniani Nouellarum Legum Tit. 4. De Teſtam.

Cuiacius in l. vnum ff. De teſtam. ait ſe legiſſe in Marculphi monachi lib. (de Formulis public. priuat. que. negotior.) formulam Teſtamenti coniugum, mutuò ſe hæredes vna chartaſcribentium.

ex familia §. vlt. De Leg. 2. Vtcunque igitur libera maneat integráque reciproci mutatio testamenti, perinde ac puri & simplicis cuiusuis: ex sensu Diocletiani & Maximiani Impp. l. 19. De pact. Arctissima vtique coniugum necessitudo facit, mutuo liberorum pignore deuincta, ne qui alteri superuixit, commune in charissima pignora iudicium subuertere valeat. Sicuti innuit Franciscus Marcus, Delphinatium Senator, Decis. Gratianopol. 186. Part. 2. Nec moror contrariæ partis de eo Sententias Lusitanici Senatus, quas promit Aluarus Valascus, Lusitanus, Consultat. 7. Queîs nostratia oppono S. Consulta religiosiss. & prudentiss. Quæ alio Opere percensui. Deinde quod suprà scripsimus, vxori, nisi auctore viro, contrahere negotia ius non esse Moribus nostris, id adeo mitigant patriæ ipsæ Leges societatis bonorum connubialis, vt maritalium contractuum vxores participes sint, & quæstus ac lucri, quodcúnque ex iis parari potuerit, ceu communi ex labore, quam Græci συνεργίαν vocant. Sed etsi acquisitorum omnium vsusfructus lege maneat penes superstitem coniugem *liberis extantibus* (ï. §. 283.) ipsum vtique secundis amitti nuptiis, censuit Curia Parisiorum, non modò in rem gratiámque communis illi cum defuncto prosapiæ, verùm & anteriore mortui connubio procreatæ. S. Consulto sub Annum. 1560. aduersus Petronillam *de Meaulne*, viduam mulierem Dn. *des Essarts*, apud Andes, qui liberos alia ex vxore sustulerat. Iuxta Domitij Vlpiani responsum, l. placet, ac seq. ff. De liber. posth. Vbi posthumus hæres scriptus, viua coniuge, si, post huius obitum, editus sit ex alia, perinde intelligitur vocatus testamento, ac si ex priore genitus esset. Ob idque, Senatus Andegauæ Legis interpretem Sententiam suam præcepit legi recitaríque propalam in maiore Andegaui fori auditorio: vt Consuet. Vèrba, *liberis existentibus*, ad omnes iusto thoro susceptos pertinere nemo ambigeret. Quò vergunt pariter Molinei Notæ ad cita. artic. 283. & in §. 227. Legis Borboniæ Municipalis Cum Fabri dictatis ad Authent. in donatione Cod. de sec. nupt. lucra nempe nuptialia, *Statuto*, vt pacto, superstiti parta, stante ex alio coniugio prole, euanescere. In consimile argumentum varias vtrinque Iuris rationes protuli Lib. 3. De Priuil. Rvsticor. Capite 3. De Emphyteusi. Hæc porro omnia cessant in Vindocinensi Andium Castellania, cuius populares, dirempto matrimonio, subinde communes quæstus partiuntur inuicem, nullo coniugum superstiti concesso vsufructu quæsitorum. ï. §. 288. Quod ita accipe, nisi vidua mulier renunciatum voluerit societati bonorum, ne ipsius oneribus implicetur. Nam hoc casu repudiantis portio aduoluitur defuncti hæredibus, non vsufructu modò, sed proprietate. Secundùm §. 238. Andeg. Consuet. & priscum adeo Morem Gallorum ferè vniuersorum, quem subnotat Frossartus, Hist. Volum. 4. Cap. 89. in hanc phrasin. *Messire Guy de Chastillon Comte de Blois, mourut si endebté, qu'il conuint*

In Lib. Decision. Consultat. & Iudicatorum in Regno Portugalliæ.

ï. Lib. 3. Tit. 4. art. 12. 13. Et nostro Lib. 2. Leg. Parisien. Tit. 4. art. 10.

Quid verò de pigneratitia fundorũ emptione, quæ resoluitur ipso iure in reditũ annuũ nummis constitutum, an talis reditus vsumfructum habebit superstes coniunx, sicuti fundi habiturus fuisset? Puto etsi Statuta sint stricti iuris, vsufructui locum fore apud Andes. Quia immobile subrogatũ loco immobilis, &c. Sic primogenitus. nobilis, *ores qu'il soit tenu acquiter ses puisnez de toutes debtes hereditaires mobiliaires, il ne sera pas tenu les descharger pour le tout des Contractz d'engagemẽt des terres.*

In vers. & prioris matrimonij defuncti.

Digitized by Google

uint à la Comteſſe Marie de Namur renoncer à tous meubles, n'elle n'oſa accepter le Teſtament, & retourna à ſon Doüaire de la terre de Chim-y, & de Beaumont, & les heritages allerent où ils deuoient aller.

9. NVSQVAM alibi comperi, dationem procuratoris ex *impotentia* (vt cum Lege patria loquar) à medio Iuridico eſſe petendam: præterquàm apud Cenomanos, qui iiſdem penè nobiſcum vtuntur Moribus ac Ciuico Iure. §. 47. & 52. Cenom. Leg. Imò & in vetuſtis ambarum Conſuet. exemplaribus, quæ typis impreſſa extant, nil video cautum de iuridica hac poteſtate dandi Procuratoris. Turones planè medio Iuridico tribuunt tutorum dationem. §. 51. ſuæ Conſuet. Xantones §. 5. Pictones. 16. Senones. 14. Sed de Procuratione mandanda, mirum vtrobíque ſilentium. Fecit idcirco rei nouitas, vt hæſitarent complures de eius ſignificatione verbi, putaréntque ſolummodò intelligẽdum de mandato vicariæ fidei clientelaris officio, quo vaſallus per ſe defungi nequeat. Vtpote ſi impeditus valetudine ſit cliens, furore, ſenio, vel infirmitate virium corporiſque imbecillitate: quæ excuſationem ſingula præſtant Vicario illi clientelæ muneri. i. §. 124. Aſt hæc, roges, quid ad medium Iuridicum? Vulgò enim ſufficit, Mandatarium conſtitui apud Tabellionem, nedùm apud Dominum mediæ Iuriſdictionis. Eodem §. 124. Quoniam verò tali Procurationi accedit quantulacúnque cauſæ cognitio, vt ſuperiùs dictum eſt, tutiùs videtur, huic medij Iuridici auctoritatem interponi. Imò & olim per Procuratorem litigare nullus ſinebatur in Regiis tribunalibus abſque Reſcripto Principali. Vt aſſerit Ioh. Gallus, Deciſ. Pariſien. 86. & à Nobis explicatum eſt antea. Quo exemplo fortaſſis, Domini Iuridici præſentibus tantùm ius reddebant quondam, non procuratoribus abſentium: niſi quos ipſimet dediſſent Iuridici, aut dari ab eo ſiniſſent litigatore, qui Foro adeſſe non poſſet. Indéque tractum forſan patrium vocabulum, *Procuration par non puiſſance.* Eò recidit quod in veteri Lib. *Conſuetudinario* ſic animaduerti, *Exoine mandee renoque Procureur par non puiſſance, comme autre Procureur.* Tametſi veniam gratiámque dandi procuratoris tota Gallia Regiam purè eſſe, conſtet forenſi hac Maiorum noſtrorum ſententia. *Item au Roy ſeul appartient à donner Graces de plaider par Procureur, & Lettres d'Eſtat par tout le Royaume.* In Gallico forenſi Codice manu deſcripto, temporibus regis Karoli. 6.

Verſ. *procureur à pouuoir eſpecial.*

In Præfat. huius Operis.

10 BONA mouentia, quæ domino carent, fiunt medij Iuridici, cuius in Territorio deprehenduntur. §. 40. Andeg. Leg. Quod vt dilucidè expediteq; dignoſcatur, bonorum* ἀδεσποτῶν genus multiplex notandum eſt. Alia domino vacant iure & facto ipſo, quæ ſui natura in nullius bonis ſunt nec fuerunt: Vt lapilli, gemmæ, & cætera quæ in littore inuenimus, feræ belluæ. Cuiuſmodi res naturali Iure cedunt non ei vni qui Iuriſdictione præditus ſit, ſed primo cuique capienti. Vt Florentinus ait Lib. 1. Inſtitut. l. item lapilli De re-

*. Quæ dominum non habent.

Porrò furtiuæ rei perpetua eſt perſecutio: Sed ne dominius amiſſam hoc

modo rem suam diu anxiè que requireret, Æ gyptij lege iusserunt eos qui furari volebant, nomen suum apud principem fa atque tum scribere furtum ad cuestu ferre Quibus ãriter furto res erepta erat apud eundẽ rei sublatæ tempus, diem & horam scribere tenebantur. Hoc pacto facilè inuento furto, quirem perdidisset, quarta mulctabatur parte quæ dabatur furi. Diodor. Lib. 2. Cap. 3.

rum diuis. ãiæ priuatorum quidem fuêre, sed pro derelicto habitæ tra-eunt in ius mancipiúmque occupantis. Apud Celsum Lib. 1. Digest. l. falsus §. si quis sponte rem iacit vel iactauit De furt. Tertia species est mobilium rerum dominij ignoti & incerti, quæ domini necne voluntate vagent, dubitatur. Quo casu repertor libellum porrigere debebat lege Quiritum, continentem nactum se fuisse, & restituturum ei qui deposceret. Vt respondit Vlpianus, Lib. 41. ad Sabinum d. l. falsus §. qui alienum. At Francicis Moribus dies præfinitur, intra quem proprietarius res suas repetitum veniat, eásque medio tempore publicandas trino præconio curet medius Iuridicus, velutíque proscribendas. Quo demum expleto tempore, mouétia isthæc addicuntur Domino mediæ Iurisdictionis. Et communem fere hunc Galliæ vsum esse dictitat Faber in §. vltim. De rer. diuis. Apud Iustinianum. Benedictus dein copiosè, ad Cap. Raynutius Ver. & vxorem nomine Adelasiam Num. 922. adusque 936. De Testam. Eadem ratione, naufragas merces, naufragióque eiectas censuit Nannetum Synodus, minimè quæri Armorico Duci, sed integras antiquo domino reseruandas: contraria abolita Regionis consuetudine, seu veriùs corruptela. Sicuti Hildebertus, Cenomaniæ suæ lumen & splendor, attestatur: qui Nannetense hoc Cleri Consilium, cui interfuit Cenoman. Præsul, Honorio. 2. P. M. probandum curauit. Epistol. 65. quæ extat Hildeberti Volumine epistolari, (in Bibliotheca S. S. Patrum.) Vers. *Quicquid euadebat ex naufragiis, totum sibi Fiscus lege vendicabat Patriæ, passósque naufragium, miserabiliùs violentia Principis spoliabat, quàm procella.* Atquin, ethnici Imperatoris Rescripto Antonini, cuicúnque licuerat suum impunè naufragium colligere. l. vlt. ff. De incend. ruin. naufr. Alio quidem loco habentur maritimæ *Espauæ, comme droict de lagan, poissons Royaux, &c.* ex eo dicta, *Droict de Visconte*, quòd mediis Iuridicis lege tribuantur Ambiana. §. 74. 77. Pontiuensi. 99. Nam vtroque More patrio, *le Viscontier ou moyen Iusticier est tenu Seigneur Voyer és froct, flegars, chemins, & Voyeries estans au deuant de ses tenemens; soit par eaue ou par terre.* Artic. 5. cit. De humano autem partu exposito, nec à quoquã agnito, sit *Espaua* necne, antea discussi. Non esse infantem huiusmodi, nec, velut *Espauam*, districtè educandum à recto Domino, sed à parœcis Vici aut Oppidi potiùs, ostendi ex contextu Legis Regiæ Molinens. Quæ mihi Constitutio videtur ex ipsis fontibus hausta Ecclesiastici Decreti Gallorum, Can. 4. Turonen. Concilij. 2. his verbis. Vt vnaquæque Ciuitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundùm vires, vt tam vicini Presbyteri quàm ciues omnes pauperem suum pascant. Quò fiet, vt ipsi pauperes per Ciuitates alienas non fatigentur.

Nannetensis Concilij canones in Decreto Yuonis, Parte. 2. Cap. 12. Et in Cap. 2. De paroch. & al. paroch. Quo presbyteri parochiales Dominicis diebus & festiuis parochianos alienos ad missam admittere non debetur: si ex contemptu ad eorũ Ecclesiam accedũt.

Hildebertus de Lauardino, Cenomaniæ, dein Turonum Pontifex clarnit An. 1100. variaque sacris de rebus scripsit. Ad eum coætaneus Yuo Carnuten. Epistolam 77. 91. 173. 191. 221. 279. (Lib. Epistol. Yuonis). Et ad eundem D. Bernardus, Epist. 124.

Espauas de la Mer.

Cons. d'Amiens, & Ponthieu.

Suprà Cap. 10. Art. 5. 6. 7.

Turonico Concil. 1. (sub Leonis. 1. P. tempora) subscripsit Victurius, Cenoman Episc. Turonicum 2. fuit sub Pelagij. 1. P tempora. Tertium (regnante Karolo Mag.) Quartum,

RERVM vtique soli desertarum dominus expectatur biennio integro, vt si vacantibus destitutísque aruis nouus cultor insederit, ea vetus possessor in suum ius reuocet statо interuallo, ac refusis 11.

cultori

cultori ſumptibus recuperet, deinceps alioquin non audiendus. Valentiniani lege. 8. De omni agro deſer. Lib. 11. Cod. Quinetiam in Vrbe Veſpaſianus Cæſ. vacuas areas occupare, & ædificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuiuis permiſit: quùm Roman. ciuitas priſtinis incendiis ruiniſque deformis ægrè ſpectaretur. Vt narrat Tranquillus in Veſpaſiano, Cap. 8. Inculti igitur agri illi, deſertíq;, Legum coniectura, fiunt Reipubl. vel, Gallico more, ſublimis Iuridici, nec cedunt priuato occupanti. Secus de caduca hæreditate fundorum, quæ ad rectũ dominũ pertinet Andegaua lege. §. 442. Sed an hic quaſi Fiſcus in vacantia ſuccedat, an quaſi patronus res *Feudi* ſui recipiat poſtliminio, valdè ambigitur. Patronum enim iure fiſci ſuccedere iſthîc veriùs, quàm *Feudario*, innuit Artic. 268. eiuſdem Conſuet. qui ipſum onerat ære alieno defuncti. Quod patronis minimè accommodari poteſt, beneficij ſui prædia liberè integréque condicentibus antiqua lege Feudi, citra onus debitorum nominum. Cap. 1. §. aut ſi libellario §. rurſus ſi fidelis Quibus mod. feud. amit. Econtrà verò, patronum iure directo ſuccedere ac *Feudario*, docent verba perſpicua Conſuet. in d. Cap. 268. & 442. Quam in partem vt ſim procliuior, facit nota diuerſitatis ratio inter reſolutionem *Feudi* ex commiſſoria lege ipſius retrò relatiua, & ſucceſſionem in *Feudum* vt hæredibus vacuum. Nam hæc quidem differentia nil prohibet, Dominum vtroque caſu *Feuda* reuocare penes ſe iure patronali, ſed ærenè debito à cliente, & quatenus obſtringatur, apertè demonſtrat ac diſtinguit.

ſub Alexandro. 1: P. de quo Conſil. in Cap. Non ſatis De ſimon. Cap. 2. Ne prælat. vic. Cap. 3. & vlt. Ne cler. vel mon. Cap. Maioribus De præb.

Terres hermes, incultes & deſertes, quas domino altæ Iuriſdictionis acquiri, & quatenus, dixi Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit De terris vacantibus.

Verſ. *Et payeront les Seigneurs des Fiefz des debtes du deffunct* pro rata *chaſcun à la raiſon de ce qu'il aura eu des biens d'iceluy deffunct.*

Cap. 41.

Et par icelle Couſtume les biens Meubles des Baſtars ou Aubains appartiennent aux Seigneurs, à chaſcun pourtant qu'il eſt trouué en ſa Seigneurie, qui ont droict d'Eſpaue mobiliaire en leur terre: & les heritages acquis par telz Baſtardz appartiennent aux bas Iuſticiers en la iuriſdiction deſquelz ilz ſont aſſis, quant telz Baſtars ou Aubains treſpaſſent ſans hoirs de leur chair yſſuz en loyal mariage: & s'en peuuent iceux Seigneurs de Fief dire & porter ſaiſiz, comme pourroient faire autres heritiers.

1. RES MOBILES NOTHORVM, VEL ADVENARVM, DOMINIS COMPETVNT SVPERIORIBVS VIRITIM, QVATENVS IN SVA CVIVSQVE DITIONE REPERIVNTVR: IN QVA SCILICET DOMINI IVS HABEANT MOBILIS ESPAVÆ. PRÆDIA VERÒ, QÆ NATVRALES LIBERI ACQVISIERINT, OCCVPANTVR AB IMÆ IVRISDICTIONIS DOMINO, CVIVS IN FINIBVS COLLOCATA SINT. OMNIA HÆC QVIDEM ITA, SI ILLEGITIMI, AVT EXTERI SINE PROLE DECESSERINT EX IVSTIS NVPTIIS PROGENITA. TALIVM DENIQVE BONORVM POSSES-

SIO QVÆRITVR PATRONIS SVPRADICTIS SINE ADPRÆHENSIONE RERVM ET FACTO, TANQVAM LEGITIMIS HÆREDIBVS.

DVPLEX hoc loco describitur bonorum vacantium genus, quæ nothi aduenæque obitu deferantur ad Dominum superiorem. Tertium subdit eodem Tit. Cenomana Lex de bonis eorum vniuersim, qui nullos propinquos hæredes morte reliquerint. Artic. 48. Cui tamen absimilis non est Gentis nostræ Mos. §. 268. patronis itidem res addicens morientium absque legitimis hæredibus. Porrò Episcopus & Clerus Andegauen. intercessit huius Legis sanctioni in medio Prouincialium Consessu, præfractéque defendit, Clericorum facultates, qui illegitimis orti natalibus, vel peregrini sint, ad sacram Ecclesiam pertinere successorio iure. Vt habetur in Renuntiatione actorum à Duumviris nostræ Consuet. reformandæ. Sed cognita Sacerdotum intercessione, rogati sententiam Ordines dixerũt, haud alium vsquam in bona nothorum exterorúmve succedere visum, quàm profanos Dominos mediæ Iurisdictionis, vel prædij dominantis, modo §. relato. Proin Duumviri illi ex Comitiorum suffragiis pronuntiarunt, Morem patrium, vti scriptus erat, minimè immutandum. Eandem quæstionem alibi exagitaui, nûm vacantia sacerdotum bona competant Episcopis. Lib. 3. DE SACRA POLIT. FOREN.

Procès verbal de la Coûtume.

Faber ait in §. sed cùm aliquis Instit. De Testam. Aurelianenses Episcopos & Capitula vendicare sibi bona Clericorum intestatorum veteri ac recepta loci consuetudine. Sed omnia ista progressu temporum exoluerunt.

Tit. 1. Art. 24.

VARIO ac multiplici Regionum Vsu disponitur successio in 27
bona illegitimorum. Quibusdam enim Municipiis necesse est tria concurrere, antequàm nothorum res ad Dominum superiorem quasi hæreditate deuoluantur. Primum, vt vitæ ortum sumpserint ipsi in Magnatis Ditione cupientis succedere: secundum, vt in eadem sedes suas domicilíque larem constituerint. Postremum, vt illîc quoque decesserint liberis orbi ac intestati. Quemadmodùm refert Boërius, ad §. 7. De Testam. Bituricæ Consuet. Idipsum prodit confirmátque Liber forensium Regularum Galliæ, calamo exaratus, rege Karolo Sexto, in hanc formulam, *Nota que le Roy par tout son Royaume doit auoir, si comme l'on dict, la succession de tous Bastars, soient Clercs ou Laiz: Toutesfois aucuns Haultz Iusticiers en ont ioüy. Mais auant qu'ils puissent auoir la succession, il conuient qu'il y eust trois choses concurrens ensemble, C'estassauoir que les Bastars ou Bastardes soient nez en leur terre*, secundò *qu'ils y soient demeurans*, tertiò *qu'ils y soient trespassez: Aliàs non.* Idque etiandùm Meduntensi Lege continetur, §. 177. Barroducana, 126. Turonensi, & Viromandua, quas postremas figillatim citaui, Lib. 1. DE CIVILIBVS PARISIORVM MORIBVS AC INSTITVTIS. Haud tamen alibi sparsim viget talis Consuetudo, nisi fortè de spuriorum bonis, qui seruili se olim ministerio certi Domini dicassent. Vt cautum est veteri Francorum Lege mandata literis, hoc modo, *Se Gentix homs a Bastars en sa terre, se il seruoit le Gentix homs, a moitié de ses muebles: se il muert sans hoirs & sans lignaige*

Nûm verò Feudi & Census, Fiscalis Castellaniæ, emptori fiduciario cedat successio mobilis in bona nothi mortui, an donatario Fisci? Dicet ille, eam sibi quæri ceu Feudi domino hoc §. 41. & 268. Contrà, iste, nothi mobilia Feudario domino non competere, nisi mediam Iurisdict. habenti. d. § 268. Sed quia feudum emptum facit partem Castellaniæ iuridicæ, ideo pro rata diuidundum reor hoc successionis commodum & reditum inter eos: Nisi à proportione modici pretij emptionis talia Iustitiæ compendia negentur emptori. L. 1. ff. De reb. dub.

Tit. 3. Art. 12.

Patrono liberisve patroni debetur semis bonorum lege Papia.

Digitized by Google

ge, toteſ ces choſes ſeront au Gentixhom. Mais il rendra ce qu'il deuoit de dete, & li fera ſa ſepouture, & hautement. Et ſe li Baſtars auoit acquiſes aucunes choſes à aucun autre Vauaſeur que à celuy à qui il ſeroit homs, li autres Sires ni auroit riens par droict: Mes il n'en penroit pas de celuy les cens & les coſtumes, ains conuenroit, que on leur en baillaſt home coſtumier qu'il les en ſeruiſt. In Lib. *Ci commencent li eStatu dou Royaume de France*, Tit. *De Baſtars & d'Aubains.* Aſt ibi tantùm agitur de nothis obnoxiæ libertinæque conditionis, quorum bona alioquin ad Patronos lege tedeunt Papia Romanorum. Non ita in liberis hominibus vulgò conceptis, quorum in bona ſucceſſorium ius metimur ſolo eorumdé ſitu, apud Andes præſertim: vt mouentia quidem medio Iuridico, cuius in territorio iacent, immobilia *Feudali* Domino, cui ſeruiunt, lege adplicentur. Hoc §. 41.

Quod dicitur, inceſtuoſis liberis donari non poſſe, niſi alimento & victu tenus, ceſſat in tenuire proprietatis iure data, minori quàm pro alimentorum ratione expediret. Vtpote ſi 100. libellis annus opus ſit alimentorum nomine ex conditione perſonarum, tunc valet donatio 25 aut 30. libellarum perpetuarum in inceſtuoſos. Vt ſæpeiṇ foro Pariſien. iudicatum eſt.

3. Ac iſti quidem Municipali Iuri conuenit §. 343. eiuſdem Conſuet. & priſcorum Galliæ Iuriſprudentum theorema iſtud, *Quant Baſtars muert ſans oir de ſa fame, toutes ſes choſes ſi eſcheent à ſes Seignors, à chacun ce qu'il ſera eñ ſon fié. Mes il puet bien prendre ſes muebles en ſaumone, & ſa femme ſon doüaire. Mais il reuenra apres ſa mort au Seignor.* In Gallico hoc Volum. *Ci comancent li Eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtellet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Tit. *Deſchoite de Baſtars.* Iuxta hæc, pronuntiatum eſt à Fiſcali Octouiratu Pariſien. Nobis cauſidicis, valere donationem non ſolùm propter nuptias (quod *Doarium* dicimus) ſed etiam inter virum & vxorem, cuius bona præmortuæ Fiſcus regius occuparat, quòd legitimè nata non fuiſſet, Iudicato pridie Nonas Ianuar. An. 1578. pro Dionyſ. Guillero, donatario, & rei Teſtamentariæ curatore coniugis Dionyſiæ Martinæ, aduerſus Regium cognitorem. Ex præclaro elogio Imp. Antonini l. 1. Cod. De donat. int. vir. Nec abs re profectò. Cui enim iuſta teſtamenti factio eſt, viuus donare poteſt multò magis. Atquin naturales liberi lege inteſtabiles non ſunt, ſed teſtamenti factionem vſquequaque habuerunt, vetuſtiſſima teſte Sententia *Parlamentari* An. 1270. ſic deſcripta. *Inhibitum fuit Bailliuo Bituricenſi, quòd non impediret, quò minus legata Iohannis Vindocin. baſtardi Bituris nuper defuncti, quæ de acquiſitis ſuis fecerat, tenerent & valerent.* Eam in partem multa congeſſêre Romanus, in Reſponſo. 43. Molineus ad §. 184. Borboniæ, & 28. Inſulanæ Belgarum Conſuetud. Inteſtati autem nothi bona vt non ſunt Regij iuris eximij, ſic ferè vbique patriis Legibus veniunt ad ſublimes Iuridicos, non ad Dominos *Feudi*, præterquàm Andenſes, ac Cenomanos. Agè quid in conflictu Regij, & inferioris Iuridici de hoc genere ſucceſſionum? Vtri interea ſtandum erit, quæve futura eſt in medio illo certamine Principis prærogatiua? Haud minima hercle, quàm Regij *Parlamenti* Decretum vetus adnotauit, in hæc verba, Philippus Dei gratia Francorum Rex Vniuerſis, &c. Grandes clamores frequenter tam ad nos quàm ad gentes noſtras perueniunt contra Collectores

Sententia lata à Conſiliariis Cameræ Theſauri Pariſien. Die. 4. Ianuar. An. 1578.

Inter Iudicia Conſilia & Areſta in Parlamento Candeloſæ An. 1270.

Teſtamenti factio actiua & paſſiua penes baſtardos,

Hæ Litteræ ſumptæ ex 4. Regeſto Scribatus Curiæ, *du Greffe ſimil de la Cour, commençans* Inqueſtæ ciuiles reperæ

in domo Gulielmi de Nogareto quondam Cancellarij.

per nos deputatos in negotio Manuummortuarú, Aubenarum, & Bastardorum super inordinatis & abusiuis processibus & vsurpationibus, quæ per eos fiunt (vt dicitur) in graue subditorum nostrorum dispendium, &c. Tandem deliberatione super his habita diligenti, per Curiam nostram extitit ordinatum, quòd Bastardorum & Aubenarum in terris Baronum & aliorum subditorum nostrorum, in quibus ipsos constiterit omnimodam habere Iustitiam, decedentium bona ipsa collectare & explectare non liceat, nisi priùs per aliquem idoneum virum, quem ad hoc specialiter deputauerimus, vocatis partibus ac dictis Collectoribus & Domino loci constiterit, quòd nos sumus in bona saisina percipiendi & habendi bona talium Bastardorum & Aubenarum decedentium in terris prædictis: qua Inquesta pendente, statim de bonis huiusmodi, vocatis prædictis, coràm fiet Inuentarium. Quo facto, bona prædicta in manu nostra tanquam superiori ponentur, & interim salua custodientur ibidem penes aliquem probum virum non suspectum, & inquestæ per nostram Curiam expedientur. Item ordinatum fuit, quòd dicti Collectores nouas associationes de cætero pro nobis non recipient absque nostro mandato. Item ordinatum fuit, quòd si inter aliquos subditos nostros sit quæstio de bonis habendis alicuius, qui in statu decessit seruitutis, vtraque parte dicente defunctum hominem suum de corpore fuisse, & ex parte alicuius non proponatur, bona eius ad nos pertinere vel ratione iuris nostri vel associationis antiquæ, Collectores non associent se super huiusmodi cognitionem, sed eam Dominis loci dimittant. Item ordinatum est, quòd si Collectores prædicti bona alicuius defuncti ratione Manusmortuæ petant pro nobis, dicentes huiusmodi hominem nostrum de corpore fuisse, & econtrà, ipsius defuncti hæredes dicant ipsum fuisse liberum & in saisina libertatis decessisse, statim bonis huiusmodi in manu nostra tanquam superiore positis, fiat, vocatis partibus & dominis loci, coràm inuentarium de bonis prædictis, cuius copiam vtráque pars habebit: & interim ibidem dicta bona per aliquem probum virum non suspectum in manu nostra seruabuntur, & de causis huiusmodi Bailliuus noster illius loci cognoscet, & dicti Collectores coram eo ius nostrum in huiusmodi prosequentur & defendent. Item ordinatum est, quòd in faciendis inuentariis bonorum quorumlibet defunctorum, in quibus ipsi Collectores reclament ius nobis competere, ipsi vocabunt omnes illos quos tangit negotium, & etiam Dominum in cuius terra & Iustitia bona huiusmodi consistent, & fiet vtrique partium copia inuentarij eorumdem. In Parlamento An. 1301.

In Campania, & Bria Francica, Rex sibi vni asserit successionem in bona nothorum, & que les Nobles dud. pays ne seront receus à prouuer possession de cognoistre des espaues, mortemains, & Bastars, & d'auoir les eschoites d'iceux assis en leurs terres de haute Iustice. Et qu'ils ne les pourront auoir, s'ils ne sont nez de leurs femmes de corps, & en leurs terres où ils ont toute Iustice. Literis patentibus Philippi. 5 regis die 20. Augusti An. 1319. Iuxta fraternam Ludouici Hutini Ordinationem An. 1315.

ACCEDO nunc ad naturales, Rescripto legitimos factos, liberos, patre curante: de quibus tractatum est in Senatu, Nobis orantibus, an postmodùm parenti ius foret, illis munusculum dare, legare supremo elogio, eóque contentos esse iubere. Quo in argumento, 4.

Digitized by Google

mento, Marius pro teſtatoris cognato acriter vrgebat, natalibus reſtitutorium diploma, apud Gallos nihilò efficacius eſſe, quàm Teſtamentariam hæredis inſtitutionem, paulo momento reuocabilem. Quùm regiis Codicillis trita inſeratur clauſula, *Dummodò de eorumdem parentum vel aliorum, ad quorum ſucceſſionem habilitatur, voluntate proceſſerit.* Proinde nothum minimè fieri legitimum, nec ſuum patri hæredem ac matri; niſi vellent, ſi viui morienteſque in ea perſtarent animi ſententia. Sicuti Molineo viſum eſt, in priſcam Conſuet. Pariſien. §. 8. Argum. l. vlt. Cod. De Pact. & l. 3. §. vlt. ff. De adim. leg. E contrario autem, Nos pro liberis Oratione forenſi, patrem naturalem obtinuiſſe à Principe, vt nothi in legitimorum ordinem adſciſcerentur: ex ea die vt legitimos, ita ſuos patri hæredes factos. Ait Bartol. in l. 2. Verſ. item quæro quid ſi aliquis filius ff. De vulg. & pupill. Bald. in l. eam quam Cod. De fideicom. Ideóque iis legitimam deberi, ſeu Naturæ lege ſancitam portionem hæreditatis. Bald. in addit. Specul. Tit. De donat. Et in Cap. de cauſis Verſ. & ideò ſpurius. De offic. deleg. Quod ſimiliter Pariſien. S. C. decretum oſtendimus Lib. 1. FISCALIS PATRIMONII GALLICI. Tit. De Naturalibus liberis. Vnde & teſtamentum perinde rumpitur notho reſtituto natalibus, ac legitimo nato. Angel. & Imola, ad l. certum ff. De iniuſto teſtam. Bartol. in l. ſi is qui pro emptore. ff. De Vſucap. Bald. in l. filius à patre §. 1. ff. De liber. & poſthum. Quinimo purè nothis dabatur, Attica lege, patet-norum bonorum portio, quæ τῶν Νοθῶν inde Græci appellarunt. Hodie pariter Luſitanica Lege regia, naturalis filius, cum legitimo, vocatur ex æquis ad paternam hæreditatem. Aluari Valaſci teſtimonio, in Conſultat. 94. Porrò quod attinet ad vulgarem clauſulam (de qua 3.) Regiis Literis adiici ſolitam, ea refertur ad laterales propinquorum hæreditates: quibus non æquè, ac parenti adgnaſcitur nothus beneficio Principali. Nec enim inſciis hæredes ſcribuntur aut inuitis cognatis, ſed viuo parenti & aſſentienti *legitimatoriis* Tabulis, nullo iſthîc illorum conſenſu neceſſario. Ioh. Andr. Panor. Anton. Calder. ad Cap. per venerabilem. Qui fil. ſunt legit. Bartol. in l. Gallus §. & quid ſi tantùm ff. de liber. & poſthum. Bald. in l. Nam ita Diuus ff. de adopt. Atqui natalium reſtitutio, actus eſt Iuris Ciuilis nec diem recipiens nec conditionem. Nec partim legitimus dici aliquis poteſt, partim illegitimus. d. Cap. per venerabilem Verſ. præterea. Patri ergo iam inde liberum non ſit, hæredes alios nuncupare. quàm naturales liberos qui in legitimorum familiam ſemel allecti ſint. Admitto quidem, nothos interdum Reſcripto legitimos effici in nonnullis duntaxat. §. filium Et ſeq. Nouell. Conſtitut. Quib. mod. natural. effic. legit. Hoſtienſ. ad d. Cap. per venerabilem. Volo & quoſdam ita reſtitui natalibus, ne in parentum bona ſuccedant, aut certam modò in portiunculam. Quod non vtique inſolens eſſe, teſtatur Bartol. ad l. quæſitum ff. De ac-

Glo. 1. In Ver. *Is filius.* Num. 53.

Pater poteſt impetrare legationis Reſcriptũ pro filio quod certo modo ſuccedat. Bartol. in l. quæſitũ ff. de adopt. per textum in C. 1. de fil. nat. ex matrim. ad Morganat. cõtr Sic. Anton Butrius in Cap. per venerabilẽ Qui fil ff. ſunt legit. Alexander in Conſil. 25. Volum. 1.

Nothia, lege ſtatuta bonorum portio parentis, quam nothis ſuis teſtamento relinquere tenerentur. De quibus, etiã Budeus ad. l. 2. ff. De ſtat. hom.

Conſultat. Lib. 4. Tit. 71.

quir. hæred. In lect. antiq. Romanus ad l. qui superstitis Eod. tit. Iason. in l. 1. col. 12. Vers. pro hac eadem parte Cod. de iur. emphyt.

Die. 18. & 19. Nouemb. an. 1577. Causa publicè acta in Senatu inter Nicol. *du Plessis* nobilem nepotem ex sorore Iohannis *Delauuin* domini *de Blerencourt*, & Iacquelinam *de Poix* matrem tutricémque filiorum dicti domini *de Blerencourt*, pro qua nos in Curia bino die palam diximus amplissime. Eam quippe defunctus testamento tutricem nuncuparat liberorum communium.

Verumtamen quos Rex purè simplicitérque legitimis adscripserit pro voto paterno, iustis filiis adæquamus, nec eos denuò patri licitum est, ab hæreditate sua prohibere specie legati singularis. Hisce ego cùm alia subiecissem apud P. C. quam plurima, Senatus quæstionem reiecit ad plenius deliberandi consilium. 13. Kal. Decemb. An. 1577. In Catalogo causarum Viromanduarum. Mario, pro N. *Duplessis*: Me, contra, pro liberis Ioh. *de Lauuin*, dicentibus. De eo interim sciendum quod sensisse videtur Thuanus Curiæ Præses Max. qui tum sedebat pro tribunali: liberè interfatus in media causæ huius Actione, restitutionem natalium non suspendi aut minui ex clausula *legitimatorij* Diplomatis, *Dummodò de eorum voluntate, &c.* (de qua s.) nec eò minùs iustum filium censeri quisquis annuente patre ita donatus sit iure legitimorum: Sed illa Principis verba pertinere solùm ad futuras agnatorum hæreditates, queis ignorantibus, absurdum sit nouos hæredes Rescripto summitti.

Pictauense Concilium irritat nothorum ad sacros ordines promotionem. Cap. 1. De fil. presbyt. Quo de Concilio, plura, in Cap. 1. De ætat. & qual. Cap. 2. De vit. & honest. cler. Cap. 1. De præb.

Isthinc vtique demendos puto Sacerdotum liberos, qui Diplomate legitimi fieri nequeunt bonorum hæredes, sacrorum, multò minùs, Nam, aliena exempla ne laboriosiùs consecter, omissis propriis, Vrbanus P. M. electionem improbauit Cenoman. Episcopi, qui ex fabricola genitus foret. Epistola ad Turonens. Archiepiscopum missa, in Can. Cenomanensem electum Distinct. 56. Ac vniuersim adeo increpat Gregorius. 9. Clerum, Turonen. prouinciæ; quod nothi, filiísque Sacerdotum Ecclesiasticis dignitatibus potiantur absque venia & indulgentia Apostolica. Decretali Rescripto ad Turonum pontificem. Cap. nimis De fil. præsbyt. Ita Flandricis in oris, negantur ingenui status Codicilli omnibus iis, qui patre Sacris addicto sint procreati. Ex politica Cæsaris Karoli. 5. Sanctione Brugis edita. 13. Kal. Nouéb. An. 1541. At Francisc. Claperius refert, Aquensis Vectigalium Curiæ suæ Placitum, in Masilienſi Prouincia, spurios huiusmodi, à Principe, status eorum apprimè gnaro, natalibus restitui summo imperio posse. Quarto Nonas Septembres An. 1552. (Centuriæ Causa. 30.) Id quod benignè quidem accipiendum reor, vti spurius Regiis muneribus obeundis fiat idoneus, non verò alienis, aliorúmque dispendio priuatorum hæreditatibus capessendis.

Flandrica Constitutio Die. 20. Octob. 1541. In Lib. Ordinat. Flandric.

Die. 2. Septemb. 1552. Arestum *de la Cour des comptes, aydes, & finances de Prouence.*

ALIA porro emergit hinc de *legitimatione* quæstio, sed patrij 5.
Moris Capiti, quod nunc exponimus, aptior: An nothi intestati bona competant domino Iuridico, an propinquis ipsius, natalibus restituti cum clausula suprà citata. Pro illo vrgebat ciuilis Regula Dominicum ius priuatorum auferri non posse Regio diplomate: Consanguineos saltem nihilo firmiùs in res spuriorum succedere debere, quàm præmorientibus ipsis successissent spurij natalibus restituti: nisi *legitimatoriis* Principum tabulis calculum addidissent. Nouell. Constitut. Quib. mod. natur. effic. sui 5. filium l. Cùm in adoptiuis

adoptiuis §. ſed ne articulum Verſ. & ideò Cod. De adopt. Sed propinquorum cauſam potiorem arguunt validiores Iuris rationes. Imprimis enim audienda non eſt inferioris Domini querela aduerſus beneficium Principis natalibus reſtitutorium, nihilò magis quàm in Gallicæ ciuitatis munus aduenæ erogatum à Rege, vel Codicillarem veniam pœnæ capitalis. Quæ à Regibus Literæ expediuntur identidem pro maiore imperio, locorum Dominis perperam renuentibus, aut reclamantibus. Quùm enim naturalibus liberis ius ſit teſtamenti condendi, ac ſuis de rebus integrum ſolutúmque arbitrium, improbè expoſtulent Iuridici dynaſtæ, ſucceſſionis in ea bona ſpem ſibi præreptam *legitimatoris* Regum codicillis. Quod autem obiicitur, conſanguineos, nothorũ perinde, ac nothos, ipſorum hæreditate excludi quibus ſuperſtites hi extitiſſent, id refutat diuerſa ſpeciei vtriuſque ratio ac diſciplina. Ideò enim nothus, quem Princeps natalibus reſtituit, incapax manet lateralium hæreditatum, quòd à propinquis nec agnitus ſit conſanguineus, nec eorum aſſenſu ſuæ infertus familiæ Principali reſcripto. Nam Principi vtique religio eſt, gentilitia familiæ decora, & Inſignia communicare aliis promiſcuè exquiſito ſuo munere Ingenuitatis, ac deleta originis mácula, nouos illuſtribus viris hæredes obtrudere, quos aut minimè norint aut nolint. At longè alia iſtorum cauſa eſt in nothi hæreditate cernenda: præſertim ſi eodem ſe, quo nothus, patre genitos fateantur. Nullius enim intereſt hac in ſpecie, dempto Fiſco, qui nothorum ſtatum immutans ceſſit iure ſuo. Deinde communis pater, cuius cura impenſáque naturalis filius redigitur in ordinem legitimorum, videtur pari ſtudio cæteris prouiſum liberis voluiſſe: vt ſi nothus diem priùs obiret, in eius opes ſuccederent potiùs legitimi alij liberi, quàm regius Fiſcus, alteriúſve Domini mediæ vel ſummæ Iuriſdictionis.

Literas Legitimationis, Naturalitatis, vel Remiſſionis impugnantes Domini Iuſticiarij non admittuntur.

6. QVIBVS argumentis impulſus Senatus probauit Iudicum Sententiam Præfecturæ *Theſauri* Pariſien. qui ſcripta defenſionis capita clientum noſtrorum admiſerant, contra Regium Actorem de nothæ mulieris hæreditate, interlocutíque erant, cognationem à noſtris allegatam, teſtibus adprobari debere. Sententia illa. 5. Nonas Mart. 1578. confirmata Curiæ decreto poſtridie Kal. Quintiles eod. Anno. Inter Procuratorem fiſci, & legitimos fratres Dionyſiæ Martinæ, qui eius bona ſororis nothæ ſibi aſſerebant hoc nomine, quòd ſemel natalibus reſtitutam eam fuiſſe conſtaret. Huic Areſto conſentaneum legi Pridie Nonas Iunias an. 1575. ſecundùm Gulielmam *Deſcamin* iuſtam ſororem Catharinæ notæ, quam Ioh. *Deſcamin* communis parens curarat natalibus à Principe reſtituendam. Eóque minor de iis ſupereſt ratio dubitandi, qui nothum agnorint pro ſuo, aluerint, fouerint, quaſi enixa ipſorum voluntate legitimum factum Principali beneficio. Tales enim propinquos Senatus haud dubiè Fiſco antepoſuit in nothi demortui bonorum poſſeſ-

Sententia Interlocutoria Conſiliariorum Cameræ Theſauri apud Lutetiã. Die. 3. Mart. an. 1578. inter procuratorem regium, & Mariam Barbinam viduam Claudij Martini tutricem filiorum, Mariam *le Clerc* viduam Ioh. Martini, tutricem filij ſui, & Ioh. *Iournée* filium Ioh. *Iournée*, & Yſabellæ Martinæ.

Decretum Curiæ die 1. Iulij. 1578.

Placitum Curiæ die 4. Iunij. 1575.

Digitized by Google

Arestum Curiæ die. 29. Mart. an. 1569.

sione, quem Rex sacro Diplomate legitimum nuncuparet. Decreto. 4. Kal. Apriles An. 1569. secundùm Gallandium, qui Curiam appellarat ab Octouiris Arcæ fiscalis, in Cognitorem regium, ediuersò, certantem. Quidam verò contrariam tuetur opinionem, pro suo certè Fiscali Munere in ea Præfectura *Thesauri*, sed fretus multò magis rebus iudicatis in suo Foro contra Guliel. *Descamin*, & Gallandium : In Tit. *Des droictz de Bastardise* Part. 2. *Des droictz du Domaine de la Couronne de France* (quæ in publicum emisit sub finem Anni. 1577.) Quod in opus Gallicum lætor sanè traductam transcriptámque magna ex parte Latinam nostram de DOMANIO FRANCIÆ tractationem, quæ formis excusa fuerat lustro penè integro ante editionem Gallici eius Volum. Ille equidem vir bonus vulgo Pragmatica̅ studuit, ac Romani sermonis rudibus istis, Nostráque vix percipientibus satis, ea postmodùm Vernacula fecit, eodem penè Libri Titulo ac inscriptione.

Has Sententias Cameræ Thesauri Senatus infirmauit pro Gul. *Descamin* & Gallandio, vt suprà dictum est.

DE nothis *legitimatis*, hucúsque: nunc de legitimis nothorum liberis, ad quos dubio procul legibus venit vtriusque parentis hæreditas. Gallica Iurisprudentia, quam Masuerius recenset. §. Item Bastardus Tit. De succes. & vltim. volunt. Cui conuenit alterius Pragmatici axioma forense, in Lib. manuscripto ætate Karoli. 6. ita relatum. Bastardus potest actiuè & passiuè testari quantùm ad legata, & quantùm ad hæredes: sed ab intestato ei succedit dominus temporalis. Sed à se bene incipit caput, & ideo ei succedunt filij legitimi in quæsitis per seipsum, & de iis bene testatur. Et ita fuit dictum Sabbati post Quasimodo per Arestum Curiæ, pro Luca *Lesmailleur de Trousseuache à Paris*, contra Procuratorem Regis. Anno. 28. Necabsonum his de iusta nothorum sobole cauit Andegaua Lex. §. 41. & 344. Hinc quoque tales nothorum liberi iustos habent hæredes posteros ac nepotes: aut iis deficientibus, consobrinos ante Fiscum, & agnatos transuersa linea, velut ex successorio quodam Edicto. Cit. §. Item Bastardus. Quinetiam auus legitimum ex spurio suo hæredem ritè instituit postremis tabulis. Bartoli Responso. 118. Quò vergit Cæsarea sanctio vlt. De natur. liber. Agedum quid de sobole ante nuptias edita? legitimáne erit omninò, secutis nuptiis? quidni? Sed hoc, dummodò nuptialium Instrumenta pactorum interceserint. Quod ab illustribus districtè exegit Imp. Iustinianus §. illud Authen. Quib. mod. natur. effic. legit. §. vlt Institut. De Nupt. l. cùm quis Cod. De natur. lib. Quin ad plebeios etiam hoc ius produxisse videtur Curia aduersus notham mulierem, quæ directarum hæreditatum petitione summota est. Decreto ad appellationem ex Præfectura vrbis Parisien. 10. Kal. Septemb. An. 1577. Michaële *Hellouyn* ac Maria *Angard* vxore, quæ notha erat, & Alexandro *Andran* cum altera Maria *Angrd* coniuge, litigatoribus. In omnibus scilicet Politiis, honestiores

Librum hunc Latinogallicum pridem commodatò accepi à Claudio Faucheto Parisien. Monetalis Curiæ præside.

7.

Imò licet naturalis pater bastardo illicitè donet, Andium Lege 145. odio paternæ incontinentiæ: Auus tamen paternus licitè donabit, innoxius nempe, nec paternæ conscius impudicitiæ. d. l. vlt.

Elegans huius rei ratio traditur à Iustiniano, quòd introeuntibus testibus & sine periculo mẽtientibus, quia vir vocabat dominam cohærentem, & istum illa similiter nominabat, affinguntur matrimonia non pro veritate confecta.

neſtiores connubia ſua pactóſque Hymenæos conſignatis literis teſtatos eſſe cuique voluerunt. Apud Medos, Raguele ſuam Tobiæ filiam elocante, dotalis ſponſio Tabulis mandata eſt. Tobiæ Cap. 7. & Pſyche illa geſtit (Apuleij Lib. 4.) deſtinatum ſibi pacto iugali, conſenſu parentum, ac ſcriptis quoque maritum nuncupatum. Ecquid igitur de eo, qui animam agens, concubinam nuptialibus chartis ducat vxorem? Hoc quidé nomine Baldus irritas cenſuit fato proximi nuptias cum concubina, quòd, velut à Thalamo ad Tumulum, dotis conuentio in id tempus conferatur, quo matrimonium futurum non ſit. In l. eam quam Cod. de fideicom. Ex l. Iulianus. ff. De Iur. dot. Attamen ſerum hoc connubiale fœdus ſanxit religio auctoritáſque ſacri Coniugij, ſimul & liberorum ſtatus confirmandi fauor. Iuxta Decretalem Innocentij. 3. Epiſtol. Tanta vis Qui fil. ſunt legit. Vbi Ioh. Andr. & in Pontificiam Regulam, Sine culpa, In. 6. Idque minùs ſibi conſtans Baldus probauit, In Cap. Innotuit De elect. Tum Iuris Reſponſo. 218. Volum. 3. Cui ſententiæ, ceu iuſtiori, adhæſit Alexander, in l. ſi quis poſthumos. ff. De lib. & poſthum. Secundùm Cyni dictata, ad l. nuper Cod. De natur. lib. Neque hoc Pontificum modò, ſed IVRECOSS. etiam Roman. æquitate fulcitur. Si quis enim poſthumos, quos per ætatem aut valetudinem habere forte non poteſt, hæredes inſtituat, ſuperius teſtamentum rumpitur: Quòd Natura magis in homine generandis & conſuetudo ſpectanda ſit, quàm temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate. Paulina leg. 9. ff De liber. & poſthum. Quocirca Lutetianus Senatus bonorum aſſem paternorum liberis dedit, addixit, tali connubio agnitis, legitimíſque facti, ſummoto hæreditatis competitore fratre defuncti. Præſentaneo Decreto ad prouocationem ex Andegauia, Quarto Kalend. Apriles an. 1599. quùm Robertus, fratris prouocantis: & Arnaldus, liberorum cauſam ornatè facundèque peroraſſent. Conſimile Iudicatum protulimus Lib. 3. DE PRIVILEG. RVSTICOR. Cap. 9. (Famil. Herciſc.) Art. 4.

Areſtum Curiæ Die. 13. Auguſti an. 1577.

Infirmitas nō impedit matrimonium contrahendum Cap. Quoniam. De coniug. leprotorū. imò in articulo mortis poteſt quis contrahere matrimonium, adeo quod filij antegeniti legitimantur l. cum quis l. nuper Cod De natur. liber. Et ibi Cynus. Ioh. Andr. In Cap. ſiue culpa. De regul. iur. in 6o Panorm. in d. Cap. quoniam De coniug. leproſ. Notat in cap. Tāta vis. Qui fil. ſint legit.

Placitum Curiæ, *à l'Audience*, Die. 29. Mart. 1599. Pro Curatore Petri & Karolæ filiorum Heliæ *Gobeau*, & Georgia Mailleta eorum matre intimatis, Contra Philippum & Mathurinum fratres d. Heliæ, appellantes à Sententia Andegauen. Diei. 19. Auguſt. 1597.

8. NATVRALIVM item, qui ex nobilibus viris prognati ſint, filiis nefas eſt ſibi ſumere gentilitium cognomen, Inſigneque illuſtris familiæ, ex qua parens traxerit originem, niſi eius principe gentis adſtipulante. Sicuti Allobrogicis Conſtitut. expreſſum eſt, tali clauſula, *filij legitimi baſtardorum nobilium non debent deferre cognomen nobilium, niſi de licentia capitis illius proſapiæ.* Quemadmodùm enim natalitium generis ſplendorem haud retinent naturales liberi, nec gentilitiis vtuntur Nothis clarioribus: Ita eorum poſteri, multò minùs. Iure communi, de quo Bartolus diſertè, ad l. ſi vt proponis De dignit. Lib. 12. Cod. Bald. in l. generaliter Cód. De inſtit. & ſubſtitut. ſub condit. fact. l. vlt. Cod. De verb. ſignif. Francico autem Vſu pro-

Tamen odio frequentis abuſus concubinorum ſua vitia præcipiti fatalique connubio prætexere ſperantium, Curia aliquando penſionem tantùm annuam liberis in concubinatu natis, nonobſtante tali coniugio, hæreditatem verò agnatis defuncti Ioh. *le Maignan* adiudicauit. Areſto die. 12. Dec. 1573. pro Anton. Gautiero, Barbara *Maignan* coniuge, & conſortibus qui à Pictonica Sententia Diei. 21. Iulij. 1571. appellarant, contra Ianam *Maran* ſuo & tutorio liberorum nomine, Iani & Iacobi *Maignan*.

Sabaudiæ Statuta.

tritum audio, Nobilium infimorum nothos, plebeios: Procerum verò, nobiles esse. Ac Senatus quidem, postulante Aduocato Fisci Montolonio, interdixit nothis Armoricæ Ducalis familiæ, ne Ducatus cognomen armáque sibi arrogarent. 14. Kal. Decemb. An. 1532. In promulgando Vnionis Rescripto Britanniæ Armoricæ cum Regno Francico. Quin & de legitima Heroum stirpe Britonicorum Frossartes hæc scribit Historico Volum. 4. Cap. 33. *Il conuient à Iehan de Bretaigne yssu de la maison de Blois & Chastillon de par son pere, encores qu'il mariast son fils à la fille du Duc de Bretaigne, laissant les armes de Bretaigne & prendre celles de Chastillon, & se aucune chose vouloit porter de Bretaigne (pourtant qu'il en estoit d'extraction de par sa mere qui fille auoit esté du Duc de Bretaigne) sur les armes de Chastillon il pouuoit prendre vne bordure d'ermines ou 3. lambeaux & vn escusson d'ermines, au chef de gueules, & non plus auant. Ainsi se porterent és deuises & ordonnances, &c.* Delphinatibus vtique inualuit consuetudo, vt generosorum hominum, nothi cognomen ferrent promiscuè, gestaréntque militaria inclytæ Domus Insignia. Vt Vidus Papa memorat, Decis. Gratianopol. 560. Lotharingio itidem More scripto, generosorum nothi, ab iis agniti, sequuntur paternum statum, natiuámque conditionem ingenuam: modò accingant se militiæ, & ex professo arma induãt. Ignobiles verò habentur naturales eorum liberi, qui recèns nobilitatem adepti sint. §. 12. 13. Tit. De statu homin. Sed Lotharingiæ affinem Belgarum Atrebatum Consuetudinem, barbaram vocat Molineus, annotat. §. 144. Atrebaticæ Leg. Ex argumento Leg. vlt. De verb. signific.

Arestum Die. 18. Nouemb an. 1532. in Dn. *d'Auangour.*

Bastards admis à de Gentilshommes.

Consuetudines Lotharingij Ducatus, *és. 3. Bailliages, de Nãcy, Vosges, & Allemagne*, reformatæ An. 1594. & à Duce omologatæ an. 1595.

NVM autem Christianis hodie probetur in Nothos filios collata donatio rerum soli, variæ sunt nostratum Iurecons. discrepantésque sententiæ. Quibusdam enim displicet ea bonorum largitas salua necessariæ educationis causa: quùm irritus sit omninò concubinatus Christiana lege, ac ideò naturales liberi eundem in statum conditionémque redigantur, ac S. P. & vulgò cõcepti. Nos verò, simul consulti respondimus, donationem ratam videri: si modò ei patrius Mos loci non refragaretur, & parentum vterque nuptiali vinculo solutus esset. De profanis enim mortalium opibus nil aliter in nothos sancitum cernimus Christiano, quàm ciuili Quiritum Iure. Quod ergo non mutatur, quare stare prohibetur? Addo, orthodoxos Reges etiamdùm cõfirmare nothorum statum *legitimatorio* Diplomate, perinde ac ethnicos Romanos priscorum temporum. Quoniam igitur patri licuit, hæredem ex asse sibi adscribere naturalem filium Codicillari Principis suffragio, quídni & testamento eidem largiri, quod extero relinquere potuisset, nec vlla iuncto necessitudine? Pontificia item Sanctio nothos discernit ab iis qui ex complexu nefario suscepti sint: his vna statuta ad alimentorum modum paterna liberalitate. Cap. 5. De eo qui dux. in matrim. Aliàs enim spurios in familiam recipere nemo potuit quàmlibet profa- 9.

S. P. spurii, quasi sine Patre filii, quod veteres his duabus literis, S. P. significabant.

nus,

Digitized by Google

nus & * ἄθεος sine certa suspicione dementiæ. Calp. Flacci Declamat. 30. De nepote ex meretricio suscepto. Denique Senatus notho patris legatario adiudicauit res mobiles, quæstus, & hærediorum partem, quantamcunque aliis lege dare, legare permissum sit Victriacensis Municipij. Aresto Parisien. postridie Idus Apriles an. 1579. pro Franc. *De Beauuois* tutore Ioh. filij naturalis Ludouici *de Pouilly*, cui Nos forensem operam præbuimus: contra Ludouicum *De Pouilly* litisque consortes, hæredes Ludouici illius transuersarios, qui à Regio iudice Victriaco Senatum prouocarant. Nec verò deerant contrariæ partis opiniones argumentáque grauissima. Concubinatum Iure Romano licitum, Christiano illicitum improbatúmque fuisse. Ælij Martian. l. in concubinatu. ff. De concub. Diui Augustini Homilia 49. Lib. Soliloq. in Can. audite 34. Distinct. Tum B. Ambrosij cap. 4. lib. 1. de Abrahamo. Vbi, nemo, inquit, sibi blandiatur de Legibus hominum, omne stuprum, adulterium est, & quicquid in ea, quæ non sit legitima vxor, commissum fuerit, adulterij crimine damnatur. Nulli licet scire mulierem, præter vxorem: ideóque coniugij datum est tibi ius, ne in laqueum Diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. Can. nemo 32. Quæst. 4. Idem spirant sacra dogmata, Deuteronom. Cap. 23. D. Paulus ad Corinthios Epist. 1. cap. 6. & ad Galatas cap. 5. Cum B. Augustino in Tract. 41. ad cap. 8. Iohannis & Can. Apostolus 81. Distinct. in ver. adulterium, aut aliqua immunditia fornicationis. Quibus subnectitur Basilien. Concilij sanctio De concubinariis §. vlt. Ibi, & cùm omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessariò euitandum, monet omnes laïcos tam vxoratos quàm solutos, vt similiter à concubinatu abstineant. His dissentanea non est Regum nostrorum Lex politica, D. Ludouici imprimis, qui subditis omnibus concubinatu interdixit. Ne isthîc recenseam Aurelienses totius Galliæ conuentus, queîs eadem planè Constitutio lata, aut veriùs nouata est à Principe. Artic. 101. Edicti Aurelianen. Itaque haud sine ratione insaniunt qui aiunt, nothos omnes, ex illicito congressu editos sibi videri, perinde ac spurios, eodémque modo paternæ donationis incapaces. Nam & Aristoteles alterius concubitum quàm coniugis putat inhibendum prorsus, eúmque qui contrà fecerit, grauissimè puniendum. Sed omnia hæc, de publica pœna delicti, non de priuatis fortunis profanísque facultatibus patrimonij, quarum vel effusa in nothum largitio minimè arctatur hodierna Lege Edictóve perpetuo. Demus enim, horum temporum nothos intestato patri in nullam succedere bonorum vnciam, quæ iis lege adplicabatur Iustinianea: nil tamen vetat, viuum parentem naturali filio bona sua donatione transcribere, quanta extraneo cunque dare potuisset, patrio More præsertim non repugnante. Sicuti à Senatu decisum ℣. admonuimus. Quatenus autem valeat Andegaui patris in nothum liberalitas Iure

* Infidelis, nec veri Dei cultor.

Inter M. Fabij Quintiliani Declamationes.

Placitum Curiæ die 14. April. 1579. Dn. *Lenoix* litis inspectore seu relatore in 4. Camera Inquestarũ Curiæ.

Bastardo facta à patre donatio valet, modò acceptata, insinuetur in Regio foro proximo peculiarique locorum, vbi res solidata, & partium domicilium sit immediatè. Nec enim sufficit Insinuatio in superiori principalivè. Sede eius Municipij, cui mediatè solum res illa domiciliumque respondeat Arg. l. quoniam C. de sacr. Eccl. l. si quis ad declinandam C. de Episc. & cler. Cum Edicto Insinuationis contractuum an. 1553. Atqueita decisum Aresto Parisien die 24. Ian. 1579. Pro Paula *Fauconnier appellante à Seneschalo de la Marche à Gueret*, contra Catharinã *des Brandons* donatariam. Relatore Dn. Picardo. Item Aresto die 18. Apr. 1598. pro Andr. Poieto *appellante à Senesch.* Lugdunen. Contra Claud. *Brunet*. Dn. *Lalemant* litem referente in 2. Camera Inquestũ.

Iustin. Nouella 89. Cap. 12. & 15. Vnde sumpta Authen. licet C. De Natur. lib.

An pater naturalis dotare filiam teneatur.

Municipali, expediam ſuo loco, i. §. 345. Vtcunque ſit, naturalis pater, filiæ vt alimentis, ſic doti obſtringitur, pietatis inſtinctu. Nam quod de dote nonnihil diuerſum ſenſiſſe creditur Scæuola, (l. vxorem §. pater naturalis De legat. 3.) In cauſa fuit legatum aliunde oblatum relictúmque filiæ, ex quo ſatis potuerit fieri doti, nihilum etiam patre conferente. Eòdem alludit Domitij Vlpiani diſtinctio conſimilis, l. Marcellus. §. cùm proponeretur D. Ad S. C. Trebell. Cæteroquin alimoniæ debitor parens, eximere ſe dotis onere nequit, velut debiti ſuccedaneæ alimenti. l. cognouimus Cod. De hæret. Bartolus ita nuncupatim de nothis liberis, ex Pontificia æquitate, ad l. Mæuius §. duobus ff. De legat. 2. Et Baldus ad l. Neque mater Cod. De iur. dot. At ſi inops pater, locuples verò mater extiterit, hanc Vlpianus putat, vulgò quæſitos præſertim, enutrire compellandam. l. ſi quis à liberis §. ergo & matrem. ff. De lib. agnoſc. Ex pari demum hypotheſi, decreuit Ordo Ampliſſ., educationis titulo annuam penſionem ſolidam à patre exolui filiæ, cuius mater, diues quidem, ſed alienæ mariti poteſtati ſubiaceret. De dote autem, placuit, in emendanda Præfecti Vrbi Sententia, commoneri patrem, vtì cùm gnatam viro deſponderet, ipſi congruam pro animi iudicio patrimoniíque ratione, conſtitueret dotem: Aliàs Senatus filiæ rebus commodíſque in eum prouideret.

Dos ſuccedit loco alimentorum.

Placitum Curiæ die 20. Iunij 1598. *en plaidant à la Tournelle, ſur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Lutetiano Areſto 12. Kalend. Quintiles an. 1598. inter Simonem Gueſtardum, à Prætore Vrbis regiæ appellantem, pro quo, Yuertus; Margaretam *Preudhomme*, matrem, pro qua, Auguſtinus filius meus: & notham, pro qua, Maſſonus egêre. In Senatorio Quæſtionum Auditorio.

NOTHOS ſequuntur peregrinæ conditionis viri, queîs ſine prole morientibus in bona ſuccedit medius Iuridicus, Andegauo More, ac Cenomano. Alibi verò, regulariter Principi addicitur in exterorum opes ſucceſſio, velut eximia quadam ſolidáque Regij tituli eminentia. Ob id regius Andium cognitor interceſſit promulgationi Conſuetud. iſtius, fuítque hæc interceſſio in teſtatum redacta ab Duumviris *Conſuetudinariis*. In Renunciatione ab iis actorum, quem Forenſes *Proceſſum verbalem* nuncupant. Sed & Lutetianis Monachis Templi Martini Senatus adiudicauit peregrinorum ſucceſſionem, qui intra ſui Territorij fines vita functi eſſent. 10.

Ex antiquiſſ. Regeſto Curiæ, fol. 84. verſ.

Placito Curiæ Francicæ, in Parlam. octauæ Diuorum omnium an. 1306. cuius verba ſunt hæc, Cùm Religioſi viri Prior & Conuentus ſancti Martini de Campis, Pariſien., dicerent ſe eſſe in ſaiſina per ſe ſiue gentes ſuas habendi & expletandi in terra ſua, quam habent Pariſiis, mouente de Eccleſia S. Martini, Albenos & ſucceſſionem Baſtardorum, ac etiam habendi cognitionem omnium emolumentorum inde prouenientium, quotieſcúnque caſus ſe offerret, & gentes noſtræ de nouo eos turbarent & impedirent in ſua poſſeſſione prædicta. Quare petebant dicti Religioſi, prædictum impedimentum

Anterius ſimile Decretum Parlamentare euoluimus in veteſtis Curiæ Actis, latum in Parlam. Pentecoſtes an. 1280. pro Turonenſi Archiepiſcopo, in Regium procuratorem, hac periodo. Viſa Inqueſta, &c. Item iudicatum fuit, quòd Ar-

- dimentum amoueri & deſſaiſiri, ſeu vti pacificè illis permitti. Hinc
- eſt, quòd viſa Inqueſta ſuper iis de mandata noſtro facta, vocato
- Præpoſito noſtro Pariſien. & Procuratore noſtro in Præpoſitura
- Pariſien. & etiam magiſtro Thoma de Serueio Procuratore noſtro
- Manuummortuarum, quia inuétum eſt ſufficienter probatum, præ-
- dictum Priorem & Conuentum fuiſſe & eſſe in poſſeſſ. & ſaiſina
- Albanorum & Baſtardorum per totam terram ſuam ab Eccleſia ſan-
- cti Martini mouentem: Pronuntiatum fuit per Curiæ noſtræ iudi-
- cium, Priorem & Conuentum in dicta ſaiſina remanere debere,
- impedimento in dicta ſaiſina per Gentes noſtras appoſito totaliter
- amouendo. Salua nobis ſuper hoc conqueſtione proprietatis. Pa-

chiepiſc. eſt potior in poſſeſſione capiendi & habendi Albanagium, quàm Rex, in terra Capituli S. Maximi Caynonenſis.

Pareil Arreſt, où le meſme Arreſt pour ces Religieux de ſainct Martin des Champs, In Parlamento, Sabbato poſt octauas Epiphaniæ Domini an. 1306. *lequel i'ay cotté au premier liure de la Couſt. de Paris, titre 2, artic.* 435.

ri modo, Sodales monaſtici Ædis Dionyſianæ ad Lutetiam, ſibi vindicant bonorum poſſeſſionem aduenæ cuiuſuis, in ſuo ipſorum Territorio, mortui: in idque ciebant pridem Decretorum Curiæ auctoritatem. Quùm igitur *Giroton* exter migraſſet è viuis, eius bona petiêre in Senatu certatim cucullati illi Sacerdotes, ac pro ſua quique Familia aduerſus Regium Cognitorem defenderunt, *albanorum* ſucceſſionem profanæ ſuæ Iuriſdictioni ſublimi addictam eſſe. Tandem PATRES CONSCRIPTI probarunt interceſſionem Cœnobitarum litigantium, déque ea vti ius fieret, negotium dedêre Magiſtratibus Præfecturæ Fiſcalis. Areſto 3. Kalend. Decemb. an. 1535. Tyrando, Monachorum Fani Martini: Et *Doc*, Cœnobij Dionyſiani, cauſam agentibus. Haud dudum tamen regius in Senatu Actor euicit ſucceſſorium ius in bona aduenæ Curtij Monbaſij, Itali, eiúſque filij naturalis Valerij: quod ius quidem, cœnobiarcha D. Leonardi ad Corbiniacum, ſibi arrogabat pro mero Imperio, cui demortuorum res illæ ſubiacebant. Decreto extemporali poſtridie Nonas Februar. An. 1597. quùm Peleus, pro Abba prouocante à Sententia fiſcalium Lutetiæ Octouirûm: Montholonius, pro Octauio *Deca*: & Seguerius, pro Fiſco ampliſſimè dixiſſent.

Placitum Curiæ die 19. Nouemb. 1535. *pertant tenuey en la Chambre du Treſor, à Paris.*

Curiæ Areſtum die 6. Febr. 1597. *emplaidant*, contrà Karolum *de S. Nectere*, Abbatẽ *de S. Leonard lez Corbigny, en l'Auxerrois, pretendant droit d'Aubeine à cauſe de ſa haute Iuſtice.*

11. QVIA autem Gallicæ ciuitatis iure collato in exterum, adimitur ſpes Dominis iuridicis in eorum bona ſuccedendi, poſtulauit à Rege Francicus Pop. in maximis Bleſorum Comitiis, ne Gallicæ Prouinciæ codicilli aduenis irrogarentur in poſterum, ni Franciam priùs continuo incoluiſſent decennio, Francicos agros paraſſent. 200. libellarum annui prouentus, liberóſque ex iuſta vxore ſuſtuliſſent: Quo caſu haberentur iſti ciues quoad priuata duntaxat hæreditatum iura, non in publicis muneribus gerundis, ſeu profanis, ſeu Eccleſiaſticis (vtpote ſacerdotiis) nec in locatione fundorum patrimonalium Principis, Reíve Pub. Ciuili etiam huic iuri conditionem adiungi poſcebant Conuentus Gallici, vt ſi allectus in Gallicam prouinciam, inde abeſſet pluſquàm annuo ſpatio, datæ Ciuitatis priuilegio exueretur. Cap. 157. querulæ Supplicationis Plebeiorum ad Principis, Bleſis. Quinto Iduum Februar. an. 1577. Quo-

Naturalitatis Literis ita præripitur Alto Iuridico ſpes ſucceſſionis in bona vacantia, vt etiam ſi aduenæ ciuis facti bona deinde vacarint hærede regnicola, non tamen quaſi vacantia poſſit occupare altus Iuſtitiarius, ſed tanquam alienigenæ bona Principi competant, in locis maximè vbi regium purè eſt ius Albanorũ. Solenni Areſto die 19. Mart. 1510. *anz Arreſts de Paſques*: Vide tamen quę in propoſito ſcripſi Lib. 1. De doman. Franc. Tit. Vnde Fiſc.

Digitized by Google

niam verò nullædùm Comitiales de eo Leges scriptæ sunt, monendi obiter Andegaui dynastæ (comes alioqui valdéque hospitales) quosnam Andium incolas Francis ciuibus debeant adnumerare: ne mortuorum statim horum bona sibi arrogent iure peregrinitatis. Nonnullis enim Rex impertit haud *Naturalitatis* quidem literas, sed naturalis Ciuitatis declaratorias: Ortis nempe ex Comitatu Fani Paulini quem Rex Francici Imperij fundum esse professus est, Sceptríque Gallici beneficiarium. Rescripto 10. Kalend. Octob. an. 1570. pro Vilhelmo *Delayans*, qui è Comitatu S. Pauli vitæ primordia deduxerat. Nam eius Agri dominatus summus, quem sibi vicissim Reges asserunt Francus Hispanúsque, commissus fuit honorario Arbitrorum iudicio, necdùm alterutri adiudicatus. Fœdere Cameracensi. 3. Nonas Apriles an. 1559. Capite 17. Auenionis quoque ad Rhodanum flumen ciues sinuntur, perpetuo nouo Diplomate, mouentia bona, vel prædiaria quælibet hoc in Regno acquirere, possidere. Decemb. Mens. an. 1571. Ex lib. 7. Actorum Curiæ sub Karolo 9. fol. 151.

Cayer des Remonstrances du Tiers Estat du peuple François, dressés le 9. de Febu. l'an 1577.

Literæ declarationis pro Guliel. *Delayans* die 22. Septem. 1570.

Traitté de Paix de Cateau Cambresis 3. d'Auril 1559.

Le Comte d'Auxonne, & ressort de S. Laurens, (en Bourgongne) ores qu'il soit sis delà la Riuiere de Saonne, n'a besoin de lettres de Naturalité. Rescripto, verificato in Curia Paris die 26. Febr. 1497.

HELVETII porro antiquiore suffulti sunt Ludouici 11. mune- 12. re Gallicæ ciuitatis, qui Regum cunque stipendiarij vel militarent in Castris, vel in Aula præsto essent stipatores Prætoriani. Luculentis Codicillis Septemb. Mens. an. 1481. quos Principalium rationum Magistri promulgarunt Octobri seq. Meritò hercle, quùm Heluetij, Ptolemæo, fortissimi Gallorum populi sint habiti: quos etiam totius Galliæ plurimùm posse, confirmat Iul. Cæsar. Idem scribit, illorum Diuiconem legatum, ita secum egisse. *Si pacem populus Romanus cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Heluetios, vbi eos Cæsar constituisset, atque esse voluisset. Sin bello persequi perseueraret, reminisceretur & veteris incommodi populi Rom. & pristinæ virtutis Heluetiorum.* His proinde Gallicum illud Ludouici 11. beneficium vltrò reseruarunt posteri Reges, simul cum publica vtriúsque Gentis affinitate, ac libera mercium Negotiatione Heluetica per Gallias. Epistola aperta Karoli 9. postridie Nonas Maias an. 1569. Errici 3. Aprili Mens. 1575. Henrici 4. Quindecimò Kalend. Iunias 1594. Idib. April. 1595. & 6. Iduum Iuniarum 1598. Queîs interceslit pariter solennis comprobatio supremæ Vectigalium Curiæ, in gratiam Aulici Heluetiorum Satellitij, custodum corporis Regij. Tertio Idus Octob. 1595. Nam alioquin publicâ sola Regum Populorúmque fœdera priuatis non tribuunt promiscuum ius alienæ Prouinciæ, nec singulos lege soluunt conditionéque peregrinorum. Cui rei indicio est nouissima cum Hispano Gallica Pax contracta postridie Kalend. Maias 1598. Hæc enim comiter amicéque repetiit vetustam nostrorum hominum cum Iberis consociationem, quæ à Frossarte Historico decantata fuerat, post ictum fœdus à Karolo 5. cum Hispaniæ Errico Rege. Atque huic quidem accessit successorum inuicem Regum Tractatus beneuolus, continuæque amicitiæ

Suisses, Galliæ incolæ, vti Gallicis populis adnumerati: nempe in Bello milites pedestres, & in Regia, custodes corporis Regij.

Lib. 1. De bell. Gall.

Patentes Literæ Regiæ die 8. Maij 1569. 18. Maij 1594. 13. Apr. 1595. 8. Iunij 1598.

Die 13. Octob. 1595.

Die 2. Maij 1598. Volum. 1. cap. 300. Et volum. 3. cap. 34. De hisce Fœderibus, Nos lib. 3. Doman. Franc. Tit 26. art. 21.

Digitized by Google

amicitiæ index. Authenticis tabulis Septemb. Mens. an. 1475. inter Ludouicum 11. Galliæ, & Alphonsum Hispaniæ Reges. Haud ideo tamen Hispani in Galliis, aut Galli vicissim in Hispaniis fruuntur Ciuili Iure vel obeundi Muneris publici, vel priuatæ agnatorum Hæreditatis capessendæ. Sepositio eo, quod de Flandrorum & Belgarum priuilegiis nominatim recipi consueuit Iberica Pace toties nobiscum iterata. Quippe & illis Ericus 2. Rex supplicibus benignè permiserat Gallicum larem ac domicilium, comparationem, fundorum, cum libero de iis arbitrio, dispositioneque familiæ, venia à Principe non petita. Rescripto Mai. Mens. an. 1549. Vtut sit, Atrebatibus, Belgisque aliis, qui hodie Franco Regi non parent, necessaria est Codicillaris haud concessio vtique, at professio saltem Francicæ Ciuitatis, ipsis residua quasi subditis etiamdùm Gallico Diademati. Quales Codicillos accurato pariter iudicio excuti oportet Præfecturæ Ratiociniorum. Aliá planè videtur ratio conditióque Tullensium, ac Vertoduni ciuium, in confinio Galliæ & Lotharingiæ: qui superiorem vnum agnoscunt Germaniæ Cæsarem, iuréque dicundo Cæsareum Senatum Augustæ Nemetum: nudo autem PROTECTORIS titulo adscititio, Gallum Regem. Mediomatrices, non item: apud quos, Regius Galliæ Magistratus suprema cognitione definit forenses ciuium controuersias illustri Præsidis nomine. Gallico, ad hæc, ciuili iure priuilegióque Errici 2. Regis subnixi sunt Metenses, paulò postquam Gallorum in ditionem redacti fuêre. An. 1551. Ne altiùs priscam illam Mediomatricum possessionem Gallicam repetamus, Treueris, ac Tulli castri Leucorum: Quæ Clodio Comatus bello expugnarit, in ipsis etiam Francicæ Monarchiæ cunabulis. Circa annum 430. Nam & Gallorum licet Rex Karolus Caluus possessionem nactus sit Lotharingij Regni, quo, trina tùm Ciuitas Pontificalis tenebatur, Metensis, Vertoduni, & Tullensis: Hasce tamen posteriores duas minimè retinuerunt posteri Galli, præterquàm tutelarimunere quodam, præsidióque militari. Vt est apud Eginaldum, Caluo æqualem Historiographum, acin Vuasburgij Rebus Belgicis, Lib. 5. & 6. Nuper certè Karolus 9. Tullensi irrogauit ciuitati ius Gallorum indigenarum: at cuius diploma Principis nullidùm Francicæ Curiæ summę cognitum, multò minùs probatum est. Sed, vt externa Regum Fœdera, à quibus paulisper digressi, recolamus, eo arctiore Scoti deuincti sunt Gallis, quò officiosiùs addictos se propugnandæ armis dignitati Francicæ agnouerunt. Sociali illa Pactione Achaij Regis Caledoniæ Insulæ cum nostro Karolo Magn.; quam recenset Eginhartus Magni scriba & alumnus: nec ita diu Boëthius, Scotic. annal. Lib. 10. Vsqueadeo, vt Scoti, ceu Galliæ ciues, Xenodóchia multa apud nos condiderint: de quibus Caput distinctum, Meldensi Concilio Ecclesiæ assuitur, peracto an. 845. Vnde mordicus asserunt Scoti, Francigenis æqua se lege, in Gallia Regi debere, qua

Gallor. & Hispan. Pax vlt.

Literę declarationis, non autem Naturalitatis: Sed æquè registrandæ in Camera computorum.

De Virdunen. & Tullenſ. Comitatuum in Episcopos cessione à Cæſſ. confirmata, Vide Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 1. art. 10. & 11. Nùm verò Ambarri, Tullēſis diœceſeos, in Eccleſiaſt. litibus ab Episcopo appellent Treuirensē Germaniæ Archiepisc., tanquam Metropolitanū, pendet quæstio in Senatu Pariſ. ex appellatione ceu ab abusu, *au Roolle de Chāpagne* Maio Mens. 1599. Puto, Franciæ subditos nullatenus extra Regnū ius petere posse, aut debere.

An 868. 5. Idus Septemb. Karol. Caluus Lotharingiæ rex coronatus est (post Lotharij regis obitum) præsentibus & assentientibus Hattone, Virduni, Arnulpho, Tulli, Aduentio, Metis, Episcopis.

Prima Francorū cum Scotis cōfœderatio.

Digitized by Google

Priorè de S. Pierre de Pontoyse, dependant de l'Abbaye du Bec le Hellouyn.

apud ſuos Franci, queîs ciuilia Inſulæ iura vulgò communicentur. Hac de Theſi Prouincialis iuris diſceptatum eſt pridem à Iac. Betounio, Glaſconienſi Scotiæ Archipræſule, in N. Tiercelinum, competitorem Monaſtici Primatus D. Petri, qui Cœnobio Becci, Neuſtriæ, contribuitur. Ille demum, Prætoriani Conſilij decreto ſuperatus 5. Idus Mart. 1595. reſciſſo eo, victor euaſit. Placito Lutetiani Senatus 16. Kal. Apriles 1598. in maiori Auditorio Curiæ. Pelterio litis inſpectore.

Arreſtum Curiæ Pariſ. die 17. Mart. 1598. reſciſſorium par Requeſte ciuile de l'Arreſt du grand Conſeil du 11. Mars 1595.

Sabaudi, & eux du pays de Breſſe.

SVBDE his Allobroges, & Seguſianos, quos ciuium Francorum numero habitos inuenimus: ſiquidem ibi tùm nati ſint, quùm Gallus Rex obtineret principatum Sabaudiæ, & Gallicas denuo ſedes domiciliúmque non mutarint. Ob eam rationem intendit in Senatu nuper Briſſonius patronus fiſci, Nicol. Verdanum Allobrogem frui non debere ciuili iure Gallicarum hæreditatum, quòd etſi in lucem editus fuiſſet, Gallo Sebuſianis dominante, nondum tamen appuliſſet in Gallias, cum Allobrogicam ditionem Franci reddidêre Philiberto Emanueli. Nos verò, contrà, Actione forenſi, Verdanum clientem noſtrum vitæ ortum accepiſſe an. 1551. quo, Allobroges parebant Errico 2. Franciæ Regi: exin natiuum ſimul eum ac originarium Galliæ ciuem factum. Eapropter priuatorum ſtatum conditionémque naſcendi euerti nequiiſſe Principum conuentione poſteriori. Nam mutandæ ciuitatis ius non in publicis modò legibus poſitum eſt, ſed in priuatorum etiam voluntate: neque enim ciuitatem mutare inuitus quiſquam poteſt. Vnde M. Tullius refert, de Gn. Publ. Menandro, quem Romani legati in Græciam proficiſcentes interpretem ſecum habere voluerunt, ad Populum latum, vt is Publicius, ſi domum reuertiſſet, indéque Romam rediiſſet, ne minùs eſſet Romanus ciuis. In Orat. pro Corn. Balbo, & Pomponiana lege 5. De Captiuis. Longè adhuc firmiùs retentam à Verdano dicebamus ciuitatem Gallicam, quæ & naſcentem exceperit, & vno poſt Allobrogicum fœdus anno venientem Lugdunum ſit proſecuta. Quippe quùm hac in vrbe deinceps egerit Verdanus, vxorem duxerit, ſuſtulerit liberos, ciuiliáque Gallorum munia cuncta obierit. Concedo igitur, Allobrogem, qui Gallo Sabaudię principe natus ſit, in ea commoratum fuiſſe aliquandiu poſt eius reſtitutorium Fœdus, interea dùm ſarcinulas componeret profectionémque pararet in Gallias: Haud propterea videtur hic priſtinum ius ciuitatis amiſiſſe. At diuerſum in iis, quibus ſemel adempta ciuitate, nullum ſuperſit ius poſtliminij. Sicuti de C. Mancino literis traditum eſt, quem Paterpatratus ex S. Conſulto Numantinis dediderat propter inuidiam Numãtinę pacis. Quanquam enim ille nec à Numantinis receptus ſit, & domum reuerſus non dubitarit in Senatum introire: tamen P. Rutilius eum de Senatu iuſſit educi Tribunus plebis, quòd eum negaret eſſe ciuem. Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater ſuus aut Pop. vendidiſſet,

Auctoris in Senatu habita Oratio.

Salutiani autẽ Gallię Regi ſubditi, ideonè alienigenæ cenſendi, quod Sabaudiæ Dux eos ſibi vſurparitiam inde ab an. 1588. Ego, bona ſpe poſtliminij, & reſtitutionis illorũ in priſtinum ius Frãcicum, ex Pace Hiſpanica an. 1598. puto eoſdẽ interim Francigenarũ more tractãdos quoad ius Albinatus.

Inter Brutũ & Scæuolam variè agitatũ eſt, an qui hoſtibus deditus, reuerſus, nec à Rom. receptus ſit, ciuis Romanus permanſerit. Non manſiſſe tandem determinatum.

didiſſet, aut Paterpatratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. Auct. Cicer. Lib. 1. De Orat. Prædictis addebam, fuiſſe etiam Allobroges olim Galliæ populos iuxta Rhodanum, Stephano teſte, & ad Lugdunenſem tractum ſitos, Ptolemæo. Cauſæ demum actionem quùm interrupiſſet clepſydra poſtridie Kalend. Ianuar. 1578. lite ceſſit Procurator fiſci, hortante Senatu : qui & clientem noſtrum Galliæ ciuem pronuntiauit. Areſto 13. Kalend. Februar. eod. anno. Haud abs re igitur, ſolennibus Tabulis declarauit Franciſcus 2. Rex, neceſſariam non eſſe iuris prouincialis Franciæ conceſſionem Claudio *de la Gella* Lugdunen. mercatori, cui patria erat Forum Seguſianorum : Licet hæc iam tum ditio ad Principem Alpinarum gentium rediiſſet vltima Pace Cameracenſi. Literæ Franciſci 10. Kalend. Apriles an. 1559. quæ in monumenta Curiæ regeſtæ ſunt, fol. 146. Actorum ſub eo Rege. Poſtmodùm verò, Allobrogum Dux ille vetuit Edicto promiſcua ſuorum cum exteris connubia popularium : indicta contemptori cuique mulctatitia fortunarum omnium pœna. an. 1568. Vnde, verſa vice, Gallicus Pariſiorum Ordo Clariſſ. contra teſtamentum pronuntiauit Petri Nantonij, Equitis Galli, qui patria Seguſianam, vxorem hæredem nuncupaſſet : bonáque inteſtati legitimæ hæredi, ſorori addixit. S. Conſulto in publica Fori concertatione 4. Idus Iunias an. 1596. quùm Mareſchalus, pro Franciſc. Balmæa, hærede ſcripta : Buyſſonius, pro Ioh. *de la Chambre*, & Franciſc. Nantonia coniuge, ſorore defuncti egiſſent. Alpinis verò populis illis proximi Longobardi tulêre quondam in aduenas iſtam Francicæ non abſimilem prorſus Conſtitutionem, *De Vuaregang qui de exteris finibus in Regni noſtri finibus aduenerint, ſi filios legitimos habuerint, hæredes eorum exiſtant, ſicut & filij Longobardorum : Si filios legitimos non habuerint, non ſit illis poteſtas, abſque iuſſione Regis res ſuas cuicunque thingare, aut per quemlibet titulum alienare*, Tit. 111. *De Vuaregang*. Ita Maſſilienſi in Prouincia ſanxit Franciſcus 1. Galliarum Rex legem *Albinatus* : quæ antea, dominis rerum Comitibus, non fuerat in vſum inuecta. Edicto perpetuo Ianuar. Menſ. an. 1539. quod patrius Senatus apud Aquas Sextias promulgauit. 6. Idus Maias 1540. Quemadmodùm à Franciſ. Claperio proditum eſt, in Curia rationum, Vectigaliúmque Prouincialium Conſiliario. In Centuriis ſuis cauſarum Fiſcalium, Cauſ. 2. Rurſus etſi Romanæ Eccleſiæ alumnis Gallica ciuitas data proponatur veteri Diplomate Octob. Menſ. an. 1364. quod penitioribus Regni Scriniis conditum atteſtatur Rebuffus, PATRES CONSCR. Fiſco addixêre extranei bona Fabij Monbaſij, qui patria Romanus, Gallico in ſolo obierat : quia talè Diploma nullibi lectum publicatúmque oſtenderetur. Extemporaneo Curiæ Pariſien. Iudicio, 8. Idus Febr. an. 1597. quùm Peleus, pro Cœnobij Magiſtro B. Leonardi, Niuernen. Montholonius, pro donatario Principis : & Seguerius Aduocatus Fiſci peroraſſent.

Stephan. de Vrbibus.

Decretum Senatus die 20. Ianuar. 1578.

Pays de Breſſe prés la Lyonnois.

Literæ patentes die 25. Mart. an. 1559.

Lutetianæ Curiæ Placitum die 10. Iunij an. 1596. *in Plaidoyeris.*

In Legibus Longobardorum.

Comtes de Prouence.

Edicti verificatio in Aquenſi Parlamento Prouinciæ Die. 10. Maij 1540.

Franciſcus de Claperiis, *Conſeiller en la Cour des Comptes, Aydes & Finances, d'Aix en Prouence.*

De Patentibus hiſce Literis, in Theſauro Chartarũ Regni, extãtibus, loquitur Rebuffus, in Tract. De pacif. poſſeſſ. Num. 117.

Areſtum Curiæ die 6. Febr. 1597.

Digitized by Google

PLERVNQVE accidit, hæreditatem legibus deferri extero sanguine propinquiori: quæro, an Fiscus ei succedaneus, apud Francos regnicolam depellat vlterioris gradus agnatum? Fisco obiicietur, haud eandem incapacis rationem esse, ac indigni. Incapaces quidem hæreditatum, aduenas, non indignos esse, Gallico ciuili Iure. Atqui incapax, genere propior, locum præbet inferioris gradus consanguineo: indignus autem, Fisco. Vt alibi edocuimus. Contrà, Fiscalem causam iuuat quorumdam sententia, peregrinum, non esse hæreditatum purè incapacem, nisi ipsius commodo tenus peculiari. Adeò, vt is volente Fisco, vel fiscus pro eo, succedat in bona: non autem sequentes gradu propinqui. Bald. in l. eam quam Cod. De fideicomm. Et in l. 1. Cod. De hæred. instit. Inibi enim Baldus rem dirimens ait, incapaces esse nonnullos titulo simul ac emolumento (quales spurij, damnati in metallum, Seraphici Fratres) & his summotis, mox posteriores ordine admitti. Martian. l. si in metallum De his qui pro non script. Talibus enim bona auferre nequit Fiscus, qui nullum penitus habuerint ius ac nomen hæredis, sed pro mortuis potiùs sint habiti. Secus verò de incapacibus solo compendio & emolumento, qui alioquin nomine ac titulo habiles fuerint ad cernendas hæreditates: Vtputà peregrini, quibus scilicet communi Lege obtigit hæreditas, Francica etiam, non negatur prorsus, nisi bona agnoscente Fisco, & incapacitatem illis opponente. Quo casu ij adire compelluntur, petente Fisco, subindeque restituere l. 1. C. De sec. nupt. l. cogi. §. qui solidum D. Ad S. C. Trebel. Simili modo, indignus non repellitur exceptione indignitatis, nisi ab vno, & instante Fisco. Vt notat Papinianus l. cùm quidam De his quæ vt indig. aufer. Bald. in l. 2. Cod. ad l. Falcid. Et in l. Hæreditas Cod. De his quib. vt indig. Hinc penes indignum remanet hæreditas, quam Fiscus adimere noluerit. Vlpiani responso lib. 24. ad Sabinum l. si seruus plurium §. si quis ante De leg. 1. l. his consequenter D. famil. herciſc. At subtiles huiusmodi Iuris rationes puto minimè receptum iri in Francicis tribunalibus (quæ exteros hæredes nullatenus probant) nec Gallicum fiscum in bona successorem dici, nisi legitimo quouis hærede vacua. Vt Masuerius scribit, pragmatica Fori nostri arte instructissimus. §. item si nulli Tit. De succession. Hæc tamen quæstio tanti fuit apud Ordinem Clariss., vt disceptatam vtrinque publicè reuocarit ad deliberationem ampliorem. Decreto 6. Iduum Quintilium, 1537. (quo anno natus sum. 7. Kalendas Iunias) quùm Capellus fisci causam orasset: Reburtius, contrà, Iacobi *de Moreul*, qui proximus adgnatus Antonij *du Bois* Biterrensis Episcopi appellarat à Iuridico maiore Syluanectensi. Cæterum à nonnullis accepi primæ notæ Causidicis, Senatum dehinc pari ex controuersia res addixisse consanguineis defuncti *Bertignon* (qui in Parisien. Basilica litigantium Procurator extiterat) aduersus regium actorem, qui propinquiorum locum & ius hæredum subire se dicebat,

Lib. 3. de Doman. Franc. Tit. 29. art. 13.

Franciscanæ Sectæ Sodales & Monachi.

Quidam hæreditatū incapaces non sunt ex forma Iuris communis, & hi volente fisco possunt dici capaces nomine & titulo, Sed habiles non sunt ratione emolumenti, ideoque ad fiscum hæreditatem illam deferunt.

Die 10. Iulij 1537.

Die 16. Maij an. 1537. Biterræ, *Besiers.*

Digitized by Google

cebat, quòd Lotharingi, eóque peregrini forent, ad regnicolas illos gradu remotiores hæreditate summouendos.

15. PIA mehercle Andium lex, quæ aduenæ liberos scribit hæredes bonorum & sacrorum, posthabito Fisco. Hoc §. 41. Nimirum vt iis, amisso parente, solatij loco cederet rerum successio. Nam & patronus demum lege vocabatur Tabul. x i i. ad liberti hæreditatem, si intestatò mortuus esset hic, hærede suo nullo relicto. Eandem retulit sententiam Vlpianus l. 3. De suis & legit. Idque vsu fori Rom. receptum indicat Cicero, quùm ait Claudios contendisse apud Centum viros, ab liberti filio ad sese hæreditatem redisse. Lib. 1. ad Quintum fratrem. Exterorum porro liberos Fisco anteferri docuimus, bino Opere, freti Gallica *Albinorum* lege veteri, & S. C. Parisiensi. Sed hoc ita accipiendum, si peregrini filius parẽtem quoque agnoscat terram Galliam, & in ea vitæ ortum incrementumque susceperit. Alioquin exterorum exteri pariter liberi nec lege agere possent in hæreditates iuris Gallici, neque petere bonorum possessionem. Haud absimili ratione disseruit M. Tullius, Romanum ciuem esse Licinium Archiam, quia adiisset hæreditates ciuium Roman. & Romanis legibus testamenta condidisset. Econtrariò autem, patrij adeo fundi Lucanorum ciuium, qui alia in Ciuitate domicilij sedem fixerint, ab iis distrahi prohibentur, eorumuè creditoribus pigneari, quandiu soluendo fuerint bona alia ibi sita, vbi Lucenses debitores incolatum contraxerint: Ac simili de causa, Ferrarienſi, Laudísque Pompeiæ *Statutis*, arcentur extranei comparatione fundorum vtriusvis Territorij. Vt à Ioh. Cephalo perhibetur, Iuris Responso 246. Lib. 2. Et 53. Lib. 1. Cæterum si in Galliam ita appulerit peregrinus, vt confestim discedat, quasi viator, vel is qui * παρέπλευ, deinde fato interceptus sit in medio itinere, Ambigitur, nûm eius argentum viatorium competat Fisco, seu domino Iurisdictionis, intra quam vita decesserit. Causa dubitandi est, quòd is negotiatum non venerit in Gallias, nec quæstum facturus, sed voti forsan soluendi gratia. Proin Subalpinis populis sancita Lex fuit, vt transeuntis alienigenæ, qui fatis præreptus ad suos redire nequiisset, bona piè seruarent repetituris agnatis. Huius Constitutionis formula talis est, Quòd Bailiui, Castellani, vel alij Officiarij, bona aduenę defuncti non rapiant, sed ea sub fida custodia conseruent, &c. In Gallia autem, si summo iure egerit Princeps, Dominúsve territorij, mouentia bona capiet prætereuntis extranei, cognatis dehinc petentibus vix redditurus. Perspicuo contextu Legis Andegauen. §. 41. quem tamen in res transmeantis aduenæ produci non finit publica Gentium fides. Vtut sit, ex specie d. §. 41. perpetuò verum non esse elicitur, mobilia bona personæ domicilium sequi, magis quàm loci, in quo iaceant, situm. De quo, Bald. ad l. nobiliores Cod. De commerc. & merc. Exhîncque nomina debitorum defuncti, qui alibi degant quàm in territorio Iuridici ipsius, vbi de-

§. 41. Andeg Legis vers. *quant tels bastars ou aubains trespassent sans heirs de leur chair issus en loyal mariage.*

Lib. 3. Doman Frãc. Tit 11. art. 13. Et Lib. 3. Sac. Polit. foren. Tit. 1. art. 13.

In Orat. pro Arch. Poët.

Lucanor Statut. Lib. 3. cap 30.

Ferrariæ Statutum, & Laudense, ne alienatio immobiliũ fiat in extraneos, nevẽ forenses instituantur hæredes. Idẽ Cephal. in Consil. 516. lib. 4.

* præternauigat.

Sabaudiæ Statuta.

In verl. *les biens meubles des aubins appartiennent aux seigneurs, à chascun pourtãt qu'il est trouué en sa seigneurie, qui ont droict d'espaue.* Sed de viatorii alienigenæ bonis, lege à Nobis scripta Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 11. art. 16.

mortuus res suas mobiles habebat, non spectant ad eundem Iurisdictionis dominum, quasi in mobilia ea vacantia successorem. Quinetiam bonorum appellatione non veniunt regulariter iura ac nomina debitorum. l. Gaius Seius pronepos. ff. De leg. 2. Bartol. ad l. si. ita. ff. De aur. & argen. leg. Et ad l. potest. ff. De auct. tut. Decis. Capel. Tholos. 315.

PRIMO obtutu absurdum dixeris, bonorum possessionem de- 16.
functi ad dominos Iuridicos potiùs, quàm ad propinquos rectà deferri lege Andium (§. 41. & 343.) Quùm generalis Mos Francicus talem possessionem ipso iure transferat in hæredem legitimum. Quid enim si Dominicus procurator neget calumniæ causa, demortuum, iusto patre fuisse, aut in Gallia Patria natum? At certè Dominis *Feudi* peculiare ius est, vt quàmprimum inferior fundus possessore vacarit, nullis ab eo relictis liberis, propinquis vè hæredibus, illum prehendat actutum, libereque possideat. Saluo eo, vt proximi agnati, ad quos lege venit hæreditas, supplice libello tolli postulent manum Dominicam, & causa cognita in bonorum possessionem immittantur. Masuer. §. Item illius qui mortuus est Tit. De successions. Nec mirum obiter, ita Masuerio placuisse genere Arverno, cuius more Prouinciæ, statim ac obierit quisquam, eius fundis manum inficit Fiscalis Procurator hæreditatum, ceu *par droict de mortaille*. Donec suppplices hæredes implorent Dominici iudicis officium, pacatamque ab eo petant rerum hereditariarum possessionem. Ne hunc verò circuitum grauatè ferant hæredes, scire debent, subditi contra Dominum possessoriam conquestionem haud facilè admitti, seu Interdictum vti possidetis. Bartol. ad l. 1. §. huius autem D. Vti possid. Quò alludunt forenses Hierosolymitanæ leges, quas Gottofredus Bulioneus & posteri Galli Syriaco regno imposuêre. Sub annum. 1090. tali scriptura, *Nul ne se peut ne doit saisir de chose qui li soit escheüe de ses ancestres ne d'aucun de son lignage, autre que de pere ou mere, que par le Segnor de qui le Fie muet: Qui ne soit enchex en la mercy dou Segnor. Et se le Segnor le viaut auoir, il le porra auoir par sa Cort. Mes le fis ou la fille peuent de leur auctorité se saisir dou Fie sans mesprendre vers le Senor.* In Lib. *Des Assises & des Vsages, & des Plais de la haute Cort dou Reiaume de Hierusalem.* Eademque de causa vulgatum est toto penè orbe Gallico, filios non teneri à patrono redimere paternum beneficium, eique redemptionis pretium exoluere. Vti. §. 84. Andeg. Consuet. Quò minùs obstupescendum, Britanniæ Celticæ morem Nannetensi Concilio antiquatum & damnatum fuisse: quo more, decedentium coniugum mobiles res omnes, posthabito legitimo hærede, applicabantur Principis Fisco: Vt est apud Hildebertum Cenomaniæ Antistitem, qui Prouinciali huic Synodo adfuit. Lib. Epistol. 65. qui sacræ Bibliothecæ intexitur, Tomo. 3.

A saisir les biens vacquens par bastardise, ou aubenage, quant le bastard ou aubain n'a point laissé d'enfans: mais ils vaquent par deshérance, quant apres la mort d'aucun n'y a aucuns heritiers.

Dominicus seu fiscalis procurator, quem Faber procuratorem Curiæ vocat. In l. 5. Cod. De administ. tut. Et in l. Tutores Cod. Vt caus. post pubert. Belgæ autem seu Picardi, *Procureur pour office.*

Rathap. Feudal.

Nannetensis Synodus prouincialis, sub Honorio 1. P. qui Romæ sedebat an. 1116.

QVVM prædixerimus, Iuridicos dominos, vacantium esse pos- 17.
sessores

Digitized by Google

ſeſſores bonorum ipſo iure, incurrit hæc inſpectio, Nûm iis liceat inhibere, ne talia bona Regij officiales ſui Iudicis mandatum exequentes inuadant, obſignent, aut in teſtatum redigant. Veluti in hac facti ſpecie, Præfectus vrbi Pariſien. iuſſit regio apparitori, poſtulante Ioh. Menantio, vt Titij res mobiles, qui intra Montmorantium Baronatum viuis exceſſerat, ſcripto recognoſceret, regióque impreſſo Anulo obſignaret. Mox verò huic bonorum annotationi intercedit procurator Baronis Montmorantij, ſenſim inde prouocat Senatum. Thuano Baronis cauſam oránte in Curia, ſic defendit Capellus Aduocatus Fiſci, Præſidem prouinciæ in quibuſuis eiuſce finibus libera ſolutáque vti poteſtate iuris dicundi, concurrere cum inferioribus Iuriſdictionis dominis, eos Foro anteuertere, vel huc ſaltem ádigere pro maiori imperio, vt ſuorum ad ſe lites reiici ſummiſſè flagitent, non vt rectà Senatum appellent. Ex quo probabile erat, ſecundùm Regios officiales iudicaturum fuiſſe Ordinem Ampliſſ. Sed quia ipſi innotuit ſcripto, Baronis magiſtratum bona illa priùs annotaſſe ſignaſſeq; publicè, quàm Regius Prætor id fieri mandaſſet, ideò Baronis cauſa obtinuit. Celebri S.C. 7. Iduum Mart. an. 1534.

Prætor hæc, & ſuprà dicta iura Medij Iuridici, competit eidem apud Turones *droict de boucherie*, §. 40. Turonen. Conſuet.

Regia litium Prætentio.

Arreſtum Curiæ Die 9. Mart. an. 1534.

Arreſt de la Cour du dernier Decemb. 1577. entre les Maieur, Preuoſt & Eſcheuins d'Amiens appellans d'une ſentence prouiſionale entre eux donnée par le Bailly d'Amiens le 16. Aouſt 1577 & Florimont Cothapin huiſſier audiencier au Preſidial d'Amiens, & Olivier Artois priſeur iuré aud. Baillage, intimez. Apres que Anſelme pour les appellans, a dit qu'ils ſont ſeuls Iuges ordinaires de ladite ville, tant à cauſe de leur charge publique que de la Preuoſté Royalle de ladite ville qu'ils tiennent à bail perpetuel du Roy. Neantmoins l'an 1539. le Bailly pretendit luy eſtre permis par prevention proceder par voye de ſcellé & confection d'inuentaire, encore que les appellans en requiſſent le renuoy. Surquoy vn Arreſt, ouy le Procureur general, ils furent au principal appointez en Conſeil, & que par prouiſion les appellans, & les officiers du Baillage par concurrence pourroient proceder au ſcellé. Mais ſi leſdits officiers auoient faict quelque ſcellé, & que les Maires & Eſcheuins en requiſſent le renuoy, le Bailly d'Amiens ſeroit tenu ce faire. Depuis & en Aouſt 1577. l'vn de. inthimez a procedé par ſcellé ſur les biens de feu Couſſaincts le Fevre. Dont aduertis, les appellans en demandant le renuoy pour la confection de l'inuentaire, ce que leſdits inthimez eſmeſchent. Lors ledit Bailly ordonne contre ledit Arreſt prouiſionnal que par prouiſion ledit huiſſier procedera à la confection de l'Inuentaire. Dont appel. Le Normant pour les inthimez, diant que ce qu'ils ont faict s'a eſté à la Requeſte du Procureur du Roy, & en vertu de commiſſion par luy obtenue. La Cour dit qu'il a eſté mal iugé, bien appellé, & en emendant, ordonne ſuyuant le d. Arreſt prouiſionnal, que apres les requiſitions faictes par les appellans la confection des inuentaires leur ſera renuoyée pour y proceder ſelon le contenu dudit Arreſt. Et ſera le preſent Arreſt leu publié au ſiege audit Baillage au iour des plaids, & iceux tenans, à ce que cy apres il n'y ſoit contreuenu.

Autre Arreſt de la Cour du 18. Decemb. 1581. moy plaidant pour Iean Lounet ſeruyer, inthimé contre Anſelme, pour leſdits Maires & Eſcheuins d'Amiens appellans du Bailly d'Amiens, il a eſté appoincté au Conſeil, ſçauoir ſi leſdits appellans ont droict de ſcellé & confection d'inuentaire de meubles, aduenãt le deces de quelque bourgeois, quãd il eſt noble. Veu que le Roy Lieutenant general d'Amiens, preſent à l'audience de ceſte cauſe au Roolle d'Amiens, a dit ſur ce enquis par le premier Preſident, que leſdits Eſcheuins auoient leur Iuſtice du Roy, & ſa Preuoſté Royalle, qu'ils tenoient à bail perpetuel, laquelle Preuoſte ne cognoiſt entre nobles par l'Edict de Comiem, Ergo nec Iuriſdictio ſubrogata. Les Eſcheuins au cõtraire ont dit qu'ils ont leur Iuriſdiction patrimoniale dés auparauant le bail à eux faict de ladite Preuoſté Royalle, laquelle n'eſt que adiouſtée par mixture auec la leur.

INDEX RERVM TIT. 3.
EXPOSITARVM.

1. *Generali conceßione Iurisdictionis, Alta non transfertur.*
2. *Quantùm Alta Mediam excedat* Iustitiam *in patibulari signo.*
3. *Confiscato corpore, bona Andensia non confiscantur.*
4. Feuda *autem offensis patronis committuntur.*
5. *Quid sibi velit Territorium, Districtus, Comitatus.*
6. La Quarantaine de S. Louys.
7. *Crimina,* Altæ Iustitiæ *specialiter attributa.*
8. *An adulterij crimen, sit simplicis Iurisdictionis, an Imperij.*
9. *Pœnæ, ac mulctæ in Gallia arbitrariæ.*
10. Saluægardiæ *notio, est sublimis Iurisdictionis.*
11. *De Falsi accusatione, & quatenus principaliter competat alto Iuridico.*
12. Fortalitia *ne construantur absque permissu alti* Iustitiarij.
13. *Terræ vacantes ad altum* Iustitiarium *spectant.*
14. *De multiplici terrarum vacantium alienatione Regia.*
15. Espauæ, *communiter in Francia sunt alti* Iustitiarij.
16. *Ad eundem pertinet Sigillum, Taurus* bannarius, *& olim* le Gage de bataille.
17. *Item ius professionis fundorum à quibusuis exigendæ, vt in Lib. censuali inscribantur.*
18. *Tum Literæ generales* de Debitis *ab eodem Iuridico solo concedendæ.*
19. *Thesauri, num vnius sint alti Iuridici.*
20. *Aliæ sublimis Iuridici vndecunque collectæ Prærogatiuæ.*

TITVLVS.

Digitized by Google

TITVLVS III.
DE SVBLIMI IVRISDICTIONE.

De Haute Iustice.

Cap. 42.

Le hault Iusticier peut auoir Gibet à 2. pilliers à liens au dessus & au dessoubz dedans & au dehors: & oultre les droictz dessusd. ha toute Iurisdiction haulte, moyenne, & basse, pour punir & corriger les malfaicteurs: peut cognoistre des Battures faictes de guet à pens & de propos deliberé: & peut donner Treues entre ses subiectz & non pas les oster: peut principalement cognoistre de Faulsonnerie, & de ce qui en depend: & a tous les autres droictz de la Moyenne & Basse Iustice, sans preiudice des droictz & emolumens que les inferieurs ont soubz luy chascun en sa nuepce.

Des Droicts & premisses du haut Iusticier.

1. EI QVI ALTA IVRISDICTIONE PRÆDITVS EST, HABERE LICET FVRCAS PATIBVLARES, QVÆ DVABVS COLVMNIS SVPRA COLLIGATIS ET INFRA STENT, NEC MINVS EXTRA QVAM INTRA. Is PRÆTER IVRA ISTHÆC, MAXIMAM HABET, MEDIAM, ET IMAM COERCITIONEM IN CRIMINVM REOS. EIVSDEM DE VVLNERE NOTIO EST EX INSIDIIS ILLATO, AC SVBDITIS INTER IPSOS PRIVATAS CIVILESQVE INDVCIAS DARE, NON TOLLERE. AD HÆC MAIORI IVRIDICO RESERVANTVR SVMMÆ PRIMARIÆQVE FALSARVM TABVLARVM AVT TESTIVM QVÆSTIONES, ET EARVM APPENDICES. ALIIS DENIQVE IS FVNGITVR IVSTITIÆ MVNERIBVS MEDIÆ, AC INFIMÆ: NVLLO TAMEN PRÆIVDICIO AC DECREMENTO DOMINICORVM IVRIVM ET COMMODORVM, QVÆ INFERIORES DOMINI EX PVRE SVBDITIS FVNDIS PERCIPERE CONSVEVERVNT.

E tribus Iuridicæ poteſtatis generibus, minima, media, & maxima, hæc tanti eſt ponderis vltima, vt ſpeciali nota in conceſſione

Castri alienatione, nùm alta Iurisdictio transeat in emptorem.

Iurisdictionis digna sit. Argum. Vlpiani, l. Item apud. §. hoc Edictum De iniur. In Gallia præsertim, vbi Speculator ait, sublimem Iurisdictionem non transferri quàmlibet generali seu indefinita nobilis Arcis aut Villæ datione, nisi illa nominatim exprimatur. Specul. in Tit. De iurisd. omn. Iud. §. expedito Vers. *Veruntamen plures ex Iudicibus Regni Franciæ tenent.* Quod vtique sic puto accipiendum, nisi onerosa esset admodùm Castri alienatio, & fundi fructus summus ex Iurisdictione constaret.

Chaument en Bassigny.

EXEMPLI gratia, Fiscales agri venum exponuntur palam in Comitatu Caluimontis Bassignei iussu Regio, & auctore Senatu. In ea auctione proscripta, pagus *de Villiers le Sec*, addicitur pluris licenti Anselmo Bouoto, sed purè ac indistinctè. Postridie eius forensis Addictionis, nouus contractus initur à Regiis delegatis cum emptore publico, huicque transcribitur ius regiæ Occupationis fori in eo Vico priuata pactione, ac sublimis Iurisdictio, quantam maximam inibi Princeps habebat. Nihilò seciùs, Nicol. *Roze*, qui apud Caluimontem præerat Regio Tribunali, præuenit aliquoties vicanum Iudicem *de Villiers*, in iure popularibus dando Iustitiáque subministranda. Conqueritur ilico emptor, ac grandi ære venundatam sibi Iurisdictionem plenis. clamitat. Proin ad suos Iudices transmitti causam postulat, subditósque in suum forum reuocari. Fori autem præscriptione summotus quùm appellasset CONSCRIPTOS CVRIÆ, dicebat, regij Pagi dominum ad se transiisse nulla Principum largitione aut munere gratuito, sed iure Hastarum, ac iudiciaria fundi licitatione. Rursus Ditionis eiusce reditum Iuridica functione constare penè sola. Quòd si Regij Magistratus causarum notionem sibi vsurparent inibi per occupationem, emptori tùm inutile futurum omninò Iurisdictionis exercitium. Ad ea, Nos, contrà, pro Scotorum Regina Caledoniæ oræ, fructuaria Comitatus Caldimontani, nihilo amplius fuisse adiudicatum emptori à Procuratoribus Principis, quàm Vicum paganum *de Villiers le Sec.* Nuda verò simplicíque prædij cessione in priuatum, ius meri Imperij transcriptum huic non videri. Angel. ad l. Imperium. ff. De Iurisd. omn. iud. Bald. ad l. si in aliquam. §. cùm plenissimam. ff. De off. Proconsul. & leg. *Præuentionem* saltem, quæ inter eximia CORONÆ iura numeratur, minimè alienatam censeri, ac ne distrahi quidem aut remitti potuisse. Nam & apud Caluimontanos hoc iure Rex vtitur præueniendi inferioris Iuridici, quàmuis apertè comprehensum non sit scripta Lege Municipali. Vt Curia iudicio decidit Idib. Septemb. An. 1561. inter Monasticos sodales Montyrandei Cœnobij, cum Petro *Brioys*, qui illam Curiam prouocarant à Suppræfecto Caluimontano, & Symonem Perrinum, econtrà, altercantem. Fatebar certè, Regem, priùsquam Pagum diuenderet, in suos minimè executum forensem illam Præuentionem, quòd in seipsum agere Naturæ lex non permitteret. At domini mutatione possess-

Ius Præuentionis iuridicialis regiæ *au pays de Champagne.*

Par Arrest de la Cour donné le 21. Aoust l'an 1560. a esté iugé la preuention en Champagne contre le Comte de Rethelois. Voyez les autres Arrests au Cõmentaire de Pithou sur la Coustume de Troyes pa. 6. & 7. Itẽ au fil de Parlement liure 3. des Ordonnances du Roy Philippe le Bel. Tit. des Bourgeoisies Chap. 7. est faicte mention dudit droict de preuention, en Champagne.

Auctoris in Senatu forensis Actio, pro Franciæ doaria Regina Scotica, *sur le Comté de Chaument en Bassigny.*

Placitum Curiæ Die. 13. Septemb. 1561. Cum anteriori Arresto pro regia preuentione in Cãpania Die. 7. Sept. 1558. *touchant la Principauté de Ioynuille.*

Persona mutata, bonorum qualitas nouatur, mutatur. l. vlt. C. de inoff. test. l. Paulus respondit. ff. De acquir. hæred.

Digitized by Google

poſſeſſoríſque, immutatur rerum conditio: ſic, vt venditori Principi ſuperſit etiamnùm præcelſa quædam auctoritas Præuentionis fori in priuatos quoſque emptores, aut proprietarios inferiorum Iuriſdictionum. Ex quibus inferebam, contractum alienationis Pagi *de Villiers*, quo, Regia iuriſdictio in illos tranſlata ſit, lege ratum non eſſe, quatenus latiùs pateret, quàm decretum anterius publicæ additionis eiuſdem prædij. Partibus auditis, emptor obtinuit, eiúſque iuſta appellatio pronunciata. Areſto Curiæ. 6. Iduum Sextilium An. 1577.

Iudicium Curiæ Die. 8. Auguſti. 1577. in forenſi cauſarum actione latũ, quùm Chandonius, Bouuoti: Nos, aduerſariorum cauſam egiſſemus.

3. HAVD leuè diſcrimen eſt mediæ, ac ſummæ coërcitionis, apud Andes, quòd etſi vtrique pro ſymbolo detur bifurca Crux ſcelerum vltrix: illius tamen, intrà, nec extrà, huius vtrobíque pilæ ligneæ poſſint alligari. §. 42. Andeg. Leg. Alibi ſanè in Gallia paſſim, Iuridico max. competit Furcarum erectio cum trina Columna. Teſte *Summa Rurali*, vbi ita ſcriptum eſt, *Le Vauaſſeur ha vſage de Cour laye, & ha ſeigneurie de haute Iuſtice, & non pas Marché, & ne peut affranchir de corps ſans le gré au Baron de qui il tient. Item ha la cognoiſſance de Meurtre & de l'Homicide fait en ſa Terre, & auſſi du Larcin, & peut trainer, pendre, ardoir, & bannir en ſa terre, & auoir Gibet à trois pilliers, s'il luy plaiſt, &c.* Tit. *Du droict au Vauaſſeur.* Huc recidit Maſuerij ſententia, Franci pragmatici. Tit. De Iudicib. & eor. iuriſdict.

Signes de Iuſtice patibulaire.

Numellæ Verſatiles *le Pilory.*

§ Alta Iuſtitia eſt illa, in qua agitur de crimine quod exigit mortem, membri mutilationem vel debilitationem, vt fuſtigare, pilorisare, bannire, &c. Hinc etiam obſeruare licet, publicarum Numellarum pœnam infligere alteri iius non eſſe quàm Domino pleniſſimæ Iuriſdictionis, neque id ipſi cum mediis Iuridicis eſſe commune. Sic enim de Numellis verſatilibus traditum eſt, Maiorum noſtrorum practicis Monumentis. *Nota que le Pilori ou Eſchelle ſont ſignes de haute Iuſtice, & ſont en pareille auctorité, & ne les peut auoir fors le haut Iuſticier: & croy que qui a Eſchelle, peut faire Pilory. Toutesfois tiennent aucuns, que en bonne Ville où le Roy a Pilory, nul autre Iuſticier ne pourroit en icelle faire dreſſer Pilory, mais Eſchelle ſi: & ſi eſt pour oſter la comparaiſon, & trouuer la difference d'entre le ſouuerain & le ſubiect. Et ce fut tenu par opinion pour ceux de S. Germain Deſprez, qui de leur Eſchelle firent Pilory. Mais ce fut pour ce que c'eſt tout dehors la ville de Paris deuant leur porte, & loing du Pilory du Roy.* In Codice manu deſcripto, cui titulus eſt, *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de plaider eſt en Cour laye, par la Couſtume notoirement gardee par droict, &.* Cui autem Furcarum, eidem Numellarum erectionem publicarum competere, arbitror multò magis. Argum. §. 1. & 42. Andeg. Legis. Vnde medij Andium Iuridici reos vt cruci ſuffigunt patrio Ritu, ſic in Numellas verſatiles, quod eſt leuius, poſſunt extrudere. 3. §. 39. De hoc publici vinculi genere Plautus in Aſinaria, Qui infit, aduerſùm ſtimulos, laminas, crucéſque, cópedéſque, Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias, &c. Gallica certè vetus Iuriſprudentia, Furcarum vſum ſecernebat

Feſtus Numellam vinculi genus eſſe aſſerit, quo canes ſolebant alligari.

Digitized by Google

pro modo Iurisdictionis cuiúsque Dominicæ: sic, vt medius Iuridicus, qui necis potestatem haberet, minimè Furcas ostentaret perpetuò stantes, sed proximo demùm rei damnati supplicio, eas in publicum proferret. Sublimis, contrà, Iurisdictionis dominus easdem vsquequaque erectas tenere poterat, & in propatulo fixas. Vti iudicatum legimus, in *Parlamen.* Purificationis diuæ DEI Matris An. 1270. formula istiusmodi, *Theobaldo de Clausofonte, armigero conquerente, quòd Bailliuus Stampensis eidem diruerat Furchas suas minùs iustè: Idem Bailliuus confitens, quòd idem Theobaldus Iustitiam latronis habebat ibidem, dixit, quòd eas diruerat, pro eo quòd d. armiger eas leuari fecerat, licet casus Iustitiæ latronis ibidem faciendæ se non offerret ad præsens, & consuetudo Patriæ talis est, quòd aliquis, nisi habeat altam Iustitiam, non potest Furcas leuare, nisi statim velit facere Iustitiam in eisdem. Præceptum fuit Bailliuo, vt eas reficeret, & postmodùm eas faceret amoueri, & in Assisia sua publicaret, quòd eas non facit amoueri hac de causa, quòd d. armiger Iustitiam Latronis non habeat, sed pro eo, quòd sine necessitate leuauit easdem.* In hanc partem torqueri possunt Ioh. Andreæ dictata ad Speculatorem, Tit. De executione Vers. vidi dubitari: Quo loci, sublimis Iuridicus Medio, in Furcarum Insignibus, longè antefertur. Ecquid autem de eo, qui iure Gladij meróque præditus Imperio, hactenus non sustulerit Furcas patibulares? Huicne licebit, inscio & insalutato Principe, eas sursum tollere? Maioribus quidem nostris ita visum, Decreto *Parlamentari* Diualium An. 1272. sic regesto in Acta Curiæ. *Cùm Bailliuus Syluanecten. dirui fecisset quasdam Furcas quas Moniales Montismartyrum, apud Barbereium leuari fecerant. Quia Curiæ constitit, visa Charta sua, & expletis earum intellectis, quòd in loco prædicto omnimodam habent Iustitiam, licet non fuissent aliàs ibidem Furcæ, Iniunctum fuit Bailliuo, vt d. Furcas dimitteret, & ab huiusmodi perturbatione Iustitiæ cessaret.* Verùm enim verò consultius reor, ab eo, qui nulladùm Furcarum Insignia prætulerit, nouam ipsarum erectionem Rescripto præmuniri. Quippe quùm vetustas etiam, sed vltimum ante annum collapsas, Toparchis nefas sit, absque Regio permissu restituere, instaurare. §. 8. Burgundiæ Legis, vbi Chassineus, §. 3. Senonen. &. 2. Melodunensis. Nam etsi noui operis prohibitorium Edictum, ad eius refectionem non pertineat. l. 1. §. si quis edificium. ff. De nou. oper. nunc. Cap. consuluit De Iudæis. In publicis tamen hisce meri Imperij Notis, interest Principis Reíque Publ. dispicere, vbinam, quatenus, & quàm aptè Insignia isthæc propalam spectanda proponantur. Oldradi Responso 161. cum Baldo, in Cap. 1. Quid sit inuestit. Eodèm vergit antiquum S. C. in *Parlamen.* omn. Diuor. An 1273. cuius conceptio hæc est. *Visa Aprisia facta pro Abbate Mauziacen., ordinatum fuit, quòd Bailliuus Aruerniæ non impediat d. Abbatem erigere & habere Furcas in territorio Mauziaci: dum tamen in loco ita competenti & congruo erigantur, quòd non dehonestent Villas & Castra domini Regis, vicina & propinqua villæ Mauziaci.*

Arestum in Parlamento Candelosæ An. 1270.

In Parlam. omn. Sanctor. An. 1272. *Pour les Religieuses de Montmartre, contre le Bailly de Senlis.*

Burgundi Ducatus Consuetud. Artic. 8. Tit. *Des Iustices. Sens, & Melun, touchant le restablissement du Gibet tombé, par lettres Royaux.*

Arestum Parlamenti omn. Sanctor. An. 1273.

4. POENA Furcarum inuehit quidem secum capitis ademptionem vitæque, at bonorum publicationem, in Andibus ferè nusquam. Nec enim sublimibus Iuridicis, aliisve data est rerum immobilium confiscatio More Andegauen., præterquàm ex crimine perduellionis. i. §. 142. Vbi Nos de eo latiùs. Eodem Iure vtuntur Aquitani, sed Priuilegiario potiùs quàm patria Consuet. introducto. Regiis nimirum codicillis An. 1353. Idibus Maiis. Quo de Priuilegio nominatim vide Ferronum in Burdegalen. Consuet. Proinde illîc, vt Andibus, tantum æris mulctæ nomine indicitur reis capitali sententia, quantum vix fortunulæ ipsorum exæquent. Ad hæc, vtrobique supereſt *Feudorum* commisso, & legi commissoriæ locus ex clientis noxa atque perfidia. cit. §. 142. Inest enim beneficiariæ Pactioni veteri tacita cautio Iuris gẽtium, vt immemores officij clientes mulctentur beneficiò, quod subinde ad patronum donatorem reuoluatur. Nunc percontari subit de *vasallo*, cuius coniunx *Feudum* quod ipsi donabat, stipulata sit, præmoriente eo, sibi restituiri. Cliens iste patronum interficit, capitis damnatur absens, & nobile prædium quod ei dederat vxor, commissum pronuntiatur superioríque coniunctum. Mox parricidæ vxor intercedit executioni rei iudicatæ, quasi domina proprietatis, ab lege dicta in traditione rei suæ. Illa enim conditio fundi restitutoria impedit vel tacitam quidem ipsius abalienationem. l. 2. Cod. De donat. quæ sub mod. Martianus Lib. singulari ad formulam hypothecariam l. si creditor. §. vlt. De distr. pign. Bartol. ad l. eum qui π. De interd. & releg. Admittamus enim, *Feudi* commissorium facinus nocere creditoribus clientuli, eíque adeo subſtitutis: Tum & primariam legem *Feudi*, reuocatoriam in ius Dominicum ob *vaſſalli* noxam, præire subſtitutiones quasque, & onera rerum creditarum à nouo deinde Beneficiario imposita. Doct. in l. Adoptiuum §. vlt. π. De in ius voc. Demus item, clientis perfidia *Feudum* patrono committi, notissimo etiam liberorum nepotúmque dispendio & agnatorum. Bartol. in cita. l. eum qui Bald. in Cap. vn. §. si vasallus Si de feudo defun. mil. controu. sit int dom. & agn. vasal. In Feud. Idem in l. 2. Cod. De libert. & eor. Lib. Panor Anchar. & Imol. in Cap. 2. De Feud. in Antiq. Fateamur insuper, rem subiectam restitutioni, licet nó transeat ad Fiscum, redire ad patronum ex sui flagitio beneficiarij. Rescripto Antonini Imp. l. 12. π. De fideicomm. libert Bald. in d. §. si *vasallus*. Quod Lotharingio etiã More statutú vsquequaque, cóperimus, Art. 16, De Feud. At enim diuersum videtur in temporario fiduciarióque possessore *Feudi*, nec perpetuo designato: in quẽ nempe collata sit à priuato quodam liberalitas, peculiari casu resoluenda. Rursum si rogatus esset aliquis fundú clientelarem restituere Titio post obitú suum, dein condemnatus fuisset, patroni causa potior foret vtique, donec venisset dies fideicommissi. Quemadmodùm iudiciis definitum Romæ fuit secundum Fiscum, aduersus Corneliú Fœlicem.

. Qui corpus, *idem* bona confiscat Alto Iustitiario. Moribus complurium Franciæ Municipiorum.

Die. 15. Maij An. 1353.

Arnol. Ferronus in. §. 3. De furib. Arbustorum, in Consuet. Burdigalen.

Art. 142. Vers. *biens a perte de fief ès cas cy apres touchez.*

Primæua lex feudi resolutoria, in rem scripta est, reique persecutoria in quẽcúmque possessorẽ. Bal. in l. emancipati. §. vlt. π. De Senat.

Lotharingiæ Consuet., bona censualia, feudalia, vel Manus mortuæ, delicto possessoris nõ committuntur Fisco Alti Iuridici, sed directo domino census, feudi. aut Manusmortuæ.

Digitized by Google

Imperiali sententia in cognitionibus prolata, quam refert Paulus Lib. 2. Decretorum. Idémque Papiniano placuit Lib. 8. Responsorum l. cùm pater §. hæreditatem de leg. 2. Ast secus est certè in donationis placito cum exceptione retentionéque dominij aliquo casu penes donatorem ipsum, non penes tertium quendam fideicommissarium. Tunc enim donatarij facto non potest iniqua adferri conditio donatori. Aliud quippe est, *Feudo* simpliciter, aliud certis statísque legibus renunciare. Cap. quidam vasallus De vasal. decrep. ætat. In Feud. Ergo quàmlibet fauorabilis sit inferiorum prædiorum cum superiori consolidatio ex clientis crimine: quia tamen hunc semel in fidem assumpsit patronus tanquam donatarium, idem & reuersionis legem, quæ donationi adiecta est, censetur comprobasse. Atquin hoc loco euenisse dicitur restitutionis conditio rerum donatarum, quòd supplicio capitali damnatus habeatur pro mortuo, etsi nondum ipsa re diem obierit extremum. Vt notat Vlpianus Lib. 32. ad Sabinum l. sed si mors De donat. int. vir. & vxor. l. res vxoris Cod. eod. Tit. Peræquè enim mutuam hominum societatem consortiúmque soluit ciuilis mors, ac naturalis. Auctore Paulo, Lib. 32. ad Edictum l. actione §. publicatione Pro soc. Iaf. in l. Gallus §. & quid si tantum. π. De liber. & posthum.

Regium Placitum in Senatu Parisien. Die. 2. Iulij An. 1549.

Nihilo minùs tota hæc quæstio donatoris & patroni in consilium missa est à Rege pro tribunali sedente in Curia Parisien. qui interim tamen addixit damnati coniugi ac liberis pensitationem alimentarium ex bonis, de quibus disceptatio erat. Decreto postridie Kal. Quintiles An. 1549. quùm Seguerius, Annæ *Du boys*: & Aymericus. Bernardæ *de Salez art* causam peroraſſent.

Cæteroquin mobilia criminosi dere capitali confiscantur sublimi Iuridico, & si morte naturali eiusdem sine hærede tanquãvacantia domino feudi deferantur. Et hoc est discrimẽ inter fiscum, & dominum Feudi. De quo vide consuet. Andium Art. 113. In verſ. *Les meubles seront cõfisquez aux Seigneurs Iusticiers &c. où il dit aussi ce qui appartiẽdra en ce cas au Seigneur feodal, qui est vne année des fruicts de son Fief par ledit Criminel executé à mort.*

§.

Cæterum si is, cui purè clientelaris fundi dominium competat, luerit capite ob necem patroni, bonis etiam publicatis: non ideo sibi illud rectè vindicabit sublimis Iuridicus, vni ei nempe commissum, cui *vasallus* fecerit iniuriam. Cap. 1. Si vasall. feud. priu. Bartolus nũcupatim, ad leg. 3. π. De interd. & releg. Ex Cap. Si vasallus Si de feud. defunct. fuer. controu. Nam iuris Ciuilis regula est, quùm sua re mulctetur quis in alterius gratiam, cui illata sit contumelia, tunc soli huic rem cedere, non Fisco, aut quibuslibet aliis. Pauli iudicio, l. 2. §. si duo De collat. bon. Bartol. ad l. hæreditas Cod. de his quæ vt indig. aufer. At, sepositio eo casu, feudale beneficium, quod clientis scelere confiscatur, non quæritur superiori domino beneficij, sed iurisdictionis modò plenioris: Nisi & patronus meri Imperij iure præditus sit, & suæ clientelæ fundus eodem Iuridicæ potestatis territorio circumscribatur. Quod ita quidem perbellè distinxit Senonum Mos prouincialis. Artic. 207. iuxta Baldi Perusini dictata, ad l. vlt. π. De offic. Præsid. Bonorum enim publicationem mero Imperio adscripsit Vlpianus. l. Illicitas. §. qui vniuersas Eod. Tit. cum Iustinianea Nouella De nuptiis In prin. Et Chassenei Notis ad §. 1. De confiscation. Burgundæ Consuet.

Hoc quidem, de vtili dominio Feudi: Sed directi dominij iura, Releuia, fructuariæque aliæ feudi obuentiones cuiuis directo domino saluæ manent, eique acquiruntur morte criminosi vasalli, aut eius bonorum confiscatione. l. si in libertinum animaduersũ erit. π. De bon. libert. Vt plenius Nos Lib. 1. De morib. Parisior. Tit. 2. Art. 39.

Digitized by Google

fuet. Istîc porro scire vos oportet, Gallicam Nobilitatem à Rege petiisse in Blesen. Comitiis, vt quùm ob propinqui pœnam aufert bona damnatio, haberetur ratio hæredum, dimidia parte iis relicta: vt qui ad vniuersitatem venturi erant iure successionis, ex ea portiones concessas obtinerent, dempto crimine vtriusvis MAIESTATIS. Idque Caleti Normanorum, imprimis genere clari poposcerunt: apud quos ex maleficio bona coguntur in Fiscum. Postulatum est rursus, ne quo in Municipio fortunæ reorum omnes redigantur in publicum, mulcta nummaria, quæ adiudicetur ibidem, bonorum semissem transgrediatur. Artic. 65. Querelæ Nobilium virorum Principi oblatæ in Conuentu illo Gallici Pop. Blesis. 3. Kal. Februar An. 1577. At solis damnatorum liberis subuentum est Iure veteri, vt paternarum facultatum portio innoxiis hisce salua relinqueretur, non aliis quibusuis agnatis. Apud Iulium Paulum Lib. singulari De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur. Bona vtique publicata, quæ Rex benignè restituerit consanguineis, inter ipsos herciscuntur, non quasi illius donatarios, viritim ex æquis, sed tanquam hæredes defuncti, pro hæreditariis portionibus. Hincque apud Andes, pari gradu succedentibus multis ex transuerso limite, maximus natu non vtetur ætatis suæ prærogatiua vnus in cohæredes laterales, sed repræsentato iure fratrum ac sororum demortui. Intantùm, vt grandioris fratris filij: nepotes, ac posteri simul omnes sibi sumant iura primigeniorum aduersus posteros iuniorum fratrum vel sororum: tametsi æquo gradu cum illis venientes tempore delatæ hæreditatis. Ita expressim decreuit Senatus, Andegauæque Leg. Caput. 224. dilucidè explanauit. Aresto. 6. Idus Sextiles An. 1579. in. 5. Classe Inquisitionum Curiæ. Dn. Montholoneo litis expositore pendentis inter Philippum Gourellum, qui à Palatinis libellorum supplicum Iudicibus Curiam appellarat, & Iacob. Gourellum, Ludou. Bitaudum, aliósque Andegauos, è contrariò, decertantes.

De his, euolue à Nobis pleniùs scripta Lib. 3. Morum Parisien. Tit. 3. Art. penult.

Nobles du bailliage de Caux, en Normandie.

Die 30. Ianuar. 1577.

L. vlt. ff. De bon. damnat.

In hoc argumẽto, de remissione bonorum à Fisco liberis facta condemnati. Nos suprà Cap. 4. Art. 17.

Placitum Curiæ Die. 8. Augusti An. 1579. de repræsentatione in infinitum seruata in Andegauen. successione collaterali, etiam inter pari gradu succedentes. Iuxta Molinei opinionem, ad. §. 214. Andeg. Consuet.

6. OSTENDIMVS antea, Iuridicam potestatẽ, quantacúnque præditi sint gradatim minores locorum Domini, competere etiam sublimi Iuridico in puniendis fontibus perinde, ac in nummariæ rei litibus decidendis. §. 2. &. 44. nostræ Consuet. Atque hic propterea Dominus Territorij dicitur, quòd intra suos fines terrendi, i. submouendi ius habeat. Vt Pomponius interpretatur Lib. singulari Enchiridij, & Panormit. ad Cap. pro illorum De præb. Idemque verbo *districtus* significarunt Feudistici scriptores, à distringendo scilicet, coërcendique potestate. Lib. Feud. 1. Tit. 5. §. 4. ita concepto. Si quis feudum extra curtem detinuerit, & Dominus districtum habuerit. Tum Lib. 2. Tit. 54. Qui Alodium vendiderit, *districtum* & Iurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat. Indè & Comitatus nomen vsurpatum pro Iurisdictione, territorio, seu *districtu*. Consueuerant enim (inſit Otto Frisingen.) singuli sin-

Ad verbum Andeg. Leg. 42. *Et outre les droicts dessusd. ha toute Iurisdiction haute, moyenne, & basse, &c.*

Districtus, & Comitatus, quid apud Feudistas.

Frisingen. in vita Friderici. 1. Imp.

gula Territoria, ex hac comminandi potestate, Comitatus suos appellare. Frideric. Lib. 2. Cap. 13. De Longobard. Specialiùs verò *Carnifices*, qui capitis Sententias exequuntur, vulgò nuncupamus *Executores altæ Iustitiæ*: quasi Iurisdictionum id genus propria sit noxæ capitalis animaduersio. Nec enim carnificem habere licitum est cuiuis Iuridico, nec honestum, eadem in Regione plures esse. Vnus fuit Romæ carnifex, quem tamen non modò Foro, sed etiam Vrbis domicillio Censoriæ leges carere voluerunt. In Orat. pro Rabirio perduellionis reo. Capitis ergo iudicia veriùs ab Altis iuridicis exerceri solita, probat Instrumentum vetus donationis Primatus Monastici *d'Orques* in Cenomano agro, quem Ebroniæ Ædis cœnobiarcha liberaliter contulit in Carthusienses An. 1252. verbis ita relatis. *Vniuersis, &c. Frater E. dictus Abbas de Ebronio, & eiusdem Conuentus Salutem in Dom. Noueritis quòd cùm religiosi viri fratres de Parco in Charnia, Charthusien. ordinis, reditus vel possessiones ad sufficientiam non haberent, &c. Nos ad instantiam & requisitionem reuerendi Patris Gaufredi Dei gratia Cenomani Episcopi concedimus eisdem in perpetuam emphyteosin Prioratum nostrum de Orques cum herbergamentis, terris, &c. & cum omni iure, Iustitia & districtu, quæ habemus tam in dicto Prioratu quàm in pertinentiis prædictis. Excepto iure patronatus parochialis Ecclesiæ, & magna Iustitia, ex qua membri mutilatio vel mortis illatio sequeretur, quam cum omnibus pertinentibus ad eandem nobis retinuimus, &c.* Porro, ad continendos reos, lege iubentur sublimes Iuridici, carceres à solo struere, imò & solo ipso inferiùs, *plus bas que le rez de chaussee.* Aurelianen. Constitut. regia, quæ alia item Iuris dicundi munia præscribit dominis iustæ plenæque Iurisdictionis. §. 53. 54. 63. &. 83.

Don de l'Abbé & Conuent d'Evron aux Relig. Chartreux du Maine An. 1151. apud Ebronium, Dominica ante Natiuitatẽ B. Virginis in festo Dedicationis Ecclesiæ de Ebronio. Quæ Ecclesia monastica *d'Evron* (olim Aurion) fundata est ab Haduindo Cenomanen. Episcopo in honorem B. Mariæ. Clodoueo. 2. regnãte Ex lib. De vitis Pontif. Cenom.

Carthusien. huius Templi fundatrix quidem fuit Margareta *de Fif*, neptis ex fratre Procomitis Bellomontani. Sed præcipuus dotator patronusque habetur hic Gottofredus de Loduno, Cenomanen. Episcopus. 44. qui & ibidẽ tumulatus est an. 1255.

RVRSVM quod ait Lex nostra, *pour punir & corriger les malfaicteurs*, 7. producitur ad eos omnes quos maleficij causa quouismodò contingat, ad aliáque priori succedanea flagitia & consequentia: quorum nempe cognitio spectat ius meri Imperij, plenissimámque Iurisdictionem. Vetusta Francorum Consuetudine eiusmodi, apud scriptorem *Summæ Ruralis.* (In Tit. *De la Constitution du Roy S. Loys, qu'on appelle la Quaranteine du Roy.*) *Pour obuier aux grands maux, qui de iour en iour sourdoient au Royaume de France par les contreuengeurs qui se faisoient des vns contre les autres, & souuentesfois sur qui rien n'en sauoiẽt, & qui coulpe n'y auoient. Et souuent auenoit qu'vn fait de chaude meslee se prenoit d'entre aucuns, que l'vne partie en demeuroit nauree & blecee, dont pour eux contreuenger, ils aduisoiẽt au long des amis des faiseurs qui rien n'en sauoient, & leur aloient courir sus & naurer, qui, à proprement parler, estoit Murdre. Et pour ce fut ordonné par le Roy S. Loys, que doresenauant puis qu'vn fait seroit auenu, d'entre lesquelles parties que ce fust, de celluy iour qui ce seroit fait insques en. 40. iours apres tous acomplis, auroit Treues de par le Roy, qu'on appelleroit la Quarantaine du Roy, & qui comprendroit en lad. Quarantaine tous les amis d'vn coustẽ ou d'autre, fors les faiseurs:*

La Quarantaine du Roy S. Loys.

Criminosi necessarios ac propinquos, olim cum eo necari solitos admonuimus ex More quarumdã Regionum, præsertim in crimine Maiestatis. Lib. 1. De Doman. Franc. Tit. 7. Art. 15. & Lib. 3. Morũ Parisien. Tit. 3. Art. vlt.

Digitized by Google

faiſeurs: Par telle maniere, que les faiſeurs qui s'en mouueroient, ce ſeroit en murdre, & en mauuais fait, & encourroient ceux qui le feroient en peine capital, telle que de murdre & de confiſcation de biens. Toutesfois par deliberation de treſgrand Conſeil à Paris il a eſté deliberé, que ſe le cas eſt auenu en la terre de haut Iuſticier, & led. haut Iuſticier en prent la cognoiſſance à faire, auant que leſd. Officiers du Roy, à luy comme haut Iuſticier doit demourer. Autre choſes eſt, ſi les Officiers du Roy auoient preuenu. Illius necnon prauæ Conſuetudinis, qua priuati cædis vltores pœnas depoſcebant ab agnatis parricidæ, memor eſt Philippus *Debiaumanoir*, antiquus Galliæ pragmaticus, hoc Cap. 60. *Conſuetudinarij* Volum. *Trop malueſe coſtume ſoloit quourre en cas de guerre el Royaume de France, car quant aucun ſes aduenoit de mort, de mehaing, ou de bature, cil à qui le vilonnie auoit eté fete, reſgardoit aucuns des parens à cix qui li auoit fet le vilonnie, & qui manoient loins du liu lau li fes eſtoit fes: Si que il ne ſauoient riens du fet, & puis aloient là, & ſi tot come il le trouuoient, il locioient ou mehaignoient ou batoient, ou en feſoiẽt toute lor volenté, come de cil qui garde ne ſen donoit: Et por les grans perix qui en auenoient, li bons Rois Phelipes en fit. 1. Eſtabliſſement tel, que quant aucun fes eſt auenu, cil qui fut au fet preſent, ſe doiuent bien garder por le fet, ne vers cix ne quort nule triue deuant quele eſt priſe par Iuſtice ou par amis: Mes tos li lignagés de lune partie & de lautre, qui ne furent au fet preſent, ont par l'Eſtabliſſement le Roi. 40. iours de treues, & par cet 40. iors ont li lignagé loiſir de ſauoir ce qui auient en lor lignage, ſi que ils ſe puiſſent porueoir, ou de guerroier, ou de porcacer aſſeurément, Triues, ou Pes.* Ex Lib. Philip. Belmanerij manuſcripto de forenſibus Inſtitutis Galliç, & Claromontis Bellouacorum ſigillatim, cui Prætor ille iura dabat an. 1283.

8. TRIVM criminum notio paſſim tribuitur in Gallia Dominis altæ Iuriſdictionis eximio iure, Cædis inſidioſæ, Raptus, Incendij. De quibus Lectorem ad ea relego, quæ ſ. Cap. 39. Art. 6. Quùm alioquin Lex noſtri Municipij minimè concedat talibus Iuridicis ſcelerum iſtorum animaduerſionem præcipuam, ſed *Caſtellanis.* ï. §. 44. Sicuti & Karolus Franci Regis filius Comes Andegauen. Reſcripto indulſit Canonicis Andeg. Fani ſacratiſſ. vt ſuas Domos Eccleſiaſt. pacatè poſſideant, cum Iuridica ſublimi, infimáque poteſtate: Dempto triplicis flagitij iudicio, patricidij, raptus, igneæque deflagrationis ædium. Vt eſt in Scriniis Andegaui templi maioris. Illinc tantùm excipiuntur ſublimes Iuridici, qui earum cognitionum veteri poſſeſſione ſuffulti ſint, titulóve peculiari. ï. §. 143. Vulgò autem hi de percuſſione inſidioſa voluntariiſque ictibus cognoſcunt, nedum Caſtellarij toparcæ, apud Andes: non ij qui mediæ præſunt infimævè Iuriſdictioni. Hoc §. 42. Nec enim parui refert, delinquatúrne propoſito, an impetu, aut caſu. Inquit Martianus Lib. 2. De publicis Iudiciis l. reſpiciendum. §. delinquunt De pœn. Sic Demoſthenes in Orat. contra Midiam narrat, Leges fuiſſe de Parricidio latas, quæ eos, qui conſultò interfeciſſent aliquem, morte, exi-

Ad verbum Andeg. Leg. 42. *Peut cognoiſtre de batures faittes de guet à pens, & de propos deliberé.*

Karolus Valeſius frater Phil. Pulchri.

Maiſons de l'Egliſe d'Angiers, en la Cité.

Verſ. *peut cognoiſtre de batures, &c.*

Digitized by Google

Supplicio proximus Reus Sacerdoti Confessionem sacram delictorum edere debet (clem. 1. De pœnit. & remiss. Can. quæsitum. 33. quæst. 2. Cap. super eo De hæret. In. 6.) Ad Eucharistiæ etiam sumptionem admittendus videtur Panor. & Hostiliensi, in C. 2. Defurt. Can pœnitentes Dist. 50. Sed hoc, modò neante 4. horas. à sumpto Sacramento, ille morte plectatur. Quod Romæ seruari ait Marsil. in Singul. 151. Eidem verò extrema Vnctio non datur. Archid. in Can. oleo Dist. 95. Gemin. in d. Cap. super eo.

lio, omnium denique bonorum publicatione damnarent: eos qui inconsultò, venia dignos & humanitate iudicarent. Nec aliter Cleon, apud Thucydidem, Mityleneos accusans ait, haud inuitos læsisse, sed scientes fuisse insidiatos, ideóque parè pœnam commeritos: Hanc pulchram subnectens sententiam, σύγγνωμον δ' ἐστὶ τὸ ἀκούσιον. qua significat, id demum veniam promereri, quod citra propositum ac voluntatem patratum sit. Lib. 3. Thucyd. Neque hæc duntaxat procedunt in voluntaria cæde, sed in vulnere etiam ac pulsatione, de qua loquitur Textus patriæ Constitutionis: Si quis enim pulsatum se aut verberatum dixisset apud Romanos, ei Lex Cornelia de iniuriis agenti suffragabatur: ipsa quidem publicorum Iudiciorum perinde, ac Lex Cornelia de sicariis. Auctore Vlpiano Lib. 56. ad Edictum l. 5. De iniur. Eadem ratione, Francici fori mos vetus distinxit fortuitum inuoluntariúmque homicidium à spontaneo & insidioso: vt illius coërctionem medio, huius, summo Iuridico adsignaret. Nam Butelerius in Summa Rurali, *Iustice*, (infit,) *est diuisee en plusieurs membres, l'vne est nommee haute Iustice, l'autre Moyenne, l'autre basse Iustice, & l'autre Iustice fonciere, & encores dit len Seigneurie fonciere. Aucuns dient qu'en pays Coustumier aucuns cas ne sont reputez de haute Iustice, fors trois, assauoir, Bouter feu, Rauissement, Murdre: Et mettent difference entre Murdre & Occision. Car len dit Murdre, quant le faict est auenu sciemment & apensement par aguet: & lors est le fait de haute Iustice. Mais Occison est dicte, quant le fait n'est pas auenu de propos appensé, mais est de chaleur, & fait chaudement. Et lors le fait n'est que moyenne Justice, c'est assauoir de pendre seulement. Et les autres trois cas precedens sont de trainer & de pendre. Et dient aucuns, que punition de Bougrerie appartient à haut Iustitier, & peut estre aduisee auec les trois cas dessusd.* Tit. De *haute Iustice.*

En plusieurs Iustices de Picardie les hauts Iusticiers faisans accord auec les Seigneurs de Fief & Iusticiers inferieurs, se reseruent le sang, le larron, & la bataille, comme estans droictz de haute Iustice pure.

ADMITTAMVS verò, de tribus hisce non quæri ab alto Iuridico, More Andium, nec nisi à dominis Castellariæ iurisdictionis: Quæso, quid de adulterio? Nihilò magis de isto videtur sublimis Iuridici notio disceptatióque legitima: quùm parricidio etiam grauius esse adulterium responderit Scæuola Lib. 3. Respons. l. Lucius. §. matre De legat. 2. Vers. sed & alius mihi deteriora fecerit. Verùm ab Italis seueriùs fortè vindicantur adulteria quàm à Gallis, & in solo Romano acerbiùs quàm nostro. Vt Faber innuit his verbis, *Adulter in regno Franciæ non punitur pœna capitali, vbi non est consuetudo eos puniendi.* Ad l. 2. Num. 19. Cod. Quæ sit lon. Consuet. Cui ne externum subiungam testimonium Alexandri. 3. (§. De adulteriis & aliis criminibus quæ sunt minora) domestico contentus ero, & Francicis Maiorum nostrorum Tabulis, quæ posteritati indicant, adulterium, licet meri quondam Imperij, tùm denuò simplicis esse Iurisdictionis apud Gallos, in calida saltem æstuosáque Prouincia Massilienſi. Antiqua enim Prouincialium duorum transactio, qui de sublimi Iurisdictione conflictabantur, sic habet. 9.

Cap. At si clerici §. De adulterijs De Iudic. In Antiq.

In nomine

Digitized by Google

In nomine Domini noſtri, &c. Anno Incarnationis eiuſdem. 1449. *Die Sabbati intitulata.* 5. *Menſis April. regnante ſereniſs. & illuſtriſs. principe & Domino noſtro domino Renato Dei gratia regnorũ Hieruſalẽ & Siciliæ Rege, Ducatuum Apuliæ, Barri, Andiũ, Lotharingiæ Duce, Comitatuum Prouinciæ Forcalquerij, & Pedemontis Comite, &c. ſit notum, Quòd cùm lis iamdudum mota eſſet inter magnificum & potentem militem D. Elionum de Glandeuea dominum caſtri de Garda ex vna, & Reuerendum in Chriſto Patrem Dn. Guigonem Oliuari præpoſitum Pyguaſcentiæ, dominum & Priorem de Valleta partes ex altera: Præfato D. Eliono prætendente, ſe habere in loco & territorio de Valleta merum atque mixtum Imperium, &c. Et vice verſa, præfatus D. Pyguaſcen. Præpoſitus & Prior dicti loci de Valleta prætendebant, dictum D. De garda dictam Iuriſdictionem meri & mixti Imperij in dicto loco non habere, ſed dictam Eccleſiam in eodem territorio Iuriſdictionem omnimodam & merum ac mixtum Imperium, &c. Fuit concordatum, &c. Item quantùm ad cauſas criminis adulterij duntaxat pertinet, quod crimen eſt de Iure communi de mero Imperio, & de Conſuetudine eſt de ſimplici Iuriſdictione, quod proueniet communiter in futurum inter dictos dominos de Garda, & Priorem nunc & in futurum, perpetuò ſcindatur in partes æquales, &c.* Vtcunque ſit, lectorem obiter nolim in eum errorem impulſum elogio Fabri (cuius meminiſ.) vt credat, apud nos adulteria non puniri. Nam & contrarium ego Fori huius experimẽto didici, & Ferronus audiſſe ſe refert, apud Mechliniam patronum magni nominis pro adulterio deprecantem, ſeueriſſimè mulctatum à Iodoco Loueringo Præſide Iuriſperitiſſ. quòd id Fabri dictum pro ſerio acroamate identidem repetiiſſet. In Conſuet. Burdigalen. §. 1. Tit. De furtis. Vt taceam quod Iul. Cæſar. (Lib. 6. De bell. Gall.) narrat, à Gallis etiam adulteria ac ſtupra coërcita grauiſſimè.

Renatus Andegauus, Prouinciæ Comes.

10 MVLTVM intereſt Iuridici domini cuiuſque, delictorum genera aptè ſecerni, quæ ab hoc vel illo ritè cognoſcantur: cùm ob alia plurima, tum vt Iuriſdictionis fructus aduentitij, mulctæ reorum, publicatáque bona, eo ab vno carpantur, ad quem res pertineat. Mulctæ quidem ac pœnæ criminum in Gallia, relinquuntur Iudicantium arbitrio, nec præſcriptis regulis aut certa pecuniæ ſumma vbique definiuntur. Verbi cauſa, Aurelianen. ciuitas impetrauit à Franciſco. 1. Rege veterum Priuilegiorum diploma probatorium, quibus & hoc inſerebatur ex Phil. 2. Theodato, ne ob ſcelus quantumcúnque nummaria pœna maior foret, quàm. 60. aſſium æris Pariſien. Quùm autem noui illi Codicilli in Curiam eſſent allati, vt promulgarentur ibidem, decreuit Senatus, Principale reſcriptum legi recitaríque *Procuratore generali Regis hoc conſentiente, abſque tamen approbatione Priuilegij Regis Philippi Auguſti, quantùm attinet emendas.* 60. *ſolidorum tantùm, pro quolibet forefacto: exceptis caſibus in Chartis dicti Phil. Auguſti memoratis, ſed quantùm attinet ad Domanium Regis duntaxat.* Arreſto poſtridie Idus Sextiles An. 1537. In quibuſdam

Pœnæ delictorum, in Francia, arbitrariæ.

Philippi Auguſti regis in Aurelienſem vrbem Priuilegia.

Placitum Curiæ Die. 14. Auguſti 1537.

verò delictis commune amplectimur Ius S. P. Q. Romani, quoad pœnæ præfinitionem seu moderationem. Vtpote si quis non alium certè, at semetipsum (quod est grauius) occiderit, eius bona Fisco vindicantur lege Quiritum. Si tamen id tædio vitæ, aut pudore æris alieni, vel impatientia valetudinis commiserit, non publicantur eius bona, sed ordinariæ successioni relinquuntur. Iulij Pauli leg. In fraudem. §. eius bona De iur. fisc. l. si quis filio. §. eius qui deportatur. ff. De iniusto rup. & irr. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. ff. De re milit. l. si quis aliquid. §. vlt. D. De pœn. l. 2. C. Qui test. fac. poss. Hinc Seneca, quæritis ait, insaniæ argumentum, se ipse voluit occidere. Lib. 3. Controuers. 9. Proinde & Francico S. C., quod Parisiis factum fuit in *Parlamen.* Purificationis D. DEI Genitricis An. 1254. *Placuit Domino Regi, de muliere submersa, quòd quia ipsa non erat aliquando sui compos, vt relatum fuit domino Regi, hæredes ipsius in suis bonis tam mobilibus quàm immobilibus succederent, nec aliquid propter huiusmodi casus ad dominum Regem deueniret.* Eodem fermè modo, funus ductum est nuper, decreto Senatus, domino *de Saigne*, regio in Curia Parisien. Consiliario, qui ab morbi acuti cruciatu, in Sequanam amnem se coniecerat, vt afflictum corpusculum præcipiti fato liberaret sæui calculi carnificina. 3. Kal. Octob. An. 1578. Non idem in criminis arcessito reo, qui metu pœnæ sibi mortem conscíuerit, stimulanteque malorum facinorum conscientia. Nec enim tum effertur funus solemni ritu, nec lugeri solet: cuius & tanquam confessi rei bona Fisco adplicantur. l. parricidij D. ad Leg. Pompei. de parricid. Istud autem Romani potiùs Imperij, quam Reipub. temporibus inoleuisse, declarat. exemplum C. Licinij, quod Valerius memoriæ prodidit. Lib. 9. Cap. 12.

Iuturna Dauni filia, ob interfectum ab Æneæ Turnum fratrem suum, mœroris impatiens se dedit in aquas præcipitem.

Die. 19. Septemb.

SVPERIORIS domini munus est subditorum salutem cor- 11.
púsque tueri, prohibere iniuria tenuiores, & æquitate constituenda potentiores cum infimis pari iure retinere. Talis enim Iustitiæ opinio primùm Reges fecit, non apud Medos solùm, vt ait Herodotus, sed etiam apud Romanos. Qui igitur sublimi Iurisdictioni præest, publicæ fidei tutelæq; asserit populares suos æquissimè, notionemq; interponit de violatis ab alterutro eorum induciis, inter quos priuatim datæ sint. hoc. §. 42. Excepto tantùm, si Regius iudex eius disceptationem controuersiæ præoccupasset. ï. §. 78. 82. & 83. Andeg. Leg. Planè Regionum quarumdam Moribus defertur hæc medio Iuridico ciuilium datio induciarum, & in violatores ipsarum animaduersio. Masuerius in Praxi. §. item media iustitia Tit. De Iudicib. & eor. iurisdict. Minimus quoque Iuridicus interdum hanc sibi arrogat securitatis dandæ potestatem, sed quæ ad alia non porrigitur quàm infimæ *Iustitiæ* iura, si quid contra securitatem datam foret admissum. Vt ꝛ. tractauimus Cap. 2. Art. 5. Quoniam verò publicæ securitatis petitio in discrimen vocat alienam existimationem, notátque eum quodammodò in quem publica

Herodotus in Thalia, & Clio.

Vers. *Et peut donner Treſues entre ſes ſubiects, & non pas les oſter.*

Vers. dare & cognoscere de intimatione saluæ gardiæ, & eius infractione.

blica imploratur fides, priùs eſt actori de minis aduerſarij inquirendum, ac de vi metûve ab eodem incuſſo. Cuius rei formulam ac ſeriem totam pertexuit Maſuerius (Tit. *De aſſecuramento*) & quæ eam in rem perſtrinximus Lib. 2. REGII FRANCIÆ PATRIMONII. Ac ne cuiquam dubium ſit hoc loco, ſublimem Iuridicum dare ſubditis publicam ſecuritatem poſſe, auferre non poſſe: obſeruet priſcam in eo diſtinctionem Iuriſdictionum apud Andes, clauſula iſta. *Le Comte, le Baron, & Chaſtelain peuent donner Treuez, & les houſter: Mais les haultz Iuſticiers, qui n'ont droict de Baronnie ou Chaſtellenie, peuent bien donner Treues entre leurs ſubgiez, & non pas les houſter.* Tit. 8. art. 13. Ex antiquo Legum Andenſium Codice qui manu perſcriptus eſt an. 1437. Omnimodò autem prohibetur inter Allobroges ſecuritatis iudiciaria præſtatio, quam iuſtæ ſaltem querelæ probatio non anteceſſerit. Cæterum de infracta hac fide publica apud Gallos, vter iudicium exerceat, Regiúſne iudex an Dominicus, pendet ex veteribus Inſtrumentis de eo cognitionum genere: Alias in re ancipiti minor Iuridicus cedere debet hac in parte Regio ſuperiori. Vt Curia Franciæ definiit in Parlamen. octauæ Natiuitatis B. MARIÆ an. 1260. tali ſcriptura. *Cùm quidam homo de communia de Archies fregiſſet quandam Aſſecurationem apud Archies, vt Bailliuus dicebat, Bailliuus volebat habere Iuſtitiam de infractione ipſius Aſſecurationis pro Rege: Maiore & Burgenſibus de Archies dicentibus, econtrariò, quòd horum Iuſtitia pertinet ad ipſos per Chartam domini Regis quam habeat. Audita & intellecta huiuſmodi Charta, determinatum fuit, quòd hæc Iuſtitia pertineat ad Regem.*

Sabaudiæ Statuti verba, *Officiarij domini nullum debent recipere ad Saluamgardiã, ſed refugientes tueri debent.*

Parlamenti Areſtum vetus an. 1260.

12. FALSI quæſtio competit Altis Iuridicis, ſiue principaliter mota ſit, ſeu in litem inciderit pecuniariam: Mediis verò, Minimíſve Iuridicis competit ita demum, ſi eius criminis perſecutio ciuili controuerſiæ acceſſerit. ff. §. 2. 39. & 42. At ſi Regio Anulo obſignatæ ſint contractuum Tabulæ, quæ adulterinæ feruntur, ſolus de earum fide inquirit Regius iudex, niſi obiter ea cognitio vertatur coram minore Magiſtratu. i. Artic. 76. Falſi vtique diſceptatio ciuili intercedens non remoratur Sententiæ dictionem in ſumma illa lite, ni huius definitio tota propendeat ex teſtibus vel inſtrumentis quæ falſa eſſe contenditur. Eóque ſenſu interpretanda Conſtantini lex vlt. De ord. iudic. Et Bartol. in l. ſi teſtamentum. ff. De petit. hæredit. Quoties enim ius totius cauſæ non in teſtibus poſitum eſt, aut tabulis, quæ inſimulantur falſi, ſed præbent ea tantùm cauſæ adminiculum quoddam, tunc nil prohibet, quò minùs Iudex pro officio ferat de ſummo negotio Sententiam. Et ita Neapolitan. Senatum decreuiſſe, refert Afflictus Conſcriptus eius Curiæ, Deciſ. 229.

Verſ. *Tout principalement cognoiſt vn de faulſonneris, & de ce qui en deſpend.*

13. AGEDVM quid de primaria falſi accuſatione coram mixto Iudice? i. qui ius dicat communi nomine Regis Dominíque inferioris. Competentem hunc Iudicem putes fortaſſis. Quanquam enim

De lettres paſſees ſoubs ſeel Royal, le Iuge royal ſeul competent.

Digitized by Google

falsarum tabularum, quæ Principali anulo signatæ sint, reus peragatur nemo alibi quàm in Regio Tribunali: eadem tamen videtur Iuridica potestas mixto Foro, quæ Regio simplici tribuenda. Nam *prouisio facta in casibus separatis, trahitur ad eosdem simul iunctos.* Vt loquitur Bartol. ad l. si ita scriptum, ff. De liber. & posthum. Et ad l. 2. ff. De verb. oblig. In rebus item indiuiduis, qualis est Iurisdictio, porrigitur ad alterum alterius socij priuilegium. Sententia Iulij Pauli, l. si communem. Quemadmodum seruit. amitt. At, his nequicquam obstantibus, censuit ORNATISS. CVRIA, Regiæ purè notionis scelera ad mixtum Tribunal non pertinere. Facti species hæc erat. Duo Suessionibus Comites dominantur, Rex, & Regulus priuatus è Lucemburgia familia. Vtriúsque Iurisdictionem excolit coniunctim vnus quidam Magistratus. Mox Suessionen. ciuis accusatur falsi in Regio sigillo contractuum adhibiti, vel patrata cæde, impetrat veniales Codicillos à Principe. De iis suam esse iurisdictionem, Suessionen. Iudex pronuntiauit. Verùm appellato Senatu, differit appellans, Regij merè iuris inuestigationem esse hanc & animaduersionem: ideóque in casu puro ac simplici mixtum non contineri, propter variam vtriúsque distincti naturam, priuilegium, ac conditionem. Vt vult Paulus I. C. l. Clemens patronus De hæred. instit. Alexand. in Responso. 116. Volum. 2. Ediuersò, à Vindocinensi Heroide allegabatur, Suessionum Comitatum indiuiduo iure communem vtrique esse & sibi & Regi. Hinc consequi facilè, vt vnius priuilegium redundet ad socios consortesque prædij insignioris: licet alioquin priuati sint isti, nec vllo per se suffulti priuilegio. Quò spectat etiam ratio Iul. Pauli dicentis, ex potiori fortiorique qualitate rem totam esse definiendam, diiudicandam. l. Repetundarum De Testib. Et quantò aliis præstat Regia dignitas, eò firmiùs, Suessionum Iudicem, Regium esse, quàm à priuato, Dominicum appellandum. Argum. Vlpiani, l. quæritur De sta. hom. Nihilò seciùs Curiæ placuit malè iudicatum, regiíque iuris litium notio reiecta est ad purè Regium Proprætorem Laudunensem. Decreto pridie Nonas Ianuar. an. 1534. quùm Beruerrius, prouocantis: Dennetius, aduersariæ: & Montholonius, Fisci causam egissent.

Duæ Enguerrandi *sire de Coucy* filiæ hæredes causam dedere partitioni Suessionen. Comitatus ac Iurisdictionis aliarúque Ditionum, in 2. partes æquales. De quarum successorio iure ac serie, Nos fusiùs Lib. 1. Doman. Franc. Tit. 5. art. 4.

Soissons, Coucy, la Fere Gobin, & Marle.

Casus regii, à nullo prætèrquàm Regio iudice deciduntur. Dempto, quòd Domini certorum fundorum Briæ & Campaniæ (Putà *de Colummiers, S. Florētin, Beaufort, Ernyle Chastel, Larzicour, &c.*) ibidē feruntur de Regiis quibúsque casibus, saluo crimine Maiestatis, cognoscere posse, ex reciproca cessione ab iis Regi facta Narbonensis Vicecomitatus ea lege die 29. Nouēb. an. 1507. tum quia illi fundi antiquā Nemorensis Ducatus partem cōstituissent *pour les descendans de la ligne Royalle d'Estreux.* Die 9. Iunij an. 1404. Sed his Literis nominatim exceptos legi casus Regios omnes, quorum causa tùm creatus fuit Bailliuus exemptionum, & casuum huiusmodi, pro Rege.

Arestū die 4. Ianuar. 1534.

Par mesme Arrest, il est dit, que les cas royaux appartiendront au Iuge Royal seul à Chablis, & non à l'autre.

14. ENIMVERO si priuati socij locum subierit Princeps, iisdem societatis legibus subiicitur, quæ inter communis Iurisdictionis dominos antea seruabantur. Verbi gratia, Præpositus *de Chablis*, qui sacra dignitate fungitur in Æde Martini Turonen., iniit bonorum consortium Præposituræ cum viro magnate *de Noyers*, ex æquis portionibus: Pacta conditione, vt communis vtrique Iurisdictio loci exerceretur alternis annis. Præpositi Iudice, priorem: consortis, posteriorem annum occupante. an. 1335. Sed progressu temporum, quùm succesisset Rex in bona Dn. *De Noyers*, regius Iudex Præposituræ *de Chablis* obtinuit Principali rescripto, vt pro Tribunali

nali ſederet priore anno, & ſacri Præpoſiti Iudex anno inſequenti. Dehinc verò expoſtulante Præpoſito, & vetuſtæ Pactionis fidem legémque implorante, Senatus pronuntiauit, Regium Iudicem Diplomate iſto vti non debere, nec à priſcæ conuentionis formula diſcedere. Ita tamen, vt Regius à Præpoſito quoque iudicandi munus peteret, exequendum denuò communibus vtriúſque Domini auſpiciis: vel vt Dominus vterque alium quendam ſimul præficeret Iuriſdictioni, ne inter plures poſthac, inuidiæ faces vllæ conflarentur. Placito Curiæ pridie Idus Iunias. 1554. Roberto, appellantium: & Meſnilio, Sainctoni, Iudicis Regij cauſam orantibus. Ex ſupradictis interim noſſe operæpretium eſt, profani ordinis Procer es ab Eccleſiaſticis quondam ſuorum in fundorum ſocietatem adſcitos, vt tutelari illorum præſidio res diuini iuris commodiùs tegerentur. Ita Stephanus Cluniaci Archimandrita, Gallico bello feruente, communicauit Lodoico Iuniori Regi nobile Oppidum & *Caſtellaniam* D. Gengulphi, apud Matiſconem: vt mediæ dehinc partis Dominus Princeps totum latifundium ſtudioſiùs tutaretur. Luculento Pacto an. 1166. quo viciſſim pacto Rex ſanctè pollicitus eſt, ſplendidam illam Ditionem ab ſe poſteríſque Principibus nuſquam abalienatum iri. Hanc rurſus Conuentionem probarunt ſeriatim Ludouicus 9. April. Menſ. an. 1270. Karolus 5. Galliæ Rector, Octobri 1359. Sextus filius Nouembri 1402. Octauus Karolus, Ianuario 1483. Erricus demum Quartus Februar. Menſe an. 1597.

De ſimili appariatione, ſeu communicatione ſacrorũ fundorum ab Eccleſiaſticis facta ſeculariibus Dominis, ad ſua iura tuenda, diximus lib. 2. Doman. Francici Tit. 8. art. 7. Et Sacræ Polit. lib. 3. Tit. 3. art. 9.

Areſtum die 12. Iunij an. 1554.

Ville & Chaſtellenie de S. Gengoux, en Maſconnois, anciennement dependant de l'Abbaye de Cluny, depuis dicte, S. Gengoux le Royal.

De Eccleſia S. Gengulphij, quę grauiter iniuſteque opprimebatur in illa ciuitate, loquitur D. Bernardus in Epiſt. 119. ad Lotharium Imperatorem.

Ita ſpeciali in tutela ac protectione Archiducum Auſtriæ ſunt Epiſcopatus Tridentinus, & Brixienſis, cum Abbatia, Morbacẽſi. Hirſfeldenſis verò Abbatia, ſub Haſſiæ Principũ patrocinio eſt. Ex Andr. Cnicheni Commentar. in Ius Saxonic.

Lettres en forme d'Aueu & denombrement de Baudouin, Voué de Donchery (en Decemb. l'an 1291.) Chenalier recognoiſſant tenir en fief des Abbé & Conuent de S. Marc de Soiſſons, les Comtez de Bar, & de Rethel, de chacun d'eux les ſeigneuries, la ville & terroir de Donchery, eſt Iuſtice haute, moyenne & baſſe, fiefs, pluſieurs cens, &c. Ordonnãce aduiſée à tenir ſur le gouuernement de la Mairie de la ville & terre de Donchery ſur Meuſe, appartenant par indiuis à monſieur de Bourgongne, Voué de ce lieu de Donchery, & au Prieur dudit Donchery, membre de l'Egliſe S. Medart de Soiſſons, c'eſt à ſçauoir audit ſieur, la troiſieſme partie, & à lad. Egliſe les deux autres parts. Arreſtée à Paris de l'aduis de monſieur le Chancelier, & du conſeil de monſieur de Bourgongne le 8. de Mars, l'an 1398. Lettres d'accord entre l'Abbé de S. Remy de Rheims, & le Comte de Rhetel, touchant la ville & ſeigneurie de Rocourt l'an 1221. que l'Egliſe aura tel & tel droict ſur les habitans de Rocourt. Et le Comte autres droicts & Eccleſia, & Comes in perpetuum pro diuiſo poſſidebunt iure ſocietatis.

15. SVNT & aliæ ſublimis Iuridici prærogatiuæ, quæ nec Andegauis Moribus expromuntur, nec applicantur Dominis imæ vel mediæ Iuriſdictionis. Imprimis enim nemini licet, in ſuo caſtra fortia, turres, ac propugnacula excitare (Francico vſu veteri) aut vallo foſſáve circundare fulciréque ſuas ædes, præterquam Alto Iuridico, vel eo permittente. Sicuti Areſto *Parlamentari* deciſum fuit in Octauis ſacræ Purificationis an. 1265. Nuper etiam, pari in controuerſia, Briſſonius patronus fiſci dixit apud CONSCRIPTOS PATRES, nulli ius eſſe *de baſtir à foſſez à eaüe, douues, & pontleuiz, canonnieres, ou forterefſes*, niſi territorij Domino aſſentiente. Quidam enim Regiis codicillis veniam exorarat validæ Arcis conſtruendæ in ſuo ſolo. Sed interceſſit Regiarum literarum executioni ſublimis Iuridicus, mox etiam Bellifortis in Campania Comes, patronus ſuperior. Hos demum auditos litigatores Senatus remiſit ad Iudices delegatos ſupplicibus libellis Palatinis, apud quos altera iam pendebat inter eoſdem poſſeſſoria conqueſtio. Curiæ decreto 14. Kalend.

Nũm verò altus Iuſtitiarius impedire poſſit Vicum paganum mœnibus cingi & claudi Regio permiſſu ac Reſcripto principali? Credo nõ poſſe, cùm agatur de bono publico, ſed ſi Iuridici priuatim interſit, quaſi Dominicis iuribus imminutis ob fundorum & ædium cõuerſionem in publicum perpetuúmque murorum vſum, illius indemnitas certo ære æſtimari ac Domino pendi debet.

Areſtum die 19. Maij 1575.

Extat & Francicum Edictum *ſacti à Monſ. le 10. de Mars* 1566.

Sur la demolition des maisons fortes, pontleuis, colombiers, & fourches patibulaires erigees par les Gentils-hommes en la haute Iustice du Roy au Duché de Bourgongne.

Iunias an. 1575. quùm Mesminius impetrantis causam egisset, Lud. *Desportes*, alti Iuridici; & Pet. *Dulac*, Comitis Bellifortensis. Itaque alia S. Consulta (quæ diuersam in partem videntur citasse Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC.) intelliguntur in proprietario clientelaris fundi, qui leuibus vallis ac fossis nobiles suas Ædes fulcierat, hoc qualicúnque munimento vitam suam, suorúmque tecturus. Nam & Iure Roman. arces struere cuique fas erat pro arbitratu. Ex Speculat. in §. 1. Vers. quid si petatur ciuitas Tit. De redig. domib. Alberic. in l. Altiùs Cod. De seruitut. & aq. Socyn. Respon. 105. At Gallico more, huius Operis petenda venia est à Domino locorum propriè sumpto, nempe sublimi Iuridico: quem verè puréque Dominum appellat Faber. in §. Prætudiciales Institut. De Action. Proin ipsius intuitu ac contemplatione, subditi rectiùs dicuntur; quos terrendi potestatem habent Iuridici, quàm qui census honorarij, aut clientelæ nomine patronis subiiciuntur. Quinetiam Delphinatibus Francis, quàmlibet Romana lege regantur, inualuit prisca Consuetudo, ne quis vallo conseptas retineret vsquequaque priuatas domos: nisi eo loci, præesset summæ, mediæ, ac infimæ coërcitioni Iure dominij. In Lib. *Statutor.* & *Libertat. Delphinal.* cuius verba sunt isthæc, *Item voluit, concessit, & ordinauit Dominus Delphinus, quòd quicunque subditi Delphinatus & aliarum terrarum Domino Delphino subiectarum possint, & sibi liceat in quacunque parte Delphinatus & aliarum terrarum prædictarum, quilibet in re sua propria duntaxat, facere domos fortes pro libito voluntatis: Dummodò dictæ domus non fiant in locis esponderiis seu limitrophis. Tali etiam conditione adiecta, quòd ille domus construendæ fortes non possint accipi vel recognosci per illos, quorum erunt de Feudo alicuius Domini vel personæ, nisi priùs præsentatæ fuerint Domino territorij, in quo dictæ domus fierent: & ita quòd ille Dominus territorij habeat prærogatiuam, & possit habere dictam domum vel eius Feudum ante omnes alias personas pro eodem prætio, quod Dominus ipsius domus, si ipsam venderet vel recognoscere vellet ab alio, de ea legitimè & sine fraude inueniret.*

Quid si altus Iusticiarius minor annis permiserit subdito, ædificare castra fortia, turres & propugnacula, restituetúrne in integrum? Ita videbatur, quasi parte Dominij aut Dominicæ prærogatiuæ alienata. Verius tamen est, solũ ius honorificum fuisse subdito concessum, sans alienation de fief, Iustice, ne domaine. Ideoq; eum actum etiã minori annis purè interdictum non esse. Arg. l. Quod adipiscendæ dignitatis ff. De donat. int. vir.

EGREGIVS dehinc sublimis Iurisdictionis fructus est, occupatio agrorum in Territorio vacantium possessore. Hærede quidem vacua mortui bona veniunt Legibus patriis ad Dominum mediæ vel imæ Iurisdictionis, eo rerum delectu quem adhibet nostrâs Mos Andium, Cap. 41. & 268. Atque ita Masuerij dictum explicandum, §. Item bona Tit. De Iudicib. & eor. Iurisdict. At non idem in fundis omnino cultore carentibus ac detentore: qui regulariter competunt alto Iuridico, velut præsidi Iurisdictionis territoriique Domino, non verò simplicem habenti aut mediam Iurisdictionem. Socyn. ad l. 1. ff. De acquir. possess. Alciat. in l. sylua cædua ff. De verb. signif. Molineus In Parisien. Consuet. Pari ratione freti complures asserunt, publicos amnes Insulásque iis inclusas ad Territorij Dominum spectare: Ex communi penè Gallorum omnium ritu,

16.

Terres vaines, & vagues.

Molin. in Part. 1. §. 46. Num. 6. 7. 8. & 9. Parisien. Consuet.

Digitized by Google

ritu, cuius meminit Faber in §. flumina Inſtit. De rer. diuiſ. Eódem alludit Senonum Conſuet. §. 13., ſtatuens, Inſulas publicis in fluminibus ad ſublimem Iuridicum pertinere. Qua autem in Regione Princeps ſolus præeſt Iuriſdictioni cum Territorio, diſtrahenda proſcribuntur palam ſola terrarum vacua, ſterilia, incultáque: eam in formulam, vt Regij primùm codicilli de ipſorum alienatione probentur Ordini Ampliſſ. deinde vt eorum vſum habentibus adſignetur certa limitatáque agrorum portio, tum reliquæ partes, variarum titulo Villularum dentur perpetuis colonis vectigales. Vltimò prudens eius conſilium eſt, quiſquis perpetuò fruendos agros conduxerit, vt libello traditis ſic prædiis Senatus auctoritatem curet interponendam.

Ea de re Nos fuſiùs Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit. De Terris vacantibus.

17. TALI forenſium ſolennitatum ordine ventum eſt nuper ad publicam alienationem deſertorum eiuſmodi agrorum, in Belliſortenſi Comitatu apud Andes. Regium enim alienationis diploma (Mart. Menſ. 1574.) promulgarunt Lutetiani PATRES. 7. Idus Septemb. eod. Anno. Et hoc ſubinde Diploma executus eſt Bonus *Broüe* Senator Pariſien. pridie Idus Ianuar. 1575. quo die Vſuariis locorum intercedentibus præfiniuit certam diſcretámque fundorum regionem quibus deinceps vterentur, cætera prædia in formam priuatarũ Villarum conuertit ſigillatim, quas petẽtibus villicis tranſcripſit, nempe *les frouz, paſtiz, marais, & terres vagues dudit Comté, à tiltre de menu cens & rente en deniers*: quem libellarium contractum appellamus. Nam eo fermè modo Romani aſſem, nummum, & libellam poſuêre, hoc eſt, pro minimi pretij pecunia. Hæc enim quanquam argentea, tamen non plus libra æris, ï. aſſe valuit. Sicuti de libella ſcripſit Cic. in Orat. pro Roſcio Comœdo, & Verrina. 3. vbi, Ecquis, ait, Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, vnam libellam dediſſet? ï. aſſem minimum. Denique, vt inſtitutum repetam, Curia Pariſien. conſtabiliit perpetuas illas ſingulorum fundorum locationes, prout eas Princeps ipſe ratas habere ſe inſignibus Tabulis declarauit. S. Conſulto. 13. Kalend. Iunias an. 1575. Contrà, reſciſſæ ſunt à PATRIBVS terrarum vacantium adiudicationes apud Cenomanos. 7. Idus Septemb. an. 1576. quòd Regij auctionibus Præfecti ſolennes formulas non ſeruaſſent, S. C. præfinitas. Nonis Decemb. 1552. Curia enim Principale reſcriptum alienationis iuſſerat promulgari lege condicta, vt qui auctionibus vacátium fundorum præſcriberent exceptione proprietatis vel iuris vtendi, poſſeſſione cedere non cogerentur: niſi interceſſionis huiuſce negotio plenè diſcuſſo: item vt propalam & fide bona fundi addicerentur pluris licitanti. Extant quoque in regeſtis Curię Principales codicilli Mart. Menſ. 1553. ad alienationem pertinentes vacantium terrarum Syluæ Aurelianen. confinium. Senatus verò comprobandis hiſce Literis multiplicem adhibuit cautionem, vt cenſualis penſitationis lege prædia darentur, indéque, vendito poſtea fundo, deberentur Regi

Beaufort, en Valée.

Die 7. Septemb. an. 1574.

Die 12. Ianuar an. 1575.

Libellarij contractus vnde dicti.

Areſtum Curiæ Die 20. Maijan. 1575.

Decretum Senatus Die 7. Septemb. an. 1576.

Literæ patentes Erici 2. Regis Die 19. Auguſti 1552. de terris vacantibus Andiũ & Cenomanorũ publicè diſtrahendis. Quæ Literæ in Senatu verificatæ ſunt & modificatæ die 5. Decemb. eod. anno.

Bailler à cens annuel & perpetuel, portant lods, ventes & amendes.

Digitized by Google

Placitum Curiæ die 7. Iunij 1554.

laudimia, mulctæque ob pensionem sua die non solutam. Decreto 7. Idus Iunias an. 1554.

HACTENVS de rebus soli & inanimatis vacantibus, quid de mo- 18.
uentibus se, & animatis? Isthæcne purè competunt Alto Iuridico? Sanè huic vni cedunt oberrantia animalia & expauefacta, nisi quæ patrio More peculiari deferantur Domino infimæ vel mediæ Iurisdictionis. Quemadmodùm CVRIA FRANCIÆ decreuit in Parlam. omn. Sanct. an. 1269. secundùm Canonicos templi Aniani Aurelianen., quorum sublimem intra Iurisdictionem repertus fuerat Veruex, ignoti Dominij. Vt prisci Curiæ Commentariis perhibetur. Deinceps sublimis Iurisdictionis Insignibus adnumeratur sigillum, quo notantur instrumenta Pactorum & Iudiciorum. In plerisque enim Municipiis, quæ reguntur patrio suo Ritu, sigillum publicum habent Alti Iuridici, quo, scripti actus omnes obsignentur. Veluti in Aristotelica Politia Magistratus extitit, apud quem pacta forensiáque acta perscribi debebant. Politic. Lib. 6. Cap. 8. Gallici autem illius Vsus auctor est practicus Codex antiquus, hoc verborum tenore. *Vn haut Iusticier qui n'est pas Chastellain, peut bien auoir Tabellion pour passer Actes iudiciaires, & receuoir les contractz faictz entre ses subiectz des demeurans en sa haute Iustice, & non plus. Car dedans sa haute Iustice, & entre les subiects d'icelle son Seel sera tenu authentique & approuué, & non ailleurs. Mais s'il est haut Iusticier Chastellain, c'est à sçauoir, qu'il ait deux sieges de Iustice, l'vn sur l'autre, comme Preuost, les Iugemens duquel ressortissent par appel deuant son Bailly, ou Maire, & Bailly par dessus, adonc peut il auoir Tabellion pour passer Actes iudiciaires, & Notaires, & Seel public & authentique, pour receuoir de toutes personnes tous contracts.* In Lib. cui titulus præfigitur, *Pour monstrer & apprendre à vn chascun, quelle maniere de proceder est en Cour laye par la Constume notoirement gardee par droict, &c.* Inde vetusto Francorum S. C. pronuntiatum fuit secundùm Abbam fani Maxentij, quòd dominus Rex non poterat ponere sigillum suum in terra & Iustitia alti Iustitiarij pro contractibus & obligationibus sigillandis, quandiu non fuerit in defectu dictus Iustitiarius. In Parlamen. octauæ S. Martini an. 1281. Vt expressim habetur in Stylo *Parlamentari*, Arestor. Parte 7. Andibus verò non item, vbi sigilli iure præditus non est quisquis sublimem habet Iurisdictionem: nisi Castellaria pariter dignitate ornatus sit. ï. §. 43. Quo loco Nos vberiora, de authentico huiusmodi anulo & sigillo.

Arrest adiudicatif au Chapitre de S. Aignan d'Orleans d'un mouton trouué comme Essoine au lieu où il y auoit haute Iustice. Fol. 61.

S. Maixent, en Poitou.

Britoniæ Consuet. verba, *en trois villages peut auoir vn Thereau, qui ne peut estre empesché d'aller à iceu, &c.*

Campio, certator pro alio in singulari pugna datus: cui nomen est à campo, quasi circo pugnaturis constituto. Ex

INSVPER altæ Iurisdictionis index fuit quondam Taurus *bannarius* seu publicus. De quo Liber *Consuetudinarius* Franciæ sic eloquitur, *Item nul ne peut auoir Torel bannier, s'il n'est haut Iusticier.* Cap. *de saisine de fief* Gallici Volum. *Cy commence le grand Coustumier de France & Instruction & maniere de proceder & practiquer és souueraines Cours de Parlement, &c.* De Tauro eo *bannario* disertè, Armorica Lex, §. 420. Rursus Codice illo Consuetud. Galliæ admonemur, *esmonder arbres* 19.

qui

qui ſont ſur chemin, eſtre exploictz de haute Iuſtice: vti & Duellum litis deciſorium indici olim conſueuiſſe à ſolo Domino ſublimis Iuriſdictionis, vulgari hoc idiomate, *Les Chanoines de ſainct Merry ont en leur Auditoire deux Champions combatans painctz, pour ſignifiance qu'ils ont haute Iuſtice en leur Cloiſtre.* Lib. 4. Tit. *De Haute Iuſtice.* At nunquam hoc iure vſi ſunt Andegaui dynaſtæ *Caſtellanis* inferiores, nec de ſingulari certamine alij cognorunt antiquitus, quàm Barones aut Caſtellani. Vt priſca hæc Andium Inſtituta produnt, *Et ne peuuent leſdits hauts Juſticiers, autres que les Barons, & Chaſtellains, ne aultres de au deſſoubz, cognoiſtre de gages de Bataille. Au vieil Couſtumier des Pays d'Anion, & du Maine*, Part. 1. Gladiatorius autem Mos iſte abiit in deſuetudinem, Tridentinis necnon Eccleſiæ decretis nuper abrogatus. De tali Duello, Nos Lib. 3. DOMANII FRANCICI Tit. Quis dicatur Dux, Et Lib. 3. DE PRIVIL. RVSTIC. Cap. 13. Item alto Iuridico peculiaris eſt coërctio in plebeios fundorum poſſeſſores ſui Territorij, vt ſua nomina, ſuorúmque agrorum modum, onera, vectigalia inſcribant Dominico cenſualium profeſſionum codici (*Papier terrier*) edántque prædiorum ſuorum chartulas eidem Domino iuſtæ plenæque Iuriſdictionis: Tametſi poſſeſſores recto alterius Dominio purè ſubiaceant, vel ex priuilegio fortè ſuperiorem agnoſcant neminem. Quippe multum intereſt ſublimis Iuridici, quot priuato cuiquè ſuppetant agri iugera ac onera prædiaria, dignoſcere, ob qualemcúnque ſpem futurúmve euentum publicationis bonorum ipſorum, quæ ex maleficio fortè redigentur in Fiſcum maximi illius Iuridici, nec minoris aut minimi. Ac propterea Senatum iudicaſſe audio circiter Annum 1572. Dynaſtæ *de la Chappelle des Vrſins, comme Seigneur Dermenonuille*, cogere licuiſſe cœnobitas *de Chailly*, in Cenſoriis eius tabulis profiteri adſcriberéque ſolaria ac vectigalia fundorum, quoſcúnque habebant in Territorio altæ ſuæ Iuriſdictionis: quamuis vectigalium agrorum poſſeſſores eos iam ex profeſſo deſignaſſent in dominico Cenſuum volumine. Aliæ enim ſunt *Feudi*, aliæ Iuriſdictionis obuentiones ac fructus: neque iſti cum illo quicquam commune eſt, Francico More quem recitat Maſuer. §. Item non ſequitur Tit. de Feud. In ſua Praxi. Præter hæc verò, quatenus interſit domini Iuridici, ſacra etiam latifundia, quæ intra ſui fines Territorij conſtituta ſint, in Cenſus ac Monumenta ſua tranſcribi, diximus antea §. 38. artic. 8. Ne quis interim cauilletur, parui referre talia bona in teſtatum redigi apud Dominum ſublimis Iuriſdictionis, quòd eius Fiſco, nec alterius cuiuſquam poſſint adplicari.

Longabar. Lege Tit. 112. Et Capit. Othon. Leg. Franc. lib. 5. Tit. 6.

Quarum Moribus Regionum nil cauetur de iure gentilitiorũ inſignium Templo appingẽdorum, ſeu inſculpendorum, tunc id iuris competit Domino altæ Iuriſdictionis, non mediæ, vel infimæ, nec Dominis feudi. Antiqua enim Iuridica poteſtas Domini remanet etiamdùm in ſolo & fundo Eccleſiæ ſacrato. Bart. in l. ſi quis in hoc genus. Cod de epiſc. & cler. & in l. ſi cui. § . vlt. ff. de accuſ. Vnum hinc excipio patronũ Eccleſiæ, qui ſuprà dictis omnibus in eo genere antefertur. Vt ſcripſimus lib. 3. De doman. Franc. Tit. 19. art. 15. 16.

Feudum & Iuriſdictio nil habẽt affine.

20. DEINCEPS maioribus olim Iuridicis ſolis fas erat, generalia concedere Mandata bonorum pignerandorum, ac Literas compulſorias, quæ mandata *de debitis* vocant. Vt eſt in Stylo Parlamen. Cuiuſmodi Literas, Molineus ait, ad ſuam vſque ætatem fuiſſe in vſu Fori quotidiano, earúmque formulam obſeruaſſe ſe in vetuſtiſſimis

Commiſſions generales, pour faire ſaiſir.

Digitized by Google

Francicæ Praxeos commentariis: Donec ipsas Petr. Lizetus oppugnare cœperit in publicis causarum actionibus Curiæ Parisien. Sub Annum. 1525. Itaque de vagis hisce Mandatis parumque receptis nostro seculo, pleniùs consule Molineum in Parisien. Consuet.

Gloz. 1. vers. *Arrest, ou brâdon* Num. 109. 110. 111. & 112.

Tit. 2. §. §. 52. Omitto alias quasdam sublimis Iurisdictionis notas quæ, speciali Andium Ritu, vel mediis communicantur minimisque Iuridicis, (vt caducæ hæreditates) vel *Castellanis* solis competunt, aut Baronibus, vt thesauri. §. 41. & 61. Antiquitus enim thesauri argentei passim attributi sunt altis Galliæ Iuridicis, simul & nuda vacuáque possessore bona Vt Chasseneus nominatim admonuit, In Consuet. Burgund. Secundùm ea, quæ superiorum temporum Scriptores practici adnotarunt in Libris suis autographis, hoc modo. *Nuns n'a Fortune d'or, se il n'est Rois. Et les Fortunes d'argent si sunt au Baron, & à ceus qui ont grand Ioutise en lor terres. Et se einsinc auenoit que aucuns hom, qui nauſt Vaarie en sa terre, trouast sor terre aucune trouaille, ele seroit au Vauasor, à qui la Vaarie de la terre seroit, où la trouaille seroit trouee. Et se cil venoit auant qui l'auroit perduë, il la rauroit par son sairement, se il estoit de bone renomee. Et se hom de soy la receloit à son Seignor, & il li ausſt demandee, il en perdroit ses muebles. Et se il disoit, Sire, ie nou sauoye mie que ie le vous deusse rendre, il en seroit quites par son sairement, & li rendroit la trouaille.* Ex Gallico Volum. *Ci comencent li Establissement le Roy de France selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens & de Baronnie.* Neque ab his dissentit auctor Libri *Consuetudinarij* Franciæ, talia quondam effatus. *Nota par la Coustume, que si aucun trouue aucun Thresor mussé en la terre d'aucun haut Iusticier, iceluy Thresor est audit haut Iusticier.* Lib. 4. *du Grand Coustumier de France.* Tit. *De haute Iusticæ, moyenne & basse.* Senonibus etiam, hodierno die Thesauri addicuntur Domino Territorij seu Altæ Iurisdictionis. §. 8. Senonen. Consuet. Eundem Francicæ vetustatis morem retinent Samarobrini populi, ex præscripto Legis suæ Municipalis; cum hoc temperamento, *Thresor mussé d'ancienneté, trouué ès lieux publiques, doit appartenir la moitié au Seigneur haut Iusticier, & l'autre moitié à celuy qui l'a trouué.* In Volum. Consuetudinum Ducatus Cameracen. quas pridem componi scriptísque concinnari iussit Ludouicus *de Barlaymont* Archiepiscopus & Dux Cameracensis 28. April. 1574. Reliqua de Thesauris scitu digna pete ex nostro lib. 2. de REGIO CANONE FRANCICO, & quæ Nos infrà §. 61.

Biens vacans, par faute d'heritier apparent. Tit. *des Iustices* vers. *Essaus* Num. 5.

De Thesauris Nost. cap. 61.

Bail de Sens.

Cambray, & Cambresis.

Tit. 5. art. 19. & seqq.

NOBIS rursus variæ Francorum Prouinciolæ varia suggerunt 21. sublimis Iurisdictionis Insignia: quæ & aliis in Municipiis, licet eorum Lege minùs expressa, vsurpantur. Putà, Nouioduni ad Ligerim Mos scriptus prohibet, plures quàm decem coadunari congregarique iniussu alti Iuridici. Artic. 7. Sic propemodùm Borboniis lex est Municipalis, ne Vicani populares, aut Oppidani, quibus non sit ius collegij ac consilij publici, coëant ad mutuam æris collationem, nisi petita ab eodem Iuridico venia §. 10. Qua etiam Boiorum

Aucuns qui n'ont Corps commun, ne Consulat, ne se peuuent assembler pour faire impost ne collecte sur eux sans congé de leur seigneur haut Iusticier. §. 46. Barroducanæ. Consuet.

rum Conſuetudine, ſubditus Domino altæ Iuriſdictionis præſtare tenetur quotannis operas trinæ vecturæ rerum ipſius cum iumentis ſuis. artic. 3. Tit. De Iuribus dominicis. Melodunenſi verò Municipi vetitum eſt, terram adaperire in via publ. (ſiue ædificatum velit, aliudve quidpiam factum) niſi Iuridico ſublimi permittente. §. 14. Huic vni pariter Syluanecten. Legibus competit ius tributúmque paſcendi pecoris in ſaltibus ac nemuſculis intra ſepta Territorij ſui, & *Gruariæ*, quam ea in ſylua obtineat. §. 107. Belgicum ſubdo morem Ambianorum, & Syluanecti, de præminentia ſublimis Iuridici, die Pagorum Diuo tutelari ſacra, feſtauè alia celebritate, *à ſçauoir d'eſtaller Marchandiſe, pendre l'eſteuf pour ioüer à la paume, aux barres, & autres ieux licites, dancer le iour de la Feſte du Patron, ou Dedicace de l'Egliſe, ioüer à la cholle en aſſemblee publique, auec le gré, congé & licence dudit haut Iuſticier ſeulement, à peine de 60. ſ. pariſ.* Cap. 106. Syluanectenſ. Conſuet. & 104. Ambianæ. Qua ſimul Ambiana Lege *on ne peut roüir Lins, Chanures, ou autres choſes és Riuieres ou Marreſts publics du haut Iuſticier ſans ſon congé.* Hæc tamen alibi propria ſublimis Iuridici, porriguntur etiam ad Dominos mediæ Ambianorum Iuriſdictionis. cit. cap. 104. Prætereo liberam Columbarij poſſeſſionem penes altum Iuridicum ſine vllo ipſius priuato aruo, vnde columbas ſuas paſcat: dum modò ex confinibus ſubditorum agris colligat annuum cenſum. Pariſien. Conſuet. §. 69. Cui proximè accedit Barroducanæ Præfecturæ Mos ſcriptis conſignatus, ne Columbarij à ſolo ſtructuram moliatur aliquis, niſi conceſſu alti Iuridici. §. 47. Eadem Lege Municipali, publica Feſti paræciaci præconia deferuntur ſublimi Iuridico Cap. 36. Cui ſubſimilis Lotharingiæ finitimæ Ritus proponitur, Libro nuper edito Conſuetud. Lotharing. Tit. de iuriſdict. §. 5. Ecquid autem Normanos commemorem? quorum More Prouinciali, *Le Fieu de Haubert, les Comtez, & les Baronnies, & les Sergenteries, en quoy la garde appartient tant que les hoirs ſoient en aage, ne ſe partiſſent point entre heritiers.* Tit. *De partie d'heritages.* Dicerem de licentia hodiernis Edictis indulta nouæ Religionis excolendæ in fundo ſublimis Iuridici, niſi ea plus ſatis nota intelligerẽ. art. 5. Edicti pacificatorij bellorum ciuilium Galliæ, Septemb. Menſe 1577. quod Senatus in Acta Curię referri pręcepit Poſtridie nonas Octob. eod. Anno.

L'homme ſubiect en Iuſtice faiſant feu doit pour raiſon de la haute Iuſtice trois charrois par an.

Senlis.

Amiens.

On ne peut ouurir la terre en Voye publique pour baſtiment, ou autrement ſans le congé du haut Iuſticier ſur peine de l'amende & reparation de la terre en l'eſtat qu'elle eſtoit.

Aux ſeigneurs haults Iuſticiers ayans droict de gruerie, & garenne appartient la paiſſon & panage des bois aſſis és terres & ſeigneuries de leur haute Iuſtice.

Creation de Maire & Iuſtice, auctorité de crier les Feſtes parochiales, permettre les dances & ieux aux iours d'icelles, lener corps morts, eriger Colombiers ſur piliers, bannalité de fours, molins, & preſſoirs, ſont marques de haute Iuſtice en Lorraine.

Die 8. Octob. 1577.

22. PRÆTEREA, vbicúnque peculiari locorum Ritu nil aliud definitum eſt, *les droicts de Rouage, Forage, & Chantelage* ad eum ſpectant qui altæ præſit Iuriſdictioni. Quemadmodùm hoc priſci Vſus Pariſiorum teſte, Inſtrumento conſtat. Philippus DEI gratia Francor. Rex, &c. Poſtmodùm verò inter nos ex vna parte, & Abbatem S. Mauri, & Priorem S. Eligij Pariſiis nomine Prioratus prædicti ex altera, ſuper Iuſtitia pertinente ad ipſum Prioratum, taliter extitit concordatum, quòd prædictus Prior & ſucceſſores ſui habebunt in omnibus plateis, maſuris, domibus & terris ad culturam aptis con-

Literæ Concordati inter Philippum 3. Regem, & Priorem *de S. Eloy à Paris*, cuius Prioratum fundarat Philippus 1. Rex an. 1107. in hæc verba; Philippus, &c. Notũ fieri volumus, &c. Quia aſſenſu domini papæ Paſchalis. conſilio Canonicorum S. Pariſ. Eccleſiæ, & conſenſu noſtro & Ludouici filij noſtri. Gallo Pariſ. Epiſcopus ab Eccleſia B. Eligij membro videlicet Epiſcopatus ſui, propter intemperatam quam impudenter agebant vitã moniales, eas à præfa-

ta Domo deiecit. Acceptis itaque domini Papæ literis tũc temporis Parisius venientis dataque licẽtia ordinem religionis inibi ponẽdi nostra licentia & oratione, cum filij nostri Ludouici obsecratione, B. Petro Fossatensi eiusdémque loci Theobaldo abbati præfatam Ecclesiam B. Eligij in Cellã. 12. mo nachorũ cũ Priore suo perpetualiter possidendam cõcessit, &c.

tentis infra terminos ꝛ. dictos in vrbe Parisien. & in hospitibus morantibus ibidem omnimodam Iustitiam Altam & Bassam, videlicet sanguinem, furtum, homicidium, raptum, murtrum, incendium, espauam, hasbaneum, Roagium, Iustitiam super mercaturis, & omnimodam aliam Iustitiam altam & bassam, &c. Item habebit Viariam & Iustitiam eiusdem Viariæ, & omnia pertinentia ad eandem, & omnia emolumenta quæ possunt accidere, & ad prædictam Viariam & eius Iustitiam pertinere in locis prædictis, in quibus terra sua extiterit vtrobique, &c. Item habebit qualibet die in Septimana, & quocunque tempore, Costumas mercaturarum, quantumque vendetur in terra dicti Prioris, videlicet Teloneum, Roagium, Chantelagium, & Foragium: Item costumam Fenestrarum in terra S. Pauli, &c. Insuper hospites in circuitu dicti Prioratus morantes & moraturi, à gueto, à talia, ab exercitu, & caualcata sunt & erunt perpetuò liberi & immunes, &c. Augusto Mense an. 1280. Porrò eædem Tabulæ indicant, Præfectum monasticæ Ædis Eligij plena Iurisdictione præditum non esse in suis extra Vrbem Ditionibus. Atque ideò suprema Curia adiudicauit vagum & oberrãtem equum *Priori d'Arcueil*, tanquam sublimi Iuridico *Espauam*: victo Primate monastico fani Eligij, aut eius prædia successore, qui iis in prædiis suis iumentum illud incerti Dominij, tanquam medius Iuridicus, comprehenderat. S. Consulto postridie Kalendas Ianuar. an. 1580. in 2. Classe Curiæ Inquisitoria, apud quam Dn. Bouguierus Senator litis speciem recensebat. Inter Ioh. Vvillartum, qui prouocarat à Regiæ Vrbis Prætore, & Fr. Hieronymum Chambellanum Monastici Templi Sacerdotem *de l'Estree, & d'Arcueil*, qui, econtrario, disceptabat.

Arestum Curiæ die 2. Ianuar. an. 1580. in 2. Camera Inquestarũ, quòd Espauæ competunt Alto, non medio vel minimo Iustitiario, in regione Parisien.

DENIQVE, sublimis Iuridici partes sunt, in inferioris Ditione Iurisdictionem tractare, quoties inferior poscentibus ius negarit, vel eo in iure reddundo segniùs versatus sit. Innocentij. 3. rescripto Licet de foro compet. Rursus in subditos minoris Iuridici vtitur superior potestate Iuris dicundi in causa ad eum deuoluta ex appellatione, vel integri restitutione postulata. Vt à Nobis explanabitur. 1. Tit. de Regia fori Præuentione. Cæteroquin licitum non est superioribus Iurisdictionis dominis, iudicialem quemuis actum gerere, exercere intra metas inferioris Potestatis Iuridicæ. §. 42. Andeg. Legis. Vt paucis finiam, Qui ius Gladij habent, cognitionum omnium capaces sunt, quæ vel Comitibus aut Baronibus lege tribuantur: siquidem eas peculiari titulo, longáve possessione sibi meritò vsurpatint. art. 143. Andeg. Consuet. 23.

§. 42. vers. *sans preiudice des droicts & emolumẽs, que les inferieurs ont sous luy chascun en sa nuepce.*

Alti Iustitiarij.

ELENCHVS

ELENCHVS RERVM TIT. 4. EXPLICATARVM.

1. *Castrorum custodiam à subditis* Castellanorum *deberi multis locis.*
2. *Viarum quot genera, & de iusta earum latitudine.*
3. *Forma Vectigalis in Via publ. capiendi.*
4. *De Foro rerum venalium, & qua auctoritate instituatur.*
5. *An Regiæ Castellaniæ erectio valeat in præiudicium superioris immediati.*
6. *Erectio Meduani Marchionatus, & Principatus Ioynuillæ.*
7. *Sigillum contractuum pertinet ad Castellani Iurisdictionem.*
8. *Princépsne in terris Baronum rectè creet Notarios.*
9. *De* summaria *executione authentici Instrumenti obligatorij.*
10. *Nûm Obligationes scriptæ extra Regnum, sint in Regno executoriæ.*
11. *Quænam* Castellani *domini Furcæ patibulares.*
12. Casus Regij *& priuilegiati in criminibus.*
13. *Quoto mense humanus partus nascatur.*
14. *De Accusatione suppositi partus.*
15. *In Incendiarios, grassatores, veneficos.*
16. *Ius* Banni *penes Castellanum.*
17. *Quale* Bannum *purè Regium sit.*
18. *Duo Iurisdictionum gradus Domini Castellani.*
19. *Quid, & vnde Assisiarum placita,* Plaids chastelains.
20. *Aliæ Castellanorum prærogatiuæ vndique coacervatæ.*

TITVLVS IIII.

DE IVRE CASTELLANIÆ.

Cap. 43.

DROICTS DE CHASTELLENIE.

Celuy qui ha droict de Chastellenie, est fondé d'auoir Chastel, ou merc de Chastel, grans chemins peageaux, la cognoissance des delicts faicts en iceux chemins, Acquits, Branchieres, Trauers, Preuosté, foires, marchez, Seaux de contracts, mesures à blé & à vin, dont il prend le patron à soy-mesme: & au merc du Gibet de sa Iustice patibulaire peult mettre trois pilliers.

CVI CASTELLARIA DIGNITAS COMPETIT, CASTRVM HABERE LICET, VEL INSIGNE CASTRI, VECTIGALIVM RERVM VIAS PVBLICAS, DELICTORVM

QVÆ IN IIS COMMISSA SINT, NOTIONEM, TELONIVM, MENSAMQVE VIATORII TRIBVTI, NVNDINAS, MERCATVS, PVBLICVM ANVLVM QVO OBSIGNENTVR TABVLÆ CONTRACTVVM, FRVMENTARIAS MENSVRAS AC VINARIAS, QVARVM FORMAM ET ARCHETYPVM IS CAPIT A SEMETIPSO, TRINAM DEMVM PILAM LIGNEAM, VELVT INDICEM FVRCÆ PATIBVLARIS DOMINI CASTELLARII.

Telonium, locus in quo vectigal recipitur ex merciū per viā publicam transitu & vectura. Mensa autē Viatorij tributi, *acquits, branchieres, travers, Prouoſté.*

IVRE Ciuili, nulla Castro suberat Iurisdictio, quùm & citra Territorium stare posset. Tum quia fas erat vnicuique, nullo personarum habito discrimine, loca sua vallo munire ac mœnibus circundare, præterquàm in limitibus Imperij, alteriusue in æmulationem aut iniuriam. Vt à Nobis expositum est antea, & Notat. in l. quicunque Castellorum, vbi Accurs. De Fund. limitroph. Lib. 11. Cod. ac Decretali Epist. ex parte De for. compet. Hinc fiebat, vt Castrum nec effusæ Iurisdictionis ambitum territoriúmque contineret, nec limites nisi facto hominis destinatos. Innoc. in Cap. cùm ad sedem De restitut. spol. Bal. in Rubr. De Iudic. extra Et in Respon. 245. Volum. 3. Alex. Imolens. in Responſ. 43. Lib. 1. Hodie autem, communi Francorum sensu, Castri appellatio ipsum complectitur Territorium, eíque connexam Iurisdictionem. Nec Gallorum ferè quisquam habere dicitur Castrum, nisi qui Dominus *Castellanus* sit (vt populariter loquar) id est, Iurisdictionis præses mixto meroque præditus Imperio, seu quam rectiùs maximam, mediam ac minimam Iurisdictionem More nostro vocitemus. Bart. ad l. 1. ff. de offic. Præf. vrb. Accurs. in citat. l. quicunque. Sic *Castellanos* hosce, qui in Castro Iurisdictioni imperióque præsint in subditos, definiunt Hostiensis & Bald. in Cap. ad audientiam De Præscript. Idem Bald. in l. placet Cod. de pedan. iudic. Nec aliter prorsus Sicula Lege constitutum est, Tit. de nouis ædificiis.

Vici, Castella, & Pagi (teste Isidoro) sunt quæ nulla dignitate Ciuitatis ornantur, sed vulgari hominū conuentu incolūtur, & propter paruitatē sui maioribus ciuitatibus attribuuntur. Eodē modo Castella definit Imperator l. 2. §. interea vers. si aliquas ciuitates seu castella de offic. præfec prætor. Africæ. §. illicitas de pac. ten. In vers. per ciuitates & castella In Vsib. feud. Panor. in Cap. Tuæ de cler. non resid.

Neapolitani Barones possunt castra in Regno ædificare sine licentia Regis in eorum territorio.

INDE & Arcium custodiæ obligantur subditi passim, & excu- 2.
biarum ius introductum: sed hoc, non perpetua vtique ac communi Castrorum lege, at priuata Domini cautione antiquitus pacta in traditione rei suæ fundorúmque inferiorum. Vt vult Lucas Pennatus, ad l. Cùm scimus de agric. & censit. Lib. 11. Cod. Idque Andium Moribus comprehensum est, cap. 134. 135. 136. Quale excubiarum ius Vasconibus frequens, & prædiarium magis quàm personale inter eos (quasi *Focagium*) interpretantur nonnulli ex Froſſarte, in Historico Volum. 1. Eapropter Aquitanicus Senatus addixit Candaliæ Regulo talium operarum præstationem vigiliarúmque Arcis *de Benauges*, in populares suos Comitatus huiusce. Decreto 12. Kalend. Septemb. an. 1515. quod refert Boërius eiusdem Curiæ Præses, Decis. Burdigalen. 212. Ast si *Castellanus* dynasta partem Ditionis suæ alienarit retenta Arce, ne minimum quidem ius debitarum Arci excubiarum censetur transtulisse in emptorem tacitè: quùm nec expres-

Le Fouage, tribut exigeable, pour le guet du chasteau, des Fouagiers habitans, & subiects du seigneur.

Cap. 146.

Arestum Burdigalense die 11. Augusti an. 1515. in subditos Comitatus *de Benauges.*

sè

sè potuerit inuitis ſubditis, niſi vnà cum Caſtro. Id quod multis Legum rationibus adſtruit Boërius in facti ſpecie Procomitatus *de Pommiers*, qui Alano Fuxenſi competebat ex patrimonio. Secundùm quæ, citatur Burdegalenſe S. C. factum poſtridie Idus Sextiles An. 1494. pro Phil. Molineo Blayæ oppidi & Arcis præfecto, aduerſus ſyndicum Vicanorum *de Marcillac*, *S. Crapays*, *S. Palays*, *de Cuthiac*, *&c.* Apud Boërium Lib. ſuprà relato. Placitũ Curiæ Burdigalen. die 14. Auguſti an. 1494.

Nec enim Arcis cuſtodes ab ea traduci queunt inuiti, nec debitas certo loco operas, edere in alio compellendi. Specul. in Tit. De accuſ. §. quinto. Argum. l. quamuis, ibi, non putamus ab excubiis limitis reuocandum Cod. De adult. Maximè quùm à Iure Ciuili alienæ ſint Ruſticanæ huiuſmodi Excubiæ. Ab Rubr. Cod. Ne oper. à collator. exigant. Et Rubr. Vt Ruſtic. ad null. obſeq. deuocent. Lib. 10. Cum Leg. 1. De Agric. & cenſit. Lib. 11. Quibus conſequenter, indictas olim publicis Bellis excubias detorquere non licet in priuatas Domini rixas, turbam, ſeditionemuè mouendam, aut fouendam militari Arcis ſuæ præſidio atque cuſtodia: (vt contemptor animus, ſuperbia, commune eſt Nobilitatis malum.) Ius quippe armorum eſt penes Principem vnum, nec ſingularis quidem pugna, nedum vis publica, priuato homini tentanda, armatíſue eius Miniſteriis. l. vn. Cod. Vt vſus arm. inſc. Princ. interd. Cum Ælij Martiani leg. 3. D. Ad leg. Iul. de vi publ. l. vlt. Cod. eod. Huc alludunt Thracij Imperij Leges, apud Harmenopulum, Lib. 6. Rurſus ſi hæreditariæ *Caſtellaniæ* Arx tota obuenerit primigenio: opima iunioribus latifundia, lege diuiſionis, Haud ideo ſubditi vigiliarum operis defungentur alibi, quàm in Caſtro ſeu domicilio natu maioris: Minores tametſi in illis ſuis fundis Arcem nouam extruxerint. Nec enim vlla ratio, æquitatiſuè benignitas patitur vſus priſci mutationem debitæ ſeruitutis. l. antepenult. Cod. De ſeruitut. & aq. l. ex meo aquæ ductu. ff. De ſeruitut. ruſt. præd. l. 1. §. illud tamen. ff. De aq. quotid. & æſt. Aſt primogeniti certè partes erunt, ſuis cohæredibus, quod eo nomine deſit, rependere ac ſupplere, pro modulo Caſtellariæ ipſorum portionis Agrariæ. Ex ſententia Cæſareæ. leg. 3. Cod. communi diuid. § penult. Inſtitut. De offic. Iudic. Molineus nuncupatim, ad §. 61. Valeſiæ Conſuet. Haud omnes inſuper *Caſtellaniæ* ſubſubditi latiſſimæ, tenentur in Caſtri munitionem aut refectionem conferre pecunias, in eovè excubare iuſſu Caſtellarij magnatis: ſed qui propinquos modò Arci Vicos incolant, ita, vt eius propugnaculis facilè commodéque tegantur. Auctorem huiuſce delectus, iuríſque diſtincti laudo Senatum Pariſienſem, Decreto. 11. Kalend. Decemb. an. 1384. cuius verba ſic referuntur. *Fuit dictum per Dn. Arnaldum de Corbia prò domina* de la Iordoigniere, *& per Mag. Iohannem* de Popincourt, *contra Dn. de Parthenayo, & Mag. Odardum de Molinis, quòd non omnes de vna Caſtellania, & qui ſunt de reſſorto vnius Caſtellaniæ, tenentur contribuere in reparationibus & munitionibus Caſtri dictæ*

Franc. Othoman. in Conſil. 19. tractat. de Excubiis Ruſticanorum, ad Caſtella nobilium.

Saluſt. in Bel. Iugurth. de hac Nobilium ſuperbia.

Leges Orientales. Tit. 7. cap. 1.

Hoc intellige, niſi antiquis Caſtellaniæ titulis arctiùs domino obligari ſubditi comperiantur.

Die 21. Nouēb. 1384.

Ex Areſtor collectaneo lib. manuſcripto Rogerii Barmæ, in Curia Præſidis.

Castellaniæ: vt quando sunt longè distantes ab illa Castellania, nec etiam facere guetum.

ECQVID porrò de vetusta Arce ruinosa, eámne subditi vigiles cogentur custodire, antequàm Dominico sumptu refecta sit? Iudicatum, cogi non debere: quùm patronos rusticas operas petere decenter oporteat, licitéq;, nec vllo liberi periculo. Vt ait Vlpianus, l. vt iurisiurandi De oper. libert. Cum Paulo I. C. l. quod nisi, & Calistrato, l. eæ demum Eod. tit. Tale enim operarum seu *Angariarum* genus odiosum est, eòque ad strictam Iuris rationem reuocandum. Bartol. in l. si non sortem. §. libertus. ff. De condict. indeb. Atque ita decreuit Senatus in publica fori disceptatione Kal. Martiis An. 1536. Inter habitatores parœciarum *de la Perriere*, *Barville*, *S. Iulien* &c. quorum Faber causam egit: & Nauarrum regem (cui Aduocatus Magister adfuit) qui Belesmiam arcem possidebat, ab fructuario suo Comitatu Perticensi. Idémque iudicio decidêre LVTETIANI PATRES. 17. Kal. Ianuar. An. 1551. Senatore Alegrino litem collegis suis enarrante. Semel autem refecto instauratóque Castro, præstandæ sunt eædem, quæ antea, Vigiliarum operæ militares. Vt sensit Alberic. Rosates ad l. si vsufructus. ff. Quib. mod. vsufr. amitt. Et Iacob. de S. Georg. in Tract. De Roydis seu operis Col. penult. in fi. Vers. vltimò quæro. Nonunquam & Castri beneficium datur ea lege, vt si quando patronus ipso egeat in sui tutelam ac custodiam, huic beneficiarius cliens Castro cedere compellatur. Hoc nomine Procurator fisci in Curia condixit à Claromontano Aruernorum præsule Arcem *de Lozous*, quòd fiduciariam olim accepisset à Phil. Augusto, Robertus Episcopus, nuncupata conditione, vt quoties illic præsidiarios milites locare vellet Princeps, ei tunc Castrum redderetur. an. 1212. Ad ea verò, Pontifex, Arcem, Ecclesiæ competere Sidonij Episcopatu clarissimæ, & hactenus ab ea possessá illam fuisse puro ac solido proprietatis iure, non temporario ac reuocabili, velut *Guardiæ* feudo seu *Castaldiæ*. Innumeros Antistites, qui Aruernis Templis seriatim præfuerint post tempora Augusti Regis, sacramento fidelitatis auctoratos fuisse à posteris Regibus ex profano ipsius Ecclesiæ patrimonio, in quo & Arx illa continebatur. Ediuersò, replicat Actor regius, munitas Turres, castra fortia, & propugnacula detineri à nullo posse sine Principali consensu. l. penult. Cod. De fund. limitroph. Item depositum reposcenti Fisco obstare non debere plusquàm seculare silentium, nec ius meræ facultatis quantalibet temporis præscriptione summoueri. *Feudum* hoc esse, quod vocant, *conditionatum*, fiduciæque lege sic mancipatum à Rege, vt petenti denuo, quùm voluerit, remancipetur. Perorata causa, Senatus censuit ampliùs deliberandum. Pridie Idus Ianuar. an. 1550. Marillaco, Fisci regij: & Roberto, Vilhelmi Prati, Claromont. Episcopi partes propugnante. Haud planè secus, Lotharingio Bassignei agri More, tenetur beneficiarius Ducis quisque, sua ipsi

3.

Arestum die 1. Mart. An. 1536.

Placitum Curiæ Die. 16. Decemb. an. 1551. pro domino *de Montlieu sur le faict des guetz pretendus par les Sieurs Chastelains. Par lequel Arrest est dict, que led. Sieur de Montlieu seroit payé dud. droict de guet en entretenant & remettant son chasteau, qui estoit en ruine, en defense pour la seureté des subiects, Veu que led. droict de guet est reciproquement introduict pour le subiect comme pour le Seigneur.*

Claromont. Sedi Episcopali præfuit olim Sidonius Apollinaris, sed eius Capitulum Ecclesiæ pridem exemptum est potestate & correctione Episcopi. Bulla Eugenij. 4. an. 1443. 3. Kal. Iunij, Confirmata à Nicolao. 5. die. 16. Febr. 1450. & Concordato inter Episcopum & Capitulum die. 11. Iunii. An. 1447. quod Nicolaus P. comprobauit.

Feudum conditionatum.

Die. 12. Ianuar. An. 1550.

Coustumes du Bailliage de Bassigny le Lorrain, à Gildresmes, la Marche &c. arrestées Die.

fortia

fortia caſtra, munitaſuè Ædes pro tempore accommodare in propriam capitis, Ditioniſvè, aut in communem Regionis tutelam ac defenſionem. Aliàs, de *Feudi* commiſſo non minùs cliens periclitatur, quàm ſi inſcio & irrequiſito patrono, illud occupare primùm auſus eſſet. Vnde periculoſi *Feudi* etymon, in ea Campana ora, vſurpari ſolitum, Tit. De Feudis. Reliqui porro Campani Belgæ fauorabiliter complexi ſunt olim feudalem Dominicæ arcis cuſtodiam: Vſqueadeò, vt clientelæ re in particulas etiam emptoribus totidem diſtracta, ac diſcerpta, ſinguli poſſeſſores ſolidas deberent patrono operas talium excubiarum. Sicuti vetuſto Campanæ Conſuetud. Quaternione perhibetur, in hæc verba. *Len vſe en Champagne, que ſe aucuns nobles Hom, ou noble Femme teignet de Fie, & il en doiuent Garde certaine, & il deſmembroit le Fie, ſoit par vendre, par doner, ou par autre maniere, qu'il conuiengne, que cil qui tient, en viegne à la foy du Seigneur, tout ſoit ce qu'il retiegne encor du demaine pardeuers luy, la Garde ne ſe muet, ne ne ſe puet amenrir. Ains conuient que chacuns, qui tenra de Fie, paye autant de Garde, comme cil paieroit, qui tenoit tout le Fie. Ainſis en vſe len generalement.*

19. Nouemb. 1580. à Duce Lotharingo.

Fiefs de danger rendable au Duc à grand force, id eſt, que les vaſſaux ſont tenuz de luy rendre leurs maiſons pour la ſeureté de ſa perſonne & defenſe de ſes Pays, à peine de commiſe.

Charta manuſcripta Campanar. Cõſuetudinum, ex Iudicatis *aux Iours de Troyes*, & in Parlamento, temporibus Philippi. 3. & 4. Regum.

4. ALIQVANDO etiam perpetua conceduntur *Feuda* eo iure, vt clientes præbeãt *Lige eſtage au Chaſtel de leur Seigneur*, nedum *la Garde*. Qualia Maiores noſtri crebrò *Feuda* vſurparũt, & ex vetuſtatis Francicæ veſtigiis tradu&a cernimus in Mores ſcriptos cõplurium Galliæ Municipiorum. Nam ita ferebat priſca noſtrorum hominum Iuriſprudentia. *Se li Sires faiſt ſemonre ſes homes, qui li doiuent ſa Garde, cil qui li doit ſa Garde, j doit eſtre ô ſa fame: Et ſe il la doit ſans fame, il & ſon Sergent j doiuent eſtre, & j geſir toutes les nuiz. Et ſe il ne le feſoit, il emperdroit ſes muebles. Cil qui doit Lige eſtage, il doit eſtre ô ſa fame, & ô ſon Sergent, & ô ſa maiſnee la plus grant partie. Mes il ne laira pas à aler en ſes afaires ſouffiſanment. Et ſe il ne ſe tenoit ou Lige eſtage, & li Sires len apelaſt, & li diſt, vous mauez laiſſié à garder mon Lige eſtage, li Sires en porroit bien auoir ſon ſairement, que il ne lauſt pas laiſſié à gaſtir. Et ſe il noſe fere le ſairement, il en pert ſes muebles.* Vt eſt in Lib. *Ci comencent li Eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtelet de Paris & d'Orliens & de Baronie.* Tit. *Coment len ſe doit tenir en ſon Lige eſtage.* Ex quo facilè colligitur, non omnes Arcium dominos ius habere excubiarum in ſuis Caſtris agendarum à ſubditis Territorij: niſi eo iure præditos ſe doceant veteri Pactione poſſeſſioné-ve mortalium memoriam ſuperanti. Quin & Andegauæ Legis emendatores, verbis Cap. 43. ſubiunctam expunxerunt Clauſulam hanc, quæ etiamdùm in priſcis exemplaribus voluitur noſtræ Conſuet. *Auecques droict de contraindre les ſubiectz couſtumiers à y faire Guetz & Garde, & reparations à iceluy neceſſaires, ſi plus prochainement que ailleurs ilz y peuuent auoir le refuge d'eux & de leurs biens. Car telles ſeruitudes ſont deües par raiſon des perſonnes & biens reffuiz, & retraiz, & non pas par raiſon de choſe hæredital.* Interim ſilentio præteruehi

De iure excubiarum Nos alibi copioſè. Lib. 3. De Doman. Franc. Tit. De Terris vacantibus Art. 10.

Verba hæc Cap. 43. *eſt ſondé d'auoir Chaſtel, ou mere de Chaſtel.*

Patentes Literæ *que les Chanoines & Habituez de l'Egliſe d'Angiers ne ſeront tenuz faire guet ne garde.*

Digitized by Google

nequeò regium Karoli. 7. diploma priuilegiarium in sacros Sodales Andegauen. phani max. ne militari Vrbis Custodiæ vllatenus alligentur. An. 1423.

De Regiis huius Ecclesiæ Priuilegiis vide suprà Cap. 37. Art. 5.

CASTELLARIÆ Iurisdictionis domino competunt Viæ publicæ mercium vectigalium. §. 43. Morum Andeg. Tales vias definit nuncupatim patria Lex (§. 60.) vt ipsarum latitudo saltem existat. 14. pedum. At Lex. XII. Tab. viæ latitudinem, in porrectum, octo pedibus metiebatur: in anfractum, sedecim. Quod quidem Atticæ Legis caput refricat Caius Lib. 7. ad Edictum Prouinciale. l. viæ latitudo De seruit. rustic. præd. Latitudinem itineris fuisse duorum pedum: actus, quatuor, accepimus: Sed Iure tamen Ciuili certus non videtur præfinitus modus. In seruitute præsertim viæ, actus, itinerisve priuati, alia constitui potest viæ latitudo, quàm quæ Lege præscripta est. Inquit Iabolenus l. certo. §. latitudo De seruitut. rustic. præd. Nam & Iuris lárga significatione, via censetur, siue semita, siue iter sit. Vt Æl. Gallus tradit l. Quantum De verb. signif. Verùm hæc intelliguntur de via itineréque priuato. Publica autem via est, quæ propriè ac velut κατ' ἐξοχὴν Regia appellatur: eóque Mausoli regis legatus Condolus pretio addixit propalam fructus arborum, quæ in vias publicas seu regias impenderent & caderent. Vt est apud Aristotelem, Oeconomicæn Lib. 2. Cap. 14. Cuiusmodi vias Regias graphicè exprimit auctor *Summæ Ruralis*, hac materna lingua. *Chemin Royal est le grand chemin qui va d'vn Pays en autre, & d'vne bonne Ville à autre: Si n'y doit estre fouy ne planté, que le grand Chemin ne contienne tousiours. 40. piedz de large sur l'amende de 60. solz au Roy, & en autre pays, au Prince. Car au Seigneur souuerain appartient le gouuernement & cognoissance des grans Chemins Royaux, & des cas qui y aduiennent: Iaçoit ce que ilz trauersent, & que ilz passent ens & parmy la terre d'vn haut Iusticier, & si ne doit on ahanner terre qui marchisse au grand Chemin, que ce ne soit en retournant la terre en sa roye de la hennage faulsant au costé de la terre, & non pas sur le chemin à trois royes de ahen pres, afin que la terre ne gaigne sur le chemin.* In Tit. *Des droictz des Chemins & Voyeries*, vbi aliud quoque Viarum publicarum genus sic refertur. *Il y a Voye, Sentier, Carriere, Trauers, qui est vn chemin trauersant d'vn Pays en autre. Et dois sçauoir qu'en France au Roy appartiennent les Trauers garder, & à maintenir, si doit ce Trauers contenir de large, comme le plus des Coustumiers sont d'accord, iusques à 20. ou 22. pieds: Ainsi que Carriere, qui est vn chemin à aller & venir à pié ou à cheual, à char ou à charrette sans defense ne contredict, elle doit auoir 10. piedz de large pour le moins: Et les Voyeries priuees. i. non communes à tous, comme aucun à droict de passer parmy le champ de son voysin pour aller à sa terre, & doit auoir de large 2. piedz & demy. Et le Sentier est plus large chemin contenant 5. piedz de large, comme y pouuant estre charroyé en tout temps, & doit estre tenu ouuert, & y peuuent estre bestes menees & rame-*

Verſ. *est fonds d'auoir grans chemins pageaux.*

Viarum quoque curator & Præfectus, in Regiis est vrbibus, *le Voyer*: Cuius apud Lutetiam Officij partes articulatim præfinitæ vigilia Natalis Christi An. 1270. describuntur in Regesto Cameræ Comput. Et in Coronæ domanio censetur Lutetiana hæc curandæ viæ Auctoritas. Regesto altero, die 6. Sept. an. 1357. *Depuis les droictz & proffitz de ce Voyer de Paris specifiez au Registre de lad. Chambre, en Mar, 1459.*

Regiæ Blesensis Ordinationis Art. 356. *Tous grans chemins seront reduictz à leur anciennes largeur nonobstant toutes vsurpatiõs par quelque laps*

Digitized by Google

nees.. Denique facto Bleſenſi Edicto ſancitum eſt, publicas Vias ad priſcam latitudinem redigi, ex iiſque priuatim ſubducta ereptáque, reuocari in ius publicum oportere. Art. 356.

de temps qu'elles puiſſent auoir eſté faictes. Et à ce que cy apres n'y ſoit faict aucune entrepriſe, ſeront plantez & bordez d'arbres, cõme Ormes, Noyers, ou autres, &c.

6. Ex quibus apparet, vias publicas verè Regias dici ab Vlpiano: ſed quarum tamen curatio tuitióque Francicis Moribus committitur *Caſtellanis* dominis, Baronibus, ac Præſidibus Prouinciarum. Rectè ædepol. Cùm enim cernamus hodie, *Caſtellanos* noſtrates ſibi arroganter ſatis omne portorij compendium, quod ex ductis plauſtris vectíſque mercibus per vias publicas pendi ſolet, adſciuiſſe, par eſt, eos ſimul ipſarum curam gerere, & graſſatoribus vacuas reddere: Ita, vt ipſi quoque teneantur exhibere hos, qui in viis illis graſſati ſint, aut res abreptas reſtituere, & illata damna ſarcire. Vt opinatur Bartol. in l. Ne quid. ff. De incend. ruin. naufr. Hoſtienſ. in Tit. De conſuet. §. ex quibus Verſ. ſed nunquid Bald. in Cap. 1. §. marchio Qui feud. dar. poſſ. Ac ne externas de eo Leges requiramus, præſto eſt in hanc ſententiam patria ac domeſtica Andium Conſtitutio. ï. §. 44. Cum hoc Artic. 43. Quoniam rurſum *Caſtellani* in publicis iiſce viis habent More noſtro *les Acquiétz, Branchieres, Trauers & Preuoſté*, Valde expedit, vectigalium mercium Tabulam proferri in propatulum, & à Caſtellario magnate palam proſcribi: ne quis improfeſſæ mercis culpam prætegat ignoratione debiti vectigalis. Id quod Diui Marcus & Cómodus videtur Reſcripto ſuo ſignificaſſe. Vt Martianus memorat, l. vlt. §. licet De publican. Nec minori prudentia, Senatus Regij Actoris poſtulatu, cenſuit album proponi debere ſpecierũ ad vectigal pertinentium in ditione Caſtellani domini cuiuſque, ac ſingulas, vtì portorio obnoxiæ ſint particulatim, eo in Albo deſcribi. Areſto Pariſien. 5. Iduum Martiarum An. 1539. Obid, Claud. Gouffierus, cui vectigal competebat Pagi cuiuſdam *de Conflans ſaincte Honorine*, iuratò profeſſus eſt in Senatu, quid & quantum ſibi exoluendum foret à viatoribus, portorij nomine, ex tranſitu ac vectura mercimoniorum. Cuiuſmodi ſolennem PATRES profeſſionem referri iuſſêre in publica Curiæ monumenta. Decreto pridie Nonas Maias an. 1549. Æmerico, patrono cauſarum flagitante pro Domino illo Vectigalis. Deinceps autem Edicto perpetuo cautum fuit à Principe, vt Caſtellarij dynaſtæ, ſuſpenſa propalam Tabella, deſignarent tranſeunti cuique negotiatori merciũ genera huic vel illi tributo ſubiecta: prout longo vſu poſſeſſionéque illi tale vectigal ſoliti ſint exigere. Aurelianen. Conſtitutione regia, Cap. De Mercatura. Proinde mota querela à ſyndico mercatorum, qui indies ſecundo Ligeri negotiantur, damnatus eſt à P. CONSCRIPTIS Monteianus, Andegaui Vici, Toparcha, publicam Chartam edito loco prominentíque appendere, velut notam ac indicem debitorum ex ſingulis mercibus vectigalium: ſin minùs, decretum, tributarias merces liberè impunéque vectum iri non ſoluto vectigali. Locus autem is, cui inſculpitur Catalogus mercium tributi Domini

Vlpianus l. 2. §. viarum Ne quid in loc. publ.

Art. 44. Verſ. *Ha la cognoiſſãce des Guetteurs de Chemins, deſrobeurs & deſſerpilleurs de paſſans deſd. Chemins.*

Art 43. Verſ. *Ha les grans Chemins pregeaux, & la cognoiſſance des delicts faicts en iceux Chemins.*

Iudicium Senatus, die. 11. Mart. 1539. *A la requeſte du Procureur general, ordonné que tous les Seigneurs peagiers ſeroient tenuz faire chaſcun vn Tableau au vray de leurs droictz de Peage, & y mettroient ſeulement ce qui leurs appartenoit tant pour les denrées & Marchandiſes ſubiectes au Peage, que des ſommes qui leur ſont deues. Et ſeroit led. Tableau attaché à vn Poteau, & leſd. Peagiers tenuz affermer à la Cour, ou deuant le plus prochain Iuge Royal leurs Tableaux eſtre vrays, à peine de confiſcation de leur droict de Peage.*

Areſtum Curiæ Die. 6. Maij an. 1549.

Marchans frequentans la riuiere de Loire.

Barones *de Monteiſhan*, in Andegauia.

Branchiéres, où l'on a accouſtumé d'ancienneté mettre & affeoir la Billette ou Pe[illegible]

te en autres lieux, hors la principale Ville, ou Bourg.

ci, publico scriptus programmate, vocatur à Nostris *les Branchieres*. § 52. Andegauen. Morum. Monteianam obiter, inclytam Andium familiam, supprimere non audeo, qui patriæ Nobilitatis Insignia, iuridica cumprimis, illustrare sim aggressus. Illa in gente præclara, emicuit fortissimus Eques, pro salute Patriæ cæsus Azincuriano

Bataille d'Azincourt, en Ponthieu.

prælio, an. 1415. Monstreleto narrante, Hist. Lib. 1. Cap. 149. Ianus dein Monteianus posteris quæsiit Silleum, Cenomani agri, Baronatum vxorio iure Annæ *de Sille le Guillaume*. Ex amborum filio,

Baronia de Sille le Guillaume, au Maine.

Mariæ *de Maille* marito, editus Ludouicus, Montis-Iani, & Sillei Baro, coniugem duxit Annam *du Chastel*: qui Renatum filium, hæredem summum relinquêre. Postremus verò hic, militari Galliæ Tribunatu auctus, habuit in matrimonio Philippam *de Montespedon*,

Le Mareschal de Montisluan.

Baron de Beaupreau, en Anjou.

Baronis Bellipratuli filiam. Quo demum obeunte, virilis simul extincta est Monteianæ stirpis nominisque prosapia. Pridie Kalend.

Die xlt. Sept. 1539.

Octob. an. 1539. Quoniam, rursus, in Barones incidimus Sillei Vilhelmi, Cenomanorum Oppiduli, testantur prisca Monumenta Belbranchei Cœnobij, Cistercienſis, Vilhelmum Silleum Baronem cœnobitis piè errogasse latum quoddã Ædificium in Paroeciacis finibus

Abbatia de Bellebranche, à Barone de Sablé fundata, Sub Annum. 1150. & Priuilegiis donata ab Alexandro. 3. P. P. Mens. August. An. 1161. à Lucio. 3. Clemẽte. 4. Tum à Bonifacio. 8. An. 1301.

de Sille, an. 1215. Eius deinde nepotem Gulielmum Silleum perpetuo vectigali domum quandã locass. an. 1376. Produnt insuper Andegauen. rerum Annales, Vilhelmum *de Sille*, cum Andegauo, & Cenomano Equitatu propulsasse communes Gallorum hostes Anglos è Dionysiano Andium Vico, an. 1441. At temporum successu, deuoluitur ad fœmineum hæredem Baronatus: Inde peruenit

S. Denys, d'Anjou.

ad Antonium *de Beauuau*, sub Annum 1470. cuius liberi, transigenda lite, Baronatu cesserunt, Armorico magnati *d'Aßigne*. Circa annum. 1476. Huius tandem Iuditha proneptis, ad Cosseum maritum, Brissaci Comitem, Silleum pertulit Dominatum.

Iudith d'Aßigne Baronne de Sille, femme de M. le Comte de Brissac.

HVMANÆ vitæ necessarium Forum est, Mercatúsque in Oppi- 7.
dulis aliísve locis, quò vndique ferè homines conueniant ad res emendas aut vendundas. De eo, ciuica Lex Andium, isto Cap. 45. Ita celebrauit Salustius Numidarum oppidum, nomine Vaccam, forum rerum venalium: vbi & incolere & mercari consuêuerant Italici generis multi mortales. In bello Iugurthino. Hinc plerisque etiam Oppidis nomen à Foro mansisse videmus, vt Forum Cornelij, dicta est Æmiliæ vrbs (quam nunc Imolam vulgus vocat) ab eius appellatione qui ibidem primus Nundinas instituit. Eodem modo Forum Iulium, Forum Liuium, Forum Aurelium, Forum Sempronij inde sua nomina sumpserunt: quòd à Iulio, Liuio, Aurelio, vel Sempronio his locis indictæ sint impositæque Nundinæ; ad quas totius mercatores Prouinciæ merces suas importabant. At posterioribus seculis Cæsares ac Reges sui iuris muneríque fecêre Nundinaria commercia, ne alicubi, nisi auctoribus ipsis haberentur, aut Legis permissu Municipalis. Vt admonuimus Lib. 3. REI DOMINICÆ FRANCORVM. Tit. De Academiarum Institut. Art. vlt. Se-

Ver. Foires, Marchez.

Patentes du Roy Henry 4.e en Aoust. 1596. d'octroy aux Habitans de la ville de Digeon en Bourgongne de 3. foires qui tiendront en icelle d'oresnauant par chacun an, à sçauoir le premier Feurier 1. Juin & 8. d'Octobre, auec pareils priuileges que ceux attribuez aux foires de la ville de Troyes. Et outre, par mesmes Patentes y a confirmation à lad. ville de Digeon de tous les anciens priuileges des Roys autresfois accordez à lad. ville de Digeon &c. Lesd. lettres verifiees au Parlem de Digeon les Chambres assemblees le 19. de Decemb. aud. an. 1596.

cundùm

cundùm Modeſtinum Lib. 3. Regularum. Vnde in forenſi pridem controuerſia regiorum Apparitorum Campaniæ Belgicæ cum publicis Nundinarum Viatoribus, memini me pro his in Senatu dixiſſe. Eos nimirum Principis eſſe Officiales peræquè, ac ordinarios illos Apparitores Prouinciæ. Campaniam enim, priuatum quidem fuiſſe Comitum patrimonium, antequam Iohannes. 2. rex eam Fiſcalibus Gallici Sceptri fundis coniunxiſſet Diplomate Nouemb. Menſ. 1361. Et tamen antea Campanas nundinas Regij iuris extitiſſe, à priſcis nempe Regibus conſtitutas, dein priuilegiis auctas à Phil. Valeſio. 14. Kal. Maias. 1346. ac poſtridie Nonas Sextiles. 1349. Tum à Iano. 2. Rege. 7. Idus Septemb. 1353. Karolo. 6. Menſ. Auguſto. 1381. A Karolo ſeptimo. 16. Kal. Februar. 1446. 5. Idus Decemb. 1448. & Maio Menſ. 1454. Inde talis Emporij Magiſtratus officialéſque nulli vnquam, niſi Regiis literis mandatos fuiſſe, Cuſtodem putà & Cancellarium, Seruatorem nundinarij Priuilegij, publicos Scribas ſeu Notarios, Accenſos, ſigillúmque nundinarium. Ex quibus obnixè contendebam, nundinarios Campaniæ Apparitores Principalibus Edictis comprehendi, quibus, regio cuique Nuncio publ. permiſſa ſit muneris ſui functio per vniuerſam Galliam, nedum ea in Sede regia, cui adſcriptus ſit Apparitor. Maio Menſ. & Septemb. an. 1568. Ediuerſò autem, pro ordinariis Viatoribus allegabatur, clientes noſtros Regiorum officialium nomine cenſeri non debere, aut iis ſaltem certa litium genera ſolùm delegata eſſe, quæ ad rem nundinariam ac mercatoriam pertinerent. Senatus demum quæſtionem hanc miſit in conſilium, noſtris interim liberè obeundi exercendíque officij facta poteſtate. 4. Idus Iunias an. 1578. Dennetio aduerſariorum cauſam agente.

Auctoris Oratio in Senatu habita, *pour les Sergens de la Conſeruation des Foires de Champagne.*

Reſcriptum Vnionis Campaniæ cum Corona Franciæ

Regia Priuilegia nundinarum Campaniæ Die. 18. April. An. 1346. 6. Auguſti 1349. 7. Septemb. 1353. 17. Ianuar. 1446. 9. Decem. 1448. Literis Caroli. 7. (an. 448.) continetur, *que les Sergens des Foires peuuent exercer leur office par tout le Royaume & dehors, & que en toutes les cauſes les concern. leur eſtat ils plaident ſeulement par vn Procureur de tout le corps d'entre eux comme faiſans college. Et par celles du 17. Ianuier. 1446. eſt dict que toute contractz faictz és foires & autres cas ciuilz & criminelz faictz en icelles le Conſeruateur ſeul cognoiſtra, & dont les appellatiõs ſeulement reſſortiront aux gens ten. les grans Iours à Troyes: Et que tous les Iuges du Royaume obeyſſent aux mandemens & lettres ſeellees du ſeel des Foires ſuyuant le reglemẽt de Philippes. 6.*

Die. 10. Iunij. 1578.

9. PORRO in Andibus purè Regia non ſunt emporia mercatúſque publici, ſed Ritu patrio, iuris ditionſíque inferiorum Procerum, vtpote *Caſtellani*, aut Baronis. Ex ſententia Hermogeniani I. C. in l. ex hoc iure. ff. De iuſt. & iur. Vbi Bartolus, & Caſtrenſis nuncupatim: Cum Baldo in l. 1. Cod. De Nundin. Et Franc. Marco, Delphinatium Senatore, de conſentaneo his ciuico Ritu ſuo, Quæſt. 53. Id quod alibi etiam in Gallia Moribus induci poſſe, declarat pragmaticum Volumen manuſcriptum, in hanc ſententiam. *Chaſtellain qui porte nom de Chaſtellenie, doit auoir Marchie vne foys la Sepmaine, Foire vne foys, Chappelle & Maladerie, rentes & douees, & Reſſort.* Lib. Gallico, *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de proceder eſt en Cour laye, par la Couſtume notoirement gardee par droict, &c.* Cuiuſmodi Vſus ſic obtinet inter Caſtellarios magnates, Andium præſertim ac Cenomanorum, vt minori Dynaſtæ non liceat Nundinarum inſtitutionem ſuis in fundis ab Rege petere, inuito *Caſtellano* ſuperiori. Sunt enim prædiaria hæc & patrimonialia iura: quæ nihilò magis Reſcripto Principis adimi poſſunt, vel ad alios tranſferi nobis inuitis, quàm rerum noſtrarum dominia, quæ Ius Gen-

Marcus, Deciſionum Part. 1. Quæſt. 53. ait commercia & Mercatus. eſſe de Iure communi, fierique poſſe citra Principis veniam: De ſolemnibus autem Nundinis, ſecus, quæ Principis Priuilegio egent.

In Volum 1. Regeſtorum Curiæ ſub Carolo 9. Rege 70 *eſtabliſſemẽt par le Roy de 2. Foires en l'an, & vn Marché chaſcune ſepmaine à M. Michel de l'Hoſpital Chancellier de France en ſa terre de Vigna, près l'Aſerté Allez, en Aouſt. 1565.*

tium constabiliuit. Proin Senatus, Meduanæ Ducem, (olim Baronem) audiit contra inferiorem Dominum, cui, in sua quidem ditione, sed intra fines Meduanæ Castellaniæ & Baroniæ indulta fuerat nundinarij commercij erectio Principalibus codicillis. Quùm enim Meduanæ Toparcha interceſſiſſet promulgationi eius Diplomatis in Summa Curia, mouiſſétque subinde Interdictum contra impetrantem hoc nomine, PATRES (Nobis adstantibus) integræ litis disceptationem relegarunt ad Palatinos libellorum supplicum Iudices, suspensa interim Literarum publicatione. Iunio Mens. an. 1577. Pasquero, Meduani Ducis: & Chandone, Vidi *Despeaux* causidicis. Vbicunque autem patrius Mos Nundinarij iuris prerogatiuam non tribuit magnatibus viris, eam isti sibi sumere nequeunt inconsulto & irrequisito Principe. Sicuti olim à CVRIA FRANCICA pronunciatum est in Baronem, qui solenne Emporium in sua Ditione excitarat suopte nutu & arbitrio, fretus auita publici cuiusdam Mercatus possessione. Aresto *Parlamentari* sacræ Pentecostes an. 1269. cuius verba sunt hæc, *Quia Feriam fecit sine auctoritate Domini Regis, cùm nullus in Regno talia possit facere absque consensu vel mandato Domini Regis, vt dicebant quidam de Consilio, dictum fuit Bailliuo, quòd cadere faceret Feriam antedictam.* Ex antiquo Regesto Curiæ, Fol. 90. Imo & Codicillarem Nundinarum erectionem oppugnare potest quisquis, vel intra octo millia passuum, habeat ius Mercatus publici, vel insolentes nominum honorúmque titulos ab impetrante arrogari sibi, quiritetur iure superioris sui Dominij, aut Dignitatis. Vt Armoricus Senatus iudicauit in forensibus Causarum Actionibus. 15. Kal. April. an. 1556. Renato *Anger Dn. de Crapado* hinc, & *Dn. Despinay* inde, altercantibus. Teste Natali *Du Failh*, regio Gallicæ Britanniæ Senatore, in suis Decretorum Britann. Collectaneis. Obseruandum est, ad hæc, ciuili modo, statísque diebus ineundos, discernendósque ita duorum inuicem Vicorum Mercatus ordinarios, ne eiusdem diei concursu sibi mutuò officiant, ingenti popularium, & Vicani vtriúsque Domini incommodo. Putà si alterius ex his Emporium die Lunæ præfinitum sit ab vetusto vsu, vel Diplomate Principali, nefas est ipsi, alium diem Mercatorum Conuentui præscribere, quo die, vicini Toparchæ Emporicum commercium haberi consueuerit. Illicita est enim Dominis territorij, antiquæ formæ mutatio Iurisdictionis suæ, l. testandi C. De testam. l. Nemo potest. π. De legat. 1. vbi Maynus. Nec inciuiliter, aut intempestiuè quis ius suum exercere debet, quod in alienum vergat, cum æmulatione, dispendium. l. si cui simplici. ϖ. De seruit. l. Lucio. π. De aq. quotid. Bart. & Iason in l. quo minùs. π. De flumin. Propone autem, Dominica Nundinarij commercij emolumenta Collegio pio competere: In mediis Nundinis patrata cæde, parricida confugit ad sacras Aras proximi Phani. Dilapsa mox Nundinaria hebdomade, auellitur templo reus criminis, vinctúsq;, grandi

Arestum Mens. Iun. 1577. inter Carolum Lotharingum Meduanæ ducem & Guidonem *Despeaux* Dominum *de Landeny*.

Anparauant la verification des Lettres d'erection des Foires & Marchez on a accoustumé d'ordonner information estre faicte, si à 4. lieues à l'enuiron & à pareilz iours il y a Foires & marchez.

Placitum Senatus Britonici Die. 18. Mart. an. 1556. *prins des Memoires recueillis & extraicts des Arrests du Parlement de Bretaigne par M. Noel Du Failh, Conseiller en lad. Cour.*

Eadem die varij vicinorum Pagorum Mercatus haberi non debent.

In mulctis aliisque Iurisdictionis fructibus adiudicandis an spectetur dies criminis commissi, an iudicati. Vide. i.

Digitized by Google

di ære mulctatitio, vt capite, plectitur. Instat subinde Collegium, ac nummariam mulctam sibi dari, addici postulat, perpenso maleficij tempore in Nundinis admissi. Contrà nititur Procurator Fisci, & diem Iudicati, dictæque mulctæ spectandum mordicus asserit. Similis demum quæstio *Parlamentari* Aresto decisa, Nouemb. Mens. an. 1272. in hanc phrasin. *Leprosis Falesiæ habentibus emolumentum Nundinarum suarum Falesiæ, per 7. dies durantium, petentibus forisfacturam duorum hominum, qui, durantibus dictis Nundinis, fecerant homicidium. Bailliuo Cadomensi pro domino Rege dicente, quòd eam habere non debebant, pro eo quòd dicti homines, post perpetratum homicidium, ad Ecclesiam confugerant, & ibi fuerunt quandiu d. Nundinæ durauerunt, & plus vsque ad. 9. diem, & iuxta terræ consuetudinem foriurati fuerunt Ducatum. Et ideo quòd d. Nũdinæ finitæ erant tempore condemnationis huiusmodi, Iudicatum fuit, quòd d. leprosi d. forisfacturam in casu præd. non haberent.*

Cap. 50. Art. vlt. Et Lib. 2. Doman. Frãc. Tit. 5. Art. 5. 6. 7.

In Parlam. omn. Sanctor. an. 1272.

Baill. de Caen en Normandie.

9. INSVPER *Castellani* Insignia Rescripto ambire non licet in alterius detrimentum, quò scilicet *Castellaniæ* iura singula, quæ legibus prodita sunt Municipalibus, transeant in nouum seu factitium *Castellanum*. Vtputà Rex Gallus *Castellaria* dignitate affecit nobile prædium *d'Athenaise*: cui iam tum erat annexum ius summæ, mediæ, ac imæ coërcitionis in subditos. Ianuar. Mens. An. 1577. Haud priùs tamen subscriptum Regiis literis voluit Procurator Fisci in Senatu Parisien. quàm Lauallus Comes, cuius fundus ille beneficiarius est, vocaretur in iudicium: ne ignorante eo nec consentiente, cuius intererat potissimùm, noua fieret *Castellania* diplomatica. De quo nos consulti censuimus, cum nouo *Castellano* meliùs actum iri, si vel Comitis assensum eliceret, vel ab eo ipso *Castellanus* ex integro nuncuparetur, quasi haud insalutato superiore. Id quod maioribus *Feudorum* dominis videtur lege concessum Andegaua. §. 62. & Cenomana. 71. Alioquin tantùm abest, vt regia tituli concessio *Castellaniæ*, valeat, inuito vel ignaro rei Domino superiori: vt Rex etiam ipse, quasi laudatus auctor, defensionem suscipere debeat singulorum *Feudariæ* Iurisdictionis ordinum sui Regni. Quandoquidem Principis clientela patrocinióque summo tenentur Iurisdictiones Gallicorum procerum, tanquam beneficiariæ. Ob eam rationem, Franciscus *de Voluire*, Baro Fani Brixij, apud Fulgerias Armoricas, districtè opposuit maioris sui Baronatus iura Regiæ creationi Baroniæ Bonifontis, quam Renatus *de la Marz eliere* cliens Lutetiano Senatui adprobandam curabat. Vnde publicitùs acta causa, plenius in consilium reiicitur. Nono Kal. Apriles an. 1583. Seruino, & mesminio causidicis. Principalia scilicet Rescripta minimè trahi oportet in alieni iuris Dominici dispendium. l. nec auus Cod. De emancip. liber. Sic Pentebriæ fœmina Dux interceslit apud Conscriptos Curiæ Armoricæ, ne dominatus *du Cloz*, cui antea iam inerat minima, media, & maxima Iurisdictio, *Castellaniæ* dignitate augeretur, tametsi exorata à Principe, Aprili Mens. an. 1575. Sed reuocata in

Erection par le Roy en auril. 1570 dela Seigneurie d'Arquenay assise au Comté de Laual en tiltre de Chastellenie, à la requeste de M. Nicolas d'Angennes, Cheualier de l'Ordre du Roy. Verifiée en Parlement In Volum. 5. Ordinat. Curiæ sub Carolo. 9. Fol. 344.

Opposition du Baron de Ruffec, en Angoulmois come Baron de S. Brice prés Fougeres, en Bretagne, à l'erectiõ de nouuelle Baronie de son subiect tant en Fief que iustice.

Die. 14. Mart. 1583.

Castellania Regia *de Lodunois* Turonibus Pictonibúsque confinis erigitur in Ducatum pro Francisca *de Rolan* eius Castellaniæ donataria fructuario iure. Ita vt ea mortua, res

Digitized by Google

redeat ad primæuam conditionem. Regiis Tabulis die. 16 Nouemb. 1579. quæ à Senatu comprobantur die. 14. Febr. 1580. & in Camera Computorum Die. 29. Augusti eod. An.

Die. 15. Septemb. an. 1569.

Regiarum Literarum modificatio in Curia Parisien.

Parisien. Tribunal huius cognitione causæ, mãsit hactenus indecisa controuersia. Me, noui *Castellani* Aduocato, an. 1578. Euocandæ quidem isthuc liti occasionem dederat Pentebrij fundi conditio, Patritiatus Francici: quo simul cum Ducatus nomine, insignitus est Comitatus Pentebriæ in gratiam Sebast. Lucemburgij, Comitis, & hæredum vtriusuis sexus. Regiis codicillis Septemb. Mense. 1569. quos Lutetianus Senatus paulò pòst comprobauit, 17. Kal. Octob. eod. Anno, nuncupatis Duci nouo conditionibus adeundæ Curiæ, eique Patritialis sacramenti præstandi, superioris item causarum notionis Senatoriæ, reliquorum instar Galliæ Patritiorum, quoad lites duntaxat Patritialia iura spectantes, non alias, ex longinqua illa longèque dissita hinc Regione. Quod nec in exemplum ad Francicos alios *Pares* tractum iri contestatus est tùm Ordo Amplis. Hanc Pentebriæ ditionem admodùm opulentam esse iam olim, confitmat Frossartes, Annal. Lib. 1. Cap. 229. Ac suprascripta vtique, de eo, quod superioris Domini: nunc inferiorum necne interfit subditorum, Ditionem non augeri insigniore titulo Iuridico, dispiciamus. Interdum enim contingit, nobile clientis prædium in Castellariam dignitatem subuehi a patrono Barone, qui nouæ etiam *Castellaniæ* Vicanos quosdam adiiciat, sibi antea purè subiectos. Expostulant ergo isti, duobus se Dominis modò seruire, bino Iuridici, feudalísque gradu Imperij: qui vnum priùs Baronem dominum colerent, obseruarent. Contra Feudisticas Longobardiæ leges, Cap. 1. §. præterea Ducatus De prohib. feud. alien. per Frider. Ob idque Faber opinatur, patronale in clientem ius *hominiúmque* transcribi nemini posse, nisi cum vniuerso prædio dominanti. Ad. §. penult. Instit. De assign. libert. Quod Molineo itidem placuit, Notis suis ad. §. 72. Turonen. Consuet. in id satis expromptum. Subde his, Baroni non licere, Iuridicóvè alteri Magnati, antiquam Iurisdictionis formam innouare, seu priuata cautione publicú Ius infringere, l. 13. Cod. De testam. l. quod bonis. §. 1. D. Ad Leg. Falc. l. Neratius. π. De relig. & sumpt. l. 2. § 8. π. De administ. rer. ad ciuit. pertin. Admittamus igitur, Gallorum Iurisdictiones Dominicas libero cuiuis accensèri patrimonio, earúmque ratam perinde, ac feudalis beneficij in subbeneficium, concessionem haberi, ex Baldo in Cap. Vno delegatorum De off. deleg. Isthæc certè ita procedunt, ne effusa tamen iuridici Imperij maioris largitio aliis officiat, populariúmque Forum immutet, seu primaria, secundavè cognitione causarum. Atque his in præsens supersedeo, ne simili Dominicarum Iurisdictionum controuersiæ, quæ pendet in Forensi Parisiorum Basilica, præiudicati quicquam videar attulisse.

Scriptore Frossarto, Pentieureus Comitatus in Armoricis valebat an. 1364. vicenis libellarum millibus reditus annui, *& le deuoit faire valoir autant le Comte de Monfort par le traicte de Paix auec la vefue de Mess. Charles de Blois.*

Vers. nec vasallus pro vno Feudo duos habere dominos cõpellitur, nec dominus Feudum vasalli sine eius voluntate in alium transferre potest.

Priuatorum pactis publicæ Legi refragandum non est. l. nec ex prætorio De reg. Iur.

Q v o d antedictum est, regia *Castellaniæ* diplomata patronis minimè obesse superioribus, cessat in fructuario Ducatus regij, Marchiæ, Comitatus, Baroniæ. Nam eo casu liberè *Castellanum* quemuis appellat Princeps, salua tantùm priuato fructuario pensitatione 10.

Ville de sainct Manehouſt, au bailliage de Vitry.

nummariæ

nummariæ cuiúsdam indemnitatis. Vt Senatus decreuit in promulgando Reſcripto noui Ducatus *de Pigney*, agri Campani: Lucemburgio regulo poſtulante, contra Reginam Scotiæ, fructuariam Caluimontis Baſſignei, ac Diuæ Manehildis oppidi, vnde pendebat nobile beneficium *de Pigney* iure *Feudi*. Areſto 13. Kal. Octob. 1577. Placitum Curiæ Pariſ. die. 19. Septemb. 1577. in magna Camera, de Ducatu *de Pigney*. qui poſtea auctus eſt titulo Pariatus Francici. Literis in Senatu promulgatis die. 30. Decemb. an. 1581.

Pari quoque in controuerſia noui Baronatus codicillaris *de Boulouere*, obtinuit Ianus à Turre Landrica, Principis candidatus: victo interceſſore, Eani Karilephidynaſta, ſuperiori vtique, ſed fiduciario duntaxat ac temporario, qui Regem ipſum agnoſceret proprietatis dominum, ab Ducatu ſuo Vindocinéſi. Suprema PATRVM Pariſien: Sententia an. 1597. Per hunc modum, fundi alij, quorum nomine patronus Rex purè colitur, ornati ſunt Inſignibus *Feudorum* illuſtriorum hac lege, vt quod inde Fiſcalibus commodis decederet, pecuniaria ipſorum æſtimatione penſaretur. Meduanæ Baronatũ, in Cenomano agro, Princeps Marchiam fecit Codicillis Septemb. Menſe an. 1544. Sed Curiæ probata eſt noua Dignitas titulo tenus, nulla captione fraudeque maiorum Tribunalium regiorum, ſeu publici Regum patrimonij. Decreto. 7. Idus Septemb. 1546. Aſt vrgente denuò negotium Principe, Literis. 6. Kal. Maias. 1553. ſic edixêre PATRES LVTETIANI, *Que leſd. Patentes de creation & erection des Baronnies de Mayenne la Iuhes, la Ferté Bernard, & Sablé, Chaſtellenies d'Ernee, & du Pommain, en tiltre & dignité de Marquiſat ſoubz le nom dud. Mayenne, ſeroit leues & derechef publiées & enregiſtrées purement & ſimplement és Regiſtres de lad. Court: A la charge toutesfois de faire par le Duc de Guyſe la recompenſe de la diminution du Domaine du Roy, qui s'en pourroit enſuiuir au moyen de lad. erection, & iuſques à ce que lad. recompenſe ſoit faicte, l'execution deſd. Lettres pour le regard du reſſort des appellations ſurceoyra: le tout entant que touche le Procureur general du Roy, & ſans preiudice des oppoſitions particulieres fórmees à la premiere publication deſd. Lettres.* S. Conſulto. 3. Nonas Maias an. 1553. At Princeps iterum Reſcripto mouit Curiam ſummam, vt ita cenſeret, *Que les nouuelles Patentes du 25. Iuing. 1553. portans acceptation faicte par le Roy de l'offre y continuẽ, ſeroient leües, publiees & enregiſtrees, ſans preiudice des oppoſitions des aultres oppoſans: Et à la charge que dés à preſent & prealablement le Duc de Guyſe aſsigneroit à la recepte du Domaine du Roy, au Comté du Maine, & ailleurs où il appartiendroit. 300. liur. tourn. de rente ſur fond. Marquiſat, rachetables en fourniſſant au Roy aultre rente de 300. liur. de pareille nature: Et auſsi à la charge que dedans. 3. ans le Duc de Guyſe feroit rapporter la preuue du deſchiet du Domaine & aultres droictz du Roy reſultans de l'attribution de Iuriſdiction, lad. preuue faicte auec les Officiers du Roy ſur les lieux, pour, ſur icelle preuue rapportee deuers la Cour, eſtre faict droict ſur lad. recompenſe. Autrement & à faute de ce, que l'execution de lad. verification ſurceoiroit.* Iudicato Nonis Maiis an. 1554. Sed Guyſianus actutum paruit Senatui, prolatis tabulis cautionibúſque annui reditus 3. dicti: quem

Regia erectio Caſtellaniarum *de Boulouere & Maiſoncelles* in Baroniam, apud Cenomanos. Menſ. Sept. 1593 cum diſtractione Fidei & Reſſortus Domini ſuperioris immediati. *A quoy s'eſtant oppoſé Iehh. de Beauzemeles*, poſſeſſor temporarius *de S. Calez. la cauſe a eſté appointée au Conſeil en plaidant l'an 1596. en Iuing Bouteiller, pour l'impetrant.*

Placitum Curiæ die. 7. Septembr. An. 1546.

Patentes Literæ Regis die. 26. April. 1553.

Decretum Senatus Die. 5. Maij. 1553.

Poſteriori Marchiæ huius in Ducatum & Pariatum erectione cautum eſt, diuiſibilem iſtum fore inter filios & filias, nonobſtante Ducali, & Pariatus Francici qualitate. Reſcripto Menſ. Septemb. 1573.

S. Conſultum Die. 7. Maij. 1554.

Principi adsignare iussus erat, Regiæ indemnitatis pretium. Exinde ilico Marchionem hunc declarant CONSCRIPTI CVRIÆ, quatenus Regis interesse potuisset. Decreto. 4. Kal. Iunias an. 1554.

Arestum Die. 19. Maij. 1554.

Quin & antea, Guysiano eodem instante, PATRES sanxerunt Regiam institutionem Ioynuillæi Principatus, nudæ priùs Baroniæ. Septimo Idus Maias. 1552. subiuncta lege & onere *de la recompense enuers le Roy de la diminuation qui pourroit estre de son Domaine à cause de lad. Erection, causee par la suppression de la Preuention, & des Greffes, & que l'execution desd. Patentes surceoira, iusques à ce que la recompense actuelle ayt esté faicte: Et pour ioyr par le Prince de Ioynuille de la qualité & tiltre de Seneschal hereditaire de Chãpagne, selon & ainsi que ses derniers prædecesseurs Barons dud. Ioynuille auoient ioy d'icelle qualité & tiltre par cydeuant, & non plus auant.* Ioynuillanos porro Barones priscos commendaui posteritatis memoriæ, in Lib. FISCI GALLICI. Sed quia Andium, Cenomaniæque finitimæ Mores excutio isthîc, minùs absonum erit, veteres Meduanæ Cenomanæ, de qua s. Barones nobilissimos proferre. In his, serie prima, cietur Vvalterus Iuhelli Meduani parens, qui sororem Hugonis, Cenomani Comitis, sibi matrimonio deuinxerat. Annum circiter. 1180. Iuhellus autem filius conIugem duxit Vilhelmi Taluatij filiam, Vnellorum Comitis: piéque condidit Cisterciense Fontis Danielis cœnobium. 14. Kal. Iunias an. 1204. De quo Iuhello Augustũ regem cópellante an. 1209. honorificè scripsit Rigordus, veteris Frãcor. Memoriæ magister. Inde Baronatũ obtinuêre vicissim Drusus Mellotus vxorio nomine, Lochiarũ toparcha. an. 1237. Alanus Auaugurius, an. 1264. Erricus item Auaugurius, an. 1282. Exin deuolutus ad Britonum Duces Baronatus, dotalis datur Mariæ Armoricæ à Karolo Blesensi patre, Lodoico. 1. Andium Duci, Cenomaniæque Comiti. Sextili Mens. an. 1360. Quo iure fœmineo, Andegaui Proceres ditione ea potiti sunt dudum: Donec sublatis hisce maribus, Andium Regulis, muliebris Baronatus lege rediit ad fœmineos ipsorum hæredes, Nemorensem putà Regulum, Ludouicæ Andegauæ filium, an. 1482. dein Lotharingos Duces, an. 1503. qui maternum genus ab Yolantide Andegaua deducebant.

Verif. de Ioynuille in Curia Parisien erectionis Baroniæ in Principatum Die. 9. Maij. 1552.

Lib. 3. de Doman. Franc. Tit. 6. Art. 9.

Gautyer pere de Iuhel de Mayenne.

Guliel. de Taluas. *Comte du Perche.*

Abbatiæ *de Fontaine-Daniel*, fundator die. 19. Maij. 1204. Iuhellus de Meduana cuius Iuhelli meminit Rigordus in Hist. Phil. 2. Frãc. Regis.) Quam fundationem Gregorius. 9. P. confirmauit.

Drouz de Mello.

Alin d'Auaugour.

Marie de Bretagne.

AVTHENTICO anulo obsignantur Literæ ab altis Iuridicis in Regionibus quibusdam, Vt demonstrauimus s. Tit. De sublimi Iurisdictione. Andibus verò, istud est *Castellani* ius proprium, non Iuridici inferioris. §. 43. Atque adeò in fide authentici Sigilli, spectare debemus Prouinciæ morem singularem. Fabro asserente, in §. possunt Instit. De testam. Cæteroquin obligatoria Instrumenta non tradebantur executioni Iure Rom. qualem admittunt Regiæ simul & Municipales Galliæ Constitutiones. Paratæ autem executionis appellatio, ex loco mendoso Pandectarum, venit in vsum Fori (opinor) vbi emendatiùs, parta persecutio, legitur. l. Minor. 25. annis cui fideicommissum. π. De minor. Planè quanta sit publici Sigilli au- 11.

Vers. *seaux de contrasti.*

In voluntariis (ait Faber) confessus habetur pro iudicato, facto ei præcepto per Auditorẽ sigilli, & ita seruatur de facto. Vbi verò con-

ctoritas

ctoritas apud Gallos, declarauit Fab. in l. vn. Cod. De confeſſ. Et in l. ſcripturæ Cod. De fide inſtrum. Non vt publica quidem manu exaratum Inſtrumentum ſubinde perduceremus ad exitum, ſed vt debiti æris confeſſio ederetur coram Notario Inſtrumenti ſcriptore, vis autem ipſius exequendi peteretur à Sigillifero, Cuſtode, ſeu Auditore Sigilli. Vt ibidem Faber atteſtatur. Fecit mehercle perfidia mortalium, vt æris confeſſi documento priuato adiungeretur publica ſignatorij Anuli fides. Quo nomine exclamauit acerbè Seneca (Lib. 3. de Beneficiis Cap. 15.) eius tametſi ætate illa priſca, ſignatorius anulus eſſet priuatiuris, eóque paterfamilias in rebus ſuis quiſque vteretur, apud Valer. Maximum. Lib. 7. Cap. 8. Seneca igitur, vtinam, inquit, nulla ſtipulatio emptorem obligaret venditori, nec pacta conuentáque impreſſis ſignis cuſtodirentur: fides potiùs illa ſeruaret & æquum colens animus. Sed neceſſaria optimis præferebant illius iam tum ſeculi mortales, & cogere fidem quàm ſpectare mallebant. Adhibebantur ab vtroque teſtes: ille per tabulas plurium nomina interpoſita parariis faciebat: ille non erat interrogatione contentus, niſi reum manu ſua tenuiſſet. O turpem humani generis, fraudis, ac nequitiæ publicæ confeſſionem, anulis noſtris pluſquàm animis creditur. In quid iſti viri ornati, adhibiti ſunt, in quid imprimunt ſigna? Nempe ne ille neget accepiſſe ſe, quod accepit.

feſſio fieret coram Notario, qui non haberet poteſtatem præcipiendi à ſigillifero vel Iudice, tunc non crederem haberi pro iudicato, nec executionem fieri debere, cùm non fuerit in iure. valet tamē ad probandum.

Par Arreſt du 26. Iuillet 1572. il eſt dict que le Garde des Seaux d'Angiers n'aura que 12. den. tourn. pour chaſcune expedition de Iuſtice ſeellee: Hors mis que des ſenten. diffinitiues, tutelles, curatelles, partages, decretz & autres y denommees excedans, 100. ſ. il en aura 5. ſolz, &c.

Tout ainſy que la Cour, en verifiant l'Edict des Gardes Notes & Seaux a excepté les terres des ſeigneurs Iuſticiers ayans droit de Scel en leurs terres l'an 1568. Auſſi lad. Cour en verifiant le 6. Septembre 1572. l'Edict d'erection des Courtiers en chaſque ville de ce Royaume pour la vente en gros des marchandiſes, change & banque, elle a excepté les ſeigneurs qui auoient droit de Courterie, & mettre Courtiers en leurs villes, ſans le conſentement deſquels les Courtiers pourueus en tiltre par le Roy, ne pourroient exercer: Et auſſi à la charge que les Marchans vendans & acheptans, ne ſeroient tenus prendre Courtiers, s'ils ne vouloient, eſtant cela remis à leur volonté & liberté.

12. PVBLICA verò auctoritate ſanciuntur in Gallia ſignatorij Anuli, & Dominicæ poteſtati Magnatum adſcribuntur Iuriſdictionem habentium. Vſqueadeò, vt nec Principi ipſi liceat, Notarios vel regij anuli Cuſtodes inſtituere in Iuridicis Procerum ditionibus, *Caſtellania, Baronatu,* & aliis id genus. Demus enim, Notariorum creationem, fuiſſe olim ſummi cuiuſdam Imperij dignitatiſque ſymbolum Cæſarea Lege (Actuarios De numerar. actuar. & chartul.) Fateamur etiam, Reges voluntariam Iuriſdictionem tractare in inferiori Territorio poſſe, Iudicio ſcholaſticorum Legis Interpretum, Bart. in l. 1. & 2. ff. de offic. Proconſ. Cap. Nouit, & ibi Gloz. de off. leg. In Gallia certè, Principis beneficiariæ ſunt gradatim Iuriſdictiones omnes, ideóque patrimoniales nobili quodam inſignium *Feudorum* iure, nec cenſuali vnquam ac plebeio. Quippe quæ à generoſiſſimo omnium Rege ſeriàtim emanarint. Vnde Iuriſdictiones, etſi plebeio nexæ ſint fundò, vnàque cum eo poſſideantur ignobili: nobilium tamen ritu, diuiduntur arbitrio familiæ herciſcundæ. Sicuti perbellè diſtinxit Victriaca Conſuetudo (§. 19. 20.) & Pariſienſis liberum immunéque latifundium, cui inſit Iuriſdictio, à conſimilibus agris Iuriſdictione carentibus. Illud enim partiri debent cohæredes quaſi nobile beneficium: Hi verò diducuntur in æquas ab iiſdem, plebeij inſtar prædioli. Artic. 46. priſcarum Legum Pa-

Regiorum 20. Notariorum numerus in Andegaua vrbe ſtatutus eſt an. 1512. ex Ordinat. Ludouici 12. Regis. Quem numerum augeri non poſſe Franciſcus 1. edixit die 14. Mart. an. 1516. Lib. 12. Cod.

Le 16 de Decemb. l'an 1585. au Roolle de Vermandois, plaidãt Ruſſant pour Iean l'Empereur & conſors appellãs du Bailly de Rheims, & Ottoman pour led. Bailly & Officiers de l'Archeueſque de Rheims, & Faye pour le Roy, il a eſté appoinctié au Conſeil, à ſçauoir ſi les Notaires royaux de Rheims peuuent faire les inuentaires des biens de mineurs orphelins de leurs parẽs decedez en la terre d'vn haut Iuſticier, cõme eſt l'Archeueſque & Duc de Rheims, ou bien ſi cela appartient au Iuge, & Greffier du Seigneur.

Conſuet. Pariſ. *Le Franc alleu, auquel y a Iuſtice, ſe partiſt comme*

fief noble : mais s'il n'y a Iustice, fief mouuant, ou Censiue, il se partist roturierement, & est dit franc alleu roturier. Or parla Coust. de Victry. art. 19. & 20. un franc alleu noble, doit auoir Seigneurie de haute Iustice, mais le franc alleu roturier n'est sans Iustice.

risien. & 68. recentiorum. Quùm igitur beneficij nomine ac subbeneficij concedatur identidem Iuridica potestas apud Gallos, ea ipsa ab vno tenetur directi, ab alio, vtilis iure Dominij, libereque abalienatur. Alberic. in l. vlt. Cod. de Iurisdict. omn. iud. Et in l. 1. §. vlt. π. De offic. eius cui mand. Ergo Principi nihilò magis licitum est, voluntaria vti Iurisdictione in Territorio subditorum, quàm *contentiosa* (Argum. l. 1. Cod. De offic. præf. vrb. Cap. Pastoralis De off. ordin. Cap. Romana Eod. Tit. in 6.) nec consequenter alienũ ius Dominici Tabellionatus minuere, Sigillivè Pactorum, in finibus clientis sui Iurisdictionem habentis: Quùm talia publicorum Scribarum munia in parte *Feudi* numerentur. Similem dudum quæstionem in Senatu agitauit Franciscus *de Voluyre* Baro *de Ruffec*, qui à Præfecto Angolismorum prouocarat in Curiam: aduersus Francis. *Lerigect*, quem Rex Notarium intra metas Baronatus *de Ruffec* creauerat. Rem demum consilij esse PATRES CONSCR. pronuntiarunt. 5. Kalendas Martias An. 1554. Vergneo, pro appellante: *Henrousio*, pro aduersa parte, dicentibus. Nec aliter postea consilio permissum est idem causæ argumentum, Decreto Ordinis Clariss. Postridie Kalend. Maias 1567. cùm Montholonius Bulioneæ Ducis causam orasset (quæ Nogentis Regij domina appellarat à Prætore Carnutum.) Hamelius, contrà, pro Notario apud Nogentem instituto à Principe.

Die 15. Feb. 1554.

Arestum die 1. Maij 1567. *sur l'appel du Bailly de Chartres, touchant la creation d'vn Notaire Royal, à Nogent le Roy.*

IN summa hoc tenendum, vt quibus in finibus Dynastæ inferiores ius habent creandi Notarij patria Lege communi, vel priuata possessione antiquissima, in iis Rex nequeat Tabelliones facere vel Notarios: in aliis, secus. Ob id Lutetiana Curia temperauit Regiam publicorum munerum Constitutionem Custodis sigillorum Regiorum in qualibet Sede Iuridiciali, ne Magnatibus viris præiudicio noceret, qui publici Anuli iure prædi ti forent. Pridie Idus Sextiles An. 1568. Adeóque in vniuersum excipi solet à *Conscriptis Curiæ*, ne noua regiorum Officialium creatio, quam publicari iusserit Princeps, locum habeat in territorio Procerum inferiorum. Rex putà instituit Edicto publico venalium mercium proxenetas, pararios, & sequestres, Iunio Mense 1572. Sed Edictum probauit Senatus cum hac exceptione, citra fraudem dispendiumque Domini Iuridici cuiusuis, cui in sua Ditione competat eiusmodi proxenetarum institutio. Decreto postridie Nonas Septemb. eod. Anno. Nec ita dudum Curia summa, cuius iussu promulgabatur Regia vnio Præconum Officij Apparitorúmque, cum publicis rerum promercalium Æstimatoribus, reseruauit suam cuique Iuridico Domino prærogatiuam, hac breui cautione, *saluo iure causáque sublimis Iuridici.* Vnionis Codicilli Mens. Quintili 1575. quos Ampliss. Ordo comprobauit 7. Idus Septemb. eod. An. Quinimo publicus Æstimator apud Palatinam in Vrbe Præfecturam, contendit nuper in Curia, Regiis Præconibus vel Æstimatoribus Castelli Parisien. ius non esse,

13.

5. Consultum die 12. Augusti. 1568. probatorium Edicti, quo Princeps in titulum officii erexerat Custodes regiorum sigillorum, *les Gardes des Seaux*, Mens. Iunio proximè tũ præcedenti.

Placitum Curiæ die 6. Septemb. an. 1572. *de verification d'Edict de creation en office de Courtiers tãt de Changes & de deniers, que de draps de soye, laines, toiles, cuirs, Bleds, Vins, cheuaux, & autre bestial.*

Karolus 9. Rex prius lege sanxerat publicos rerum venalium Æstimatores, *les maistres iurez & priseurs vendeurs.*

Digitized by Google

ea bona in pretium redigere quæ ſubiiciantur haſtæ præconiis in territorio eius forenſis Baſilicæ, *dans le Baillage du Palais*. Atqui Palatina Regio apud Lutetiam, purè eſt ipſius Principis, vtî Præfectura Vrbi, ſeu Caſtelli Pariſiorum Iuriſdictio: & Palatinus Prætor non niſi Regio iure vicéque mandat Palatina miniſteria, *le Greffier dudit Baillage, Sergens, le Iuré priſeur, &c.* Secundùm ea, quæ veteribus Regum Tabulis de Palatina Lutetiæ iuriſdictione comprehenduntur. An. 1358. Octob. Menſ. 1374. Mart. Menſ. 1445. & Nouemb. 1482. Denique, Nobis dicentibus pro Palatino Æſtimatore iurato, placuit Senatui, negotium ad pleniorem deliberationem reuocari. Areſto pridie Nonas Maias 1578. Chauuelino, Pariſien. æſtimatoris cauſidico.

Die 7. Septemb 1575.

De Bailliuis Palatij huius. Nos lib. 1. Morum Pariſien. Tit. vlt. art. 8.

Appointé au Conſeil die 6. Maii 1578. inter Claud *Beſcheu, priſeur iuré du Palais, & les ſergens, & priſeurs iurez de Paris.*

14. INSTRVMENTA Pactorum, queîs authenticus Anulus ſit impreſſus, efficiunt, vt penes creditorem pecunia obſignetur publicè: ea contracta fiducia, vt ſi opus ſit, reſtituatur, datis in hoc fideiuſſoribus. Regia Conſtitutione Karoli 8. perlata An. 1493. & Franciſci. 1. an. 1539. Tamen obligatorij Inſtrumenti executio non, quaſi præiudicium, obſtare debet illius reſciſſionem perſequenti. Concedo quidem, tabulas contractuum authenticas æquiparari Sententiæ Iudicis, quæ ante omnia perduci debet ad effectum, licet integri reſtitutione petita. Doct. ad l. vn. Cod. de confeſſ. cap. ſuſcitata de reſtit. in integ. Nec inficior, rei iudicatæ tranſactævè exceptionem præpedire litis ingreſſum. l. fratris, & ibi Caſtrenſ. Cod. de Tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. apud Bonifacium 8. Subde his, luſoriam fore quodammodò fiduciariam Sententiam, niſi ea, velut præiudicio, executioni mandetur ante ſummæ litis diffinitionem. Argum. l. is à quo D. Vt in poſſeſſ. legat. Nihilominus Curia pronuntiauit, reciſſorio iudicio agenti licere ius ſuum proſequi, interea dum reus exequendum curat Inſtrumentum, (cuius reſciſſio intenditur) tanquam publica manu & auctoritate confectum. Placito Curiæ 4. Kalend. Ianuar. an. 1534. poſt forenſem patronorum diſceptationem, Trouillarti, pro appellantibus, & Guiberti, pro aduerſariis, dicentium. Nec immeritò ſanè, quùm in ſe vnum culpam conferre debeat is, ſuæque adſcribere deſidiæ, qui obligatoriis Literis præmunitus, eas non exequatur per apparitores. Vindiciario autem ex Decreto Prætoris cogendus non eſt vinculis debitor ad faciundum Iudicatum. Baldus nuncupatim, ad Leg. 1. Cod. in integ. reſtitut. poſtul. verſ. propterea ne quid fiat. Argum. l. 2. ff. De appell. recip. Idemque placuit Paul. Caſtrenſi, ad l. 4. §. condemnatum. ff. De re Iudic. Et Alexandro, in Reſpon. 17. volum. 1.

Ordinatio Karoli 8. Regis Menſ. Iul an. 1493. art 14. vt ſigillo Regio cõſignata inſtrumẽta obligationum exequi liceat toto Regno: ſed authenticum aliud ſigillum habentia, in iis tantum locis, vbi tale ſigillum authenticum ſit. Hoc autem addit Frãciſci. Conſtitutio vt authentica Inſtrumẽta mandentur executioni vbicunque locorum in bona mouentia & immobilia obligati: Dummodò hic tẽpore obligationis domicilium habuerit in eo territorio, vbi tale inſtrumentum ac ſigillum eſt authenticum artic. 66. 67. 68. Ordinat. regiar. an. 1539.

Areſtum Curiæ Die 29. Decemb. 1534. inter Anton. *Chartier*, Vincentium Merlinum, & litis conſortes, qui prouocarant à Iudice regio *d'Yeure le Chaſtel*, & Ioannem *Chartier*, cum cõſortibus, ex aduerſo, litigantes.

15. SED maior incurrit hæſitatio de Obligationum tabulis, quæ in extero prorſus Regno aut Repub. exaratæ ſint, habeant necne partam executionem in Gallia. Executionem adiuuant iſta, publicum ſigillum quo obſignatæ ſunt Literæ, eiuſdem agnitio ex ſcripto per teſtes eorum locorum indigenas, ſimul & venia gratiáque à no-

Vbi alias non admitteretur exceptio nullitatis ad impediendam executionem, tamen admittitur, quando eſſet irreparabilis. Bal. in l. ſi feriatis. ff. De fer. Carcerauté, dicitur præ-

Digitized by Google

iudicium irreparabile. Bald. in d.l 1. ex l. penult C. qui bon. ced. l. si creditor In fi. ff. De Priu. cred. l. si verò §. 1. ff. Qui satisd. cog.

stris Iudicibus fieri solita perducendæ ad exitum huiusmodi Obligationis. Quòd si etiam in longinqua Regione, Gallici contractus vim exequendi obtineant, non minorem habituras probabile est scripturas illarum Gentium, quæ patrio suo Anulo firmatæ appareant. Exempli causa, Venetiis prisca extat Constitutio, *quòd persona Veneti non soluentis forinseco, tradatur forinseco, si voluerit eam.* Ferunt insuper, Gallicas pactorum cautiones Venetiis executioni summatim demandari. Nusquam tamen Francicus Vsus recepit, alibi scriptæ obligationis executionem, quantumvis publicam in formam redactæ: sed priùs ab actione inchoandum est, nec leuis causæ cognitio adhibenda. Valeant enim peregrinæ Obligationum Chartulæ, vt fidem faciant probationémque debiti æris in tribunalibus Gallicis. P. Castrensis, Responsa. 394. §. Gentes Authen. de instrum. caut. & fid. Angel. & Alex. in l. ait Prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. Valeant rursus Conuenta eiusmodi, à Notario scripta, vt quasi voluntariæ Iurisdictionis actus exercere queat in non subditos. Bald. ad l. 1. Cod. De iur. aur. anul. At nusquam Francicis Edictis permissum fuit, debitoris pignora capere ex auctoritate peregrini Instrumenti, & extraneo ignotóque Anulo consignati. Nec enim literas Pactorum exequi ius est, nisi quas Seruus publicus exararit, & sigillo notarit authentico. Panor. ad Cap. ex parte De off. deleg. Bart. in l. 1. §. & parui refert. D. quod vi aut cl. Et in l. si fideiussor. §. Prætor ait. ff. qui satisd. cog. Atqui exoticum ignotumque sigillum dici non potest authenticum, nec publica subnixum auctoritate. Id quod Panormitanus innuit & ipse Italus, ad Cap. 1. De cleric. pereg. Ita denique Senatus iudicauit ad appellationem, quam Nicol. *Du Feu* interposuerat à veniali decreto exequendæ Obligationis, quæ in longinqua Regione conscripta erat, externóque Anulo subsignata. Aresto Idibus Sextilibus 1534. contra Anton. Lombardum, Italum mercatorem: quo in genere negotiatorum, alioqui de bona fide agitur maximè, cui non congruit de apicibus Iuris disputare. Bartol. ad l. si fideiussor. §. quædam. ff. Mand. Ac ne nobis interim exprobrent reliquæ Nationes perfidiam quandam ex fidei datæ vinculo coërctioneque Obligationis imminuta, idem planè Samarobrina Consuet. sanxit, Lib. Legum municipalium Vrbis & Ducatus Cameracen. De authenticis sigillis nil attinet hoc loco plura dicere, quorum multiplicem speciem tradunt pragmatici Franci (ne alios commemorem) Faber ad §. sed cùm aliquis Instit. De testam. Et Masuer. in Praxi Tit. De liter. not. & notat. Sed quia temporum infœlicitas nouos inuexit Custodes regiorum anulorum penè innumeros, Plebs Gallica postulauit à Rege in Blesensi Francorum Conuentu, noua hæc & abortiua Ministeria abrogari: saluo vsu Sigilli iis in locis, quæ anulo signatorio vti consueuerint art. 223. supplicis Libelli, quem Plebeius Galliæ ordo Principi obtulit 5. Idus Februar. an. 1577.

Veneta Statuta. post Iac. Theupulum Venetiarũ Ducem compositorem & reformatorem ipsorũ, an. 1242. correcta aliquatenus à Barbarico, an. 1487 à Lauredano, 1501 à Grimano, 1521. à Gritto, 1523 à Triuisano Ducibus, an. 1553. De quibus Statutis, Nos Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 7. art. 6.

Sensit inibi Panor. sigillum extranei Instrumenti, quod ad nos perlatũ sit, priùs agnosci debere à Principe. vel Iudice loci in quo scriptum sit instrumẽtum, antequam apud nos fidem vllã facere possit.

Placitum Curiæ Die 13. Augusti 1534.

Vne obligation passée hors le pays de Cambresis, ne vaut en icelluy, que pour schedule, & n'est executoire.

Eodem hoc Quaternione, seu *Cayer des remonstrances du tiers Estat de France* petitũ est à Rege, vt supprimeret aboleretque officium *des garde des Notes*, tanquam Reipub. noxium art. 222. Die 9. Febr. an. 1577.

Digitized by Google

16. MENSVRARVM iura Dominica excuſſimus §. Tit. De media Iuriſd. Nam de Menſuris ius reddunt Domini mediæ *Iuſtitiæ*, ſed quarum formam exemplárque deſumunt à ſuperiori patrono ſuæ Iuriſdictionis. §. 40. Andeg. Moris. Atqui non alius videtur habere menſurarum archetypum, quàm Dominus *Caſtellanus* hoc. §. 43. Quî fit ergo, vt medij Iuridici menſurarum ſpecimen capiant à patrono ſuæ *Iuſtitiæ*, ſeu Domino quouis ſuperiori? Cenſeo ego, menſurarum archetypum patria quidem Lege deferri *Caſtellano* dynaſtæ: ſed non ita, vt quod longo vſu poſſeſſionéque competierit ſublimibus Iuridicis in hac parte, totum eis auferatur. Nam & multarum Regionum conſuetudine, Alti Mediis præbent Iuridicis, quod ſequantur, menſurarum exemplar, nedum Caſtellarij magnates. Senonen. Leg. 17. Melodunen. 13. & aliis haud paucis. Idque olim tota ferè Gallia ſeruatum comperimus, in Lib. ciuilis Francorum Sapientiæ veteris, modo infraſcripto. *Encores ont plus li Vauaſeur, quant il tiennent leur batailles pardeuant aux de toutes choſes, fors dou grant fait que nous auons nommé par deſus. Et ont lor Meſures en leurs terres, & les prennent & les meſtent és courts des Chaſtiaus, & puis ſi les baillent à leurs homes. Et puis ſe il trueuent fauſes Meſures ſeur lor homes, li droiz en eſt leur, & pueent penre 60. ſ. Et ſe li Bers les trueue auant que li Vauaſeurs, li drois en eſt ſuens. Et ſe li Vauaſerres peut eſtre prouuez, que il li ait bailliees fauſes Meſures, il en pert ſes muebles.* Hæc in Codice Gallico, cui titulus eſt, *Ci comencent li eStatu dou Roiaume de France.*

Baſileæ Rauracorum eſt publicum quoddam Munus Viſitatorum ponderum ac menſurarum, vt ait Ioſias Simlerus Tigurin in Lib. De repub. Heluet.

Art. 43. verſ. *meſure à blé, & à vin, dont il prend le patron à ſoy-meſmes.*

Sens, Melun.

Vauaſſeur, haut Iuſticier.

17. NVNC agamus de trifurca Cruce, ſigno Caſtellariæ Iuriſdictionis. Ingentem ſanè poteſtatem iuris dicundi arguit Furcarum erectio. Teſtante Baldo in l. arboribus §. de illo. ff. De vſufr. Et Decio nominatim, Iuriſ. Reſponſ. 249. Sed quia pilarum numero Patibuli cuiuſque diſcernunt Galli fermè vbique Iuriſdictionum maiorum gradus, Iuridici alij bifurcam tollunt Crucem, alij trifurcam, vt in Andibus *Caſtellani*, pro vario ſcilicet Regionum more ac inſtituto. Planè Allobrogica Lex de eo ſtatuit in hæc verba, *Barones bannereti, & alij omnimodam Iuriſdictionem, cum vltimo ſupplicio, habentes non facient nec permittent in ſuis Territoriis erigi vel plantari Furcas trium pilarum, nec pomeletos: niſi ſit Marchio vel Comes, vel niſi ab antiquo tales habere conſueuerint.* Lib. Statut. *Sabaudiæ* Cap. De Furcis. Quòd ſi minores Dynaſtæ ſibi has vſurpent maiorum prærogatiuas, & in Furcis ponendis modum excedant Lege præſcriptum, eius rei animaduerſio eſt non ſolùm penes Iuridicum Dominum ſuperiorem, ſed & penes Actorem publicum in Regio quouis Tribunali. Sic Regius quondam Procurator Baugei Andium Oppiduli iudicio conuenit aliquot *Caſtellanos*, qui Furcas fixerant quaternis ſtantes pilis ac columnis: Nempe aduerſus Dominum *du Lude, lequel il maintenoit ne pouuoir leuer & creer de nouuel Iuſtice à quatre piliers au Lude.* Qua de re lis conteſtata eſt in forenſibus apud Baugeium Seſſionibus. Quintili Menſe An. 1415. Ac paulo pòſt ſimilis interceſſit

Verſ. Legis Andeg. (§ 43.) *Et au merc dis gibet de ſa Iuſtice patibulaire peut mettre trois pilliers.*

Statutum Sabaudiæ.

Aſſiſes de Baugé, en Anion.

Digitized by Google

contentio Fiscalis cognitoris Baugeij, contra Dominum *de Duresta l & de Mathefelon*, quòd *Castellano* huic minimè licuisset, quadrifurcam Crucem sursùm erigere an. 1419. 1420. 1421. Vt collegi ex vetustis eius Fori Regestis ac commentariis. Nec iniuria certè, quùm publicè interfit, ne quis illicitis vtatur Insignibus. Paulo auctore, Lib. singulari ad S. C. Libonianum, l. Impuberem §. qui se pro milite gessit. Ad L. Cornel. De fal. Ab iis non longè dissidet prisca Allobrogum Constitutio sic concepta, *Qui vel Insignia ab antiquo non habens, vel cui per Imperialem maiestatem, aut per nos, vel alium ad hæc habentem potestatem collata non fuerint, vel aliàs permissa, de nouo sibi assumere, deferre, depingíque vel sculpi facere, aut aliàs vti non præsumat.* Quæ etsi ad gentilitia Insignia pertineant honoratiásque Familiæ Notas, possunt tamen nostro Argumento de illustrium *Feudorum* Notis Insignibúsque accommodari. Vnde Feudales etiam altioris ordinis Dignitates possessorem exornant, splendidiore aliis honorum titulo, qui personata Maiorum stemmata prædiariæ illi opponant Dignitati. Talis enim gradus eminentia, quæ irrogatur prædiis magè quàm personis, cuique defertur in prædia successori nobiliora. Vt vult Lucas Pennatus ad l. Mulieres De dignit. Lib. 12. Cod. Et rei tributa potiùs quàm personæ, iura singularia transeunt in omnes rei possessores l. 1. §. vlt. π. De aqua quotid. & æst. l. in omnibus causis. π. De regul. Iur. l. cùm patronus. π. De legat. 2. Quantò potioribus nominibus euicit honorarium loci graduſque primatum Symo Marius, Baro Druyda, in ordinis æmulos, Nouioduni ad Ligerim amnem? Ille enim, priuatorum tunc quidem causidicus, dein Præses Inquisitionum Curiæ, nunc Regius in ea patronus, obtinuit iudicio, ordinis prærogatiuam titulo Baronatus sui antiquioris, in nouitios Dynastas alios, nec *Feudaria* Dignitate ipsi pares, competitores. Senatorio decreto 5. Iduum Decemb. an. 1595. in prima PATRVM Inquisitoria Classe: ad prouocationem à simili Consiliariorum Curiæ Sententia, qui Palatinos libellos diiudicant, lata Pridie Idus Octobres an. 1594. Hanc pariter quæstionem exagitauimus paucis. ℸ. Lib. 2. Tit. De honorificis in patronos extra ordinem obsequiis art. 1.

Sabaudiæ Statuta.

Honoraria fundi nobilis præminentia est realis, non personalis, & qualicunque eius fundi possessori competit.

Arestum Curiæ Die 9. Decemb an 1595. in 1. Camera Inquestarum, confirmans Sententiam Requestarum Palatij dictã Die 14. Octob. an. 1594. pro Barone *de Druyes en Niuernois*, intimato, contra Hugonem *Damantois* Baronẽ *de Poiseux*, Christophorũ *de la Chaſſaigne*, ex causâ Fœlicis à S. Vincentio, vxoris, Dominum *de Giury*, Frãcis. *des Barres*, & Franciscam *Migé*, viduam N. Garnerij dominos *de Cours lez Barres*, appellantes à d. Sentẽtia. Qui omnes, cum intimato, sunt vasalli Episcopi Niuernen.

Cap. 44.

Le seigneur Chastellain est fondé d'auoir toute Iustice haute, moyenne, & basse, auec la cognoissance des grans tas cy apres declarez: C'est à sçauoir de Rauissement de personnes, d'homicide faict de guet à pens, & de Encis qui est de meurdrir femme enceinte, ou son enfant au ventre, de embraseurs de maisons, guetteurs de chemins, sacrileges, desrobeurs, & desserpilleurs de passans lesd. chemins: depopulateurs de champs, brigans, empoisonneurs, & autres cas semblables qui en dependent. Mais autres Iusticiers au dessous ne sont fondez de cognoistre desd. grands cas.

1. DOMINO CASTELLANIÆ IVS EST SVMMÆ, MEDIÆ, AC INFIMÆ COERCTIONIS, VNA CVM GRAVIORVM NOTIONE CRIMINVM, QVÆ INFRA ENVMERANTVR. DE RAPTV NIMIRVM, HOMICIDIO CONSVLTO AC DELIBERATO, PRÆGNANTIS MVLIERIS CÆDE, VEL EIVS QVI EST IN VTERO, DE INCENDIO ÆDIVM, IN VIATORVM INSIDIATORES, SACRILEGOS, FAMOSOS LATRONES, ET GRASSATORES IN ITINERIBVS PVBLICIS, DEPOPVLATORES AGRORVM, DE VENEFICIO, ALIISQVE ID GENVS FLAGITIIS, EORVMQVE APPENDICIBVS. INFERIORES AVTEM IVRIDICI IN TANTORVM REOS SCELERVM ANIMADVERTERE NEQVEVNT.

MAIORVM *Feudorum* dignitate metimur amplitudinem Iurisdictionis, & illustriores Proceres atrocium quoque habent delictorum castigationem eximio iure. Ordiamur à Regali *feudo*. Anglis receptitia quædam sunt crimina, id est, Regiæ animaduersioni purè seruata pro maiori impetio. Ea collegit Vilhelmus *Staunforde*, Iudex Britannus, Lib. *Des Plees del Coron*, seu Coronæ Legum. Francis etiam regibus sua non deest propriáque certorum inquisitio maleficiorum solido iure. De quibus Nos suo loco, déque Iuridicis aliis Principum nostrorum prærogatiuis, i. Tit. De fori Præuentione Principali.

Cas Royaux, & Priuilegiez.

2. ISTHÆC interim Andium Lex memorat nonnulla flagitiorum genera, iudicio permissa Castellarij dynastæ: præter ea, quorum coerctio superiùs data est sublimi vicissim, medio, ac minimo Iuridico. Quia autem Pragmatici veteres confundebant identidem *Castellanum* cum *Barone*, hunc pro illo crebris vsurpantes sermonibus, ac econtrà: factum est idcirco, vt insignium scelerum, de quibus hîc quærimus, vindices purè *Barones* nonnulli affirmarent. Nam ita Gallus auctor Practicus scripsit, chirographo exemplari, *Li Bers si a en sa terre le Murtre & le Rat, & l'Occision. Et se aucuns estoit qui ne leust pas anciennement. Rat, si est fame efforcier: Autre si est ce, de fame, quant ele est enceinte, & on la fiert & ele muert de lenfant. Murtres si est dome ou de*

Barones In Langobardia nũcupari Magnos Castellanos, diximus Lib. 3. Domanij Fracici Tit. Quis dicat. Dux art. 8.

Digitized by Google

fame, quant on la tue ou murtri en son lit, ou en autre maniere, parquoi se ne soit en mellee: ou en mi sa voye porroit on y home tuer en murtre, se on le feroit si quil en moreust sans tencier à lui, ou sans lui deffier. In Lib. *Ci comencent le eStatu dou Reyaume de France.* Tit. *De haute Iustice de Murtre & de Rat.*

Sic ad filiamfamil. Catullus, Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est: Tertia pars matri data, pars data tertia patri, Tertia sola tua est, noli pugnare duobus, Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Regiæ tamen censuræ est omninò Raptus, qui coniugij specie admittitur in puellam vel adolescentulum: quibus nempe furtim alius extorqueat connubiales sponsiones clam parentibus, tutoréve inconsulto. Quemadmodùm enim nuptiis propagantur priuatæ familiæ, totius seminarium Reipub. ac Regni: Ita Regis potissimùm interest, publicæque Politiæ Imperij, suum matrimonio decus honestatémque seruari, quæ, nisi salua integráque parentum ac tutorum auctoritate, stare non possit. Quin & neglectam ipsorum auctoritatem Princeps pœnis sanxit grauissimis. Lege clandestini connubij prohibitoria Februar. Mens. 1556. quæ paulò pòst recitata est in maximo Curiæ Parisien. Auditorio Kalend. Martiis eod. Anno: repetita deinde ac renouata Edicto Blesensi, artic. 40. cum 4 sequen. Atquin Regiarum Constitut. contemptus haud alium expectat vltorem, quàm regium Magistratum, & in regiæ vindictæ criminibus connumeratur. Vt à Nobis abundè dictum est Lib. 2. FRANCICI CENSVS AVGVSTI. Atque vt verbo absoluam, Rex disertè cauit Edicto priori, raptum in parentes tutoréve à suis vindicari Iudicibus oportere.

Die 1. Mart. 1556.

Tit. 6. art. 1.

Edicti vers. *& d'abondant auons ordõné, que lesd. enfans conioinctz par tels mariages, & ceux qui auront traictés lesd. mariages auec eux, & donné conseil & ayde pour la cõsommation diceux, seront subiectz à telles peines qui seront aduisées par nos Iuges, &c.*

PACTITIA item lege negatur interdum *Castellanis* Baronibúsque prædictorum criminum diiudicatio, tanquam Regi propria Pacto conuento. Vtputà, Parisien. Antistes ex profana Ecclesiæ Ditione habet ius Gladij Iurísque dictionem in compluribus Vrbis vicis plenissimam. De Raptu autem ac Parricidio fuit illi controuersia cum Præfecto Vrbi, qui solidam sibi asserebat inuestigationem criminum huiusmodi iure Regio, & in principe quidem Regni Ciuitate. Transactum denique negotium est ab Episcopo & Collegio canonicorum Parisien. cum Augusto Rege, an. 1223. hac verborum nuncupatione. *Philippe, &c. Nous faisons assauoir que c'est la Paix qui est faicte entre nous d'vne part, & li Eueſque & Chapitre de Paris d'autre part, &c. On bourg S. Germain, en la cousture Leueſque, & au Cloz Brunel auons nous le Rat & le Murtre, quant li rauiſeur & li Multrier ſont pris à preſent forfait, ou quant il ont recogneu de leur gré, & en auons nous leurs muebles ſans amenuiſement. Et s'il auient qu'il aient eté pris à preſent forfait, ne que il ne l'aient recogneu de leur gré, & notre Preuoſt en ait teſmoing conuenables, li Eueſques eſt tenus de receuoir les ſur ce, & ſe il en ſont ataings par ces teſmoings, ils ſeront rendus à noſtre Preuoſt auſſi come ils eſtoient conuaincu par bataille: Et ſe li Rauiſſeur ou le Multrier ne ſont pris à preſent forfait, ou ils ne l'ont recogneu de leur gré, & aucuns ne le veille attendre par bataille du Rat ou du Multre, la bataille ſera en la Cour l'Eueſque, ſerons nous Iuſtice, & aurons leurs muebles ſans amenuiſement, &c. En toutes voyes de la terre l'Eueſque iuſques auſdites bournes, à li Eueſques toute Iuſtice hors le rat & le multre, &*

3.

Philippus 1. Augustus, Galliarum rex.

Digitized by Google

& ſe len fait neuue Ville en la terre l'Eueſque, li Eueſques y aura toute Iuſtice, fors le Rat & le Murtre, & les autres Couſtumes que nous auons ou bourg S. Germain, & en la Couſture l'Eueſque, & ou Cloz Brunel, ſi come eles ſont deſſus deuiſees.

4. PATRIA dictio, *Encis*, de qua in huius contextu Legis Andium, fuit & Francis quondam omnibus familiaris. Vt liquet ex *Summa Rurali*, cuius ſcriptura hæc eſt, *faire crime d'Encis, ſi comme de ferir ou atoucher femme qui ſeroit enchainte, par telle maniere que le fruict de ſon ventre en veniſt à perdition.* Tit. *De action criminelle.* At Germani veteres iis caſibus ſequentem adhibebant diſtinctionem. Lex enim Boioariorum, ſi quis (inſit) liberæ mulieri ictu quolibet abortum fecerit, muliere inde mortua, tanquam homicida teneatur. Sinuerò eius tantùm partus extinguitur, qui nondùm viuere ceperat, 20. ſolidis componat. Si autem viuus iam fuerit, Vveregildum perſoluat, i. 54. ſolidos & tremiſſem. Si abortum fecerit, imprimis 12. ſolid. cogatur appendere: deinde & poſteri ſingulis annis exoluant ad ſeptimam vſque propinquitatem de patre in filio. At longè ſeuerior Karoli 5. Cæſ. Germanica Conſtitutio de capitalibus iudiciis Cap. 133. Goblero, eius Latino paraphraſte, in hunc modum, Si quis mulieri ob detractionem & denegationem cibi vel potus viuum partum expellit, ſi quis pariter marem fœminámve ſterilem ac infœcundam reddat, ídque malum data opera, malitioſè, fraudulentérque fiat, mas quidem gladio, vt homicida: mulier verò, etiam ſi in ſeſe ipſa committeret, demerſione, aut extremo alio ſupplicio puniatur. Verùm ſi partus, qui necdum vitam concepiſſet, à muliere eiiceretur, Iudices pœnæ cauſa conſilium ſumant à Iureperitis.

Verſ. Andeg. Leg. *Et de encis, qui eſt de meurtrir femme enceinte, ou ſon enfant au ventre.*

Cæſareæ Ordinat. Karoli 5. De publicis & criminalibus cauſis, Iuſtini Gobleri Commentariis explicatæ.

5. ANDEGAVÆ itidem Legis, verba licet deficiant, ſententia tenentur mulierculæ ipſæ quæ partum abegerint de induſtria, ſubiacéntque *Caſtellani* magnatis coërcitioni: peræque ac extranei, qui prægnantium viſceribus vim intuliſſent, de quibus nuncupatim hac Lege 44. Talem fuiſſe in Aſia Mileſiam quandam prædicat M. Tullius, quæ, à ſecundis hæredibus accepta pecunia, partum ſibi medicamentis abegit, ob ídque rei capitalis damnata eſt. In Orat. Pro Cluent. Huius verò criminis reas in exilium mittendas, putat Vlpianus Lib. 33. ad Edictum l. 8. Ad L. Cornel. de ſicar. Iuxta reſcriptum Diuorum Seueri & Antonini, in l. 4. ff. De extraord. crim. Quòd ſi alius conceptum grauidæ mulieris fœtum enecarit, pœnæ modus delectúſque habebitur, ex viui partus animatíque diſtinctione à ſimpliciter concepto & informi embryone. Ita quidem, vt qui formatum iam ſpirantémque in vtero fœtum non ſinat matureſcere, plectatur quaſi infanticida: qui verò conceptum fœtum, necdum animal, cogat inuita Lucina per abortum eiicere, mitiùs caſtigetur. Id quod diſcretè obſeruauit Philo Hebræus, Lib. De ſpecial. Legib. in hanc fermè ſententiam. Si quis rixando cum muliere grauida, pugnos in ventrem inflixerit, ita, vt abortus ſequa-

Philo Iudæus.

Digitized by Google

tur, si abortiuum informe fuerit, mulctetur: Si verò formatus fœtus absoluta membra, & in ordinem digesta habuerit, percussor moriatur. Et hoc vtique flagitij discrimen prædicti animaduertit Iul. Paulus, quùm ait eos, qui abortionis poculum dent, etsi id dolo non faciant, tamen quia mali exempli res sit, humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegari: Sin autem ex hoc homo aut mulier perierit, vltimo supplicio esse adficiendos. Idem colligere est ex Guarmacien. Concilio, in Cap. si aliquis (& ibi Abbas) de Homic.

Paul. lib. 5. Sentent.

IN ciuilibus porrò aliud videtur respondendum de eo, quàm in capitalibus Iudiciis. Nam qui in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur. Id quod Iuuentius etiam Celsus de semel concepto intellexit, quasi iam inde quodammodò in rerum natura esse existimetur. L. 7. De suis & legit. Profero facti speciem. Vilhelmus *de Lhommeau* fundum distraxit Kalend. Ianuar. an. 1575. Eum ipsemet vltimo anni die condicit gentilitate prædiorum, tanquam filij tutor qui in vtero esse iactabatur. Hunc emptor admittit apud Iudicem, prædióque cedit ex reuocatoria in familiam Lege Municipali 6. Iduum Iuniar. 1576. Tum verò Ioh. *de Lhommeau*, qui Foro quoque interuenerat, fraternum agrum redempturus iure propinquitatis, disertè contestatur, linearem *Retractum*, quo vtebatur venditor, tutorio illo nomine, sibi fraudi non futurum. Filia tandem retrahenti prædium enascitur 3. Kalend. Decemb. eiusdem Anni. Hinc arrepta occasione, redimentis frater prouocat à decreto gentilitiæ redemptionis in Curiam, fultus gemino argumento, quod die actionis redhibitoriæ motæ nondum conceptus fuerit fœtus, qui vndecimo pòst Mense tantùm editus sit, & si conceptus fuisset tandiúque vtero potuisset includi, nondum tamen spirare occœperit, animálque esse die citationis in redhibitorio illo iudicio. Quasi exinde patri non licuerit, semel venditum à se fundum repetere adscito in speciem tutorio partus munere, qui hauddùm formatus esset, neque extaret in rebus humanis. Econtrariò autem, Nos in Senatu pro redimente, nullum certum tempus edundo partui præstitutum esse, nec illegitimum quondam habitum, quem mulier vndecimo post viri obitum Mense fuisset enixa. Nam in Atticis Noctibus legitur, fœminam honestis moribus, nec ambigua pudicitia, quùm peperisset post coniugis mortem Mense vndecimo, diu litigasse cum scriptis hæredibus, & diuum Hadrianum auditis partibus iudicasse, vndecimo etiam Mense fœtum emitti posse. Quod statuere se Adrianus, requisitis veterum Philosophorum ac Medicorum sententiis, testatus est. Nimirum Diocles Caristus Philosophus prodidit, hoc temporis filios probabiliter gestari: cum Aristotele, de Natura Animal. lib. 7. cap. 3. Quorum opinioni Græcorum subscripsit Romanus auctor M. Varro. Nec aliter de partus tempore censuit Plutarchus, cap. 18. De

6.

De inspiciendo ventre custodiendoque partu.

Die 1. Ianuar. 1575.

Die 8. Iunij 1576. *Sentence de retraict lignager.*

Die 29. Nouemb.

Aul. Gellij lib. 3. cap. 16.

Placitis

Placitis Philoſoph. Tametſi aduerſus partum huiuſmodi, cognoſcens pronuntiarit Iuſtinianus Princeps in paternæ hæreditatis petitione. Nouell. Conſtitut. De reſtitut. & ea quæ parit §. vlt. Quin & 13. Menſe nato Prætor addixit paternorum bonorum poſſeſſionem. Memorante Plinio, Natur. Hiſt. lib. 7. cap. 5. Ne iſtûc coniiciantur quę de tempore partus humani tradit Macrobius, lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 6. Fatebar certè, Ageſilaum Lacedæmonij Regis fratrem inter cætera obieciſſe Leothychidi, qui ſe filium Regis ex Timæa eſſe affirmabat apud Ephoros regni competitor, quòd poſt decimum menſem, quàm Timæa cum marito fuiſſet Agide, Leotychides natus eſſet. Hic verò, contrà, differebat, vel poſt decimum Menſem naſci legitimum partum. Itaque iudicio viciſſet, niſi Ephoris conſtitiſſet, Agidem ipſum, quem Leotychides patrem profitebatur, hunc pro filio, quandiu vixerat, nunquam habuiſſe. Vt eſt apud Xenophontem (lib. 3. ἐλλην.) & Æmyl. Probum.

7. Ex quibus intendebam in Foro, retrahentis filiam, etſi vndecimo Menſe edita fuiſſet poſt dictatum eius nomine *Retractus* iudicium, nihilo minùs iam tum conceptam rectè exiſtimari; quùm in ius vocatus fuit emptor, indéque gentilitiam fundi redhibitionem peti in gratiam ipſius potuiſſe. Refellebam & alia quæ cauſæ opponebantur, haud ſatis eſſe, fœtum citationis tempore conceptum oſtendere, niſi tunc quoque formatum ac ſenſu præditum doceremus, vt iure ſanguinis prædium in familiam agnationémque reuocaret. Quantum enim ad ciuilia pertinet negotia, partus ipſe, quùm in lucem exortus ſit, iam inde in rerum natura fuiſſe creditur, ex quo ſemel conceptus eſt l. vel ſi viuo. ff. De ſuis ac legit. hæred. Et Vlpiani Reſponſo Lib. 16. ad Edictum l. 1. §. ſi quis proximior cognatus naſci ſperetur. Vnde cogn. Antiqui enim ex Lege Tabul. 12. ita proſpexerunt libero ventri, vt omnia ei iura integra in tempus naſcendi reſeruarent. Nec enim ad hæreditates vocatur conſanguineus eo remotior, qui in vtero ſit ſemel conceptus, interea dum ſpes eſt ipſum naſciturum. Ideóque quoad moram inferioribus, & locum ſibi faciundum, is qui conceptus eſt, ſi edatur poſtea, pro iam nato habetur. Eadem obtinent in Regiis publicíque Iuris hæreditatibus, nedum in priuatis. Mortuo enim Sapore Perſarum Rege, Magi ac Satrapæ eum, quem vtero geſtabat Regina, vixdùm conceptum animal, pronuntiarunt Regem, & ſuo Ritu coronam Ventri impoſuêre. Apud Agathiam Lib. 4. Similiter, extincto Alexandro Mag., Perdiccas ſuaſit primatibus viris de Imperij ſucceſſione certantibus, Roxanes partum expectandum, & ſi puerum peperiſſet, vt is patri ſucceſſor foret. Iis itaque viſum eſt, ventri curatores dari interim Leonatum, Perdiccam, Antipatrum, & Craterum: ſubinde etiam in tutorum obſequia iurarunt ſubditi, futuróſque omnes in poteſtate Regis Alexandro naſcituri. Quemadmodùm à Philippus 5. Francorum rex. Ludou. Hutini frater.
Iuſtino traditum eſt, Lib. 13. Et à Q. Curtio, Lib. 10. In Gallica item

Monarchia, post Hutini Principis obitum, Longus frater abstinuit Regio nomine ac Diademate, quandiu Augusta vidua vterum tulit, ventris interea curatione Longo decreta. Nec Phil. Valesius, sublato Karolo. 4., salutatus fuit Galliæ Rex, priùsquam Karoli vidua posthumam peperisset: cui, medio tempore, quùm esset in vtero, curator Valesius creatus est. Vt Francicis Annalibus perhibetur. His consequenter probabile fit, semel conceptum, quoad ciuilia iura attinet, iam tunc haberi pro homine viuo, & ita gentilitiæ condictionis agrorum capacem esse. Actitata causa, Senatus censuit pleniùs deliberandum, nominatímque adiecit, quicquid de eo posthac decerneret, in Auditorio Curiæ propalam recitatum iri Placito 3. Idus Februar. an. 1578. Bautruo, pro appellante: Nobis, pro aduersa parte dicentibus. Exin colligere est, Forensibus nonnunquam mortalium dissidiis prætendi corpoream quandam Naturalium facultatum imbecillitatem aut difficultatem, vti aliena in patrimonia inuolent procaciores, eáque abripiant specie Iuris. Quo modo is, qui nuper patrui domo vi extruserat viduam ipsius coniugem filíque communis matrem, hoc prætexuit culpam nomine, quòd patruus octogenario maior illam duxisset vxorem, eáque gignendis tum liberis impari partum hunc subiecisse coniiceretur. Atqui Portius Cato Censorius, octogesimo ætatis anno progenuit ex filia Salonij clientis sui puerum. Masinissa pariter Numidiæ Rex nonagenario proximus Methymnum filium procreauit. Ac subsimilia multa longinque Vetustatis exempla protulit Plinius, Natur. Hist. Lib. 7. Cap. 14. Valerius Max. & Solinus. Ne Abrahamum è penitiori illo Bibliorum Sacrario eruamus, qui ex Sara vxore octogenaria centenarius ipse filium suscepit Ysaacum. Geneseos Cap. 17. 18. Quinetiam auorum memoria, Polonus Rex nonaginta natus annos sustulit Vladislaus, Lituanus, duos ex secunda vxore filios, Vladislaum, & Casimirum. Auctore Ænea Syluio, in Europæ Descriptione. Haud temerè igitur Legem Iuliam & Papiam abrogauit Iustinianus, qua Lege, sexagenariis maribus, & quinquagenariis fœminis coniugio interdictum erat. l. penult. Cod. De nupt. l. si maior. Cod. de legit. hæred. Quò pertinent etiam Aristotelica magni illius Naturæ Genij argumenta, Lib. 5.* περὶ ζώων. Eapropter Senatus Parisiorum, ex suprascripta Hypothesi, decreuit, prædiariam viduæ mulieris, liberorúmque possessionem, qua exuti fuerant, summatim redintegrari. Aresto in publica disceptatione causarum, 4. Kalend. Maias An. 1598. quùm Goutierus, pro vidua Dn. *de la Boissiere Posseron*: & Doleus, pro fratris filio Dn. *de la Rochette*, vtrinque peroraſſent.

Karolus Pulcher.

Arestum Curiæ Die 21. Februar. 1578.

Lis isthæc redintegrandæ possessionis, in iudicium Senatus adducta nuperrimè.

Idem Abrahamus octogenarius sustulit ex Agare, ancilla, Ægyptij generis, Ismaelem.

Cap. 25.

*De Animalib.

Placitum Curiæ *de redintegranda, & d'appointé au Conseil sur le principal* die 28. April. 1598.

QVONIAM verò obiter isthîc de subdititio partu egimus: Nunc pleniùs de suppositio ipso, videamus. Nam subiecti partus accusatio libera cuíque sit apud Castellarium promiscuè, vel Regium magistratum. Est autem subdititij partus capitale crimen, de quo statim lis

8.

Vt vero partui expositio, neglectoque à parentibus, prospectum est Brephotrophio, & Courotrophio, .i. alendis in-

Digitized by Google

lis inferri poteſt, nec in tempus pubertatis filij venit differenda. Vt Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. l. 1. Cod. Ad l. Cornel. de fal. Haud idem vtique ciuili in controuerſia ſtatus impuberis, quæ & cauſa cognita reiicitur in annum pubertatis ex Carboniano decreto, nec obeſt interim bonorum poſſeſſioni contra tabulas pupillo competenti. Speciatim quoque prouiſum eſt ſuppoſiti partus accuſationi, vt nulla temporis præſcriptione depellatur: nec refert, deceſſeritne ea, quæ partum ſubdidiſſe proponitur. Iul. Pauli Recept. ſentent. Lib. 5. l. qui falſam Ad l. Cornel. de fal. Publicè enim intereſt, partus non ſubiici: vt ordinum dignitas familiarúmque ſalua ſit. Auct. Vlpiano, Lib. 34. ad Edictum l. 1. §. quamuis De inſpic. vent.

fantibus pueriſque expoſitis parata domo. l. illud l. ſancimus C. de ſacroſ. Eccl. Ita ſuppoſito à coniugibus partui iſthic conſulitur pœnali Legum in reos ſanctione. De Expoſitis illis Nos Antea. Cap. 10 art. 5. 6.

Valerius Max. De iis qui obſcuro loco nati per dolum claris familiis inſeruntur. Lib. 9. Cap. vlt.

9. EGO tamen forenſi actione contendi, minimè ferendum accuſatorem ſubiecti partus, quem mediis in nuptiis procreatum, à patréque agnitum, vſquequò moreretur relicto decenni filio, perſpicuè oſtendebam. Talis erat ſpecies facti. Karol. Pitellus connubio iunxit ſibi Dionyſiam Saugeriam, ex qua ſuſceptus filius: cui & paternum Karoli nomen in ſacro [illegible]acro inditum fuit. Hunc parens vterque aluit, educauit, obſeruauitque vt ſuum ac communem amborum filium. Huic deinceps paterna auia prædiolum dedit velut nepoti, nudo ſibi recepto vſufructu. At ſublato è viuis patre, Scæuola *Pitel* patruus impulſor fuit auctórque donatrici auiæ, quùm ea ageret animam, vt liberaliter collata in nepotem ad ſe reuocaret, quaſi ſubiecti partus errore patefacto. Haud multò pòſt, auitæ donationis lege experitur nepos in patruum auiæ ſucceſſorem. Hic, cótrà, ius ſuum tuetur ſuppoſititij partus exceptione, curat præterea inquirendum aduerſus matrem donatarij extra ordinem: ita, vt ex elogio duci, vinciri iuſſa ſit à Trecenſi iudice Quæſtionum. Inde Curiam Pariſien. appellat filius, vnà cum matre. Diſceptata cauſa eſt propalam frequente Senatu ac Populo. Ibi Nos pro appellantibus, accuſationum genera iſthæc, quæ ſtatum liberorum ſpectabát, non tam ſolito iudiciorum More vulgaribúſque hominum teſtimoniis excuti, quam occulta lege Naturæ. Hebræorum quippe Salomon Rex coniectura omninò naturali diremit mulierum duarum controuerſiam, quæ ſibi inuicem ſuppoſitum ab altera partum perfidéque adſcitum exprobrabant. Lib. 3. Regum Cap. 3. ac Ioſeph. Lib. 8. Cap. 11. vbi videre eſt, quanta ſit in ambiguis præſumptio quæ à Natura ſumatur. Nec diſpari prorſus iudicio, ſtatus quæſtionem decidit Claudius Cæſ. quùm fœminam non agnoſcentem verè filium ſuum, dubia vtrinque argumentorum fide, ad confeſſionem perpulit, indicto iuuenis connubio. Prudens ſanè coniectura, vt latentium natalium fieret aliquod experimentum naturale. Id quod ſcribi Tranquillus in Claudio, Cap. 15. Vnde etiam in propoſito dicebam apud CONSCRIPTOS CVRIÆ, audiendum non eſſe accuſatorem ſubditi-

Auctoris Oratio in Curia Pariſien.

Gaucher Pitel.

tij partus, negantémque eum fratris filium, qui ab ipso tandiu agnitus sit habitúsque pro suo ac filio, quandiu steterit in rebus humanis. Quin & Diuus Augustus Tectium infantem in bona paterna ire decreto suo iussit, licèt abnegatum à patre, & exhæredatum: sed intempestiuè, post mortem Petroniæ matris, cui, dum viueret Tectius, continuò filius probatus fuerat, quam & Tectius pater in matrimonio semper habuisset. Vt est apud Valerium Max. Lib. 7. Cap. 7. Eadem ratione Virginius in causa filiæ, quam M. Claudius ancilla sua natam asserebat, Numitoriæque suppositam Virginij coniugi, defendit manifestam hanc esse calumniam: Quippe quùm Numitoria vxor iuuenis iuueni nupserit, nec diu post, eam filiam enixa, sit ambóque habuerint charissimam. Ad hæc, non nisi post. 15. annos, ac Numitoria fatis functa, suppositionis obiectum fuisse probrum. Et ita certissimis indiciis pater subiecti partus crimen eluebat. Liuio teste, Decad. 1. Lib. 3. Adeo verè definiuntur liberi, quos iustæ nuptiæ demonstrent: tametsi adulterij nota fœminæ impingatur. Vt Papinianus respondit l. Miles. § defuncto De Adult. Angel. in l. Septimo mense. ff. De Stat. hom. Bald. ad l. filium. ff. De his qui sunt sui vel al. Alia causa est subiecti partus à coniuge post factum cum viro diuortium. Nam eo casu accusationi locum esse, monemur exemplo Lepidæ, apud Tacitum, quæ rea delata est, quòd facto diuortio partum simulasset ex P. Quirinio, marito locuplete & orbo. Cui ad extremum aqua & igni interdictum est. Lib. 3. Annalium. Itaque Plautianum S.C. de liberis agnoscendis, ad eos pertinet duntaxat, qui post diuortium falsi partus subiiciantur. Fuit quidem Diui Hadriani temporibus aliud S.C. factum, vt etiam si constante matrimonio partus esset editus, de agnoscendo eo ageretur. Sed post mortem patris cessabant S. C. omnia, nisi is super foret, in cuius potestatem recideret partus. Quod ideò constitutum erat, ne cui suus inuito hæres agnasceretur. Vlpiani l. si verò De liber. agnosc. Cum Tryphonino, l. 12. §. medio tempore. ff. De captiu. Qui autem viuo patre nascuntur & adolescunt integro statu, benéque constanti ac quieto parentum coniugio, iis suppositio partus obiici nequit, patre demortuo, qui eum semper agnouerit. Vt luculentè docet Scæuola l. Vxorem Vers. nomine patris vocitatus, & à matre & ab auia paterna agnitus De manumiss. testam. l. Si iure C. Ne de stat. defunct. Cap. per tuas De probat. Cap. literas De fil. Presbyt. Bald. ad l. si vicinis C. De nupt.

Apud Plautum in Truculento, Phronesium meretrix sibi partum suppositit ex Stratophane milite Babylonio.

Hericus Friderici, 1. Cæs. filius, cum Regni hæredes ex proprio sanguine relinquere sibi cuperet Constantiam monialem Rogerij Siciliæ regis filiam iam sexagenariam duxit vxorem, suadentibus medicis qui prolem ex vetula nasciturum pollicebantur. Ei demum subiicitur partus ex aulica muliercula, nomine Fridericus, qui ad virilem ætatem perueniens Orbis se malleum esse prædicauit. Vt refert Crantzius Lib. 7. Metropolis Cap. 38.

Hvivsmodi Iuris rationibus instabam apud Conscriptos. Curiæ, pro matre ac filio contra patruum, appellantibus à decreta manus iniectione in corpus mulieris ipsius. Ex aduerso autem, Loysellus pro patruo, diuturnum natiuæ conditionis errorem eius, de quo quærebatur, officere veritati non debere. Vt Modestinus de illo

Modestinus in l. Quidam. ff. De probat. Cui conuenit l.

Digitized by Google

illo ſenſit, qui ex Caia ſuſceptus Caio Seio, cùm Caius fratres haberet, hereditatem Caij inuaſerat, & fratribus eius quaſi ex mandato defuncti fideicommiſſa ſoluerat, cautionémque acceperat. Poſtea enim cognito, quòd filius fratris eorum non fuiſſet, reſponſum eſt à I. Cos. cautione exoluti fideicommiſſi ſtatum eius, qui probari poſſet à fratribus defuncti filius non eſſe, minimè confirmatum videri, ſed hoc tamen ipſum probari à fratribus oportere. His congruit Gordiani Cæſ. lex Si pater. De hæred. inſtit. Quippe etiam liberorum ſtatum patre mortuo poſſe moueri, dicit Africanus l. ſi poſthumus. §. ſi quis ita De liber. & poſthum. Sicuti in quæſtione bonorum recepta eſt erroris allegatio probatióque circa ſtatum aut vitam liberorum. Imperiali Sententia in cognitionibus prolata aduerſus teſtamenti tabellas Pactumeuij Androſthenis, qui falſo de morte filij allato rumore, Nonium Ruffum hæredem inſtituerat. Vt Paulus I. C. teſtatur Lib. 2. Decretorum. Cauſam demum vtrinque actam Senatus conſilij eſſe pronuntiauit, addicens interim filio, pro quo agebamus, bonorum poſſeſſionem Carbonianam. Areſto. 10. Kalend. Quintiles An. 1577. in Auditorio cauſarum criminalium.

Idem fiet. §. cùm autem. ff. De teſtam. tut. l. extraneo §. de quæſtione. ff. De quæſt. l. Aufertur. ff. De Iur. fiſ.

Plutarchus in Paulo Æmilio ſcribit, Macedonici regni excidium proceſſiſſe à ſuppoſito regi Philippo vlt. partu Perſei per reginam vxorem, licet Perſeus ex Cathainia plebeia apud Argiuos muliere ſatus eſſet. Auctor eſt quoque Aurelius Victor, Eutroppam Maximiani Imp. vxorem illi ſuppoſuiſſe Maxentium filium, Chriſtiani nominis hoſtem acerrimum.

Placitum Curiæ Die 22. Iunij An. 1577.

§. 44. Verſ. *embroſſeurs de Maiſons.*

11. INCENDIA conſultò illata puniuntur à *Caſtellano*, non ab inferiori domino Iuridico. §. 44. patriæ Leg. Fortuitorum verò ciuilis tantùm perſecutio, eóque libera diſceptatio eſt apud minorem Iudicem. Quemadmodùm Paulus ſubnotat, Recept. Sentent. Lib. 5. Tit. 3. quùm ait, Incendiarios ſpontaneos & clancularios ſummo affici ſupplicio: quorum autem incuria proruperit ignea vis, euaſeritque, dupli compendio damnum eiuſmodi ſarcire debere. Grauior planè iis pœna irrogatur, quos publico ex munere cauere oportuit, ne incendium fieret, aut vt ſemel ortum ilico extingueretur. Nam Cneus Lolius & L. Sextilius Triumviri, à Tribuniſplebis die dicta ad Populum damnati ſunt, quòd tardius veniſſent ad extinguendũ, quod in ſacra Via excitatum fuerat, incendium. Vt auctor eſt Valerius Max. Tum enim Romæ incendiis arcendis Triumviri præerant, nocturni dicti, quòd agerent excubias. Iulij Pauli relatu, Lib. ſingulari de officio Præfecti vigilum. Sed nuper in conſultationem Fori collata eſt, de ædium conflagratione fortuita, quæſtio talis. Mulierculæ domus, temerè ab ea immiſſo igne, exarſit omnino. inde vicinarum mox ſequitur incẽdium. Expoſtulante vicino apud Iudicem Dammartini oppiduli, damnatur incendiaria quanti actor in litem deierarit, vnà cum vulgi fide opinionéque de pretio amiſſorum teſtibus eruenda. Rea ſubinde prouocat Senatum hoc nomine, quòd ob dolum ſolum in litem iuretur, non & ob culpam. Ex Ælij Martiani Lib. 4. regularum l. In actionibus De in lit. iur. Bald. ad l. ſi quando Cod. Vnde vi Panor. ad Cap. vlt. De his quæ vi met. ve cauſ. Neque enim in pœnis culpa lata pro dolo accipitur. l. In lege Cornelia D. ad L. Cornel. de ſic. Nos tamen à conſultoribus

Lib. 8. Cap. 1.

Si verò incendij arcendi gratia, vicinas quis ædes interciderit, iuſto metu ductus, ne ad ſe ignis perueniret, Legis Aquiliæ actio ceſſat. l. ſi quis, fumo facto §. 1. D. ad L. Aquil. l. 3. §. penult. ff. De incend. ruin.

Eſtre creus par ſerment, iuſques la commune renommée de la valeur des choſes perdues & conſommées par le feu.

aditi respondimus, æquam videri Iudicis Sententiam: quùm & hoc casu iusiurandum in litem rectè deferatur. Quoties enim res æstimari nequit, quia non extet, aduersarij culpa, nisi sacramento delato, Tunc quanti actoris interfit, in litem iurabitur, vt hoc loco. Cit. l. in actionibus. §. planè. Atqui incendium qualecúnque citra culpam non committitur. l. Si insula. ff. De peric. & comm. l. si seruus seruum. §. si fornicarius D. ad L. Aquil. Eiusmodi verò culpam haud leui luendam pœna, sanxerunt Seuerus & Antoninus Impp. Rescripto ad Rufinum præfectum vigilum in Insularios, aliósque segniùs ignem apud se custodientes, qui fustibus & flagellis cædi iubentur. In l. vlt. ff. De offic. Præf. vigil. Vnde in eum pariter, cuius ædificio deusto, vlteriùs euagatus progressúsque ignis alienam possessionem læserit, actio competit Legis Aquiliæ: Quasi occasionem præstans, damnum feciſſe videatur. l. qui occidit. §. in hac Et cita. l. si seruus. §. si quis insulam D. Ad L. Aquil. l. si alius. §. est & alia D. Quod vi aut cl. Vbi Bartol. nuncupatim. Plerúnque enim in fortuitis incendiis latior negligentia paret, ita, vt luſoria, aut dolo sit proxima. Quemadmodùm in suprascripta facti specie, mulier quæ casu ædes suas exussit, vicinorum monita irriserat antea, suadétium, vt innocentem ignem haberet. Qualibus circunstantiis metiundam putat Baldus iudiciariam damni pensationem vicinis illati ab contigua domo igni consumpta. Iuris Responso. 442. Volum. 3. Itaque non immeritò obstupescunt multi, Folleuillam Senatorem, Curiæ Iudicio liberatum quondam petitione Sorbonici Parisien. Theologorum Collegij: cuius ædes ab illo conductæ deflagrarant prorsus culpa ipsius familiarium inquilini. S. Consulto An. 1387. quod I. Gallus recenset. Quæst. 123. & ibi Molineus. Nouissimè autem ex consimili planè hypothesi damnatus est Ioh. *Lebel* inquilinus, exustam serui incuria domum reficere ac instaurare. Decreto ad appellationem ex Vrbe Rhemensi. 5. Kalend. Mart. 1581. secundùm Petr: *Robillart* ædium proprietarium. Si tamen ex circunstantibus causis, nulla incendium præcesserit Habitatoris culpa probabilis, iudicio absoluendum ipsum censuit Baldus, Responſ. 441. Lib. 1.

l. 1. §. & ille quidem ff. de oblig & action. vers si maiore casu, cui humana infirmitas resistere non potest veluti incendio, ruinam naufragio rem quam accepit amiserit, securus est. Alias tamen exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare compelitur &c. Bart. in l. si quis ex argentariis §. 1. ff. de edend. distingu. de incendio si casu fortuito an non, *pour sçauoir qui sera tenu du dommage qui en seroit prouenu.*

Angel. Perusin. in Consil. 197. an conductor teneatur de incendio domus conductæ.

Baldus in Consil. 442. volum. 1. si domus locata ad vsum professoris Grammaticæ, per ipsum præceptorem commendata cuidem iuueni prouido, fuit casu igne cremata, an teneatur Præceptor, an iuuenis, an nullus de damno ipsi locatori. L. Si fortuito. ff. De incend. ruin. naufr.

Placitum Curiæ Die. 25. Febr An. 1581.

Arrest du 18. de Ianuier 1578. en la 2. Chambre des Enquestes, apres en auoir communiqué à toutes les Chambres, entre Lucas Hardy &c. Par lequel sur vn appel du Bailly de Dourdan est ingé en infirmant la Sentence dud. Bailly, que le Preuost dud. Dourdan auoit bien ingé en mettant hors de cour & de proces le fermier vers le proprietaire de la ferme ou maison qui auoit esté ruinee par fortune de feu, dont l'on auoit veu coulpe apparente dud. fermier Arrest de la Cour du 3. Decemb. l'an 1605. en la premiere Chambre des Enquestes au rapport de monsieur le Clerc, au profit de Iehanne le Febure vesfue de N. Vaquerie proprietaire d'vne maison sise en la ville de Beauuais, appellante d'vne sentence absoluteire du Bailly royal de Beauuais contre Claude Gaudouyn locatif intimé. Par lequel Arrest en emendant lad. Sentence led. locatif duquelle feu auroit pris en lad. maison à vnze heures de nuict en Octobre, a esté à faute d'auoir par luy verifié le cas fortuit de feu proceder d'ailleurs, cõme des voysins, ou autrement, il a esté condamné refaire lad. maison, apres qu'il auoit esté receu à informer dud. fait de cas fortuit, lequel alioqui iure non præsumitur.

OCCVLTI furis castigatio, est mediæ Iurisdictionis. §. 39. Leg. 12. Andeg. Famosi verò latrones grassatoréſque plectuntur à solo Cástellaniæ domino Iuridico. §. 44 eiusd. Leg. Planè furti nummaria tantùm pœna erat priscis Quiritum legibus, donec Iustiniano placuerit, in fures grauiùs animaduerti: vel capite quidem, si armati deliquissent. Authen. Sed nouo Iure Cod. De seru. fugit. Grassatoribus

Vers. *guetteurs de chemins, sacrileges, desrobeurs & desserpilleurs de passans esd. chemins, depopulateurs de chãps, brigans.*

Digitized by Google

ribus autem nullo non tempore ſummum propoſitum eſt ſupplicium. Auct. Calliſtrato I. C., l. capitalium. §. graſſatores De pœn. Præterea Andegauus Mos vocabulum hoc vſurpat, *deſſerpilleurs de paſſans és chemins*, quod vetus Francicum eſſe perpendi in Volum. *Statutorum* Regni Gallici ita manu exarato. *Homs quant on li tolt le ſien, ou en chemin ou embois, ſoit de iours, ſoit de nuit, ce eſt apelez eſcharpelerie. Et tuit cil, qui ſont telx meſfais, doiuent eſtre pendu ou trainé, & li muebles ſont au Baron, & cil ont muebles ne Maiſons en la terre, li Bers les doit ardoir, & les Vingnes eſtreper, & les Prez arer, & les Aubres cerner. Et ſe aucuns de tex Maufaiteurs ſen fuient, & ne puiſſent eſtre trouez, li Bers les doit faire ſemonre par Iugement ou lieu dont il ſeront.* In Lib. *Ci comencent li eStatu dou Reyaume de France.* Cap. *De banir Maufaiteur, & de venir puis le forban, & de faire Rauaige.* Nec nouum interim videri debet, Gladij poteſtatem in famoſos latrones *Caſtellano* attributam Moribus patriis, non, minori Iuridico. Quippe quùm vectigalia ex lege pendantur *Caſtellano* magnati, vt tutas cuique vias publicas præſtet, ſeu vectori mercium, ſeu alij quoquo modo tranſeunti. Vt antea edocuimus, Cap. 43. noſtræ Conſuet. Artic. 6.

De talium etiam latronum rapina in mercatores, quatenus teneantur Domini vectigalium, Nos. i. Cap. 59. Et Lib. 1. Doman. Franc. Tit. De Vectigalib.

Vers. Andeg. Leg. 44. *empoiſonneurs, & autres cas ſemblables qui ne dependent. Ma ie autres Iuſticiers au deſſoubs ne ſont fondez de cognoiſtre deſd. grans cas.*

13. VENEFICIORVM rarior in Gallia quondam abuſus fuit, ſed creſcente mortalium malitia factum, vt, quæ leges de eo flagitio ſolis Romanis latæ credebantur, nunc etiam in Gallicis vigeant Tribunalibus. Quùm enim veneficium Romæ complurium matronarum deprehenſum eſt, quarum nonnullæ ſtatim epotis medicaminibus periêre, lex de Veneficio tunc primùm rogata eſt. Liuio auctore, Lib. 8. ab Vrbe condita. Lemniæ cuiuſdam, ſceleſtæ veneficæ mentionem intulit Demoſthenes (in prima contra Ariſtogitonem Oratione) quam dicit Athenienſes occidiſſe, à cuius ancilla iſtum emiſſe venena, & incantationes didiciſſe, quæ de miſera domina indicium fecerat eámque prodiderat. Veneficij porrò ſigna probabiliáque argumenta recitat Fabius in ſuis Declamat. & Karolus 5. Auguſtus in Germanicis ſuis Conſtitut. De re criminoſa. Cap. 36. Romanis certè Principibus mos erat, antequàm cibum caperent, medicamento vti, quo venena illa prohiberentur. Herodiani Lib. 1. Quantò ſuſpectiores nunc ſcelerum huiuſmodi inſidię, vbiuis terrarum? Atque, vt paucis vniuerſa complectar, cum B. Cypriano, nullus de Legibus metus eſt: de Quæſtore, de Iudice pauor nullus: eſſe iam inter nocentes innoxium, crimen eſt: malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſensêre Iura peccatis, & cœpit eſſe licitum, quod publicum eſt.

Imperiales Ordination. Karoli. 5., cum Iuſtini Gobleri I. C. Scholiis.

Epiſtol. Lib. 2.

Digitized by Google

Cap. 45.

Led. Seigneur Chastellain peut faire Bans, Edictz, Criz, & Proclamations, mettre & Indire peine sur ses subiectz, selon la qualité & neceßité du cas.

PRÆDICTO CASTELLANIÆ DOMINO IVS EST, MANDATA SVA EDICTIS PRÆCONIOQVE PROMVLGARE, DECERNERE INCLAMATIONES PROPALAM FACIVNDAS, SVBDITIS POENAS INDICERE, PROVT NEGOTII CVIVSQVE RATIO AC NECESSITAS POSTVLARIT. 1.

Lib. 3. Cap. 64. Franc. leg.

MOS patrius *Bannorum* appellatione intelligit edicta generalésque denunciationes *Castellani* magnatis, quibus euocantur subditi, vel vt imperata faciant, publicè admonentur. Inde *bannitus*, i. euocatus, Francica Lege ista, Quicúnque nostros habens honores, in hostem bannitus fuerit, & ad condictum placitum non venerit, &c. Huic Legi affinis est Neustriæ consuetudo hæc vetus (Cap. 43.) *Lost au Prince de Normandie dés le iour qu'il est banni, prolonge les querelles.* Quisquis pariter absens ex crimine, edictis adesse iubeatur, nostrate lingua dicitur, *adiourné à ban & cry public.* Idipsum dilucidè ostendit Practicus Galliæ summus, Faber ad §. 1. Institut. Quib. mod. ius patr. potest. soluit. Vbi. nonnulli, inquit, banniuntur propter contumaciam, quia non veniunt vocati per bannum: & hi non assimilantur deportatis, quia nulla Sententia fertur contra tales, sed bona tantùm anotantur. Sed sunt quidam qui banniuntur per Sententias, & Bannum eis pro pœna imponitur: necassimilantur deportatis, quùm nulla eis Insula adsignetur, & quia omnes banniuntur de consuetudine, & tamen non deportantur. Publicas illas citationes celebrat Ius Municipale Andium §. 147. *Banni* item, quod exilium sonat, mentio habetur seq. Artic. 148. & 149. Moris Andeg. Verùm Alciatus aliunde dictos putat *Bannitos*, à quadam videlicet *Abannatione:* quòd apud Græcos, fortuitæ cædis auctor Patria per annum exularet, donec à tali crimine expiatus deinde reuerteretur. Idque exilium ἀπαναυτησμὸς, quasi abannatio vocabatur. Parerg. Lib. 2. Cap. 2. Sed verius est, *Banni* huius nomen vsurpatum à publico edicto Magistratuum, vt reus peractus solum patrium vertere cogeretur: graui interdicto pœnæque sanctione, si rediisset. Nam & sumitur quandoq; *Bannum* pro pœna, vt pote si quis ad exercitum non respondeat. Inde *Heribannum* dictum ab *Here*, quod militum copias significat, & *Bannum*, mulctam. Atque hinc vetusta Francorum Lex appellabat *Heristitium*, pœnam desertæ vel detrectatæ militiæ. Cap. 72. Lib. 4. Leg. Franc. Non abs re igitur, patria extorres, *Bannitos* nominamus: quorum nempe tabella proscriptorum solet palam proponi, in regiis præsertim Andium tribunalibus,

Bona annotantur, iuxta materiam Tit. De requir. reis.

Hic §. 147. sic incipit, *Combien que ordinairement personne Noble ne soit tenuë respondre d'adiournement fait à ban, &c.*

Art. 148. & seq. Ibi. *Et pource que aucuns, qui pour leurs malefices ont eßté bannis par Iuſtice du Pays &c.*

Digitized by Google

bunalibus, vt si spreto Interdicto deprehendantur in ea, ex qua relegati sint, Prouincia, seueriſſimè puniantur. Cita. Artic. 149. Longobardi quoque ipsi exilio damnatos *Bannitorum* nomine designarunt. Lib. feud. 4. Tit. 27. Dominum, inquiunt, excõmunicatum, vel à Rege *Bannitum*, non est obligatus vasallus ad adiuuandum.

2. VERVM hoc ciuicæ Legis §. 45. *Banna* accipiuntur pro publica citatione ac denunciatione, quæ à solis *Castellanis* fit, non pro exilio. Alioquin minoribus Iuridicis competit ius exilij indicendi, nedum *Castellanis*. Vt T. ostendimus in §. 39. Art. 5. Neque olim *Castellanis* liberius fuit, exules domum reuocare, quàm inferioribus Iuridicis: quòd maiores hæ *Baronum* extiterint prærogatiuæ, Iurisque dictionis ipsorum Notæ illustriores. Vt priscis Andium Moribus proditũ est, in hunc modum. *Le Comte, le Baron ſoubz le reſſort & ſouueraineté du Prince eſd. païs ont toute Iuſtice haute, Moyenne, & Baſſe en leur terre & ſur leurs ſubgiz: ont auxi le Pardon & Remiſſion des deliz faiz par leſd. ſubgiz en leur Iuriſdiction, Juſtice, Forban, Rappel, Pendre, Noyer, & mettre le cas Criminel en cas Ciuil, &c.* Ex antiquo Exemplari Andensium Consuet. perscripto An. 1437. Imò & Gallis penè omnibus ritum eundẽ vsurpari, tradit Auctor *Summæ Ruralis*, postrema huius sententiæ periodo. *Le Gentilhome, qui tient Seigneurie de haute Iuſtice, eſt appellé Vauaſſeur, & n'a Marché, & ne peut affranchir de corps comme le Baron, ne cognoiſtre des cas de Reſſort: Item n'a Chaſſe ne pourſuite de Beſte ſauuage hors de ſa terre, comme le Ber, ne ſon Banni ne peut prendre ne demander*, Tit *Du droit au Baron ou au Ber*. Sed de *Banno* seu exilio viderimus postea, nunc quod præsentis est inspectionis, *Bannum* seu publicam denuntiationem excutiamus. Soli quidem *Castellano* licet, iussa sua præconio euulgare, ac prohibitoriis Edictis monere subditos, si quid factum ab iis velit, aut nolit. §. 45. Leg. Andeg. In Belgicis verò, seu *Picardorum* municipiis, Alti etiam Iuridici hanc sibi arrogant potestatem mandata sua promulgandi voce præconis. Ac imprimis die Pagi cuiusque celebriori decernunt edicta sublimes Iuridici, & Syluanecten. Legis clausula, *Au hault Juſticier du lieu appartient à faire faire le Cry le iour de la Feſte dud. lieu, donner congé de faire pendre pris pour ioüer à la Paulme, eſtaler Marchandiſes, dancer, &c.* §. 106. Ast hîc obiter defienda venit temporum corruptela, Diuis festos sanctósque Dies, ludis, choreis celebrantium, aut prophano mercium Emporio perfrequenti. *Secularibus id moris eſt*, (scriptore Bernardo) *vt diebus Feſtis feſtiua ſibi conuiuia parent: & quantò fuerit ſolennitas clarior, tantò ſplendidiùs epulentur.* Ecquid verò Basilius Magn. de quæstuariis Nundinis, quæ sua iamdùm ætate solennibus Diuorum Festis tractabantur? Neque, inſit, nundinationes illæ, quæ ad sepulchra sanctorum Martyrum celebrari solitæ sunt, conuenire nobis putandæ sunt. Nec enim vllam aliam ob causam adesse decet Christianos ad Martyrum conditoria, aut istis contigua loca inuisere, quàm orandi causa, & vt Sanctorum constantiæ admoniti, qua illi, ne pietatem

Castellanis licitum est *bannir, Etau non pas rappeller du Ban.*

De Capitalium tamen criminum venia, purè Regia, quolue infrascripta, Cap. 48.

Senlis.

Serm. 1. De Festiuitate omn. Sanctor.

In Lib. Regular. fusius disputat. Interrogat. 46.

amitterent, ad necem vsque fortiter perseueratunt, ipsi quoque ad similis fortitudinis æmulationem incitentur. Nimirum memoria tenendum est illud, quàm terrifica & formidabili ira olim exarserit DOMINVS, qui cùm semper & vbique mansuetus ac humilis corde fuisset, in eos tamen solos flagellum intendit, qui circùm Templum vendendis, emundísque mercibus operam dabant: quippe quasi Nundinatio illa, Orationis domum in latronum spelunca conuerteret, Hæc ille.

Esaiæ Cap. 1. Odi festiuitates vestras ciusmodi &c.

D. Augustinus de diebus Ægyptiacis & Kalendis Ianuarij, in can. antepenult. 26. quæst. 7. Non obseruetis, inquit, dies qui dicuntur Ægyptiaci aut Kalendas Ianuarij, in quibus cantilenæ quædam & commessationes, & adinuicem donâ donantur, quasi in principio anni, boni fati augurio. Et concilium Bracarense, Can. 113. Ibidem, Non licet, inquit, iniquas obseruationes agere Calendarum, & otiis vacare Gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Romanum Concilium. Can. 14. caus. 28. quæst. 7. Si quis Kalendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, vel aliquid plus, aut noui facere propter nouum annum, aut mensas dapibus vel epulas in domibus præparare & per vicos & plateas cantiones & choreas ducere præsumpserit quòd magna iniquitas est coram Deo, anathema sit.

Tertulianus in Lib. de Idololatria, Christianos vituperat, quod Saturnalia, & Ianuariæ & brumæ, & matronales, inter eos frequenter, & munera commeent strenæ consonent, lusus, conuiuia constrepant &c.

3. Est quoque *Bannorum* genus quoddam apud Andes, sublimibus concessum Iudicis, nedum *Castellanis*. Bonorum enim auctiones præconiáque publica vulgò fiunt ex auctoritate alti Iuridici, quòd eius signatorio anulo consignentur debitorum nominum Tabulæ, vel sui Iudicis Sententiæ, quas Nuncius publicus exequatur in res obærati. Scriptus certè Mos Andium vtitur hac solùm vulgati voce *de Criees*, non *de Bannies*. §. 486. Sed & istam promiscuè vsurpant Municipes nostri in forensibus ciuilibúsque explicandis negotiis, vt patriæ Ciuitatis iure donata quoddammodò videatur. Alia deinde occurit *Banni* species haud solis *Castellanis* irrogata, Andium Consuetudine: verùm iis pariter, qui titulo innituntur aut diuturnæ eius iuris possessioni. §. 184. cum duob. seq. Nam, vt rectos soli Dominos taceam, qui fundum possessore vacuum *font bannir par. 3. Bannies à iour de Dimanche à Ban d'Egliſe.* (i. §. 442.) extat illîc *Ban de vendenger*, quasi prohibitoria nunciatio, ne quis vindemiet, aut vina sua diuendat intra tempus à Domino præfinitum. Quo de iure *Banni* non modò statuunt nostrates, sed Italicæ simul Leges Municipales plusculæ. *Banni* causam adfert Cepola Veronens. Cap. 20. Lib. De seruit. rust. præd. Vers. quæro, in quibusdam locis sunt Statuta, ne quis possit vindemiare, vel messem facere etiam in suo, nisi certo tempore. Ait enim, hoc ideo à Dominis locorum interdictum, ne fruges decerpere immaturas & tempore non suo cogerentur. Proin Auenionensi etiam Constitutione, *Racemare nisi post proclamationes nemini licet.* Præclara vtique Regionum Politia, in quibus, stato die tantùm pagatim Rusticis præscripto fructus aruorum demetuntur. Vt scitè addocet Vtopia Mori, apud quam, frumentandi instante die Magistratibus vrbanis agricolarum Phylarchi denunciant, quantum ciuium numerum ad se mitti conueniat, quæ multitudo frumentorum: quùm ad ipsum diem opportunè adsit, vno propè sereno die tota frumentatione defunguntur. Vtopianæ Reipub. Lib. 2.

In Belgicis nec non Regionibus vulgò sumitur *le Ban & Finage* pro territorio, in quo vnus aliquis terrendi & edicendi ius habet.

Criées & Bannies.

De la denõciation faite à Ban en la paroiſſe, où la choſe feodale eſt. §. 109. Andeg. Consuet.

Italica Statuta.

Ban de vendanger, & tanerne Banniere.

Auenionen. Statuti verba.

4. ANDEGAVIS planè ignotum est *le Ban de moiſſons*, at prædictum

Digitized by Google

ctum illud *Ban de vendanger* vt familiare fuit ſparſim Maioribus noſtris, ita præter *Caſtellanos* cæteris permiſſum Magnatibus, qui tale *Bannum* indicere conſueuerint. Capp. ſuprarelatis. Æquum eſt enim, in ſumma vini vbertate ac copia, cuius ferax imprimis Andium tellus, ſanciri *Bannum* vinarium ſeu vindemiatorium: quo & Andegaui Comites iure egregio præcipuóque in Municipes quondam omnes vtebãtur. Indices eiuſce rei, Pactorum Tabulæ indigenæ, Comitis Pop.que Andegauen. in hanc ſententiam. *Karolus filius illuſtris Regis Franciæ, Andegauiæ, Cenomaniæ, Prouinciæ, & Hannoniæ Comes, &c. Notum facimus omnibus & ſingulis, quòd nos inſpeximus & audiuimus Literas nobilis viri Gaufridi quondam Andegauiæ Comitis, Fulconis venerabilis Hieroſolymitanorum regis filij, in hæc verba. Notum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quòd Gaufridus Andegauiæ Comes Fulconis venerabilis Hieroſolymitanorum Regis filius, conceſſit omnibus hominibus Andegauiæ, quòd debitores Vinagij ſui de vno quoque arpento terræ ſuæ, vnde ipſe Vinagium habere debebat & ſolebat per ſingulos annos, proxima die poſt feſtum S. Michaëlis pro Vinagiis ſuis cenſus ei reddant: Quos ſi die illa non reddiderint, proxima die ſequenti & cenſus & conſuetam Vinagij legem perſoluent. Ac ſi nec cenſum nec legem perſoluere voluerint, Comes de vinea ſiue de terra ſuum velle faciet: Saluo tamen eorum iure, de quorum feodis vinea aut terra fuerit. Conceſſit præterea idem Comes, quòd nunquam faciet aut fieri permittet Andegauis Bannum, niſi de vino ſuarum propriarum vinearum. Inſuper ſtabiliunt, quòd nemo ab Ingrandia vſque Andegauum niſi ſolummodò Andegauen. chalanium aut nauem vino venali onerare queat aut portum facere præſumat. Quicunque autem voluerit, vinum Andegauen. adducat, ibique non cum patella, ſed cum lagitereulis illud vendat, Comitique ſuam coſtumam rectam ſcilicet de ſingulis modiis quinque denar. reddat. Vinum verò Andegauen. emptum à mercatoribus, quocunque voluerint, ducatur. Anno ab Incarnatione Domini. 1135. Pridie Kalend. Iulij. Innocentio. 2. S. Rom. Sedis Pontifice ſummo, Vlgerio Andeg. Præſule. Regnantibus Fulcone prædicti Comitis fratre apud Hieroſolymam, Ludouico in Francia, Henrico eiuſdem Gaufridi filio in Anglia. Nos verò Karolus Comes ſdictus, quia Litera dictæ conceſſionis erat quaſi illegibilis & in pluribus offuſcata, ipſam dictis ciuibus noſtris Andegauen. volumus ex gratia in melius reparare, & tenorem habere perpetuæ firmitatis. Addentes, quòd amodò nos vel hæredes noſtri aut ſucceſſores Bannum vini apud Andeg. nullatenus fieri permittemus. Firmiter & perpetuò ſtatuentes, quòd ſi vinum de extra Quinctam Andeg. apud Andeg. venerit in chalanno, ad terram minimè deſcendatur, & venale poſitum in taberna, non cum patella, ſed cum lagunculis vendatur: Ita quòd chalannus ſemper fluctuet in aqua, minimè tangens portum. Si verò nouum venerit in quadriga, vendatur cum lagunculis, non patellâ: ita quòd timones quadrigæ nullatenus tangant terram, quandiu ipſum vinum venale fuerit in taberna, &c. Actum Menſe April. An. 1253.*

Copia Ordinationis ſeu Appunctuamẽti facti cum ciuibus Andegauen. ſuper facto Vinagiorum & Banni Andegauis &c. Quod Karolus frater D. Ludouici confirmauit An. 1253.

Geoffroy le Bel, Comte d'Anjou, Fils de Foulques d'Anjou, Roy de Hieruſalem. Lequel Geoffroy mourut l'an 1150.

Die vlt. Iunij An. 1135.

Ex ſecunda vxore Fulconis Andegaui filia Balduini Flandri Regis Hieroſolym. regnarunt Andegaui in Paleſtina Syriæ.

Conuentionem hanc Andegauorum Comitum cum ſuis ciuibus confirmauit Rex Karolus. 5. Iulio Menſe An. 1366.

5. Ex hoc iure Dominici *Banni* emergit ardua queſtio, an tempus

illud, quod subditis præfinitur edicto, vindemiæ causa, generale esse debeat ac vniforme, nûm verò etiam particulare. Nam Thesaurarius sacerdos ac Ierophilax Fani Hilarij Pictonen. sibi asserit ius temporis statuendi futuræ vindemiæ quotannis, non in vniuersos tantùm publico præconio, sed & in singulos Vicanos pagi sui *Destaples* pro fœcunditate soli cuiusque, ac vitis vindemiæque maturitate: Quùm dubium non sit, alias aliis ocyùs matureſcere vineas, vindemiæque paratiores esse. At Rustici plebeij defendunt, Dominum generali edicto in subditos contentum esse debere, nec singulos vineæ possessores cogendos, ab eo seorsùm petere veniam, dieíque adsignationem faciundæ vindemiæ. Nos tamen ea de re consultoribus rogati diximus, iustiorem Domini causam videri, rectéque eum à Palatinis Iudicibus libellorum prouocasse, qui pro Vicanorum libertate contra ipsum pronunciarent. An. 1577. Sic enim locorum Dynastæ quondam perpetuis colonis fruendos dedêre fundos aut vites, vt tamen vterentur iis ciuili modo, & quàm minimo fieri posset primarij Domini ipsorum dispendio. Argum. l. certo generi. §. si totus D. De seruit. rust. præd. Quemadmodùm nemoris vsu olim concesso habitatoribus Vici, potest nihilo seciùs is qui concessit, eum vsum certo modulo finibúsque regionum arctare: ne domino inutilis maneat vsquequaque rerum proprietas. Vt Regiis Gallorum Constitutionibus præcipitur, ac Rebus iudicatis in Parisien. præfectura syluarum: quibus tertia pars syluæ vsuario Pago, reliquæ Domino solent addici. Iuxta leg. Diuus §. vlt. ff. De vsu & habit. Quantò firmiùs Dominis licitum sit, vindemiæ diem præconio subditis præscribere? Nec enim tali edicto minuuntur Vicanorum possessiones ac vites, quas & sigillatim Dominici apparitores custodiunt, appetente vindemia: Nec ideò committendum, vt Dominicæ vineæ præcipiti priuatorum vindemia aliquid ferant detrimenti.

Ban de vendanger. Droicts du Threzorier de l'Eglise S. Hilaire de Poictiers.

Regia Ordinatio Caroli. 5. An. 1376. Et Francisci. 1. An. 1515.

VBI autem Princeps concurrit cum minoribus Toparchis aliis, quorum hic vni, ille alteri dominatur Territorio, rectiùs dicetur, solida hæc iura *du Ban & du Cry* ad Regios Magistratus pertinere, non ad Magnates inferiores. Putà, suburbana regio Barri ad Albam flumen, vitifera est, optimíque vini feracissima. Ibidem multi passim Domini præsunt Iure territorij. Quæsitum est, an Barri oppidi ciues, qui in suburbanos fundos vindemiatum eunt necesse habeant, à suis vicissim Dominis vindemiæ faciendæ diem postulare, an verò à Principali Iuridico, qui sedet in vrbe Barrensi. In proposito sanè, præsumptum est, Regem solum *Banni* iure præditum esse: non quasi præscriptione temporis ablatum sit minoribus Dynastis, sed antiquitus exceptum à Principe, tanquam locorum Domino summo. Idque non leuis momenti est in rebus commodísque popularium, qui vnico regij Iudicis permissu faciliùs expediunt vindemiam, quàm si priuatus quisque à singulis locorum Dominis

Bar sur Aulbe, en Champagne.

6.

condictum

condictum vindemiæ diem requireret, variis discretum interuallis. Proin consultò deliberata re censui Altos Iuridicos perperam appellasse à regio Præposito Barri Campaniæ Gallicæ opiduli, qui ciuibus vinearum proprietariis indixerat *le Ban de vendanger, &c.* Quãquam enim illorum priuatim interest, nummariis mulctis non fraudari, quæ suis fortè subditis irrogentur, tali edicto non parentibus: Publicè tamen est vtilius, concurrentem cum inferioribus Principem agnoscere eiúsque Magistratum, quàm minoris Iuridici domini cuiusuis: ne variè distinctis temporum spatiis suspensa vindemia, diutius remoretur possessores, vel ab vno nimiùm accelerata, alienis commodis officiat. In iis itidem plerique sunt nostri ordinis ciues, qui sua multùm referre dicant, certis frui vindemialibus Feriis nec diuerse interpositis: Quippe quùm indulgente vindemia, solutus animus in quietem, solennes ac statas Anni fatigantis inducias sortiatur. Auctore D. Cypriano in Epist. ad Donatum. Reliquis certè anni Mensibus lites pendere diu vindemia quædam est, Poëtæ versu. At beatius obiter I. Consulti otium, quùm spumat plenis vindemia labris. Dum enim alij sibimetipsis modò (in legendis terræ frugibus) hic Reipubl. studet legendis scribendísque posteritati Monumentis. Longè aliter ac Horatianus ille, qui iamiám abditus agello paterno, sulcos feriò & vineta mera crepabat.

De hoc Banno vindemiatorio, Nos suprà Cap. 31.

7. VNVM restat purè regium *Bannum*, quod beneficiariis possessoribus indicitur militiæ ergô à Rege, non à Regulo aliquo inferiori. Cuius rei testem aduoco Gregorium Turonen. qui, Bannos, ait, exigi Rex iussit ab iis qui in exercitum non ambularant. Lib. 5. Cap. 26. Hinc fit nonnunquam, vt militum acies ipsa designetur *Banni* nomine ac *Retrobanni*. Apud Frossartum, Hist. Volum. 2. Cap. 118. ita scripto: *Nonobstant ce, (dict Philip. d'Arteuelle) ne demourera il pas que ie ne voyse à Gand querir l'Arierreban, & si viendray combatre le Roy de France & les François, comment qu'il m'en preigne, &c.* Sed in eo genere mota dubitatio est apud CONSCRIPTOS PATRES, nûm Andensi vrbi Præfectus solus posset, nûm & quilibet Andium Proprætor, in suum cuiúsque Tribunal euocare ac subeuocare militaris ordinis viros, imperante *Bannum* Rege. Quo in problemate, Nos pro Baugeio, & Salmurensi Iudicibus regiis differuimus in Senatu, hos peræquè Andegaui Prætoris vices gerere, ac Vicarium illum Iuridicum in matrice aliarum Vrbe Andegauen. Triplex enim Regij *Seneschalli* forum esse, cui Foro totidem Vicarij Iuridici seu Legati præsint. Vt adnotatur. §. 149. patriæ Legis. Atquin prouinciæ Præfecti munus est eiusve Legatorum, iubere, curare, vt regio *Banno ac Retrobanno* pareatur, deque eo ius dicere, mulctare contumaces. Regia Constitut. Errici. 2. edita. 12. Kalend. Octob. An. 1551. de clientibus, ac subclientibus, militari Principis euocationi obnoxiis. Artic. 3. 4. & 8. Ex quibus inferebam, regios Magistratus omnes, qui vicario *Seneschalli* munere fungantur, licitè ex equi militare

Militare Bannum, ac Retrobannum.

Ambarra Consuet. cautũ est, *quelos Vassaux du Bailliage de Bar sont tenus (quant ils sont requis) aller & seruir en armes leur Seigneur Duc és guerres qu'il pourroit auoir contres les ennemis de son pays, aux despens dud. Seigneur.* §. 3. antiquæ Consuet. redactæ die. 28. 29. & 30. Septemb. An. 1506. Tum renouatæ Mens. Octob. 1579.

Ordinatio regis Henrici. 2. Die. 20. Septemb. An. 1551. cuius Artic 13. sic habet. *Et se feront les conuocations des Monstres en chascun Bailliage & Seneschaucée au lieu & siege principal & plus ancien d'iceux accoustumé à faire lesd. conuocations & monstres: Et s'il y a plusieurs petis Bailliages ou Seneschaucées assemblées, elles se feront au principal siege du plus grand & notable desd. Bailliages & Seneschaucées, auquel sera subiect. and. Ban-*

seront tenuz comparoir, &c.

edictum seu *Bannum* in clientes beneficiarios: qui subsint alioquin eorum Iurisdictioni, ab suis clientelaribus prædiis. Nec mutat quòd Frãciscus. 1. Rex sanxerit, solos Præsidales iudices de iis litibus cognituros, quæ ex tali *Banno* indicto forsan emergerent. §. 3. Regiæ Legis apud Cremolium conditæ. 13. Kal. Quintiles An. 1536. de præscriptis Officij regulis Prætori cuique, seu Præsidali iudici Municipiorũ, ac inferioribus ibidem Principis Iuridicis. Illîc enim Legislator solùm distincta voluit vtriúsq; Iurisdictionis munia, maioris nempe, quæ *Seneschallo* seu *Baillino*, & minoris Præfecturæ, quæ *Præposito* cõpetat eadem in Vrbe, seu *Castellano*. Alia porrò iuridicarum Sedium ratio est, quarum in suo quæque Oppido celsiorem illam Præfecturam gerunt, tanta in suos auctoritate, quanta Suppræfectus in metropoli Prouinciæ. Nam Iuridicos suos Conuentus habet perinde *Seneschalli* Vicarius in Oppido inferiore, seu *Assisias*, ac eiusdem Legatus in primaria Andium Ciuitate. Ergo par omnino & æqualis vtriúsque Vicarij potestas censenda: quùm vnum pariter idémque Præsulis, ac Vicarij Tribunal esse, rescripserit Bonifacius. 8. Pontifex, Cap. 2. De consuet. Ac Innocentius. 4. in Consilio Lugdunensi Cap. Romana De appel.. in 6.

Edict de Cremieu du 19. de Iuing. l'An 1536.

Pardeuant M. Girard de Montortier Lieuten. à Baugé fut la tenüe du Ban & arriereban l'an 1485. & 1490. en ceste maniere, C'est assauoir que chaque Lieuten. en son siege mande & conuoque les vassaux & subiectz, possesseurs des Fiefz, dresse le Roolle des valides & habiles à faire le seruice militaire personnel, auec autres inhabiles, comme vefues & roturiers, ausquels il impose vne taxe pecuniaire à la proportion de la valeur du Fief, cogneist des priuilegiez & exemptz du Ban. Et par apres le Greffier dud. siege porte les deniers & estat du Ban clox & arresté au siege principal de la Seneschaucée, ou autre lieu, où le Roy a commãdé de la monstre estre faicte. Auquel lieu & prochaine monstre qui se faict en armes se doiuent trouuer les vassaux en l'equipage requis par les Ordonn. & marcher pour le seruice du Roy.

Hîs subiungebam, Baugeyum & Salmurensem Iuridicos plus- 8.
quàm seculari *Bannorum* possessione adiuuari, & centum iam abhinc annos præfuisse *Banno ac Retrobanno*, quotiescúnque iniunctũ sit à Principe. Armorico enim vrgente bello, Karolus. 8. militum delectum haberi præcepit, cogíque exercitum ex singulis militarium fundorum proprietariis. An. 1488. Eóque regius Andium Propræfectus apud Baugeyum, euocauit milites clientésque beneficiarios iure *Banni ac Retrobanni*, & clientelaria prædia retulit in Codices militares. Vt priscis eius Fori actis perscriptum est. Ediuersò autem suggerebatur à parte Vicarij Andium Iuridici in Vrbe, huic vni *Bannum* exequi licere pro imperio superiore, singularíque muneris sui prærogatiua. Id iuris speciatim attributum esse Præsidi prouinciæ ac summo eiusdẽ Tribunali. Regia Lege. 10. Kal. Iunias An. 1545. Quinto Idus Februar. 1547. 5. Kal. Martias. 1551. & Decimo Kal. Februar. An. 1554. Quò etiã confluit Decretorũ Curiæ auctoritas ex simili *Bannorum* controuersia. Nam & ante regia illa Edicta, Senatus talis *Banni* cognitionem executionemque addixit Suppræfecto in principe Ciuitate Municipij aduersus regios minorum Oppidorum Magistratus. Aresto postridie Idus Decemb. An. 1534. pro Matthæo *Le Turc*, legato Prætoris Veromanduorum in Laudunensi matrice Vrbe: contra Michaëlem *Dey*, eiusce Præfecti Vicarium in minore oppido Fani Quintili. Auberio, Turci appellantis: & Fauierio, aduersarij causam orantibus. Quùm autem Præiudicio isto certaret Andensis vrbis Proprætor in Baugeyum & Salmurensem Suppræfectos, clepsydra foresem patronorum actionem interrupit. Sub finem Iunij An. 1576. In Catalogo Pictauensium causarum.

fait à Chastaudun, l'autre à Fontainebleau le 9. Febur. 1547. autre 25. Febu. 1551. le dern. du 23. Ianuier. 1554.

Placitum Curiæ die 24. Decemb. 1534. *An Roolle de Vermandois.*

S. Quentin, en Vermand.

: Causa regij Banni in Consilium missa à

cauſarum. Denique diſceptatum palàm negotium in Senatoria Pictonum Seſſione, PATRES conſilij eſſe pronuntiarunt. Toublancio, Meque dicentibus 6. Kalend. Nouemb. an. 1579. Interim verò liberè expromam, quid ea de re ſentientes nonnullos deprehenderim, militaris *Banni* notionem auctoritatémque Iuridicam pertinere ad maioris, nec minorum Prouinciæ oppidorum Magiſtratus Principales. Eam in ſententiam inclinare ſe CH. Thuanus (dum cauſa hæc ageretur primùm) clara voce ſignificauit Antiſtes Curiæ ſummæ Pariſiorum. Nec id abſque probabili quadam ratione, cùm publici Conuentus Prouinciæ cuiuſque haud alibi quondam haberentur, quàm in Prouincialium Oppido inſigniori. Nam Plinius, Smyrnæum, inquit, conuentum magna pars Æoliæ frequentat. Epheſum, alterum lumen Aſiæ, remotiores conueniunt Cæſarienſes Metropolitæ. Hiſt. Lib. 5. Obid quoque, Roman. Proconſul Aſiam applicans tenebatur * τὴν μητροπόλιν ἔφεσον primam attingere. Vt Antoninus Auguſtus ad deſideria Aſianorum reſcripſerat, teſte Vlpiano l. Obſeruare De offic. Proconſ. & leg. Verum quoad prædictam de Regio *Banno* hypotheſin, præſto eſt Diploma Principis Galli. 12. Kalend. April. An. 1554. quo, ius euocandi & ſubeuocandi *Feudatarios* in cauſam militiæ, declaratur, peræquè Baugeio, Salmuríque Iudicibus competere, ac Proprætori Andium in Vrbe.

delectis Senatoribus Magnorum dierum Pictauen. Die. 27. Octob. an. 1579.

Lettres de Declaration du Roy en forme d'Arreſt, expediées en ſon priué Conſeil 21. Mars 1554. Que les Lieutenans de Saulmur & Baugé cognoiſſent du Ban & arriereban en ce qui eſt de leur reſſort, comme le Lieutenant d'Angiers au ſien. Et depuis ſur ce que les Officiers d'Angers auoient eu vne Patente le 18. Iuillet 1568. de creation d'vn Iuge des exempts par appel, & ces Royaux, à cauſe de l'appennage du Duc d'Anion, la Cour le 14. Aouſt enſuiuant verifia leſd. lettres, à la charge que en chaſcun des ſieges Royaux particuliers les Lieutenans ingeroient des ces Royaux diſtributiuè & reſpectiuè.

* inter matrices vrbes Epheſum primâ adire.

Cap. 46.

Peuent d'auantage leſd. ſeigneurs Chaſtellains faire tenir leurs petis Plaids Chaſtellains de quinze iours en quinze iours: eſquels leurſdits Officiers en office de Chaſtellain peuent cognoiſtre de toutes Actions perſonnelles Ciuiles, non excedans la ſomme de 60. ſols tourn. entre Gens laiz roturiers ſeulement. Toutesfois entre Marchans forains peuent bien leſd. Officiers Chaſtellains cognoiſtre ſommairement & de plain de plus grans ſommes, ſans attendre leſdits Plaids Chaſtellains: duquel Officier Chaſtellain on peut appeller, & doit-on releuer en l'ordinaire des Aſſiſes dudit ſeigneur Chaſtellain deuant le Baillif, Iuge, ou Seneſchal. Et ne peut led. Officier Chaſtellain donner Tutelles, Curatelles, & Procurations par non puiſſance, ne autre proviſion de Iuſtice.

1. PROSSVNT DEINCEPS CASTELLANIÆ DOMINI QVINDECIMO QVOQVE DIE SVBDITIS IVS REDDERE IN TRIBVNALI SESSIONEQVE INFERIORI: IN QVA, DOMINICI MAGISTRATV, QVOS CASTELLANOS VOCANT, RITE COGNOSCVNT DE OMNIBVS IN PERSONAM CONCEPTIS ACTIONIBVS, QVÆ AD REM PECVNIARIAM SPECTENT INTER PROFANOS SIMVL AC IGNOBILES, NEC. 60. ASSIVM SVMMAM EXCEDANT. HVIVSMODI TAMEN CASTELLANORVM EXPEDITIOR NOTIO EST

Les petis Plaids Chaſtellains.

In hoc §. Conſuet. (quum ea reformaretur) proteſtatus eſt Dominus *de Montesrouballay* Dux Longeuillanus, eũ Conſuet. Articulum ſuis iuribus minimè obfuturum.

CELERIORQVE INTER EXTRANEOS MERCATORES DE GRANDIORI ETIAM PECVNIÆ SVMMA : QVORVM LITES EXTERORVM AB ILLIS DE PLANO LIBERE DIRIMVNTVR, ORDINARIO FORI DIE MINIME EXPECTATO. PORRO A MINORI HOC IVDICE CASTELLANO CVIVIS LICITVM EST PROVOCARE, ET PROVOCATIONIS DIEM ADVERSARIO DICERE AD STATAS SOLENNESQVE DOMINI CASTELLANI SESSIONES : QVIBVS PRÆEST IVRIDICVS MAIOR, QVI SENESCHALVS, IVDEX, VEL BAILLIVVS APPELLATVR. CASTELLANVS PLANE MAGISTRATVS MINOR NEQVIT DARE TVTORES, CVRATORES, PROCVRATORES OB IMPOTENTIAM, NEC ALIA IVRIDICÆ POTESTATIS ACTA, QVÆ EX LIBELLO FORTASSIS SVMMATIMQVE EXPEDIVNDA VENIVNT, DECERNERE.

L'ordinaire des Assises du seigneur Chastellain.

IN multis Galliæ Municipiis non sinitur *Baro*, *Castellanúsve* multiplicem Iudicum ordinem constituere, ita vt ab vno ad alterum prouocationes interponantur. Quemadmodùm ait Faber luculentè, ad §. 1. Institut. De vulg. substit. Vt enim *Baronibus* ac *Castellanis* datam fateamur, vnà cum Oppidis & Arcibus, Iurisdictionem quæ illis inhæreat: Certè apud concedentes remanet potestas superior, ac noua recognitio tributæ Iurisdictionis. Vnde à Sententia lata ab eo, cui sit mandata Iurisdictio, vel ab eius Iudice appellandus est is potiùs, qui mandauit, quàm *Baillius Castellani domini*. Vt sensit Durandus Specul. & Ioh. Andr. in Rubr. de Iurisdict. omn. iud. Angel. ad l. 1. §. vlt. ff. De offic. eius cui mand. At ciuili Iure Andium, Castellarij magnates habent duos Iuridici imperij gradus hoc §. 46. Cui planè respondet Turonum Consuetudo, Blesens. Syluanecten. Angolismen. & aliæ nonnullæ.

Dominus Castellanus habet la petite & la grande Assise: la petite Assise, aliàs *les plaids Chastellains*, aliàs *dicta Preuosti*. art. 4. Pictauen. Consuet. & 1. 2. Rupellanæ.

MINORES autem fundorum Dynastæ, quàmlibet sublimes Iuridici, carent isto iure *Ressortus*, nec ab inferiori Iudice appellationes queunt iudicio definire. Vt docet antiquus Forensium Institutorum Galliæ Codex, Tit. *De haute Iustice*. *Nota que à Clichi ou à Montereul sur le Boys, & en plusieurs autres telles Iurisdictions à Maire, & dudit Maire l'en veut appeller deuant vn qui se faict appeller le Baillif, & ainsi abusiuement veulent acquerir Ressort, là où il n'y en a point, ne doit auoir. Car tout n'est qu'vne Cour, vn Auditoire, vn Juge, & fussent ils soixante Siegers, si n'est ce qu'vne mesme Iurisdiction, ne il n'y a point d'appel de l'vn à l'autre qui sont en pareille puissance & degré. Mais les Seigneurs pour leurs grosses causes, & pour le cas criminel qu'ils ont en leurs Cours, peuent bien auoir vn sage Aduocat, pardeuant lequel à certain iour le Maire peut reseruer les grands cas douteux: Mais pour ce ne sera ce pas fondation de Ressort, ne il ne sera ia fors representant la personne du Maire, &c. Item il ne souffist pas de dire, i'ay toute Iustice, par ce i'ay Ressort. Mais len doit regarder en leurs anciens aduenz, s'ils* 2.

Iustice de Ressort & reformation par appel.

Niuernens. Consuet. §. 14. Aucun en sa Iustice n'a droict d'auoir baillif, tenir Assises, cognoistre & decider des causes d'appel, s'il n'a droict de Chastellanye, ou qu'il ait iouy dudit droict, par temps, &c. Mais seulement à Iuge, & Garde de Iustice.

auoient

auoient tenir à Iuſtice, & quelle, item leur demander leur tiltre du Reſſort. Item ſe il ſe nomme Baillif, pour ce n'a-il pas Reſſort, ne ſi ne peut pas pour ce tenir Aſsiſe. Car il n'eſt que Iuge premier pour ordonner en premiere Iuriſdiction & prendre Cour, qui ne doit cognoiſtre que des cauſes pures ordinaires, comme Maire, ne tous deux, ou plus, ſe plus ſont, ne doiuent auoir que vn ſeul lieu, vn ſeul Siege, vn Pretoire, vn Tabellion, vn Papier, &c. Lib. 4. *Du grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique.* Tale Forum etiam decimus peculiari Normanico, *la Cohuë*, à coëunte illuc litigatorum multitudine.

Cohuë, vetus Normanicum.

3. HODIE quodammodò abrogatum eſt Lege Regia caput noſtræ Conſuet. de gemina Sede iuridiciali, quam ſibi olim eodem in Oppido vel Pago ſtatuerint Caſtellarij magnates. Francicis enim Proceribus Rex Edicto præcepit Ruſcinonenſi, è duobus alterum Iuriſdictionis gradum ac Forum cooptare; *Caſtellani* Iudicis ſui, vel *Bailliui*: vt alterutro ſelecto, reliquum deinde euaneſcat. Sed de huius interpretatione Legis, tum Regiæ, tum Municipalis Andegauæ, diſputatum fuit in Senatu nuper à Dureſtali Toparchis, aduerſus Franciſcum *Lebigot* Regium Iudicem, & Franciſc. *d'Orleans* Procuratorem Fiſci apud Baugeyum, quorum patronus cauſam egi. Illi enim Supr. Curiam appellarant à Regio Baugei Andium magiſtratu, quòd *Caſtellanus* ipſis eorúmque Iudicibus interdixiſſet litium cognitione in minori ſuo Foro, præterquàm perſonalium actionum ad 40. vſque æris aſſes. Quirritabantur illi rurſus, ab eodem vetitum Magiſtratu, ne *Caſtellani* vlla exercerent iudicia, ac litigantibus iura darent, niſi ſemel intra quindecimum quemque diem, in Forenſi ſuo Conſeſſu inferiori. Eam ſcilicet appellandi Senatus rationem adferebant, quòd Regiæ Legis coactu ſibi delegiſſent recepiſſéntque maiorem Caſtellariæ ſuæ gradum Iuriſdictionis, cui *Seneſchalus* præeſt: ſublato minore altero, cui Iudex *Caſtellanus*. Ex Conſtitut. Ruſcinonen. perlata an. 1563. Itaque confuſis iam vtriúſque Sedis Iuridice muneribus, nullum ſupereſſe Iuriſdictionis gradum exercitiúmque diſcernendum: ſed de iis omnibus vnum iudicare *Seneſchallum* poſſe, quorum fortè competens non fuiſſet *Caſtellanus*, nullo poſtmodùm diſcrimine cauſarum habito, vel Dierum forenſium. At Nos, ediuersò, pro Regiis apud Baugeyum Iuridicis, (quos iſthûc priuato nomine conuenerant appellantes) eos nequicquam à præſcriptis verbis Andenſium Morum diſceſſiſſe. Vt liquet hoc §. 46. Nil enim proponi, quò minùs abolita etiam *Caſtellani* Iuriſdictione minori, *Seneſchallus* qui in eius locum ſufficitur, eaſdem Iuridicæ poteſtatis leges regulásque teneat eo in Vico ipſo vel Oppidulo. *Seneſchallum* enim, prout in *Caſtellani* munus ſubrogatus ſit, non niſi humilibus cauſis notionem ſuam accommodare debere, bíſque duntaxat menſtruo ſpatio, peræquè ac *Caſtellanum* illum, cuius vices ſuccedaneus obeat iſte. Saluo eo, vt *Seneſchallus* aut *Bailliuus* grauiores definiat controuerſias in maioribus fori Seſſionibus ſeu *Aſsiſis*.

Barones *de Matheſelon, Chaſtillans de Durtſal, membre de ladite Baronie*, à Froſſarte Hiſtorico celebrati, *aux guerres de Haynaut, & de l'Afrique*, lib. 1 cap. 48. & lib. 4 C. 18. Primi fuêre Theobaldus *de Matheſelon* maritus *de Marquiſe de Vitre*, ſub ann. 1130. Gaufredus ann. 1221. Alter Theobaldus cõiunx *d'Alyx de Partenay*. Hubertus aurum filius, cum vxore Pregentia *du Maine*: Ex quibus Theobaldus, *mary d'Yſabel de Silli*. Ex his verò, Iacob *de Mateſelon mary de Marie Leueneur*. Vnde filia tandem, vxor Hectoris *de la Iaille* an. 1455. Cuius ex poſteris maribus orta Margareta *de la Iaille*, filiũ habuit Franciſcum *Deſpeaux* Mareſchalum Franciæ, & huius filia vnica Marchionẽ *d'Eſpinay* maritum auxit hac Dureſtalia & Matheſelonis ditione. Floruit quoque Fulco *de Matheſelon*, Andium Epiſcopus qui obiit Menſ. Dec. an. 1355.

Quid de Barone, putà *de Lauardin au Maine*, qui huius Baronię Foro iuridiciali vniuit ſingulas Iuriſdictiones ſuæ Baroniæ *de Milleſſe*, & Caſtellaniarũ *de Tuſé, d'Aſſe le Riboule, la Corbiniere, &c.*? Literis regiis Menſ. Dec. 1561. Eam vnionẽ fieri non potuiſſe, cum in commodo, diſſenſuvè ſubditorũ præiudicauit Senatus. Arreſto Die 12. Maij

Digitized by Google

1563. Sed illis non reclamantibus, hic Literas promulgauit. Die 15. Mart. 1567. Salua præuentione, regiis casibus, & ressortu appellationum penes regiũ Cenom. Iudicem, cum priuilegio fori Cenom. ciuium, qui Baroni subditi essent.

Arelli die 1. April. 1574.

Erection pour François Desprez, Mareschal de France, des Baronies de Durestal, & Matheselon, unies & incorporées en un fief, ẽ tiltre de Comté, qui sera nuemẽt tenuë du Roy & de la Couronne, & à la charge de l'appel de ses Iuges en Parlement, à la charge de la recõpense preallable des droicts du domaine du Roy, qui seroit diminué par ceste Erection.

Seigneuries de Durestal, & Matheselon erigées en Comté pro Mareschalo Franciæ, filio Ren. *Desprez*, & Margar. *de la Laille*. Die 16. Nou. 1566.

* Factis procul, verbis tenus. Epicteti Philosophi dictum. Die 19. Octob. 1566.

Brissac, ou Brochessac, Castellania fuit Iani *de la Haye* Dn. *de Passauant, par Adueu rendu au Duc d'Anion*, die 15. Mart 1416. Empta autẽ à Ren Cossæo huius patre, qui ex Cossæo, Renati Comitis Prouinciæ Seneschalo descendit, à Neapolit. Nobilibus oriundo.

Erectio Susæ (apud Cenomanos) in Comitatum, quam secuta est reunio fundorũ *de Coulans, Loupelande, la Rutonniere, Brouassin, & la Motte-achart, Vilaynes, & de Chãbreil, & à la charge que le tout sera tenu soubz vn mesme degré de iurisdiction, & mesmes Officiers. Et que les appellations ressortiront là où d'ancienneté elles sont accoustumé ressortir.*

Quæ vnio publicata est in Curia Parisien. Die 22. Mart. an 1574. Susa, ex Renato *de Laual, dict de Rays*, qui fuit an. 1440. mortua Ianæ filiæ stirpe, venit à *ceux de Cham-*

luxta ea, quæ Lege Andium prouinciali sanciuntur. Tandem Senatus dixit rectè prouocatum, appellantésque, per *Seneschallum* suum actionis genus quodlibet ritè iudicio decidere: Siue ea mouetetur actio de crimine, aut de ciuili aliquo negotio, putà de possessione fundorum, vel si in personam, aut in rem actio concepta esset, aut mixta. Demptis hinc solùm Regiæ notionis litibus, præoccupatione causatum, & appellationibus ad Baugeij Sedem superiorem, nullâque interim captione, fraude ac præiudicio iuris Regij in *Castellanos* Ducatus Andegauen. Decreto Curiæ Kalend. Aprilibus an. 1574. Mario, appellantium: Nobis, contrà, Regiorum Magistratuum Oratoribus.

NE quis verò putet, Nos de *Castellania* Durestalij Vici minùs honorificè locutos, quùm eam Rex pridem Comitatus titulo auxerit, reuera quidem Comitatus dignitate ornata est hæc Castellaria Ditio vetus, in gratiam Francisci *Desprez*, Polemarchi Galliarum. Octob. Mens. an. 1564. Vt est in Volum. 3. Actorum Curiæ sub Karolo 9. Rege fol. 265. Sed quia Regij locorum Magistratus intercessêre publicationi noui Comitatus codicillaris, sic temperatum est à Senatu diploma Regium, vt Durestali dynasta, titulo tenus honorarióque nomine Comes appellaretur: quasi *ἕως τοῦ πρέπει, μέχρι τοῦ λέγειν. Decreto 6. Kalend. Decemb. 1566. Huic deinceps concessum à Principe, vt Comitatus ad fœminas perinde ac mares hæreditate transmitteretur: quanquam Edicto in sacrum *Coronæ* patrimonium relata sint, masculis deficientibus, noua huiusmodi *feuda* Ducatus, Marchiæ, Comitatus. Rescripto 14. Kalend. Nouemb. 1566. quod extat in Volum. 3. Regestorum Senatus, Principe Karolo 9. fol. 266. vers. Ea tamen cautione nihilò magis opus fuit Durestalio magnati, quàm Brissaco, in Andibus pariter, & Suzæ Domino, in Cenomania. Hi enim *Castellani* tres Comitum honore decorati sunt à Rege, antequam is sanxisset, nouos Comitatus diplomaticos, deleta virili prole, redigi in corpus Patrimonij Fiscalis. Nobilem enim Ditionem *de Brissac* Rex in Comitatum euexit. Literis Decemb. Mens. 1560. fauore Karoli Cossei, Franciæ Tribuni militaris. Et hanc Comitatus institutionem probauit Ordo Ampliss. Mensem circiter Februarium eod. Anno. Ex Lib. 1. Ordinat. Curiæ sub Karolo 9. Item Suza Cenomanorum, pari Comitatus titulo insignita est Februar. Mense an. 1566. gratia Nicolai *de Champagne*, liberorum hæredum, & ex Iustis nuptiis descendentium: In Codice 3. Regiarum tabularum, quæ Senatus monumentis consignatæ sunt, temporibus Noni Karoli Reg. fol. 277. Verùm nouus iste Comes splendida hac modò appellatione honestatus fuit, Regium munus ita moderante Senatu, vt patronale, ac Iuridicum superius imperium Castridulerio Baroni reseruaretur. Decreto pridie Idus Dec. an. 1566. Omitto Ditionem *de Clinchamp*, quæ & in Cenomano agro sita est, Comitatus dignitate auctam. Rescripto Principali, Decemb.

Mens.

Menſ. an. 1565. pro Franciſco *le Roy* Dn. *de Chauigny*. In Volum. 3. Ephemeridum Curiæ, vt ſuprà. Ad *Galterum de Clincampo* illo, Epiſtola extat Hildeberti (de Lauarzino) Epiſcopi Cenomani, Biblioth. ſacræ Tomo 3. In Andibus verò, Marchia *de Beaupreau*, Ducatus creatur Regiis codicillis Iunio Menſe an. 1562. In Commentariis Curiæ eiuſdem, imperante Karolo 9.

pagne, yſſus de Maiſon de Laual, femme de Pierre de Champagne, & ladite Iranne ayant eſté auſſi fille d'Anne de Champagne femme de René, & à cauſe de l'alliance de Craon plus vieille.

Ceſte Erection de Clincchamp, en Comté, publiée en la Cour le 25 de Iuin 1566. à la charge de reunion au cas des Edicts de l'vn des deux degrez de Iuriſdiction, & reſſortira l'appel comme deuant. Lettres d'erection de la terre & ſeigneurie d'Argenille en Viſcomté, y aſsignans autres terres, à la requeſte du ſeigneur d'Argenille, en May 1566. publiées en la Cour le 6. Septemb. 1567. Domus *de Champagne*, ab Gaufredo, filio 3. Odonis 2. Campaniæ & Bleſorum Comitis fratre Stephani Comitis an. 1040. Qui duxit Elizabetham *de Matheſelon*, vnde Caſtellania *de Parce*, membrum Baroniæ *de Matheſelon*. Hinc ſucceſſiuè deſcendit Hubertus maritus Agnetis *de Matheſelon*, & *d'eux Irandelin de Champagne*, pater Iani, ex quo, Petrus *de Champagne* Vicerex Neapolit. cuius fratres duo Matth. & Gaufr. in Vernolien. pugnâ cecidêre an. 1424. Petri filius Renatus, pater Petri 2. cuius Ioh. filius, nominis vltimus. Sed ex Pet. 1. venit alter filius *Irandelin*, pater Balduini, qui Nicolaum hunc progenuit.

5. ILLINC obiter manat quæſtio Iuris Municipalis, nûm qui è *Caſtellania* factus eſt honorarius duntaxat Comitatus, ac titulo tenus honorifico receptus à Senatu, vni competat hæredum primigenio, ex Andeg. Conſtitutione, diuiſionis prohibitoria Comitatuum. ï. §. 278. In primogenitum vrgent *Statuti* verba, propriè, verè ac naturaliter intelligenda, potiùs quàm ciuiliter: hoc eſt, de puro, genuino, ſuiſque abſoluto partibus Comitatu: non de honorario, ceu fumoſo, imaginario, fictitio, ac nomine tenus inumbrato. His adiungitur, Comitatus inſtitutionem Codicillarem natis antea liberis omnibus obeſſe non debere in iudicio diuidundæ familiæ. Contrà, ſtirpis maximus allegabit, Regium Comitatus Diploma purè ſimplicitérque conceptum. Iſtud quidem poſtea à Senatu conſtrictum fuiſſe ac concluſum honoraria quadam eminentia: ſed in rem gratiámque Principis tantùm, & quatenus poterat ipſius intereſſe, ſuperius loci *Feudum* Iuriſque dictionem Regiam non minui creatione Comitatus. In reliquis ergo nil vetat, *feudiſticæ*, huius Dignitatis iura ſeruari, & nouos Comitatus, antiquorum inſtar, manere penes grandiorem natu, indiuidua lege conditionéque prædiorum huiuſmodi inſigniorum. Rurſus ſecundogeniti, fraudem prætexere nequeunt ſibi adſtructam à communi parente, qui recens Comitatus Reſcriptum exorarit: Nihilò magis quàm ſi is plebeios agros in *Feudum* erigi procuraſſet, aut ſumptuoſas in *Caſtellania* turres & arces (quæ Moribus deſtinantur protogenio) magnificè extruxiſſet. Id quod patri liberum fuiſſe, monemur vulgata Francici fori diſciplina. Nefas eſt quippe, lugubrem funeſtúmque paterni obitus caſum ac euentum ſpectari l. ſi in emptione. §. 1. ff. De contrah. empt. Quare haud improbabilis ratio diſſuadere videtur hæreditarij Comitatus cuiuſuis partitionem, fauore primigeniorum. De quo tamen, rei ſtudioſos ad noſtrum relego Tractatum in CIVICOS MORES PARISIORVM. Noui certè Comitatus Appendices, & acceſſiones prædiariæ, quæ alieno in Territorio iacent, priſca ſua fundi Lege reguntur, ex eáque hæreditatis partes cohæredibus adſignant: Etſi Comitatus Arx præcipua, titulus, capútque alibi ſitum, diuerſo vtatur herciſcundæ familiæ Ritu. Ex dictatis Bartol. ad l. ſi

Modificatio Curiæ, die 11. Decemb. 1566. Ioh. *de Clinchamp*. an. 1360. cui Geruaſius filius ſucceſſit ex quo & Iana *de Boiure* Ianus ortus cecidit Azincuriana pugna, an. 1415. relicto Ambroſio filio: Vnde ſeriatim genitus Dn. *de la Buzardiere*.

Lib. 1. Tit. 5. art. 15.

Marchionatus *de Noeſle, en Picardie*, erectio verificata in Curia Die 16. Nou.

1548. *ſans preiudice de la iuriſdiction & reſſort des Seigneuries unies.* Item 17. Mart. 1598. *qu'il ſera informé d'office des Couſtumes des lieux de chaſcune deſd. ſeigneuries, pour reigler leur ſucceſſion.*

conuenerit. §. ſi nuda. ff. De pignerat. act. Et Senatus Præiudiciis duobus de Nigellana Viromanduorum Marchia noua 6. Kalend. Decemb. 1548. & 16. Kalend. April. 1598. inter fœmineos hæredes Vidi Laualli, Nigellæ Marchionis. Cæterum Equeſtri Andium in Ordine, protogeniis fauetur vſqueadeò, vt iis ſolis fratrer ſororve, qui Religioni monaſticæ dicati ſint à patre, faciant partem, licèt non admittantur ad partem directarum hæreditatum. i. §. 248. ſic ordiente, *Si noble homme meſt ſon filz, ou fille en Religion, &c.* Diuerſum tamen eſt, ſi mater ipſa, (non pater) aut vitæ inſtitutum peculiare liberos impulerit ad votiuum Religioſæ profeſſionis ſacramentum. Tunc enim ſanctè profeſſi, liberis nec adnumerantur quidem pro ſeniori fratre, nec eorum vlla habetur ratio in hæreditariis liberorum portionibus computandis. Iuxta Bartoli diſtinctionem, in l. 1. §. ſi pater. ff. De coniung. cum emanc. liber. l. qui repudiantis. ff. De inoff. teſt. Atque ita memorabili Senatus iudicio deciſum fuit. 7. Idus Decemb. an. 1543. poſt binam Pragmaticæ decuriam de Vſu rogatam, Andegauæ Conſuet. interprete. Renatus *Du Mar*, & Ioh. *De Tenale* in cauſa illa vtrinque litigatores, de hæreditate Dureſtaliæ domus. Ob eam rationem, filiæ necne primigeniæ competat portio tota hæreditaria cœnobitæ fratris aut ſororis, hæſitatum eſt apud Andes. Nam iſthîc natarum maxima vtitur iure primigeniorum (maribus deficientibus) quantùm attinet ad ſuam, propriámque hæreditatis portionem. §. 222. & 223. Andeg. Leg. At de fraternæ incremento partis, quod nominatim adſignatur grandiori filio, (ſingulari Iure eius Municipij) nûm & adplicetur maiori filiæ, Curia cenſuit maturiùs inquirendum, petendámque ab Andium Pragmaticis vſus explicationem *Conſuetudinarij*, artic. 248. Areſto 7. Iduum Martiar. an. 1565. inter Leonoram, & Iacobam *de Rohan*: quæ de communis ſororis Franciſcæ, quam pater Cœnobio ſacrarat, parte in bonis paternis inuicem decertabant. Interea verò Senatus eo Decreto iuniori filiæ dixit vindicias, haud abſimiliter à Curiæ Placito anteriori, Pridie Idus Octob. an. 1551. De eo, Tiraquellus copioſè ſuo more, an *Statutum* de primogenito, complectatur primogenitam. Quæſt. 10. De Iure Primigen. poſt Bald. (in cap. 1. §. & quia vidimus Tit. De his qui feud. dar. poſſ.) & Aluarotum, qui ea de re ſcripſit appoſitè, in Cap. 1. De eo qui ſibi & hæred. ſuis In Feud. Vnde pateſcit trita Iuris regula fœmineum maſculino, in re odioſa, non contineri. l. quiſquis. §. ad filias Cod. Ad leg. Iul. maieſt. l. 1. §. quare D. De vent. in poſſeſſ. mitt. In aliis, ſecus leg. 1. ff. De verb. ſignif. Sed iam reuiſamus *Caſtellanos* noſtros, de quibus hic Nobis inſtitutus eſt ſermo.

Molinei diſtinctio in d. art. 248. grandi sũptu profeſſum monachum facere partẽ primogenito, Secus, ſi nullo ſumptu paterno.

Areſtum Curiæ Die 7 Decemb. 1543.

Fouquet ſire de Tenale, an. 1414. l. *de Tenale*, maritus Iulianæ *de Nouray*, an. 1460. Aymarus, an. 1501. Ioh. *de Tenalle*, an. 1545. Aymarus *de Tenale*, decanus Eccleſiæ Cenom. an. 1551. Ioh. vltimus, S. Spiritus Eques, Regiuſque Mediomatricũ Rector, an. 1586.

Art. 248. In ver. *le fils aiſné.*

Placitum Curiæ Interlocutorium die 9. Mart. an. 1565 *entre la Dame de Guemené, & la Dame d'Antragues, filles du feu ſieur de Gil. Par lequel arreſt les parties ſont reiglées à informer ſur la maniere d'vſer de la Couſt. d'Anion. Et ce pendant ordonné ſuiuant autre arreſt du 24. d'Octob. 1551. que les puiſnees iouyront auec l'aiſnee de la portion qui auſt peu appartenir en ladite heredité à ladite Religieuſe, & ce par proviſion en baillant caution.*

Nous auons auſſi iugé par arbitrage le 15. Septemb. 1602. que la Couſtume d'Anjou en l'art. 241 commençant, Hõme noble peut bien donner à ſa fille en mariage plus que ſa portion heredinaire, ab inteſtat, *&c. ne s'entend pas de la femme veufue mariant ſa fille, & que* in hoc caſu exorbitante & nobilium filiarum excluſiuo à ſucceſſione parentum, maſculinum *d'homme noble* non complectitur fœmininum *de la femme pour le regard de ſa future ſucceſſion. Veu que la faueur du nom, armes & famille maſculine, pour laquelle eſt introduite ladite excluſion, ne regarde point la mere qui n'a ny nom ny famille, quant à elle* l. pronuntiatio familiæ de verb. ſignific. l. 1. §. fin. ff. de iur. immunit. *C'eſtoit entre les Seigneurs de la Barbe, & de Cange, Gentilshommes d'Anjou, & de Touraine.* Idem ſenſit Molineus in art. 258. *de la Couſtume du Maine, ſemblable à celle d'Anjou, que led. article, homme noble* non extenditur ad fœminam ſeu matrem nobilem.

DOMINICÆ

6. DOMINICÆ quidem Iurisdictionis gradus sustulit Princeps Ruscinonen. Edicto, de quo 3. Sed hoc ita PATRES CONSCRIPTI iudicarunt procedere, si iuridici Magnates eodem in Oppido vel Vico binum Tribunal habuissent, alterum altero superius. Secus si in hoc Vico maius, in illo minus inferiúsque Forum collocatum sit, nec sub eodem tecto, quod aiunt. Nam hoc casu decreuit ORNATISS. CVRIA, rationem Edicti cessare, & ambobus Iurisdictionis gradibus locum superfore. Aresto Parisien. secundùm Præfectum monastici Primatus Argentolij. Id quod vbique etiamdùm seruari percipimus indies. Permansit, ad hæc, multiplex Dominicæ Iurisdictionis ordo penes profanos Franciæ Patritios, forensi Gallico more. Hi enim, præter ordinariam Sedem iuris dicundi, sua habent fori Comitia maiora in eadem Vrbe, quibus præsunt Iudices prouocationum à Sententia Iudicis inferioris. Vt cuique exploratum est ab Iuridicis illis Sessionibus in Vindocinen. oppido, quas nuncupant, *Magnos Dies Vindocinenses*. Nam Vindocinen. Comes, Dux salutatus fuit simul & Patritius Galliæ, regiis Codicillis pridie Iduum Martiarum an. 1514. Vt sileam iuridicas eiusmodi Sessiones Montmorentij Ducis, Duensis Comitis, & laicorum id genus Franciæ *Parium*, seu Patritiorum. De Ecclesiasticis non item, qui tot Iurisdictionis gradibus minimè præditi sunt, nec Iuridicos Conuentus illos cogunt. Hîc sciscitari lubet, nûm quo loco duplex est Dominicum tribunal seriatim, is qui præest superiori, possit cognitionem intercessionis, in quam versa sit prouocatio, sibi addicere perinde, ac prouocationis ipsius, inuito minori Iudice, vel litigatore. Verbi gratia, patronus clientelari prædio manum iniecit, ab ea iniectione liens prouocat Iudicem appellationum Domini Iuridici maioris. Quo in Foro, appellans, Diplomate mutari postulat appellationem suam intercessione, quod Formularij dicunt, *prouocationem factam conuertere in oppositionem*. Ob idque petiit appellans, intercessionis litem reiici ad *Castellanum* ipsius minorem Iudicémque primarium. Nihilò seciùs Iudex maior eius notionem controuersiæ sibi reseruauit. Quam Sententiam iuuare videbatur commutatio ipsa prouocatoriæ litis translatióque in intercessoriam, quę pari iure agitanda sit coram Iuridico eo, qui de appellatione cognouisset. Placuit tamen Senatui, causam intercessionis ad *Castellanum* Iudicem Thoarcij Subcomitis remitti, quam *Seneschallus* eiusdem Procomitis penes se receperat. Decreto in publica Fori disceptatione prolato an. 1551. quùm Portellus, pro Tremolio regulo prouocante: & *Bonhomme*, pro Georg. Tutpino dixissent.

Prieuré d'Argentueil.

Grand Iours des Pers de France.

Grand Iours de Vendosmois.

Die 14. Mart. an. 1514.

Boçardus Vindocini Comes, à Vilhel. Nãgisio fertur, exercitus Ductor Karoli Andium Comitis in Italiam extitisse, an. 1165. de Gestis S. Ludouici.

Thoarcius Procomitatus apud Pictones in Ducatum erigitur à Principe, anno 1561. Sed de eo interlocutus est Senatus, inquirẽdum nempe de publica & fisci regij commoditate vel incõmoditate, an. 1564. Necdũ hunc nouum Ducatum, vt audio, Curia comprobauit, nisi quoad titulũ honoris.

7. QVAMOBREM infima *Castellani* iudicia vocentur *les petis Plaidz Chastellains*, colligitur ex hac vetusta phrasi Legum Francicarum Karoli Mag., Vt *nullus ebrius suam causam in mallo possit conquirere, nec testimonium ferre, nec Placitum Comes habeat nisi ieiunus*. Idem significatur Legis Frisionum clausula sequenti. Dicat ille qui homicidam

Verf. Andeg Leg. 46. *esquels plaids Chastellains leurs. officiers en office de Chastellain, pouuent cognoistre de toutes actions, &c.*

Placita quoque pro litibus accipiuntur Apud Ottonem Frisingen. Lib. Friderici 1. cap. 41. Hinc *plaidoier*, causas agere, *plaider*. Sic Karol. Magnus in donatiõ-

ne monasterij Vlmē sis (apud Nauclerum) si aduocatus, inquit, in prædicta villa placitare voluerit, vt nō pluribus, quàm 30. equis ad placitandū veniat, &c. Placita etiam interdum pro conuentibus Procerum Regni vel Imperij, quod & Curia dicitur, accipiuntur Ex Gregor. Turonen. li. 7. cap. 13. & Aimoyni, lib. 4. cap. 109.

interpellauit, se in placito publico eum interpellare velle, & ita faciat. Interpellent eum in placito coram Iudicibus. Tit. 14. Legis Frisionum. Quod igitur, prisci Romani Conuentum aut Forum agere dixerunt, id nostri Placitum tenere dictitant. Hucalludit Germanorum notatio *Platz*: quæ plateam designat. Vt Othomanus animaduertit, in Tract. Feudor. Eo sensu intelligitur locus Radeuici, Lib. 1. cap. 46. in hæc verba: Deinde generalem Curiam omnibus Italicis ciuitatibus, & primoribus apud Roncalias in festo B. Mattini celebrandam indicit. At in Lib. seq. ab exordio: Iam dies placiti affuit, qui Romanum Principem ad campestria Roncalię, sicut condictum, inuitabat. Nec aliter Longobardæ legi adscripta sunt isthæc: Dominicus dies honoretur, & eum colere omnes studeant, vt hoc liberiùs possint fieri omnia mercata & placita à Comitibus. Tit. de Feriis 49. Lib. 1.

8. CASTELLANI Iudices Dominici præficiuntur duntaxat leuiorum notioni causarum Andegaua lege: vtî apud Delphinates, Vido Papa teste, quem citauimus antea. §. 1. patriæ Consuet. artic. 5. De Regiis verò *Castellanis* ambiguitas prolixior, quàm de Dominicis. Illi enim *Castellani* seu *Præpositi* dudum sibi arrogarunt omnium disceptationem litium, nisi quæ nominatim Gallica Lege exciperentur Cremolienſi. Proin Regij Foresiorum *Castellani* de sua Iurisdictione contenderunt nuper aduersus Prætorem seu *Bailliuum* Forestensem, Edicto illo freti, vnà cum solenni Instrumento Vidi Foresiorum Comitis Nouemb. Mens. an. 1223. Sed Rex diplomate explanauit Constitutionem suam apertiùs, declarauítque *Castellanos* regios, qui hactenus limitatem Iurisdictionem habuissent ad sexagenos vsque æris asses, eas metas transilire non posse, nec vlteriùs Iuridicum exequi imperium. Secundùm quam interpretationem Senatus pronuntiauit. Decreto in forensibus causarum actionibus 13. Kalend. Quintiles an. 1539. inter maiorem Iuridicum Forestensem, pro quo Minardus: & Castellarios Iudices, pro quibus Faber, vtrinque perotarunt. De tota hac controuersia Ioh. Paponius scripsit velut in rem suam, Foresiorum ipse Propræfectus. In Arestor. Miscellaneis. Apud Sebusianos, eadem cum nostris vsurpantur Iudicum nomina, gradus, muneráque: vt alter *Bailliuus* sit, alter *Castellanus*. Nam Allobrogicas Constitutiones sic legimus, Prohibentur omnibus Bailliuis & Castellanis, eorúmque Locatenentibus receptiones cessionum, pensionum, donorum, & munerum: Interdicuntur vni Castellano Ducali duo officia; & etiam vnum in loco sui patrimonij seu originis. *Castellanos* autem dixêre Romani veteres, qui Castellum inhabitarent. Vt testatur Liuius 4. Bell. Macedon. ita fatus: Decem millia popularium cum Castellanis agrestibus in armis habuit. Idémque sonant Salustianæ voces hæ in Iugurthino bello, iter Castellanorum angustum, vndique præcisum. Ac longo deinde ætatum interiectu, Siculis dicti Castellani, qui Castrorum

Edict de Cremieu de l'an 1536.

Placitum Curiæ Die 19. Iunij an. 1539. Est & alterum die 15. Septemb. an 1536. *Plaidant M. de S. Meloir pour les enqueſteurs du Baillage de Foreſt, Marillac pour Trunel, Chaſtellain de Montbriſon, & Papon Lieutenant audit Baillage pour luy meſmes.*

Tit. *De Iuriſdiction.* Arest. 38.

Statuta Sabaudiæ.

custodiæ

cuſtodiæ præponebantur. Auctore Petr. Vinea, Epiſt. Lib. 5. cap. 88. In Polonia certè, *Caſtellani*, primarij ſunt Magnates tanquam legati Palatinorum, ductoréſque & Præſides nobilitatis, ſub ſuo quiſque Palatino. Vt eſt apud Chromerum, Polonicæ veteris memoriæ Magiſtrum. Hic enim refert, Sarmatiæ ſuæ *Caſtellanos* appellari etiam patria voce (mutuato à Latinis vocabulo) à Caſtellis ſiue oppidis: non quòd dominatum, Iuriſdictionem, aut curationem in iis gerãt, ſed legationem tantùm bellicam: plerique & certos reditus anniuerſarios. Inde ſuam quiſque denominationem ſumit, nempe vt Voinicienſis, vel Sremenſis, vel alius cuiuſpiam loci *Caſtellanus* vocetur. Vni porrò Cracouienſi Caſtellano, præter nomen ac reditus, nihil eſt commune cum aliis: Sed libero is honore fruitur, abſque vllo prorſus munere, præter commune Senatorium.

Lib. 1. de ſitu. Pop. Moribus, Magiſtrat. & Repub. Regni Polonici, edito, an. 1578.

9. DIFFERENTIA eſt inter forenſes *Caſtellani* conuentus ordinarios, & Alti, medij, vel minimi Iuridici. Etenim conuentus illi habentur quindecimo quoque die, *les petis Plaidz Chaſtellains.* §. 46. Andegau. Conſuetud. Hi autem, non niſi toto quater anno. i. §. 64. Sed quemadmodùm è re nata permiſſum eſt anticipare Reſcripto maiores Iuridicos conuentus ſeu *Aſſiſias*, quæ ceteroquin ſemel modò Trimeſtribus ſingulis peragerentur. (i. §. 64.) Ita rationi congruit, exterorum mercatorum controuerſias ſummatim dirimi primo quoque tempore, nec ſtato ac legitimo Iudiciorum die expectato. Vt hîc. Nam & alio caſu *Plaidz & Aſſiſes* exæquantur Iure noſtro Municipali. §. 347. Equidem publicè intereſt, mercimoniorum lites vtrobique decidi libera diſceptatione, nec iuſto forenſium Dierum delectu habito. Quinetiam publicæ negotiationis Emporiique fauore, Rex Karolus 9. mercatoriam creauit Iuriſdictionem, éque mercatorum Collegio Iudices ſumi quotannis iuſſit per vniuerſam Galliam. Edicto Nou. Menſe 1563. Verùm Actuarij munus ea in Sede iuridica, Princeps ſui beneficij fecit. Lege condita Septemb. Menſ. an. 1571. quam poſtmodùm Senatus probauit Pridie Nonas Februar. an. 1572. Nûm verò in Dominicæ *Caſtellaniæ* finibus Principi ius ſit, Negotiatoribus mercium Tribunal conſtituere, haud parua incurrit dubitatio. Quùm enim Bellouacen. vrbis Decuriones petiiſſent à Senatu, vt mercatorum Iuridiciale forum, quod inſtituerat Princeps, ab illo ſanciretur, interceſſit mox Bellouacorum Comes ſimul & Pontifex: regiam Iuriſdictionem, ſeu Regia vice, tractari in Dominico territorio non poſſe, grauiter conteſtatus, Philippina lege Mart. Menſ. an. 1302. Ad ea porrò, Ædiles Plebis Bellouacen., nouum non eſſe, vt Regium forum in profana Eccleſiæ Ditione conſtituatur. Nam & hoc idem olim poſitum cernimus in Vrbe territorióque Rhemenſis Archiepiſcopi, Laudunen., Cathalaunen., Nouiomen., & Lingonen. Antiſtitum. In iis rurſus, quę publica commoda ſpectent, Regia lege tenentur Proceres inferiores. Vt ſuprà admonuimus de optione alterius Iuriſdictionum gradus

Verſ. (Andeg Leg. 46.) *Toutesfois entre marchãs forains peuuẽt bien leſd. officiers Chaſtelains cognoiſtre ſommairement & de plain de plus grands ſommes, ſans attenãre leſd. plaids Chaſtelains.*

Caſtellanus Iudex, *Iuge preuoſtal, Iuge ſubtelt, Iuge ſubalterne.*

Art. 347. verſ. *& qu'il eſt fait public, ladite prohibition ou reſcrmation enſes plais ou Aſſiſes.*

Edict de creation des Iuges & Conſuls des marchans.

Die 4. Febr. an. 1572. Priſco etiam Hunnorum Ritu ſcripto, Iudices Nobiliũ, ex præcipuis nobilibus Comitatus eligãtur. Philippi 4 Regis Ordinatio.

Regia Sedes, Rhemis inſtituta an. 1523. Iun. Menſ. eam promulgãte Senatu Pariſ. die 17. Iul. ſeq. de expreſſo mãdato domini Regis, & ad onus & abſque preiudicio oppoſitionũ. Catalauni, an. 1543. Lingonibus, an. 1562. Bellouaci an. 1582. At Lauduno, & Nouiomo, ante tempora Karoli 7. Regium Forum impoſitũ teſtantur veteres Curiæ Acta.

Digitized by Google

L'Egliſe Collegiale des Chanoynes de noſtre Dame de Cuſſet (en Bourbonnois, ou Auuergne) compoſee de 18. Chanoynes, fut fondee par les Religieuſes de Cuſſet, leſquelles eſtoient de fondation ancienne des Rois, & eſtoient Dames dudit lieu de Cuſſet. Toutesfois depuis eſtant le pays de Bourbonnois en la main des Ducs de bourbon, le Roy y eſtablit vn ſiege royal, & des exemptions dudit pays de bourbonnois.

Edicto præſcripta. Nihilò minùs Curia Centumuiralis litigatorum cauſam reiecit ad Principem, ſuſtinuitque interea mercatoriæ Iuriſdictionis creationem in Dominicis Magnatum prædiis. Decreto 11. Kalend. Decemb. an. 1564. in forenſibus cauſarum Actionibus Veromanduarum. Canayo dicente pro Tribuniſplebis: & Sammelorio, pro Bellouacen. Epiſcopo. At ſucceſſu temporum experti ſumus identidem, mercatorium Tribunal à Rege defigi poſſe & collocari in mediis Ducum Oppidis, Comitum, minorumque Dynaſtarum. Cui rei argumento eſt Negotiatorum Iuriſdictio in Laualla Cenomaniæ vrbe, Cathalaunenſi Campaniæ, & alibi per Gallias. Sic in Italia ſparſim Iuridiciale forum mercatoribus datum eſt peculiare, vt narrat Baldus non vno loco in ſuis de Iure Reſponſis: Nempe Reſpon. 400. Volum. 3. (de Conſulibus mercatorum Peruſin.) & 440. Volum. 4. ex Conſtitutione hac Italica, *De ogne Mercantia & debiti dependenti da eſſa cognoſcano li Officiali de la Mercantia.* Similiter Romæ quondam fuit mercatorum Collegium, vt in Prouinciis, Conuentus Negotiatorum: ex quo legi Iudices à Prætoribus conſueuêre. Vt M. Tullius in Verrinis ſignificat, maximèque in Orat. de Iuriſdictione, & in Frumentaria. Mercatorum certè collegium Decretum eſſe An. 259. (ab Vrbe condita) Liuij teſtimonio cognouimus, qui, certamen, inſit, Conſulibus inciderat, vter dedicaret Mercurij ædem: Senatus à ſe rem ad Popul. relegauit, vtri eorum dedicatio iuſſu Pop. data eſſet, eum præeſſe annonæ, mercatorum inſtituere Sodalitium, pro Pontifice ſolennia ſuſcipere præcepit. Itaque mercatorum Diem feſtum, Idus Maias appellat grauis Auctor, quòd eo die Mercurij ædes eſſet conſecrata. Eoſdem verò à Mercurio, quem coluerint, Deo Mercuriales appellatos iuuat ſuſpicari: de quibus, Ouidius in 5. Faſtorum (vbi de Mercurij æde ſacrata) cecinit Diſticho.

Te, quicúnque ſuas profitentur vendere merces,
Thure dato, tribuas vt ſibi lucra, rogant.

Areſtum Curiæ Die 21. Nouēb. an. 1564. *au rolle de Vermandois.*

In hac Cenomaniæ vrbe Laualla, Rex inſtituit ſedem regiã particularem Cenomanæ regiæ Præfecturæ. Reſcripto an. 1570. publicato in Curia Pariſ. Die 9. Febr. 1570. Sed noua iſta Iuriſdictio regia abrogata eſt Edicto Pacificatorio bellorum ciuiliũ Menſ. Auguſt. eod. anno.

Feſtus.

Verſ. Andeg Leg. 46. *duquel Officier Chaſtelain on peut appeller, & doit on reſſeurer en l'ordinaire des Aſſiſes dud. ſieur Chaſtellain deuant le Bailliſ, Iuge, ou Seneſchal.*

Arreſt du grãd Conſeil du 16. Septemb. 1581. entre Nicol. Fumee Eueſque de Beauuois, contre vn Arreſt du priué Conſeil, renuoyé aud. grãd Conſeil, & les Maire, Pers, Iuge, Conſuls, & habitans de Beauuois, deffendeurs. Veu les lettres de Chartres & arreſts donnez l'an 1281. 1306. 1352. 1325. 1366. 1378. 1422. 1445. 1498. 1508. 1551. & autres lettres de creation & eſtabliſſement deſd. offices de Iuges Conſuls à Beauuois, du mois de Iuin 1564. iugement du Parlement de Paris ſur la verification deſd. lettres, du 3. May 1565. Autres lettres de confirmation deſd. offices, du 19. Mars 1580. Informatiõs ſuper cõmodo vel incõmodo *deſd. eſtats. Autre iugement dud. Parlemẽt entre le Cõte & les habitãs de Laual, touchant la iuſtice deſd. Conſuls, le 18 Ianuier 1574. Dit a eſté, que le demandeur eſt remis en tel eſtat qu'il eſtoit auparauant led. arreſt du Conſeil priué: & ordonné que leſd. Maire, Pers, & habitans de Beauuois, iouyront de l'effect de leurſd. lettres d'erection de Iuge & Conſuls, à la charge que led. Eueſque de Beauuois aura les emoluments du Greffe deſd. Conſuls, pour telle part qu'il a en la Iuſtice de lad. ville & Comté de Beauuois, dont les marchans & habitans d'icelle, le rendront iouyſſant dans 6. mois pour tous delais. Et à ces fins rembourſeront dans led. temps le Greffier qui eſt à preſent proprietaire dud. greffe, pour la part appartenant aud. Eueſque en la Iuſtice de ladite ville & Comté, &c.*

Sessiones iuridicæ (*Aſſiſiæ*) ſunt certi præfixíque dies, quibus, 10. maiores Iudices, vt Comitum, *Baronum Caſtellanorum*, publicè iura reddunt ſubditis ritúque ſolenni. Tales Seſſiones à B. Ludouico ſancitæ feruntur, duplici de cauſa. Primùm ad exaudiendas denunciationes querelaſque popularium ſuper dolo ac fraude ab inferio-

Andium Clerus, qui commoratur intra fines Quintæ Andegauen. exẽptus fuit regiis Seſſionibus ſeu Aſſiſiis Andegauæ

ribus

ribus admiſſa Iuridicis. Secundò ad definiendas prouocationum lites, quas à minori Iudice ſubditi interponant. Harum Stationum ſeu Seſſionum forenſium meminit Faber, Proœm. 2. Inſtitut. in *materiâ Notorij*: vbi Notorium id ait eſſe, quod generali eo in Conſeſſu fiat, perinde ac id quod Populo vnà congregato diebus feſtis profeſtiſque indicitur. Verùm ante Fabri tempora, Philippus *de Biaumanoir* haud obſcurè vſum oſtendit forenſium huiuſmodi Conuentuum, vernaculo eius ſeculi idiomate, *Bone coze eſt à Bailli, de ſouuent tenir ſes Aſsiſes, au mains de 6. ſepmaines à autre, ou de ſet. Car li droit en eſt plus haſte, & ſen eſt on miex remeinbrams, & ſen eſt l'Aſsize mains carquee & pluſtoſt deliuree: Et ſi loons au Bailli, quil ne contremande pas l'Aſsize quil a fete ſçauoir. Car quant on contremande Aſsize, on fet gran domage à cex qui ſont porueu de lor conſeil, de lor amis, ou de lor Auocas.* In Lib. Francicæ Iuriſprudentiæ, qui calamo exaratus eſt an. 1283. Aliquantò poſt, rex Philippus 4. edixit, vt *Seneſchallus* & *Bailliuus* quiſque maiores haberet conuentus forenſes ſingulis Bimeſtribus, nec in Procerum quidem Eccleſiaſticorum fundis aut profanorum, ſed vbi tricenos abhinc annos fieri tales Conſeſſus iuridici aſſueuiſſent §. 16. Conſtitutionis editæ Mart. Menſ. an. 1302. Vnde & antiquitus in principe Andium Foro certus fuit peculiariſque earum Seſſionum Actuarius. Item alter dictus, Actorum in iis Conuentibus Scriba. Vt liquidò patet ex Libello renunciationis actorum Conſuet. Andeg. Denique Franciſcus 1. Rex conceſſit Prætoribus prouinciarum, vt in ſolennibus fori Seſſionibus lites diiudicarent, iam tum ordinatas inſtructáſque à regiis minoribus Iuridicis: quos *Præpoſitos* dicimus, vel à Dominicis Iudicibus & ſecundariis, §. 29. Edicti Cremolien. Ad hunc fermè modum, reges priſci Iuridicos Conuentus inſtituerunt, quibus è Senatu lecti nonnulli municipatim regionatimque præſiderent. Vt eleganter dixit Ægidius Magiſter, patronus Fiſci, in maioribus Pictauen. Fori ſeſſionibus Pridie Idus Septemb. an. 1541. Vetuſtior quidem Senatoriæ decuriæ miſſio in Prouincias Seſſióque fuiſſe perhibetur in Pictonibus, mandante Philip. Longo Rege an. 1317. Dein apud Trecas Campaniæ metropolim an. 1318. ex inſtituto Philippi Pulchri, Ianæ Campanæ mariti. Sed ab eo tempore rariùs coacti huiuſmodi Conuentus, annum vſque 1399. quo Karolus 6. Gallis imperabat. Patrum verò memoria, repetiit Franciſcus Priſcus forenſes Senatorum Conſeſſus viatorios, deinde intermiſſos reſtituit Karolus 9. nepos, artic. 8. Edicti Molinenſ. an. 1566. Vnde, vertente anno, decreti Conuentus Pictauenſes, quibus interfuimus Aduocati.

vrbis Literis patentibus Ludouici 9. regis an. 1229. Vt collegi ex Archiis maioris Eccleſiæ Andegauen.

Extat & Sabaudiæ Statutum vetus, *de Aſsiſiis per ſingulas Caſtellanias tenendis & prætonizandis.*

Ordinatio Philippi 4. Regis. *Que chaſcun des Seneſchaux & Bailliſs tiennent leurs Aſsiſes par toutes leurs Seneſchaucees & Baillages de 2. mois en 2. mois pour le moins, & que en la fin de chaſcune Aſsiſe ils facent ſçauoir quand l'autre ſe tiendra, &c.*

Greffier des Aſsiſes royaux d'Angiers.

Greffier des remẽbrances des Aſsiſes d'Angiers.

Iuges ſubalternes.

Les Grands Iours du Parlement.

Die 12. Septẽb. 1541.

Grands Iours de Troyes, de quibus antiquiſſimis, Nos lib. 2. Doman. Franc. Tit. vlt. art. 8.

11. OMITTO antiquiores Francorum Ritus in exercenda mõtoria Iuriſdictione ſeu ambulatoria per Miſſos Dominicos, & Miſſaticum ſeu forenſes Miſſorum ſeſſiones. De quibus habetur Ludouici Pij Cæſ. conſtitutio, in Legib. Francic. Cum Aimoyni Lib. 4. De geſtis Franc. Cap. 15. Et Decretali Pontificum Epiſtola 1. De immu-

Legis Franc. Lib. 4. cap. 64.

Bailly ou Garde de Iuſtice, artic. 6. Veromanduæ Conſuet. particularis Catha-

launensium. Huc quoque pertinet vetus Francicum, *bail, & gard a noble.*

nit. Eccles. At Missos posteri vocarunt *Baillifs, quasi baillez, & enuoyez en diuers lieux par les Rois.* Nisi *Bailliuos* dictos malis, *quasi gardiens de Iustice*: quùm *Baillie*, *Gardiam* Franci veteres nuncuparint. Teste Iano Magdunensi, in Gallico proëmate *du Romant de la Roze*, ita relato,

Hic Ioh. *Clopinel, dict. de Meun*, claruit, Rege Phil. Pulchro.

Mamie contraincte abstinence
A besoin de ma pourueance,
Pieça fut morte ou mal sortie,
S'elle ne fut en ma baillie.

SENESCHALI pariter munus olim versatum est in circumeunda lustrandáque Prouincia (cuius Præfecturam is gerebat) singulísque vicatim & oppidatim iure dando. Vt Normanicæ Legis Cap. 10. admonemur, in hæc verba. *Anciennement souloit descourir par le Pays de Normandie, vn Iusticier greigneur, qui estoit appellé le Seneschal du Prince. Il corrigeoit ce que les autres bas Iusticiers auoient delinqué, gardoit la Terre du Prince, les Loix, & les Droictz de Normandie, il faisoit garder, &c.* Voluuntur etiam Francicæ leges Hierosolymitanis scriptæ Annum circiter 1090., quæ de *Seneschalo* Regni sic habent. *Le ior du coronnement le Roi, le Seneschal doit ordener le manger du ior, & coment on seruira celui ior. Item quant le Roi n'est au Reyaume, le Seneschal tient son leuc, soit por la Iustice, por la Bataille, &c.* In Lib. *Des Assises, & des Vsages, & des Plaidz de la haute Cort dou Reyaume de Hierusalem.* Quo sensu itidem accipitur *Seneschalli* vocabulum, apud Petr. Vineam, Iuris Præfectum Friderici 2. Cæs. Epist. Lib. 3. Cap. 75. vbi de Rauello *Seneschallo* Imperatoris, & Arelatensis Regni Vicario. Proinde mihi parum arridet eorum opinio, qui putant *Seneschalli* nomen Anglicum esse, & ab Anglis quondam Gallicos fundos occupantibus huc deductum. At enim vetustiores Galliæ Scriptores produnt, Tertullum à Karolo Caluo Rege *Seneschallum* Vastinensis prouinciolæ constitutum, antequam Angli Francicas in oras pedem intulissent: Deinceps Ingelgerium Tertulli filium à Ludouico Rege *Seneschallum* Franciæ dictum, à quo simul Andium Comes salutatus, Comites posteros hæreditario hoc *Seneschalli* titulo cumularit. Auctore Cœnobita quodam Maiorismonasterij Turonen. In autographo Opere De Gestis Comitum Andegauorum, ad Henricum Regem Anglorum, Comitem Andium, Turonum, & Cenomanorum, Principem Aquitanorum, Ducem Vasconum, Auernorum, Britonum. Quibus accedit Sigeberti de *Seneschallia* Francica testimonium, an. 1170. Ast obiter silentio transigi non debet egregię fidei exemplum Andegauę nobilitatis in Francum regem, aduersus quem belligeranti Anglo Principi Comitíq; Andium suppetias ferre noluerunt Proceres militésque Andegau. Philippo Augusto Galliæ Rege. Vt Petrus Blesensis, qui ea ætate florebat Bathonien sis in Anglia Archydiaconus, scripsit, Anglico licet animo & studio, ad R. Andegauiæ Præsulem, tali periodo. *Vnde hæc proditoriæ factionis iniquitas, vt Andeganus exercitus, tanquam transfuga*

Alibi Normanica Consuetudine sic cauetur, *que les plus hauts Iusticiers sont ceux que le Duc a establi à garder sa terre, si que nul n'est par dessus eux, fors le Duc, au pays qui leur est baillé à garder. Si comme sont les maistres del' Eschiquier, & les Baillifs.*

Seneschali titulus, apud Baugeium, vltra generalem Andium, speciatim erectus fuit Literis Mēs. Augus. an. 1544. Verificatis in Curia die 16. Oct. seq. Postea suppressus an. 1558., restituitur an. 1585. deinde aboletur decreto Consilij Aulici die 15. Iunij an. 1588. in rem Seneschali Andium principalis.

Andium verò Seneschali prisci, Steph. *de Marchai*, qui obiit an. 1190. Vilhelm de Rupibus, decedens an. 1223. Mauricius de Craone, an. 1277. Vilhelmus *de Coesmes* eques, Dn. *de Lucé*. Ioh. *de Saintré*, an. 1362. *Le sire de la Grutture*, sub an. 1480 Dn. *de Laillon sieurs du Lude*. Ac nouissimè Petr. *de Donadieu*, Dn. *de Pucherry*, an. 1597. Primus autem illorum, iussu Errici Andium Comitis, Angliæ regis, cōdidit Andium Hospitale publicum. De Vilhelmo, illo Rupeo Rigordus in Phil Aug. de Craone, I. Gallus, Parte 7. Aestor. De Gruttura, Phil. Comminius, in vita Ludouici XI. & Caroli 8.

Digitized by Google

& desertor, Dominum suum in acie cum eis hostilibus fugiendo exponeret? &c. Vestri Andegauenses, quorum præ cæteris populis erat in artibus bellicis fama celebrior, tanquàm filij Effrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die Belli, & quasi degeneres & imbelles, qui fortiùs & fidelius Principi suo adesse debuerant, in fugam sunt conuersi, &c. In Lib. Epistol. manu conscripto ad clarissimos eius seculi viros, præsertimque ad Erricum Britanniæ Insulæ Regem, Ducem Normanorum, & Aquitan. Comitem Andegauorum.

12. Ne porrò miremur *Senescalliæ* Francicæ insignia quondam hæreditate translata ad posteros Andium Regulos (de quibus dictum est 5.) Salmenses Comites vulgò prædicant se *Mareschalos* Lotharingiæ hæreditarios: Et Tancaruillani Duces sibi arrogant gentilitium nomen *Comitum Stabuli* Normaniæ, quibus tamen est hoc titulo iam olim interdictum. Aresto Normanici *Scacarij* An 1272. aduersus liberos Vvilhelmi Crespini, qui iure materno Tancaruillanæ Comitis hæreditarios se gerebant Neustriæ *Comestabiles*. Personale nimirum munus *Comitis Stabuli* non erat transmissorium ad hæredes, nec ab his inani titulorum fastu vindicandum. Secus de Officiis militaribus, quæ certa clientelæ lege Maiores nostri introduxerunt. Nam *Feudaria* isthæc munia perpetuò manant ad hæredes, non minùs ac *Feuda* ipsa, Gallico more perpetua, hæreditaria, patrimonialia. Exemplum nobis profert Iana *de Cerisy*, beneficiarij fundi proprietaria in paræciacis finibus *de Steynx:* cui fundo connexa est *Mareschalia* hæreditaria cœnobij Dionysiani ad Parisios. Eam quidem *Mareschalam* cœnobitæ respuebant, quasi militari officio inhabilem, sexus vitio conditioneque naturæ. Sed causa iudicio cognita, pronuntiauit Ordo Amplis. fœminam ad clientelare hoc Ministerium recipi debere, tanquam fundo indictum veriùs quàm personæ. Annum circiter. 1567. Eadem ratione quidem toparcha, qui hæreditariem se iactabant Viromanduorum Præsidm seu *Senescalum*, egit Interdicto vti possidetis contra Iacob. Mottam, Præfectum monasticæ Ædis Præiecti in Quintiniano oppido: quòd istud Oppidum Cenobiúmque esset ingressus, spreto ipso, ad quem *Senescaliæ* iure pertinebat solennis missio in possessionem Monasterij. *Abba* verò defendente, profanos homines sacri huiusce iuris incapaces esse, ideóque mouentes Interdictum protinus summouendos, replicat Actor, ius hoc habere se beneficiarium à Principe: nimirum ex eo *Senescali* munere à Regibus concesso lege cliételari, cui pariter, attributa sit missio noui Cœnobiarchæ in possessionem Monasticæ Præfecturæ. Proin Cœnobij Magistrum perperam appellasse à Palatinis Iudicibus libellorum supplicum, qui in possessorio hoc iudicio fidem rei testibus faciendam decreuissent. Id tandem negotij Patres Parisien. consilio commisêre. Kal. Decemb. an. 1551. Becheto, prouocantis cœnobiarchæ: Henrousio, *Senescali*: & Riantio, Fisci causam agentibus. Sed, vt reuertar ad

De hæreditariis huiusmodi Officiis militaribus plusçula scripsi Lib. 3. De doman. Franciæ Tit. 26. Art. 11. Et 1. Lib. 2. Tit. 3. Art. vlt.

Communiter dicitant, Nantolium Comitem in Valesio Ducatu, i. *le Conte de Nantueil au Duché de Valois, estre Grayer hereditaire en toutte la Duché de Valois.*

Burgundiæ Senescalum hæreditariũ se dixit Ioh. *de Longuis*, Barro *de Mirabel, Fontaine Françoise, Giury & Pagny. An.* 1535.

Le Sieur de Salency en Vermandois, Grand Seneschal hereditaire de Picardie.

L'abbaye de S. Pris, à S. Quentin, en Vermandois.

Arestum Curiæ Die. 1. Decemb. 1551.

Castrum Gonterium fuit Alardi *de Chastrangontier* An. 1108.

Reginaldi filii An. 1220. Iacobi nepotis An. 1236. (ab Archiis Abbatiæ *de Bellebrâche*) Ex filia deinde, iunctum est Bellomontano Vicecomitatui. Inde per Bellomontanam filiam, venit ad Alenconios Duces, & ex Franciſca Alencoma, ad Vindocinenſes.

noſtros Andegauos, pendebat nuper in Senatu controuerſia de clientelari functione *de Conneſtable hæreditaire* Baronis Caſtrigonterij, in municipio Andegauen. Nam Mathurinus *de la Rouſſardiere* præfractè contendit, Baronis ſe *Comeſtabilem* eſſe hæreditario iure perpetuum, ex beneficiario prædio *de la Randiere*, quem ea lege *Baro* patronus dederit Atauis ſuis quadringentos abhinc annos. Atque idcirco Senatum is appellauit à Dominico iudice Caſtrigonterij, qui annua *Feudarij* iſtius muneris commoda ipſi abdixiſſet. An 1577. Contrariæ verò partis ſententiam tuentur ſimul Caſtrigonterij Dynaſta, & Renat. *Charlot* nummarius conductor prædicti Baronatus. Vltimo demum Curiæ iudicio obtinuit ille Baronis patroni Officialis, Idib. Septemb. 1578. ab veteri clientelæ lege ſuo fundo condicta. Cæteroquin ad hæredes non tranſmittitur perſonalis Officij titulus, quo, virtutis induſtriæque delectus habeatur: Tametſi id muneris à patre in filium æquè idoneum ſemel tranſierit. Sicuti *Parlamentaris* quondam Senatus eleganter pronuntiauit, de caſtrorum Præfectura militari, An. 1274. in hûc modum.

Arreſtum Curiæ Die. 13. Sept. An. 1578.

In Parlamento Aſſumptionis B. Mariæ.

De Leuis, Mareſchal de la Foy, en l'Armée contre les Heretiques Albigeois. Duquel nõ de Leuis, sõt les familles nobles de Vtiadour, de Mirepoix, & de Quelus en Gaſcogne: Encores que la terre de Leuis, dont ilz portent le nom, aſtiſe en la Preuoſté de Paris, laye eſté par Iehanne de Leuis fille de Bertran portée en mariage au ſieur de Cruſſol.

Cùm diceret Guido de Leuies, dominus Mirapicen. quòd dominus Guido de Leuies auus ſuus fuerit Mareſchallus domini Symonis Comitis Montisfortis quondam, & domini Amalrici filij & ſucceſſoris eiuſdem in conqueſta & partibus Albigenſium. Fuerit etiam Mareſchallus domini Ludou. quondam Regis Francor. in partibus ℣. dictis, ex donatione ipſius Regis facta d. Guidoni auo, & eius ſucceſſoribus. Cuius Mareſchaliæ officio tam d. auus, quàm dominus Guido de Leuies eius filius, pater domini Guidonis, qui nunc eſt, & ipſemet vſi fuerint tam in exercitu d. Regis, & in eius præſentia, quàm in exercitibus congregatis nomine d. Regis in partibus ℣. dictis. Et peteret d. Guido, d. Mareſchaliam cum iuribus & pertinentiis ſuis ſibi adiudicari, & reſtitui ad ius & ad poſſeſſionem quaſi d. Mareſchaliæ. Viſis depoſitionibus teſtium productorum in inqueſta ex parte d. Guidonis, cùm non inueniatur eſſe probata præmiſſa donatio, & ſit notorium, quòd Officia in domo Regis ad ſucceſſores non tranſeunt, niſi in inſtrumento donationis aliud contineatur expreſſum Abſolutus fuit dominus Rex, & per ius ab impetitione d. Mareſchalli.

SED, vt *Seneſchalos*, de quibus ℣., paucis expediam, Connani opinioni ſubſcribere nequeo, *Seneſchali* vocabulo, Seniorem (i. *ſeignor*) ac Dominum directum ſignificari. Senior enim in *Feudiſticis* Lib. pro patrono accipitur, qui *feudo* dato clientem ſibi quæſierit. Ita quoque in Capitul. Karoli Mag. ſcriptum reperitur, vt nullus comparet caballum, bouem, & iumentum, vel alia, niſi illum hominem cognoſcat qui eum vendidit, & de quo Pago eſt, vel vbi manet, aut quis eſt eius Senior. Cap. 5. Artic. 3. Nec aliter vſurpatur hoc verbum ab Alberto Crantzio, Danicæ Hiſt. Lib. 8. Cap. 3. Quòd ſi Seniorem ætate metiamur, credibile eſt, ex eo ſenes Equites, quibus ſolis Prouinciarum Prætura dabatur, *Seneſchalos* nuncupatos. Quantacunque autem *Seneſchalo* poteſtas facta ſit ſedendi in minoribus Prouinciæ Tribunalibus, ei certè non licet Iuridicos con-

Crantzij ſententia. *eſſeginta numero Seniorum ſecum duxit obſides.*

Diſputatum eſt olim in Curia, nûm appellationes à Bailliuo Caſtridulerii deuolu erentur ad Seneſ-

uentus

uentus habere in Foro regij Vicarij ſui. Putà, Cenomaniæ Prætor ſibi Iuridicum ſumpſit imperium in Regia Sede Caſtroduleria ſtato Anni tempore, (quod vocant *les Aſſiſes*) in iſſque prouocationum iudicium, quæ à Magiſtratu loci interponerentur. Contrà verò nitebatur regius *Seneſchali* Legatus apud Caſtrumduleriũ, quùm planè par eſſet vtriuſque tribunal. *Seneſchali*, & Vices eiuſdem gerentis, nec ab altero ad alterum prouocaretur, quaſi ſuperiorem. Ea de re ſunt forenſes vtrinque Orationes habitæ in Senatoriis Pictonum Seſſionibus à Raymondo, Renati *Coiffeteau* appellantis: & Fabro, Iohannis *Dulieu* cauſidicis. 17. Kal. Octob. An. 1531. Longè autem poſtea vtrique Magiſtratui dictatæ ſunt regulæ quædam S. Conſulto, ne alter alterius munia ſibi vſurparet in iure dicundo: De prærogatiua modò in *Aſſiſis* pauculiſque aliis capitibus interlocuta eſt Curia, vteruis horum vſus ſit eo iure, poſſideritque hactenus, patefieri ſibi tabulis oportere. Areſto pridie Nonas Februar. An. 1577. Iacobo *Taron* Cenomaniæ Proprætore, & Pet. Bodinello Caſtridulerij Iudice inuicem certantibus. Porro generali, & particulari viciſſim Prouinciæ Suppræfectis, Conſiliariiſque eadem in Vrbe, præſcripſit Senatus ac conſtituit, quænam ſui cuique Magiſtratus partes ac munia ſigillatim forent obeunda. Trino Decreto inter Cenomanos, nempe. 6. Kalend. Nouemb. An. 1541. ex controuerſia Geruaſij *Huet* Prætoris vrbani, cum Pet. Capellano ipſius Vicario. Tum. 8. Kal. Iunias An. 1574. ad diſceptationem Nicol. *d'Angennes* Præfecti Prouinciæ Iuridici, & Iac. Taronis, qui iudiciarias eius vices implebat, aduerſus Ioh. Peleterum, Præſidem in Sede præſidali maiore. Nono demùm Kalend. Mart. An. 1587. inter Martinum Ourcellum, Prætorem vrbanum, & Ludou. *Letourneurs*, qui Vicario illius munere fungebatur. Andegauis pariter Iuridicis condicta eſt hinc inde publici Officij ratio. S. Conſultis. 3. Idus Sextiles An. 1545. inter Gulielm. Leſratium Andium Proprætorem, Chalopinum Aſſeſſorem, & Conſiliarios Andegauen. Dein. 12. Kal. Septemb. 1574. inter Petr. Ærodium Iudicem Quæſtionum, & Præſidales Conſiliarios, apud Andes. Vt ſileam binum tale Decretum *de Reiglement* ex controuerſo iure Magiſtratuum vrbis Pictauen., accuratè deſcriptum noſtro Lib. I. DE CIVILIB. PARISIOR. MORIBVS AC INSTITVTIS. Verſatur etiam manibus paſſim huiuſce Sententia Curiæ, dè iuſta Molinenſium inter ipſos functione Iudicum operiſq; mutuò diſtributis. 4. Kal. Mart. 1544. Omnium autẽ celeberrimum eſt, quod literis publicè mandatum legi, de Riomenſibus Aruerniæ Propræfectis generali & particulari, cùm Præſidalibus Conſiliariis, Placitum Senatus poſtridie Nonas Maias An. 1557.

chalum Cenomaniæ *an Mans*, an verò rectà in Senatum. Sed Montolonio patrono Fiſci dicente, Iudicatum eſt in magnis Diebus Turon. appellationes rectà deuolutum iri in Curiam. Areſto Die. 18. Septemb. An. 1533.

Grands Iours du Parlement, à Poitiers.

Die. 15. Septemb. 1531.

Die. 14. Feb. An. 1577.

Arreſt de Reiglement d'Officiers die. 27. Octob. 1541. *entre le Bailly de la Preuoſté & Voyrie du Mans, Et le Lieutenant de lad. Preuoſté. Autre Arreſt du 25. May. 1574. entre le Seneſchal du Maine, & ſon Lieutenant demandeurs, & le Preſident au ſiege Preſidial du Mans deffendeur. 3. Arreſt dit. 22. Febr. 1587. entre les Iuges & Greffiers de la Preuoſté & Voirie du Mans. Deffendu auſſy par Patente du 17. Iuing. 1561 publiée en la Cour le. 8. d'Aouſt enſuyuant, au Lieuten. Ciuil du Mans, cognoiſtre de crime, ſinon en l'Abſence ou recuſation des Lieuten. Criminel & Particulier, ou en cas Incident, ne de prendre autres Adioinctz que le Greffier Criminel, ou ſon Commis. Et deffendu au Lieuten. Criminel cognoiſtre des matieres Ciuiles.*

Die. 11. Auguſt.

Die. 21. Auguſt.

Tit. 1. Art. 40.

Die. 26. Februar.

Die. 8. Maij. 1557.

Plaidoyé en la grand Chambre du Parlement le 19. Feburier 1598. entre les Conſeillers preſidiaux d'Angiers, pour leſquels Robert, & Marin Boileſme Lieutenant general, pour lequel Chauuet. & entre les Enqueſteurs d'Angers, pour leſquels Choart & Chauuelin pour le Iuge de la Preuoſté. ſur ce que leſd. Conſeillers auoient ſoubz ombre de l'achapt par eux fait du Roy de l'eſtat des Commiſſaires & Enqueſteurs nouuellement erigez, iz vſurpoient le principal de l'eſtat de Lieutenant general & auſſi leſd. Enqueſteurs anciens ſe plaignoient des entrepriſes faictes ſur eux tant par tout le corps des preſidiaux que ſpecialement par leſd. Commiſſaires nouueaux. Les parties furent appoinctées au Conſeil. Arreſt de reglement d'Officiers entre Abel Caillereau Lieutenant en la preuoſté de Saumur demandeur, & Michel la Bœuf defendeur, plaidans à Tours Moreau pour le demandeur, Gillot pour le defendeur, & Seguier pour le Roy le 8. Mars 1594.

Digitized by Google

Arestum *de Reiglement du 4. de Febur. 1577. Par lequel defenses faictes au Lieuten. du Chasteaudoir de prendre qualité de Lieuten. general du Seneschal du Maine au Chasteaudul. Ains de Lieuten. du Seneschal du Maine au siege du Chasteaudul. Et auant que faire droict sur la seance requise par le Lieuten. du Mãs au siege du Chasteaudul. en passant, ensemble sur ce qu'il pretend pouuoir tenir les Assises aud. lieu, comme aux autres sieges dud. Ressort du Maine, & outre, la cognoissance des matieres Feodales, la reception des Officiers du siege du Chasteaudul. & aussi quant à l'assistance aux Iugement des procez instruicts par les Preuosts des Mareschaux Prouinciaux, est ordonné que les parties informeront par Lettres de la iouissance qu'ils en ont eu.*

Arrests de Reiglement d'Officiers du 11. Aoust. 1545. 21 Aoust. 1574. 23. Aoust. 1529. 17. Iuil. 1540. 26. Febur. 1544. 8. May 1557. & entre ceux de Mondidier du 20. Ianuier. 1574.

Laïcorum præeminentiæ in Ecclesia, per se vix cessibiles, nisi tota loci Ditio simul cedatur.

Arestum Mag. Consilij die. 27. Mart. An. 1596. de honore & Præeminentia Ecclesiæ *Entre Cl. Seguier, & Loys Hubert, qui auoit acheté la haute Iustice sur les Censiers de la Paroisse du Mesnil S. Denis, du Duc de Chaureuse superieur.*

Armoricæ Consuet. §. 169. *Les droicts de Iustice és fons de terre*

ALIA Moribus attributa sunt minori Iuridico Castellarij ma- 14.
gnatis, qui *Castellanus* dicitur: alia superiori, qui *Seneschalus* seu *Baillituus*. Ille minutulas lites definit *en ses Plaidz Chastellains*: hic maiores iudicio dirimit, in forensibus suis Sessionibus seu *Assisiis*, ad quas itidem speciatim transferri solent duæ istæ, gentilitia & hypothecaria fundorum actiones. Quanquam igitur minori *Castellanorum* Iudici negatur datio tutorum & curatorum Lege nostra: eorũ tamen *Seneschalus* singula præstare & exequi potest pro maiore imperio: quùm & mediæ *Iustitiæ* dominis ius sit tutoris, procuratorísque constituendi ab eo, qui sua præsens negotia gerere nequeat. hoc §. 46. & 3. Cap. 40. Cæterùm vltra hæc Castellariæ præstantiæ signa, Notásque honorarias, aliæ ipsi deferuntur variis Municipiorum Constitutionibús. Quoties enim fundus dominans mutat proprietarium, antiquus cliens non tenetur nouum inire clientelæ sacramentum: nisi hoc ei priuatim nouus patronus nunciarit ac imperarit. Alia causa est domini *Castellani, Baronis*, vel Comitis: quibus sufficit, *vasallos* publico præconio generatim (nec particulatim) commonefacere clientelaris obsequij. Vt sanxit Parisien. Consuetudo. §. 65. Stampensis. 38. aliæque complures. *Castellaniæ* item iuribus adnumeratur templum Primatus monastici, & Hospitale Pauperum diuersorium. Lege Syluanectensi, Artic. 93. Niuernensi. 25. Iuliodunen. Tit. 5. §. 1. Turonen. §. 59. Quæ quidem Turonum Instituta patria, & Lodunensium, adiiciunt *Castellanis la praminence auant leurs vassaux ès Egliz es estans en & de leur Chastellenie, comme d'auoir & tenir Littres en leurs Armes, & Tymbres au dedans & dehors desd. Eglises*: cum prohibitoria lege, ne clientes ipsorum gentilitia Insignia Fanis insculpant, in fraudem Castellariæ eminentiæ superioris. §. 60. Turonen. Consuet. &. 2. Lodunens. Tit. præd. Cuiusmodi honoraria in Templo prærogatiua licitène transcribatur alteri sine fundo vniuerso, hæsitatur. Quæ enim, personæ cohærent, honoris ergô debita, ad aliam vix cessione transeunt. l. si non fortèm. §. libertus. ff. De condict. indeb. l. operæ in rerum. ff. De oper. libert. l. vn. §. ne autem Cod. de caduc. toll. Panorm. expressim, ad Cap. ex literis De iur. patr. Imo nec, restituta hæreditate, ius transfertur sepulchri familiaris, aut hæreditarij. l. quia perinde l. si patroni D. Ad S. C. Trebell. l. si quis hæres. ff. De relig. & sumpt. fun. Atque adeo multas in vncias diducto ac distributo asse bonorum inter hæredes, gentilitium sepulchrum manet indiuisum. l. si sepulchrum Cod. De relig. & sumpt. fun. Quantò improbabiliùs cedatur extraneo sacræ Ædis patronatus, æmulo præsertim honorísque istius competitori, in alterius fraudem ac iniuriam? Eapropter Claud. Seguerius cliens noster iudicio euicit honorificam sessionem in paræciaco Delubro Vici cuiusdam Parisiorum, quòd genere clarior, nobiliorísque prædij dominus agnosceretur: Tametsi aduersarius, mota iam controuersia, ius Gladij eo in Pago à superiori Dynasta emercatus

emercatus fuisset. Decreto Prætoriani Consilij. 6. Kal. Apriles An. 1596. ex lite à Dn. Longolio collegis suis enarrata. Sed, vt Castellariam dignitatem persequamur, Cognitio *du Gage des batailles*, extitit quondam penes vnum *Castellaniæ* dominum, non, Iuridicos inferiores, prisco Ritu Andium: qui tamen, sublato sensim Duelli Iure gladiatorio inter litigatores, obsoleuit. Præterea in fundorum assignatione seu *Assieta*, multò pluris æstimatur Castellaria ditio, quàm alia quælibet, cui modò insit maxima, media, vel ima Iurisdictio. i. §. 496. Ne obiter Syluarum ius prodam *Castellano* competens, nec inferiori Dynastæ. Turonum ciuili More, ac Iuliodunensium, vbi. 3. Quibus accedere videtur Andium Constitutio Prouincialis, non quia expressim *Castellano* nemus opacum adscribat (quod *Baronum* proprium est apud Andes) sed venandi ius cæteris prohibitorium, æqua parique cum syluarum Dominis potestate. § 36. & 47. Andeg. Consuet. Ad hæc, solius *Castellani* foro subiiciuntur Nobiles viri in Municipiis quibusdam, non verò minoris cuiusquam Domini iuridici. Vt Meldorum Legibus traditum est. Artic. 142. 143. Eiusdem Vsu Municipij constat, *Castellaniam* minimè diuidi Iure hæreditario, salua aliorum fundorum pensatione in cohæredes natu minores. §. 160. Meldens. Consuet. Insuper Ludouicus. 12 vetuit, Senatus Præsides ac Consiliarios, ante Iustitium Curiæ indictum Autumnalibus feriis, Vrbe digredi, alibique, mandatam iuris dicundi prouinciam subire, præterquàm si *Castellaniæ* quæstio, nedum Ducatus, Comitatus, *Baroniæue* à litigatoribus agitaretur. Edicto An. 1499. Artic. 21.

Ecclesiastiques demeurent aux fondateurs & à leurs heirs.

Foreſt, ou Breil de Foreſt.

Andegaua rursus Consuetudine, dicuntur *Assisiæ* Castellani domini, & *les Plaidz* alti Iuridici. §. 64. Andeg. Legis.

Deffendu aller en Commission, le Parlement seant, mesme par conge du Roy, ou de la Cour, s'il n'est question pour le moins, de droitz de Chastellenie.

Vt Duci Comites, ita *Baronni* subiiciuntur *Castellani* aliquot, recto *Feudorum* ordine & gradu. Nam circiter tempora Karoli Mag. Duces dicebantur, queîs Comites subessent duodecim. Ex Adone in Chron. & Ottone Frisingensi. Hic, Pipinus, infit, Tassilonem in Ducatum restituit, fratrique. 12. Comitatus reddidit: quibus ille non contentus, ad Vvaifarum Ducem Aquitaniæ fugit. Id quod latius sùm persecutus Lib. 3. REGII GALLIÆ PATRIMONII. Tit. 15. Art. 3. Quùm mihi religio sit, àlibi notata, alium in locum transcribere. *Baronem* pariter quosdam sub se *Castellanos* habere, declarat priscus Gallorum mos, nedum Andensis prouinciolæ. Sic enim Pragmaticus Franciæ prodidit literis. *Baron est celluj qui ha le haut Iusticier, Chastellains soubz luy, & ressortissans en sa Court: ou autrement, Baron est celluj qui ha son Fief Bannieres, ses vassaux qui tiennent de luj. A la Table d'vn Baron ne siet aucun s'il n'est Cheualier, Prestre, ou Clerc*

Digitized by Google

ou Clerc d'auctorité. In Lib. *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de plaider eſt en Court laye par Couſtume notoirement gardee par droict, &c.* Tit *Qu'eſt Baron.* Perſpicuè verò explanauit Rex Henricus. 3., quot *Baroni* ſubeſſe *Caſtellanos*, oporteat, quot Duci *Barones* & *Caſtellanos*, quot Marchioni, Comiti viciſſim. Edicto. 16. Kal. Septemb. 1579. cui ſubinde Armoricus Senatus calculum admouit. 9. Kal. Octob. eod. anno. Capita Edicti ad verbum recenſui in Margine, vt faciliùs à Gallicis quibuſque Dynaſtis percipiantur. Nec ita dudum, Princeps Baronem RupisSymonis, apud Andes, creauit Franciſcum *de Champagne*, ſubiunctis huic titulo, adunatiſque Caſtellariis ditionibus *de Bonnefontaine, & Villaines*, cum inſignibus prædiis *de la Rocheſſymon, & de la Cheualerie.* Reſcripto luculento Menſ. Maio An. 1594. quod in Senatu promulgatum fuit, Sexto Idus Ianuar. 1597. Interdùm certè *Barro Caſtellanũ* obſeruat ſuperiorem, *Baronémve* alium, ex *Caſtellania* ſibi competente. Vt putà, ſi Barro aliquis nobile latifundium poſſideat in alienæ finibus *Caſtellaniæ* ſeu *Baroniæ*, in qua Iuriſdictionem non habeat vnà cum *Feudo.* Quùm enim *feudo* nil commune ſit cum Iuridica poteſtate apud Francos, nil mirum, *Baronem* pari vel inferiori Domino ſubiacere, cuius in Ditione tantùm fundo potiatur clientelari. Vt Maiores noſtri in ſuis Commentariis adnotarunt, hac verborum dialecto. *Si li Bers a fié en Baronie à aucun autre Baron, li Bers à qui ſeroit li Fiez, n'y auroit petite Ioutiſe ne grant: Ainz ſeroit la Ioutiſe au Baron, en qui Chaſtelerie li Fiez ſeroit. Et bien auient en aucun Fié, que vns Vauaſors tenra en la rerre au Baron à aucun, & ſi ſera en autre Chaſtelerie que en cele de qui il tendra. Et aura la Vaarie & la Ioutiſe dou Baron, en qui Chaſtelerie il ſera. Et en ceſte meniere puet len bien donner dvn fié .ij. homages, à lvn dvn Fié de lautre, & à lautre de la Vaarie. Et ſe einſinc auenoit, que aucuns ſe plainſiſt dvn autre à celui qui tendroit le Fié en autre Chaſtelerie, il porroit bien tenir le plait iuſque la bataille: Mais il ne porroit pas tenir la bataille, por ce quil ni a point de Ioutiſe: Ainz ſeroit des ileques en auant deuant lautre Baron en qui Chaſtelerie il ſeroit.* Cap. 109. Libri ſic inſcripti, *Ci commancent li Eſtabliſſemen le Roj de France ſelon lvſage de Chaſtelet de Paru, & dOrliens & de Baronie.*

GALLICARVM rerum Scriptores vetuſtiſs. tribuerunt Comitibus principatum Vrbis, & Ducibus totius præfecturam Regionis. Gregor. Turonen. Lib. 6. Hiſt. Cap. 41. Et Lib. 8. Cap. 18. cum lib. 9. Cap. 7. Vbi Theodulphus etiam memoratur, Andegauis decretus Comes. Verùm ex quo illuſtrium huiuſmodi Dignitatum beneficia tranſiêre in ius patrimonij, Ducatus nimirum, Comitatus, *Baroniæ*, tunc pro Moribus ſingulorum Municipiorum cœperunt diſtingui: ita quidem, vt *Barones*, perpetui ſuæ ciuitatis Domini cenſerentur. Vnde licet, Regio iuſſu, Oppidi portas mœniáque cuſtodiant ciues, flagrante Ciuili Bello: horum tamen militaria delicta non ſunt Regiæ puræ coërctionis, ſed Dominicæ, in eóſque

du. 10. Mars, 1578. eſt defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouuelles Dignitez, ſinõ que leſd. Seigneuries ſoyent de la qualité requiſe. Aſſauoir que la terre qui ſera erigee en Chaſtellenie, ait d'ancienneté haute Iuſtice, Moyenne & baſſe ſur les ſubiets d'icelle, droict de Foire, Marché, Preuoſté, Peage, & preminence ſur tous, és Eglaſes eſtãs au dedans de lad. terre. Que la Baronnie ſera cõpoſee de. 3. Chaſtellenies pour le moins, qui ſeront vnies & incorporées enſemble, pour eſtre tenues à vn ſeul hommage du Roy: Que le Comte aura 1. Baronnies &. 3. Chaſtellenies pour le moins, ou vne Baronie, &. 6. Chaſtellenies auſſi vnies & tenues du Roy. Que le Marquiſat ſera compoſé de. 3. Baronies & de 3. Chaſtellanies pour le moins, ou de. 2. Baronnies &. 6. Chaſtellenies vnies & tenues comme deſſus.

Baronia noua *de la Rocheſſymon, ex paroiſſes de Cromieres, & Villaines, ex Anionis* Regias ipſius Literas verificante Curia Pariſ. die. 8. Ianuar. An. 1597.

Comitatus *de Fizanſac* à Ludouico II. rege factus ex vnione plurium Ditionum, quas ipſe dederat Ymberto *de Batarnay*, Dom. *du Boufchage.* Vt eſt in Volum. 1. Ordinat. Curiæ ſub Ludouico. 11. Fol. 304.

Le Comté de Fieſque, Scipion de Fieſque, Comte de Lanaigne, en Geneuois, près de Gennes, lequel Comté, y a enuiron 120. ans, fut cedde par les predeceſſeurs Seigneurs de Fieſque à la Republique de Gennes, laquelle moyennant cela affranchit & exempta à perpetuité de tous ſubſides, Gabelles, impoſitions vers lad. Republique, & leur accorda auſſi de Fieſque, & à tous leurs ſucceſſeurs qu'ils pourroient venir & porter à touſiours le nom & tiltre de Comte de Lanaigne.

xit, ſolidarios verò milites innumeros. Sic Langobardo Iure cautum eſt, *ſi quis ex Baronibus noſtris ad nos venire voluerit, ſecurus vt veniat, & illæſus ad ſuos reuertatur &c.* Nec aliter Friſingenſis Otho Marchiones retulit in *Baronum* album ac numerum. Lib. Friderici. 2. Cap. 12. his verbis. Inter quos Vilhelmus Marchio de Monteferrato, qui penè ſolus ex Italiæ Baronibus Ciuitatum effugere potuit imperium, grauem quæſtionem fecit, &c. Per hunc modum Scotici *Barones* iidem habebantur priſca ætate, qui apud Germanos, & Italos, nimirum *Vaſſi* regij, *Vaſſi* maiores. Vt Hector Boëth. indicat, Scor. Hiſtor. lib. 11. dum ait, Scotiæ Regnum in partes, quas *Baronias* vocabant, diuiſum eſſe velut in Satrapeias.

2. FRANCICA item vetuſtas quùm *Barones* nominaret, illuſtres quoſque Regni primores intelligebat. Teſtis eſt Philippus *de Biaumanoir* antiquiſſimus Gallicarum Conſuet. ſcriptor, Cap. 10. cuius ſententia eſt eiuſmodi. *Bone coze eſt, que cil qui tiennent ſi franquement come en Baronie, & eſpeciaument me Sires qui eſt fix du Roj de Franche & Queus de Clermont, ſachent en quoi il doiuent obeir à le requeſte de lor ſouges, & en quoi il ſont tenu à retenir connuſance pardeuers eus, ſi que il gardent lor droit.* Hæc vtique Anno ſalutis 1283. At multò quoque antea Franci Duces, quùm nouæ Solymorum prouinciæ ciuiles dictarent Leges, *Baronum* vocabulo complexi ſunt Comites, Regníq; Proceres inſignio-res, Annũ circiter 1090. in lib. *Des Aſſiſes & des Vſages & des Plaids de la haute Cort dou Reyaume de Ieruſalem.* Tit. *Des Barons du Reyaume*, vbi ſequens inſeritur clauſula, *L'vne des Baronies s'eſt le Comte de Jaffe & d'Eſcalonne, & la Seignorie de Rames & de Mirabel, & de Ybelin: L'autre le Prince de Galilee: La tierce, la Senorie de Saiete, de Ceſaree & de Betheen: La quarte, le Comte de Triple.* Antiquiùs etiam in Hiſpania inſtituti feruntur à Karolo Mag. Cæſ. Nouemviri, ſeu primi *Barones*: quibus ſingulis dominia ſingula diſtribuit, *Varonias* nunc ab iis *Varonibus* vulgò dictas. Ab his dehinc Nouemviris ſummatibus, idem Imp. creauit in Tarraconen. regione illa Comites nouem, qui Poteſtates vocarentur: ac *Vicecomites* totidem, nouem Nobiles, quibus adiunxit alios nouem qui *Valuaſſores* nuncupantur. Quorum titulos nominaque poſuit Lucius Marineus, Siculus, rerum Hiſpanic. Lib. 9. Cap. 1. ſerie tali.

Comes Barcinonæ.	*Comes Vrgelli.*	*Comes Empuriarum.*
Vicecomes Cardonæ.	*Vicecomes Agerenſis.*	*Vicecomes de Rupefortino.*
Nobilis de Monclus.	*Nobilis de Terminis.*	*Nobilis de Ceruiano.*
Valuaſſor de Boxadors.	*Valuaſſor de Guimerano.*	*Valuaſſor de Fuxano.*
Comes Pallarienſis.	*Comes de Oſſana.*	*Comes Biſulduni.*
Vicecomes Villamuri.	*Vicecomes Capraríæ.*	*Vicecomes de Bas.*
Nobilis de Bellera.	*Nobilis de Scintillis.*	*Nobilis de Porqueras.*
Valuaſſor de Toralla.	*Valuaſſor de Villademay.*	*Valuaſſor de Beſora.*

mitates titulo Literis Karoli 9. regis, & ſucceſſoris Reſcriptis die 17. Octob. 1575. 23. Iulij an. 1578. & 7. Feb. 1580. cum clauſula Bleſenſis Edicti derogatoria quoad vnionem cum Domanio regio in defectum maſculorum hæredum. Sed Curia Pariſien. comprobauit eam erectionem expreſſo iuſſu regio citra exemplum aut præiudicium in cæteris, (quùm impetrãs haberet ſocium, & eum eo Baronem ex æquo.) Ea item conditione, vt deficientibus maſculis Comitatus iterum fieret ſimplex Baronia. Areſto die 16. Mart. & 14. April. An. 1580.

Le 14. iour d'auril 1580. ont eſté verifiees les lettres d'erection du Comté de Chanuroux en Berry, pour Meſſire Iehan Daumont Mareſchal de France, pour lequel Buyſſon a demandé lad. verification, laquelle a eſté faicte aux charges contenues au Regiſtre de ladite Cour.

Ancien Tiltre Latin ſans datte touchant les priuileges & couſtumes de la Chaſtellenie de Belac en la baſſe Marche, collationné le 29. Mars 1473. lequel commence ainſi In nomine patris & filij, & ſpiritusſancti, Ex Hugo Brunus Comes Marchiæ, præſentis ſcripti tenore notum feci, Volo tam præſentibus quam futuris, quod cũ olim felicis recordationis Audebertus Comes Marchię & milites caſtelli & Caſtellaniæ de Belac, cum aſſenſu gentis eiuſdem villæ cõcordaſſent inter ſe & iuramento firmaſſent cõſuetudines & ſecuritates Caſtri & villæ de Belac ſe filiter obſeruaturos & metas ac terminos poſuiſſent infra quos omnes homines milites clientes, Burgenſes ruſtici ſecuritatem haberent, &c. Ego diligenter eorũ veſtigiis inherens militum dicti Caſtri & Caſtellaniæ habito propoſui, & iuramẽto firmaui eodem modo conſuetudines & ſecuritates, & metas & terminos eoſdem infra quos nullus qui ius facere velit & poſſit capiant. &c. *Il ſpecifie les dites Couſtumes, priuileges & franchiſes de Belac* intra ſuas metas.

Comes

Comes Cerdaniæ. *Comes Roſilionis.* *Comes Tarracone.*
Vicecomes de Querforadat. *Vicecomes de Caſtellon.* *Vicecomes de Scornalbou.*
Nobilis Durz. *Nobilis de Canero.* *Nobilis de Caſtellet.*
Valuaſſor Danueig. *Valuaſſor de Munſcot.* *Valuaſſor de Mediona.*

Planè hodierno Francorum Vſu conſtricta eſt ita *Baronis* definitio ac poteſtas, vt eiuſmodi propriè dicatur quiſquis in ſuo Territorio ius obtineat maximæ, mediæ, ac infimæ coërcitionis, cum poteſtate virgis cædendi, ſuſpendendi, exilio mulctandi, ceruicis amputandæ, cremandi, notæ fronti inurandæ, & patibuli quatuor tignis erigendi. Vt tradit I. Butelerius in *Summa Rurali.* Duces verò, ac Comites *Baronibus* auctoritate præſtare, inuit Faber ad §. licet Inſtitut. De Adopt. Idque declarant etiam ambitioſa Reſcripta nouorum Ducatuum & Comitatuum, vt qui antea nudi fuerint Baronatus, codicillares facti ſint Ducatus, Marchiæ, Comitatus, aut Principatus.

Baronia *de Nanteuil le Haudouyn*, in Valeſio Ducatu, data fuit quondam à Valeſio Comite fratri ſuo natu minori lege diuiſionis.

Baronia *de Ciuray*, fit Comitatus an. 1526. cui vnita fuit Caſtellania *d'Vſſon*, & Baronia S. Maxentij.

3. Sic *Baroniam* Rupisfocaldi Rex ſubuexit in Comitatum, Sextili Menſe An. 1528. Pari honore affecit Baronatum *de Buzançois* in gratiam Philip. Chabotij Martio Menſ. 1533. Baro Fani Aniani in Biturigibus ſalutatur Comes Regiis codicillis Aprili Menſ. 1537. Baro *de Mauleurier*, apud Andes, Comitis titulo ornatus fuit Claud. Gouffierius Nouemb. Menſ. An. 1542. Baronatus *de Nantueil* fit Comitatus. fauore Errici Lenoncurij Nouemb. Menſ. 1543. Baronia *de Montbaſon.* in Turonibus, inſignita iure Comitatus, nomine Ludouici Rohanij Decemb. Menſ. 1549. Baro *de Cheureuſe*, in Pariſien. agro, Dux vocari cœptus regiis auſpiciis, in rem Cardinalis Lotharingi Menſ. Aprili. 1555. probante ſuprema Pariſiorum Curia. 6. Idus Maias ſubinde conſequentes. Veluti Baro *de Chemillé*, in Andibus, Comes dictus, poſtulante Karolo Borbonio Rupiſſurianæ Regulo. Quintili Menſ. eod. anno. Baronem verò *de Raynel* in Campania Francica Rex fecit Marchionem Decemb. Menſ. 1560. ad libellum Franciſcæ Amboſiæ. Baronatus *de Mercueur* apud Aruernos, Principatus Inſignibus honeſtatur. Regiis literis Iun. Menſ. 1563. Baronem *de Curton* Rex decorauit illuſtri Marchiæ dignitate Decemb. Menſ. eod. anno. Quemadmodùm & Baronia *de Chaulne* aucta eſt Comitatus titulo, eod. Menſe & Anno, pro Ludouico *Dognyes*. Baro quoque *Daubijoux*, Marchiæ decore illuſtratus, ad Ludouici Amboſij preces, Auguſto Menſe 1565. Cui PATRES PARISIENSES calculum addidêre, pridie Idus Sextiles poſtero Anno. Baronatus *de Secondigny* Pictonicus euehitur in Comitatum pro Arthuro Coſſæo, Barone, Iunio Menſ. 1566. Subſcribente Senatu 5. Cal. Sextiles eod. an. Sed Regiam in Marchionatum ſubuectionem Maigneleæ Ditionis Veromanduorum coarctarunt Lutetiani PATRES honoraria modò prærogatiua. Poſtridie Idus Auguſti. 1566. Dehinc Baro *de Mayſieres* publicè acclamatus Marchio Diplomate Principali, Iulio Menſe eod. an., pro Nicolao *d'Anion*, Barone. Rurſus Baronem

S. Aignan en Berry. Hic Gouffierius pariter impetrauit à Principe erectionem Marchionatus ſui *de boiſy* in Ducatum *aux charges contenues eſd. lettres d'erection.* Nou. Menſ. an. 1566. Vt eſt in volum. 3 Regeſtorum Curiæ ſub Karolo 9. fol 322. verſ. *Car le dernier Duc Charles de bourbon donna les ſeigneuries de boiſy, & Rouenbois au Comté de Foreſt (à preſent Marquiſat & Duché) à Guillaume Gouffier pere du grãd M. Gouffier, & del' Admiral de Bonniuet, à la charge de tenir touſiours leſd. ſeigneuries de maſle en maſle ſubſtitution maſculine infinie auec confirmatiõ des Rois François 1. Henry 11. &c.*

Et le Lundy 13. Mars 1591. le Comte de Montbazon a eſté receu en Parlement Duc de Montbazon, & Pair de France, preſenté par Denis Bouteillier Aduocat.

Die 10. Maij 1535. Nouus hic Principatus *de Mercueur* poſtea erectus eſt in Ducatum ab Henrico 3. rege noui Ducis genero, Nicolai Lotharingi Comitis. Valdimontani. Vt eſt in vol. 1. Actorũ Curiæ ſub Henrico 3. fol. 491. Et verificatio Ducatus facta eſt in Curia Menſ. Mart. an. 1576.

Die 30. Iul. *Maignelay, pres Montdidier.*

Die 14. Auguſti 1566.

ou Clerc d'auctorité. In Lib. *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de plaider eſt en Court laye par Couſtume notoirement gardee par droict, &c.* Tit *Qu'eſt Baron.* Perſpicuè verò explanauit Rex Henricus. 3., quot *Baroni* ſubeſſe *Caſtellanos*, oporteat, quot Duci *Barones* & *Caſtellanos*, quot Marchioni, Comiti viciſſim. Edicto. 16. Kal. Septemb. 1579. cui ſubinde Armoricus Senatus calculum admouit. 9. Kal. Octob. eod. anno. Capita Edicti ad verbum recenſui in Margine, vt faciliùs à Gallicis quibuſque Dynaſtis percipiantur. Nec ita dudum, Princeps Baronem RupisSymonis, apud Andes, creauit Franciſcum *de Champagne*, ſubiunctis huic titulo, adunatiſque Caſtellariis ditionibus *de Bonnefontaine*, *& Villaines*, cum inſignibus prædiis *de la Rocheſymon*, *& de la Cheualerie.* Reſcripto luculento Menſ. Maio An. 1594. quod in Senatu promulgatum fuit, Sexto Idus Ianuar. 1597. Interdùm certè *Barro Caſtellanũ* obſeruat ſuperiorem, *Baronémve* alium, ex *Caſtellania* ſibi competente. Vtputà, ſi Barro aliquis nobile latifundium poſſideat in alienæ finibus *Caſtellaniæ* ſeu *Baroniæ*, in qua Iuriſdictionem non habeat vnà cum *Feudo.* Quùm enim *feudo* nil commune ſit cum Iuridica poteſtate apud Francos, nil mirum, *Baronem* pari vel inferiori Domino ſubiacere, cuius in Ditione tantùm fundo potiatur clientelari. Vt Maiores noſtri in ſuis Commentariis adnotarunt, hac verborum dialecto. *Si li Bers a fié en Baronie à aucun autre Baron, li Bers à qui ſeroit li Fiez, n'y auroit petite Ioutiſe ne grant: Ainz ſeroit la Ioutiſe au Baron, en qui Chaſtelerie li Fiez ſeroit. Et bien auient en aucun Fié, que vns Vauaſors tenra en la terre au Baron à aucun, & ſi ſera en autre Chaſtelerie que en cele de qui il tendra. Et aura la Vaarie & la Ioutiſe dou Baron, en qui Chaſtelerie il ſera. Et en ceſte meniere puet len bien donner dvn fié .ij. homages, à lvn dvn Fié de lautre, & à lautre de la Vaarie. Et ſe einſinc auenoit, que aucuns ſe plainſiſt dvn autre à celui qui tendroit le Fié en autre Chaſtelerie, il porroit bien tenir le plait iuſque la bataille: Mais il ne porroit pas tenir la bataille, por ce quil ni a point de Ioutiſe: Ainz ſeroit des ileques en auant deuant lautre Baron en qui Chaſtelerie il ſeroit.* Cap. 109. Libri ſic inſcripti, *Ci commancent li Eſtabliſſemen le Roj de France ſelon lvſage de Chaſtelet de Paru, & dOrliens & de Baronie.*

dv. 10. Mars, 1578. eſt defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouuelles Dignitez, ſinõ que leſd. Seigneuries ſoyent de la qualité requiſe. Aſſauoir que la terre qui ſera erigee en Chaſtellenie, ait d'ancienneté haute Iuſtice, Moyenne & baſſe ſur les ſubiets d'icelle, droict de Foire, Marché, Preuoſté, Peage, & preminence ſur tous, és Egliſes eſtãs au dedans de lad. terre. Que la Baronnie ſera cõpoſee de. 3. Chaſtellenies pour le moins, qui ſeront unies & incorporées enſemble, pour eſtre tenues à vn ſeul hommage du Roy: Que le Comte aura 1. Baronnies &. 3. Chaſtellenies pour le moins, ou vne Baronie, &. 6. Chaſtellenies auſſi unies & tenues du Roy. Que le Marquiſat ſera compoſé de. 3. Baronnies & de 3. Chaſtellenies pour le moins, ou de. 2. Baronnies &. 6. Chaſtellenies unies & tenues comme deſſus.

Baronia noua *de la Rocheſymon, es paroiſſes de Cromieres, & Villaines, en Anion:* Regias ipſius Literas verificante Curia Pariſ. die. 8. Ianuar. An. 1597.

Comitatus *de Fizanſac* à Ludouico 11. rege factus ex vnione plurium Ditionum, quas ipſe dederat Ymberto *de Batarnay*, Dom. *du Boſchage.* Vt eſt in Volum. 1. Ordinat. Curiæ ſub Ludouico. 11. Fol. 304.

Le Comté de Fieſque, Seigneurie de Fieſque, Comte de Lauaigne, en Geneuois, près de Gennes, lequel Comté, y a enuiron 120. ans, fut cedde par les predeceſſeurs Seigneurs de Fieſque à la Republique de Gennes, laquelle moyennant celà affranchit & exempta à perpetuité de tous ſubſides, Gabelles, impoſitions vers lad. Republique, & leurs accordans ſusd. de Fieſque, & à tous leurs ſucceſſeurs qu'ils peuſſent retenir & porter à touſiours le nom & tiltre de Comte de Lauaigne.

5. GALLICARVM rerum Scriptores vetuſtiſs. tribuerunt Comitibus principatum Vrbis, & Ducibus totius præfecturam Regionis. Gregor. Turonen. Lib. 6. Hiſt. Cap. 41. Et Lib. 8. Cap. 18. cum lib. 9. Cap. 7. Vbi Theodulphus etiam memoratur, Andegauis decretus Comes. Verùm ex quo illuſtrium huiuſmodi Dignitatum beneficia tranſiêre in ius patrimonij, Ducatus nimirum, Comitatus, *Baroniæ*, tunc pro Moribus ſingulorum Municipiorum cœperunt diſtingui: ita quidem, vt *Barones*, perpetui ſuæ ciuitatis Domini cenſerentur. Vnde licet, Regio iuſſu, Oppidi portas mœniáque cuſtodiant ciues, flagrante Ciuili Bello: horum tamen militaria delicta non ſunt Regiæ puræ coërctionis, ſed Dominicæ, in eóſque

Digitized by Google

Baroni vrbis domino animaduertere solidum ius est. Hinc solùm demuntur limitanea Regni oppida, vel in quibus regium Tribunal sit, ac præsidiarij milites Principalibus mandatis collocati. Nam isto casu, differui ego palàm in Senatu, militaria ciuium crimina plecti non debere à priuato vrbis Toparcha, (Duce, Comite, vel Barone) sed regij Iudicis vindictæ reseruari. In publicis nempe causarum Actionibus, pro Rhemensi ciuitate, cótra eiusdem Archiepiscopum simul & Ducem, pro quo vicissim dixit Cauchonius, Fori nostri patronus disertiss. Litem vtrinque disceptatam PATRES consilij esse pronuntiarunt, Pridie Nonas Decemb. An. 1576.

Die. 4. Decemb. 1576. *en plaidant du Roole de Vermandois.* in Ver. Andeg. Leg 47. *Ville close.*

HIC obiter mihi se offert scrupulus, nûm cui habere licet muris circumdatũ Oppidum patrio Ritu, *Baro* etiam tacitè sinatur mœnibus Pagos nunc primùm includere, haud petita ab Rege venia. In *Baronem* pugnat eximia solidáque principis auctoritas condendarum Vrbium mœnibúsque cingendarum: de qua, Bartol. ad l. ex hoc iure. ff. de Iustit. & iur. Bald. in ver. ciuitates De pace Constantiæ. Odoffred. in l. ad institutionem Cod. de sacrosanct. Eccles. Quinimò Muros municipales ne reficere quidem fas erat lege Romana, nisi adito & exorato Cæsare, vel Præside Municipij. Leg. sacra. §. vlt. ff. De rer. diuis. At enim opinor, tales Constitutiones cessare in nostratibus Prouinciolis, quæ ius clausi munitíque Oppidi *Baronibus* irrogent suo ciuico More. Semel enim datum Baronatus *Feudum* à principe, sequuntur omnes eiusdem partes & appendices descriptæ Legibus patriis, tacita quadam Regis voluntate. Vt nominatim sensit Molineus, ad. §. 54. Cenom. Consuet. Secundùm ea, quæ I. Faber. & Ang. Aretinus, in. §. sanctæ Institut. De rer. diuis. Quò firmiùs adhuc *Baroni* licuerit, Vrbis muros, qui vetustate, casu, hostilive manu diruti sint, absque veniali Rescripto instaurare? Iuxta Guimerij sententiam, ad §. in Ecclesiis. Ver. villis muratis. De Collat. In Sanction. Basilien. Nã & si impresserit muris hostile aratrum exercitus insolens (quale Carthago passa est) non idcircò exuuntur ciuilibus priuilegiis Oppidani, nec postliminio recepta Ciuitas eget noua Vrbanorum priuilegiorum concessione Principali. Argum. Can. pastoralis. Caus. 7. Quæst. 1. Can. qui semel. 19. Quæst. 3. Can. cùm per bellicam. 34. Quæst. 2. Consultius tamen erit ciuibus, quorum mœnia solo æquata sint, ea reficiendi gratiam Regísque diploma impetrare, Murorũ simul & Priuilegiorũ Vrbis restitutorium. Iudicio Fabri & Angeli in cita. §. sanctæ De rer. diuis. Apud Iustinianum. Porrò si ex ciuium maleficio aratrum ducatur in Ciuitate, & campis vbi Troia fuit, haud alius quisquam instaurandi Oppidi auctor esse ciuibus potest, quàm Rex, seu Prouinciæ Dominus summus. Vt copiosè tractat Pragmat. Sanct. Scholiastes Guymerius, loco ꝫ. relato. Aquibus non longè recedunt Francici Sacerdotij postulata ab Rege pridem in Gallicis Comitiis, vt euerterentur prævalidæ Magnatum virorum arces (quæ sexdecim abhinc

6.

Quam l. sacra. §. vlt. trahunt Bald. & Zas. ad Furcas Iurisdictionum.

Vrbes condere, regium esse, subindicat Plinius in Lib. De viris illustr. dicens Romulum vrbem Romam prius legibus quàm mœnibus muniuisse, edixisséque, nequis vallum transiliret. Non alij autem, quàm regum Domino summo potestas est Legum condendarum.

Cayer des Remonstrances du Clergé, aux Estatz de Blois.

Digitized by Google

hinc annos ſtructæ fuiſſent ab iis qui ſtruendi ius non habuerant) eò quòd in talibus munitis Ædificiis, ſecuriùs quàm par eſſet, abderetur nefarius quiſque graſſator, parricida, inſidiator publicus & qui

Jura neget ſibi nata, nihil non arroget armis. Horat.

Artic. 224. Expoſtulationis Clericorum ad Principem, Bleſis 6. Idus Februar. an. 1577. Vniuerſim autem Gallica Nobilitas popoſcit à Rege in maxima illa Ordinum frequentia, nobilibus viris interdici munitarum vallo foſſáque Ædium conſtructione, nêu Columbarium à ſolo erigerent ipſi poſthac: niſi indulgente domino iuſtæ plenæque Iuriſdictionis, cuius in Territorio ædificia illa molirentur inferiores art. 43. ſupplicis Libelli ad regem 3. Kal. Februar. eod. an. Sed in claudendo Oppido (de quo ℣.) iuuat obiter diſcutere, nûm qui ei vicinum agrum poſſidet, ſed alibi degit, nummos conferre teneatur in ipſius ſtructuram Oppidi, Vicanis Reſcripto permiſſam. Nemini hercle huius vacatio excuſatióque muneris datur, l. Ad portus Cod. de oper. publ. l. 23. eod. Tit. in Cod. Theod. l. ad inſtructionem Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Aſt hoc de ciuibus & oppidanis interpretamur, non de extraneis, etſi propinqui fundi proprietariis: niſi intra Vrbis mœnia rem ſoli qualemcúnque obtineant. Planum eſt enim, Ciuitatem muris claudi, finiri. Auctore Paulo I.C., l. 2. de verb. ſignif. Et cap. ſi ciuitas de ſenten. excomm. In 6. Itaque graui Senatus iudicio abſolutus eſt Petr. *Choiſeau* æris collatione petita à ciuibus Taunaij oppiduli in cauſam murorum eius ſtruendorum: tametſi eo in Territorio prędiis aliquot potiretur. Decreto in forenſi cauſarum diſceptatione 12. Kal. Sextiles an. 1534. quum Fauierius, pro Petr. *Choiſeau* appellante: Faber, pro Oppidanis: & Montholonius, pro Fiſco dixiſſent.

Fief de Haubert.

Die 8. Febr. an. 1577.

Die 30. Ianuar.

Decretum Curiæ die 21. Iulij an. 1534. inter Petrum *Choiſeau* appellátem à regio Iudice Fani Petri (*ſi de S. Pierre le Monſtier*) & *Eſtienne Barlier, & les Eſchevins de la ville de Taunay, aſſez prés de Clamecy.*

7. QVEMADMODVM regiæ tutelæ eſt Templum auguſtius cuiúſque Diœceſeos, ita Maioribus æquum viſum, Monaſticos conuentus, & canonicorum Sodalitia degere in Territorio illuſtrioris Toparchæ: cuius præſidio ſe ſuæque iura Eccleſiæ firmiùs tueantur. Ex quo pariter, Iuliodunenſis Mos numerat inter *Baronum* prærogatiuas Collegium canonicorum, Cœnobium, aut Primatum quendam monaſticum, vnà cum Oppido mœnibus cincto, & duabus ſaltem Caſtellariis Ditionibus. §. 2. Tit. de iure Baronatus. Idem Turonibus cautum. §. 71. & antiquo Bleſenſium Iure Municipali, cuius meminit Libellus renunciationis actorum in ea Conſuet. emendanda, Tit. de Iuriſdictione. Ac in vniuerſum *Baronibus* prædicta ſingula adſignat Chaſſeneus è variis Francorum municipum Inſtitutis. Catalogo glor. mun., Parte 8. Conſider. 15. Sanè apud Bononienſes Belgas, regio Territorio reſeruata videntur Cœnobia nominatim, ac *Prioratus* ſeu Primatus monaſtici. §. 1. Bolonien. Conſuet. Quòd verò attinet ad Syluas, de quibus hîc loquitur Andium Mos, rectè ſtatutum eſt, eas *Baronum* dominatu teneri. Vt enim *Baronatus* ipſe non cadit in iudicium diuidundæ hæreditatis. §. 278. Leg. patriæ: Ita, ne deformis contingat inſignium Syluarum partitio inter cohæredes,

Sic Perrodij noui Abbatiam, Premonſtraten. Ordinis. fundauit Robertus Baro *de Sablé*, pro duabus partibus, & Petrus *de Brion* pro tertia: prope Oppidum Sabolium, an. 1189. Sed illam perdotarũt Vilhelmus à Rupibus, & Margar. Sabolia vxor, an. 1209. Tum Almaricus *Sire de Craon & de Sablé*, an. 1307.

Sed nobili viduę fructuariæ permittitur Nemoris vſus ac reditus, vnà cum Ditione cui nemus adhæreat. §. 311. Andeg. Leg. in verſ *elle iouyra des ventes des bois ordinaires, &c.*

Digitized by Google

has *Baronum* iuribus meritò adsignamus. Cæteroquin diuisioni obnoxia sunt Nemuscula & grandes arbores, j. cap. 497. Adiice quòd maioribus Dominis addictæ sunt Syluæ, amplioris venationis gratia, cuius modum seu liberum ius metimur præstantia dignitateque Procerum cuiusvis Regionis. Ac de *Barone* nuncupatim cauit I. Butelerius, ne illo minor Dynasta capere ausit Falcones seu accipitres, Astorgios, Lanarios, Gyrofalcos absque permissu *Baronis*: néve Ardeolæ moliatur insidias quisquam, nisi auium aucupio hûc spectantium, excepto *Barone*. Tit. *du droict au Baron, ou au Ber.* In Sum. Rur.

Beis marmintaux.

Ne prendre Faucons, Autours, Laniers, ne Gerfaux, ne tendre au heron.

EAPROPTER coniicio, More inductum Andegauen., vt obe- 8.
rans Falco *Baronibus* competeret: quem nempe hi soli Falconem aucupari possint, eximio quodam venationis seu aucupij iure. Ac velut vmbratilis huius principes militiæ Falconem suum faciunt, qui vagus erránsque captus sit: ita bellatorem Equum deerrantem, veræ equestrísque militię antesignani, vt *Barones*. Nam militaris etiam prę-

Vers. Andeg. Leg. 47. *Au Baron appartient l'espaue du faucon, & du Destrier: & est entendu Destrier vn grãd cheual de guerre, courtier, ou cheual de lance.*

§. 1. vers. *& peut porter Baniere, qui est à dire, le Comte, Viscomte, ou Baron peut en guerre ou en armoiries porter ses armes en quarré: ce que ne peut faire le seigneur Chastellain, qui les peut porter en forme d'escusson seulement.*

minentia tribuitur Baronibus *par la baniere qu'ils portent en guerre*, cuius latio vsúsque inferioribus Dominis interdictus est. §. 1. Pictauen. Consuet. Inde & antiqui *Banerettos* Equites retulerunt in primarium ferè militum ordinem & gradum. Vt notat Frossartes Historicus, lib. 1., vbi de Anglica acie iamiam prælio accincta, duce VValliæ Regulo, in Bertrandum Glesquinam, & Erricum Regem Castulonensem. *Là apporta* (infit) *Messire Iehan Chandos au Prince de Galles sa baniere entre ses batailles, laquelle n'auoit encores nullement boutee hors de l'Ost du Prince, auquel dist ainsi: Monseigneur veez cy ma baniere, ie la vous baille par telle maniere, qu'il vous plaise la deueloper, & que auiourd'huy ie la puisse leuer. Car Dieu mercy i'ay bien dequoy en terre & heritage pour tenir estat, ainsi comme appartient à ce. Ainsi print le Prince & le Roy Dampietre, qui là estoient, la baniere entre leurs mains, qui estoit d'argent à vn pieu aguisé de gueules, & luy rendirent, en disant ainsi: Messire Iean veez si vostre baniere, Dieu vous en laisse votre preu faire.* Cap. 241. Hæc de Anglica militia, quid de nostrate Gallicana? Audi Monstreletum, Francicæ Hist. cap. 93. quo agitur de Biturigum vrbe obsessa à Karolo Sexto: vt Aurelianæ factionis duces, qui eam præsidio tenebant, in potestatem redigeret an. 1412. *Là deuant la ville* (inquit) *prés du Gibet, le Roy fit plus de 500. Cheualiers: desquels & aussi de plusieurs autres, qui n'auoient porté baniere, furent innumerables banieres eleuees.* Taceo quæ à Ioh. Ioynuilla scribuntur de Asiatico Francorum bello, quod D. Ludouici ductu auspiciisque gerebatur. Quùm enim regiis sumptibus redimendos captiuos curaret Ioynuilla apud Principem, nec oratio huiusmodi Aulico cuidam grata esset, *Ie luy respons* (ait) *que la mal-auanture luy en faisoit bien parler, & que entre nous de Champagne, auions bien perdu au seruice du Roy 35. Cheualiers, tous portans baniere.*

Lib. 1. Monstrel. de Aurelienſ. & Burgũdorũ aduersariis factionibus.

Ioynuilla in lib. Gestorum à D. Ludou. Rege cap. 58.

OBIICIET fortè aliquis, nostratem Consuet. parum sibi con- 9.
stare, quòd militarem Equum vni *Baroni* attribuat hoc loco, alibi tamen patronis quibúsque Caballum insignem deberi posse concedat

Espaue du Destrier, en cheual de guerre.

dat iure clientelarum artic. 131. 132. 133. Sed latè discrepant inuicem Equus erro seu qui nullus sit, & is, quem *vasallus* noster possideat vt suum. Ille enim si bellico vsui destinatus fuerit, vni *Baroni* adplicatur, & probè: quùm eo casu nemini priuatim fiat iniuria. Hic verò, quem vocant Practici obsequiosum Equum, licet militaris *feudi* ergò debeatur à cliente, haud ideò militaris est feroculúsque præstandus, sed mediocris, & domui potiùs quàm militiæ aptus. Talem enim caballum Gallici Iurisprudentes quondam ita descripserunt, *Se aucuns auoit son home qui li deust Roncin de seruice, & len semonsist, Rendez moi mon Roncin de seruice, quar ie le vueil auoir, & si nen vueil pas penre deniers. Adont il doit amener son roncin dedenz les 14. iours, se il ne len vieut donner plus lonc terme. Et li doit amener afraine, & asele pardeuant la Iustisce, & aquanque mestiers iert, & ferré de tous les 4 piez. Et si li Sires dit, Je ne le vueill mie, quar il est trop foibles, Cil li porroit ainsint respondre, Sires faites le essaier. Et li Sires si porroit mestre.y Escuier deseure si grant come il deueroit, &. 1. Haubert trousset par derier lui, & mes chauces de fer, & l'enuoyer a 12. liuees loing, & se il les puet bien aler, & à lendemain retourner arriere à tout l'Escuier, li Sire ne le puet mie refuser par droit. Et se il ne pooit fere ses 2. iournees, li sieuez li queist 1. autre qui cele peine peust endurer. Et quant il li auroit pourchacie sousisant, se li Sires ne le receuoit, il ne li en renderoit iamais point, tant come li Sires neschist. Mais se au Seingneur plaisoit, il le puet bien rendre dedenz lan, puis que li Cheuaus soit sains, tout ausi come cil li bailla: Et li homs ne le puet refuser. Et quant venra duques à 1. an, ou duques à 2. li Sires li puet demander son Roncin, & il li puet amener. Et se li Sires le tenoit plus d'vn an & vn ior, li Sires cil li renuoioit, li Homs ne le repenroit pas, se il ne li plaisoit mout bien par droiture.* Ex Lib. *Ci comencent li eStatu don Reyaume de France* Cap. *De rendre seruice à son Seigneur.*

Cheual ou Roncin de seruice.

Cap. 48.

Les Comtes, Vicomtes, Barons soubs le ressort & suzeraineté du Roy & Duc d'Anion ont toute Iurisdiction Haute, Moyenne & Basse en leur Territoire, & sur leurs subiects la punition & correction d'eux: & peuent Forbannir leurs subiects de leurs terres: Et peut auoir le Comte ou Merc de sa Iustice Gibet à 6. pilliers, & le Vicomte & Baron à 4. pilliers. Toutesfois le Duc d'Anion peut bien auoir Gibet à 8, & tel que bon luy semblera en signe de suzeraineté.

1. COMITES, PROCOMITES, BARONES, SVB REGIA ET ANDEGAVI DVCIS IVRISDICTIONE IMPERIOQVE SVPERIORI, HABENT MAXIMAM, MEDIAM, INFIMAMQVE IVRIS DICVNDI POTESTATEM SVO IN TERRITORIO, AC IN SVBDITOS IVS GLADII SEVERÆQVE ANIMADVERSIONIS. EOS QVOQVE POSSVNT, INDICTO EXILIO, DITIONIS SVÆ FINIBVS EXTVRBARE AC SVMMOVERE. COMITI VERO LICITVM EST, SENIS, PROCOMITI ET

Hoc artic. vetus Mss emendatus legitur, in Processu verbali Consuet. Andeg.

Digitized by Google

BARONI QVATERNIS TIGNIS ERIGERE PATIBVLVM. TAMEN ANDIVM DVX LIBERAM HABET QVANTICVNQVE PATIBVLI ERECTIONEM,(VEL AD FASTIGIVM VSQVE) SVPREMI IMPERII AC DOMINATVS INDICEM.

In Verb. *Les Comtes.*

Quo tempore scriptis mandari cœpit Andium Lex iussu Regio, vnus tantùm inibi, aut duo Comites ad summum appellabantur. Iamdiu enim Comites desierant tum pro Iudicibus ordinariis accipi, qui in pace & otio quondam ius reddiderant apud Gallos Legis Francicæ lib. 2. de aduocatione ad Comites cap. 6. Ac in Edicto religioso Karolomanni, apud Auentinum lib. 3. Idémque ab Helmoldo vsurpatum, in Slauor. Hist. cap. 68. *Super homines*, inquit, *functus est Comes honore Cometiæ: fecitque Iustitiam populo suo.* Etsi verò dehinc Comites Francis dicerentur regionis Præfecti, (auct. Gregorio Turonen. & Alberto Crantz. in Vandalia.) Nihilo minùs auorum nostro seculo aliud præferre cœpit Comitis appellatio, inferiorem nempe nobilitatis gradum sub Duce, supra *Barones.*

Præfectus, quẽ Franci Graphionem vocant, summo studio adnitatur, vt incantationes impune non abeant. *Graff.* igitur modò Præfectus modò Comes Latinè dicitur. Hæc Auentinus.

Greg. lib. 4. Crantzij lib. 1. cap. 28.

Die 15. Febr. an. 1554. Baronia *de Beaupreau*, fuit Ludouici *de Beaupreau* an. 1350. Iani filiian. 1360. Ianæ neptis Iano *Desroches* nuptæ: A quibus trãsiit ad Leonorã *Desroches* filiam, I. *de Bazoges* coniugem, ab hoc ad Ægid. *de Bazoges*: Cuius Anna filia, vxor Iani *de Montespedon* transmisit Baroniam ad Ioach. filium, patrem Philippæ, qua donante, Baroniam N. *Despeaux* euicit Arresto Mens. Iun. an 1599.

Depuis le Duché de Thouars erigé en Pairie, publiée & verifiée en Parlement, le Mardy 7. de Decemb. 1599. requerant Arnauld pour le sieur de la Trimouille: & sur l'opposition formée par le Seneschal de Poictou, & le siege Presidial de Poictiers, Ordonne la Cour, que les subiects de Thouars, ressortiront à Poictiers, comme ils ont accoustumé. Gouffier, grand Escuyer de France.

Tit. 11. art. 12. nostri lib. 3. de Dom. Franc. Placitũ Curiæ prouisionale die 31. Iulij 1559. entre le Roy de Navarre Duc de Vendosmois, la vefue de Iean de Bourbon Cõte d'Anguyen, & Anne d'Alençon, seigneurs de Baugé par engagement, & le Procureur du Roy, à Baugé d'vne part, & M. onyn Procureur

2. Ac ne externa quæramus exempla, Lex patriâ nobis Comitem proponit, non Ducem, sub Ducatu Andegauen. Hoc §. 48. Sed longè post restitutum Ius nostrę Prouinciolę, codicillares facti sunt minorum Gentium Duces. Qualis Baro *de Beaupreau*, Marchio deinceps, ad extremum, Dux salutatus. Eam quippe Marchiam priùs instituerat Princeps Diplomate 15 Kal. Mart. an. 1554. Eodem Princeps Rescripto coniunxit nouæ Marchiæ Baronatus *de Chemillé, & Cholet*, ac Castellaniam *de la Iumeliere.* Quin & Ducatus titulo auctus est Thoarci Procomitatus intra fines Comitatus Pictonici. Regiis literis Quintili Mense an. 1563. in gratiam Ludou. Tremolij magnatis. Sic nobilis Ditio *de Boisy*, in Marchiam, postea in Ducatum sublata. Nouemb. Mens. 1566. fauore Claud. Gouffierij Franciæ Archippocomi, seu Regio equitio Præfecti. Prisca necnon ætate, Andegauus Comes Comitem pertulit Bellofortensem, quem Philippus Rex creatat. Nondùm enim, Gallias moderante Philippo, vocabantur Andium Duces, sed Comites: donec Ianus 2. Rex Lodoicum secundo donatum Andensis ducatus dignitate exornarit. Octob. Mens. 1360. Nihilò seciùs Ducali Andium Foro æquatum est quadantenus tribunal Bellifortensis oppidi & Comitatus: regium videlicet vtrúmque, & in pristinam causam REI DOMINICÆ redactum à Principe, ante annum 1508. quo, Duum viri *Consuetudinarij*, Andenses Leges restituerunt. Bellifortensem enim regiam Sedem esse, constat ex iis, quæ de huius vetustate Comitatus scripta sunt Lib. 3. GALLICI PATRIMONII FISCALIS: etsi trinum modo Andegauiæ Tribunal regium verbis designetur patriæ Legis. §. 149. Quùm autem regius Andium Suppræfectus apud Baugeium, sibi assereret superiores cognitiones, Iurisque dictionis gradum maiorem in Bellifortenses, pronuntiatum fuit vindiciario Curiæ decreto, Bellifortensium lites ex appellatione transferri Baugeium non debere, sed recta in Curiam

Curiam Parisien., vel de re Præsidalibus iudiciis permissa, in præsidale Forum Vrbis Andegauen. Arestо in publica decertatione causarum. Pridie Kal. Sextiles an. 1559. Rursus Andium Prætor, Eques, dicam impegit abrogandi Magistratus togato Bellifortis Prætori iuridico: quem palliato suo *Senescha liæ* muneri adunandum curabat, ex Diplomate Mens. Februar. an. 1563. Ast reus conuentus defendit, Bellofortensem Præturam, vnà cum Comitatu, iam olim institutam fuisse à Valesio Rege, an. 1328. Eius deinde Prætoris Vicarium iuridicum à Francisco 1. creatum Officij nomine an. 1528. aliorum instar Principis Magistratuum. Subtexit his, Andium Ducem, Renatem à priuatis possessoribus condixisse Bellofortensem Comitatum, ceu Regiam Fiscíque ditionem peruetustam. Transacta de eo controuersia, cum Hugone Tureniæ Subcomite, & Anna Bellofortensi, coniuge, redemptionis pretio 30. millium numûm aureorum. Idibus Maiis an. 1469. Quapropter actione summotus est petitor, reúsque suo fungi Munere permissus, vtpote regio, antiquissimo, & à summa Andium Prætura seiuncto, Extemporali Curiæ decreto postridie Idus Decemb. an. 1564. Syluarum insuper Magistratus Andensis pernegauit Bellofortensi Iudici nemorum aquarúmque Præfecturam in Belloforten. Comitatu. Quo de negotio, Nobis, contrà, in Senatu orantibus pro Vrbano *le Bouuier*, *Seneschalo* Bellofortensi, reiicitur eius causæ disceptatio in longiorem diem, necdum, quod sciam, iudicio terminata. Postridie Iduum Quintilium an. 1577. Magistro, Ren. Laurentij aduocato, Præfecti regiarum syluarum apud Andes. Ego verò ea in causa nitebar solennibus Tabulis Iani Andium Comitis. Augusto Mens. an. 1346. Literis item Ludouici Andium reguli an. 1371. de Iurisdictione Belliforten. Iudicis, quæ in Acta ratiociniorum Principalium regestæ sint: Postremò centena, & eò ampliùs, Iurisdictionis possessione aquarum nemorúmque, secundùm Bellifortensem Iuridicum. Extant tamen regij Codicilli 8. Idus Septemb. 1555. quibus codicillis Erricus 2. auctor fuit Curię censendi, vt Andegauus aquarum syluarúmque Magister munus suum obiret tota illa Regione, in Bellifortensi etiam Comitatu. Inde exiit Senatorium decretum 4. Kal. Iunias 1556. Sed Bellifortis Magistratus geminum Rescriptum obtinuit à Principe, anterioris reuocatorium 6. Idus Ianuar. 1556. & 4. Kal. Maias 1557. quasi vnum Arbustum plures non alat erithacos. De hisce rescriptis indecisa adhuc est apud PATRES PARISIEN. controuersia. Isthîc obiter admonitum Lectorem volui insignis S. C. de mutuis officiis Andegaui Præfecti syluarum, & eius Vicarij 7. Idus Septemb. 1576. Quo S. C. præscripta constitutáque, his modò inseruissem, nisi Antonius *Fontanon* ea diligentissimè, vt alia, retulisset in Volumen Constitut. regiarum Galliæ lib. 2. Tomi 2. Antea verò Marius, eiusce Magistri syluarum, Nos Vicarij ipsius causam egeramus (4. Non. Mart. 1575.) ex qua secutum illud Curiæ Iudicium. In proposito demùm obserua, Bellifortensem

du Roy à Beaufort, & autres officiers de Beaufort.

Die vlt. Iul 1559.

Seneschal d'Anion, de Robe courte, en procès contre le Seneschal de Beaufort, de Robe longue.

Philippus 6. Galliæ rex.

Lieuten. du Seneschal de Beaufort.

Transactio die 15. Maij 1469 extracta è Camera Andegauiæ, in Camera computorum Parisien.

Arestum Curiæ, en *Plaidoyerie*, Die 14. Decemb. 1564. *entre le Comte du Lude Seneschal d'Anion, & M. René Bonguier Seneschal de Beaufort.*

Die 16. Iulij 1577.

Die 6. Septemb. 1555.

Die 19. Maii 1556.

Die 8. Ianuar. 1556. & die 18. April. 1557.

Comitatus Bellifortensis à Rege dato magno Sabaudiæ Notho Die 12. Maii an. 1518.

Die 7. Sept. 1576.

Die 4. Mart. 1575.

Beaufort en Champagne, venu de la maison d'Eureux, & de Foix, par les cessions Royales anciennes aux Ducs de Nemours.

alterum Campaniæ Belgicæ Comitatum prænobilem extitisse, Ducali iam titulo illustratum, Cæsaris Borbonij gratia: cuius mater illumipsum, de Guisiana Heroide, Katharina Cliuensi coëmerat. Diploma autem noui Ducatus, in Senatu lectum est, recitatúmque

Die 10. Iulij 1597.

Sexto Idus Quintiles an. 1597. Arnaldo, Curiæ causidico postulante. De illius Arce Bellifortis fortissima scripsit Frossartes Hist. Lib. 1. Cap. 195.

3. VICECOMITES olim dicebantur, quibus Castri dominus vices suas commitebat seu executionem Iurisdictionis in Castro. Specul. in Tit. De *Vicecomite*. Quales propemodùm habentur in Neustria, & Perticensi Vnellorum Comitatu. Nec dissimili planè modo, prisci illi Blesorum Subcomites intelliguntur, apud Yuonem Carnutensem, qui Comitis nomine iuri dicundo præfecti essent an. 1093. Yuonis Epist. 126. 127. de Mathilde Blesensi Procomite. Sed Gallici hodie Procomitatus, vulgò *feudariæ* existunt Dignitates, quæ Baronatum antecellunt. Vt ait Chasseneus in Catal. glor. mun. Vbi aliquot numerat Subcomites, *de Tureine* scilicet *de Thouars, de Couserans, de Combort, de Nebousan, de Polignac, de Brosse, de Rochechouart, de Monbast, de Bridiers*. Andes verò, ac Cenomani cumprimis celebrarunt Bellomontanos Subcomites. Qua ex gente, Rodulphum vnum Procomitem, cum elogio, recensct Ordericus Vitalis, Anglus, ab cóque refert Vilhelmum Britanniæ Insulæ regem de pace exoratum, qui formidabili acie Cenomaniam ingressus, agros fœdè populabatur. an. 1098. Iunio Mense. Eadem ex stirpe, alter datus est à Gallis obses Britanno regi, vnà cum Credonio Andium Barone: Britiniaco fœdere, Maio Mens. an. 1360. Meminit & Procomitis Bellimontani I. Gallus, Parisien. Decis. 349. Insignésque eius prærogatiuas, in Iuridico imperio, diuidunda familia, & aliis, expendit Cenomanus Mos, §. 56. 70. 71. 74. 87. 156. 294. Procomitatus huiusce oppidula visuntur, Castrum gonterium, & Flechia, in Andibus: Belluſmons., Fresnayum, Memertium, & Fanum Susannæ, in Cenomanis. Quæ omnia, mutato Subcomitatus titulo, Ducalem acceperunt: Regio diplomate Septemb. Mens. 1543. quod in Curia publicatum est Postridie Idus Octob. eod. an. Quin & Bellomontanus regulus obnixè disseruit in Senatu, se vel Procomitem duntaxat, vt antea, nedum Ducem, omni Iurisdictioni præesse in populares Baronatus *du Lude*, qui ipsi lege obnoxius foret clientelari. Ex §. 48. Andeg. & 56. Cenoman. Consuet. Quanquam enim *Feudum* & Iurisdictio inuicem distinguuntur apud Francos, aliùd certè obtinet in illustriori *Feudo*, Ducatus putà, Comitatus, Subcomitatus. Quùm *Feudistica* hæ Dignitates plusculum habeant Iuridici imperij, quàm patrimonialis Ditionis, ac plus Territorij quàm Patrimonij. Ludæus autem Baronatus quondam fuit in priuato Subcomitum illorum dominio, ad decimum vsque & septimum Kal. Maias an. 1374. Quo die inita transactio est à Petro Comite Alenconio & Bellimontis Procomite, cum

Pifcomtes de Blois.

Mahault de Blois.

Parte 5. Considerat. 55.

Vitalis monachi Abbatiæ S. Ebrulfi, Lexouiensis in Neustria diœcesseos, Historia suorum temporum manuscripta ab an. 1094., ad ann. 1141.

Le Baron de Craon, & d'autres desez Ostages, Froissart, lib 1. cap. 212.

Est & Vicecomitatus *de Brettau* in Cenomania, (ex Processu verbali Ceman Cõsuet.) Vicecomitatus *d'Aunay, & de Brigueil* apud Pictones, *de Rohan, & de Leon* in Britannia minore.

Comes quisque quatuor habere debet Vicecomites. Vt Pictonum Comes Vicecomitem *de Chastellerant*, *de Thouars* (nũc Ducem vtrumque) *de Rochechouart, & de Brosse*.

Karolus 9 Rex Ditionem *d'Argenille* erexit in Vicecomitatũ Mense Maio an. 1566.

Die 15. Aprilis an. 1374.

Margareta

Ditiones *du Plessis-Ciran, & Roche de Gennes*, in Vicecomitatũ erectæ Rescripto Mẽse Ianuar. an. 1569.

Digitized by Google

Margareta Pictauenſi, vidua Iani Procomitis Bellomontani coniuge, quæ illum mariti hæredem vxoria actione proſequebatur. Conuentum eſt igitur, vt Ludæus Baronatus viduæ mulieri cederet iure proprietatis, *Feudo* tantùm & Iuriſdictione perpetuò ſubditus Procomiti, ex ſuo *Flechiæ* dominatu. Quare Subcomes acriter defendit in Curia, Regium Baugeij oppidi Iuridicum minùs rectè notionem ſibi ſumpſiſſe in populares Baroniæ *du Lude*: quam illæ Iuriſdictioni ſuæ ſubiectam aſſerebat, nec Fori modò præuentione, ſed in ſuum quoque ſuperius deuolutione cauſarum. Cap. 65. Andeg. Leg. 74. & 75. Cenomanæ, vbi nuncupatim de Bellomontano Procomitatu. A parte autem Regiorum Iudicum ſuggerebatur, Principi Magnatum Iuridicos præuenire licere pro imperio ſuperiori. ℣. Tit. De Regia litium Præuentione. Baugeij Præfectum ius dicere conſuêſſe in Territorio *du Lude*. Ludæum quidem prædium beneficiaria lege pendere à *Flechia*, comopoli Subcomitatus Bellimontis: haud ideò tamen Iuridicæ ipſius poteſtati ſubeſſe. Auditis litigatoribus, cenſuit CVRIA ORNATISS., Bellomontanum Dominum iuſtè prouocaſſe à Regio Baugeij magiſtratu, omnemque illi Iuriſdictionem adiudicauit in ſubditos Ludæi Comitatus: quatenus iamdiu à Senatu pronuntiatum erat, quùm noui huiuſce Comitatus Reſcriptum comprobaret. Iuſſêre itidem PATRES, ſuum hoc Decretum legi euulgarique in foro Baugeio, iuridiciali die Areſto Nonis Ianuar. An. 1576. Poſtmodùm verò, ea de Iuriſdictione litium materiem præcidit Edictum Regiæ, Præſidaliſque adeo Sedis apud *Flechiam* inſtitutæ, Septemb. Menſ. An. 1595. Quod vtique Edictum, ſedente pro Tribunali Rege, promulgatum fuit in Senatu Pariſiorum. Duodecimo Kalend. Iunias an. 1597. Flechiano enim Præſidali iam foro ſubiicitur, vnà cum Ludæo Comitatu, territorium vniuerſum Bellomontani Ducatus: ſed cuius Oppidula ſingula Regio ſimul Foro exornauit Princeps, ſaluo ad Præſidale illud Tribunal prouocationum iudicio ſuperiori. Vnde elicient fortè nonnulli, Bellomontanum Ducatum, qui priuato Regis patrimonio accenſebatur, publico nunc & Fiſcali ſpſius dominio adſcriptum videri: quùm Philippina alioqui Sanctione, Regium forum, Officiáque priuatis Magnatum fundis minimè imponantur. Atquin Rex noſter iampridem luculente profeſſus eſt, Regij Franciæ tituli acceſſione priuatas ſuas Ditiones cum publicis confundi non debere. Epiſtola aperta pridie Kalend. Ianuar. 1596. quæ in Tholoſanæ Curiæ Tabularium regeſta eſt. 12. Kalend. Quintiles ſeq. Suæ pariter voluntatis indices obſidéſque Literas Princeps ad Senatum emiſerat Burdigalenſem An. 1590. Cuius in finibus Aquitanici Senatus quùm Regi variæ ſuppeterent hæreditariæ Maiorum ſuorum Dynaſtiæ, Regium ipſe diploma ibidem promulgandum ſubinde curauit. Conſimili elogio, Ludouicus 12. à Reipub. fundis diſcreuit priuata ſua Bleſorum latifundia, Sueſſionum, Aſtæ Colo-

Ludæa Baronia fuit Gauffredi *de Beaumõt*, an. 1531. Sed hæres Ludouicus Vicecomes *de Beaumont* illã ceſſit viduæ Margaretæ *de Poitiers*, ſaluâ ſuperioritate *à Beaumont*, an. 1374. Hinc domini *de Daillon* eã tenuere, ab anno circiter 1470. De quo *de Daillon*, Dn. *du Lude*, Comminius in Ludouico 11. cap. 100.

Placitum Curiæ die 5 Ianu. an. 1576. inter Regẽ Nauarræ Ducẽ Bellomontanum appellãtem à iudicibus Baugeianis, & Franciſcum *Abigot* ciuilẽ Locumtenẽtem, Rudolphum *Legoux* iudicem criminalem, & Petr. *Lenet* procuratorem regium in Baugeiana Sede, intimatos.

Erectio Sedis regiæ & Præſidialis *de la Fleche*, verificatâ in Parlamento 11. die Maij 1597. Cui Sedi additus eſt poſtea reſſortus Iuſtitiæ temporalis ſacræ Præpoſituræ Andium in Eccleſia S. Mart. Turon. Reſcripto in Curia publicato nonobſtãte oppoſitione regiorum Baugeij officiariorum *en plaidant* die 4 Mart an. 1599.

Phil. Pulchri Ordinatio Mart. Menſ. an. 1302.

Patentes Literæ die vlt. Decemb. 1596. Verificatæ in Tholoſano Senatu die 10. Junii 1597. Poſt regias literas conſimiles ad Burdigalenſẽ Senatum die 13. Apr. an. 1590. publicatas in eodem Senatu die 7 Maij eod. an.

Literæ erectionis, tum confirmationis Cameræ computorum Bleſen. *pour le*

Domaine privé du Roy. Die 6. Mart. 1498. die 11. Ianu. 1514. & 29. Mart. 1517. Registratæ in Camera Computorum Parisien.

niæ, Couciaci, & alia quæ peculiari cunque auitarum hæreditatum iure possidebat. Codicillis pridie Nonas Mart. an. 1498. quos Franciscus 1. Ludouici gener constabiliit pridie Idus Ianu. 1514. & 4. Kal. Apriles 1527. subscribente iis Lutetiana Rationalium Decuria, Septemb. Luce vlt. Eod. an. Prudenter hercle. Quùm enim Ludouico illi superforent filiæ solæ, Gallicis exclusæ Sceptris, quarũ Claudia grandior Francisco disponsa est, pius parens illis maturè cordatéque prospexit gemini distinctione Patrimonij, cauitque, eas, si quid humanitùs sibi contingeret, in priuata illa prædia liberè succesſuras. Rescripto Februar. Mens. an. 1505. & Decemb. 1509. Senatui probato 4.

Verificatio in Curia Paris. die 11. Mart. 1509. Et in Camera Computorum die 13. April. 1510.

Idus Mart. eod. an. & Magistris Principalium ratiociniorum Lutetię, Idibus April. an. 1510. Huc vergunt quæ de propriis Errici 4. Regis nostri Ditionibus adnotaui, nûm ipsæ, Augustos Galliæ Fasces adepto illo, DOMINICIS CORONÆ Rebus actutum connecterentur.

Tit 1. art. 17. acseq.

Lib. 1. de MORIB. PARISIOR. Nec contrariam modò in sententiam deducit me posterior regiorum Tribunalium creatio in Bellomontanis oppidulis, Curię rata acceptáque an. 1597. Haud ideò enim priuata fundorum istorum conditio potiùs immutatur, quàm Laudunensis ciuitatis, Rhemorum, Cathalauni, Bellouacorum, Suessionum: Quibus in Vrbibus, priuati iuris dominiique Antistitum,

Suessionensis regia sedes, quæ Præsidiali Laudunensi suberat ab an. 1551. facta est Præsidialis, ex Edicto pacificatorio Bellorum ciuiliũ an. 1596. Ianu Mens. publicato in Senatu die 9. April. seq.

Procerúmve singulorum, institutæ sunt pridem Regiæ Sedes Iuridicæ, imo &, Catalaunensi dempta, Præsidales. Neque enim religiosissimi Principes nostri censentur vnquam, Iuridicialibus suis Rescriptis tollere prædiaria subditorum dominia voluisse, multò minùs sua propria, aut solennes de iis professiones, testationésque ab se editas, ac regestas in Senatoria monumenta pleráque. Quoniam verò diuersam in partem cietur Arestum Parisiense, ex regiis Literis, apud Turonas prolatum quinto Idus Ianu. 1592. Id puto temporum illorum rationibus, ciuiliúmque motuum Galliæ tribuendum. Quibus nunc diuina virgula perbeatè pacatis, videtur hodie trita illa, Fiscalis, priuatíque Fundorum separatio vetus repetunda. Tantæ demum quæstionis solutio pendet ab Oraculo Principis, Regiáque negotij interprete Sententia. Ex leg. si Imperialis Maiestas Cod. De legib. l. Neratius de reg. iur. l. ex facto ff. de vulg. & pupill.

Decretum Curiæ de vnione & incorporatione priuati cũ publico Domanij Regis Errici 4. die 9. Ianu. 1592.

NE ambiguum sit forsitan, quod Lutetianum Senatum iudicasse diximus in promulgando Diplomate Ludæi Comitatus: scire oportet, *Baronem* Ludæum, à Rege Comitem appellatum, Maio Mens. an. 1545. Codicillis, quibus adstipulata est Dux Bellomontana, quæ *Baronis* patrona erat. Verùm P. C. probarunt regiam Comitatus institutionem, moderatione hac adhibita postridie Nonas Sextiles & Nonis Decemb. eod. Anno. *A la charge du fief & Ressort par appel des Officiers du Lude, pardeuant les Juges du Duc de Beaumont au siege de la Fleche, & aussi à la charge que en lad. Erection ne seroient compris les subiects de la Seigneurie de la Motte soubs le Lude, tenüe de la Seigneurie de Duresta, laquelle est tenuë du Roy à cause de son Chastel de Baugé, les subiects*

4.

Die 6. Augusti & die 5. Decemb. an. 1545.

Digitized by Google

iects de l'Abbaye de la Boeſsiere, les ſubiects du Priore de Luche, Preuoſté du Lude, Pontigne, Aubigne, Sauigne, entant qu'il y en a tenu du Roy, ou de fondation Royal: Et auſsi à la charge que pour l'exercice de la Juſtice deſd. lieux de la Mothe, Sauigne, Preuoſté de Luche, entant qu'il y en a tenu du Roy, le Seigneur du Lude ſeroit tenu commettre Officiers diſtincts & ſeparez, qui reſſortiroient deuant le ſeneſchal de Baugé, ainſi qu'ils faiſoient auparauant l'erection, & leſd. officiers diſtincts cognoiſtroient des procés meuz & à mouuoir entre les ſubiects deſd. lieux ainſi que auparauant: Et que pour euiter confuſion, leſdits Eſtats & Officiers ne pourroient par cy apres eſtre ioincts enſemble. Ex quibus facile cognitu eſt, eam ſolùm Ludeæ ditionis partem in Comitatum ſubuectam fuiſſe, quæ Bellimontani reguli clientela patrocinióque, non aliorum tenebatur. Mihi interim Bellomontanos proceres memoranti ſuccurrit grata pariter recordatio materni proaui mei Petri *de Mauguy*, quem Alenconius Dux Renatus Bellimontis Procomes *Baillium* inſtituit ſeu maiorem Iuridicum in Caſtrogonterio, Andium, Baronatu. Karolo 8. rege. Quo ille publico munere functus eſt ad extremum vſque Fati diem: Ab eo gradatim venit ad nos gentile prædium ſuburbanum Caſtrigonterij oppidi, vernaculè *Le Buron*: Cui proinde, cum tua venia, (benigne Lector) ſalutem hanc adſcribam.

Salue hæredíolum, Maiorum régna meorum,
Quod proauus, quod auus, quod pater excoluit.

Natalis du Faill ſenator in Armorica Curia ſumma ſcribit. Literas à Rege emiſſas fuiſſe die 10. Mart. an. 1578. quæ eadem in Curia publicatæ ſint die 11 Auguſt. eod. an. Quibus declaratur nullum poſtea Ducatum, Marchiam, Comitatum, Baroniam, aut Caſtellaniam erectum iri, & ſi qua erectio facta ſit, iam tũc caſſam & irritam eſſe. In lib. *Des memoires, recueils & monſtrances d'arreſts de Bretag.*

Caſtrumgonterium, membrũ Bellimontani Vicecomitatus.

Vicecomes Eleemoſynarum, in Rothomagen Diœceſi, Iudex nempe temporalis, *qui cognoiſt des lieux d'Aumoſne dudit dioceſe, & des Clameurs de Haro, qui y ſont faits.*

5. PROCOMITIBVS obiter Prodominos ſubtexere eſt, ſacræ Eccleſiæ beneficiarios Dynaſtas, vt illi, profanorum Magnatum ſuperiorum. Nam Gallici quondam Præſules, Nobilitatis præſidium, collatis iure clientelæ fundis, ſibi quæſierunt. Hos nempe Prodominos depinxit Lucius 3. P. ceu Eccleſiæ Aduocatos, patronos, cuſtodes: quos idem exhortatur, ne onerent Eccleſias, ampliorelvè ab Epiſcopis reditus, quàm conſuetos ſumant. Cap præterea de iur. patr. Ac primitùs quidem, Subdomini profanos modò Epiſcopalium bonorum prouentus adminiſtrarunt: vti Oeconomi, prædiariis Canonicorum rebus præfuêre. Can. volumus Can. diaconum Diſtinct. 89. Cap. conſulere de Symon. Quo etiam ſenſu illi accipiuntur à Vilhelm. Durando, in Tit. de *Vicedomino*. Hinc ille Pontificalis Rhemorum templi Prodominus, Eccleſiaſtici, ordinis: De quo, Flodoardus, Rhemenſ. Hiſt. Lib. 1. Cap. 15. Recenſentur item muliebrium Cœnobiorum *Vicedomini*, Legé Francica H Ludouici Pij & H Lotharij Impp., Lib. 2. Cap. 28. Aſt Gallici quidam Subdomini *Feudalia* tenent Eccleſiæ prædia inſigniora: vtpote Carnutenſis Prodominus, Mellayum Baronatum. In hoc genus referuntur Ambianorum, & Laudunenſis Prodomini, quorum ataui, ſtrenui Equites, Azincuriana pugna cecidêre. An. 1415. Monſtreleto, teſte, Hiſt. Lib. 1. Cap. 149. Planè de Carnutum Prodomino, manuſcriptus Codex ſacræ Epiſcopalis Baſilicæ ſic habet. *Epiſcopi plures ab Anentino 1. Carnutum Epiſcopo ad Hardoynum, qui 50. fuit,* Comi-

Viſcomtis.

Vidames.

De Vicedominis, quaſi Vicariis Epiſcopi vel Abbatis Can. 1. Quæſt. 1. cap. ſaluator cap. in quibuſdam pœn.

Oeconomi Eccleſiaſt Speculat.

Vidame de Rheims, en l'egliſe de Rheims, tenant fief de l'Archeueſque Vt ex Curiæ Actis ſcripſi lib 1. de Priuil. Ruſtic. cap. 6.

Vidame de Chartres, Baron de Mollay, feudataire de l'Eueſque.

Vidame d'Amiens: & le Vidame de Laonnois, frere du S. de La Rochegueyon, morts à la iournee d'Azincourt.

Ieh de Montagu, Vidame de Laonnois, grand Maiſtre d'Hoſtel de France, executé à mort par Commiſſaires, à Paris, l'an 1409.

Vidame de Gerbroy,

Voy à l'Eueſché de Beauuois.

Charta antiqua *des Comtes, Viſcomtes, & Vidames de Chartres.*

tatus titulum administrationémque adepti sunt. Sed Hardoinus ab Episcopatu Comitatum distraxit, eúmque in Odonem consanguineum suum, data illi bonorum portione, transtulit. Idem, Francorum Regibus intercedentibus, conuenit, vt de bonis ad Principatum infra & extra Carnutum spectantibus, intactis aliquot Arcibus, æquas partes æquo iure Episcopus Comesque sibi haberent. Mox autem vt Episcopus, & nouus Comes sibi substitutos creauêre, hic Vicecomitem, ille Vicedominum, rursus Vicecomes Vicarios duos, totidem Vicedominus subſtituêre. Comes postea Vicecomitatum comparauit: quo factum est, vt Vicedominatu perseuerante, Vicecomitatus appellatio quasi confusa euanuerit. Aliis tamen eius monumentis Ecclesiæ testatum est, Neuelonis *de Mellay* hæredes Baronatum hunc Matthæo Carnutum Prodomino distraxisse, an. 1242. Vnde perspicuum fit, *Vicedominos*, minimè ex eo Baronatu fuisse initio clientes Episcoporum factos, nec Baronatum, Ecclesiæ beneficium antiquissimum: sed Prodominis emptitio profani *Baronis* iure partum. Neustriæ rursum Subdominus Baro *d'Enneual* clientem se profitetur Normani Ducis, non Archiepiscopi, vicésque in Bello, Ducis implere, non Archipræsulis Normaniæ. Cenomanus necnon Prodominus fertur, huiusce tituli *Feudum* merè profanum tenere, nec vlla in sacrum Antistitem, Clerumvè Cenomaniæ, clientela deuinctum. Istîc tamen de eo obiter subdam, Abrahamum Gauzioleni Episcopi Cenoman. *Vicedominum*, i. Vicarium magnum extitisse, opimis ex Episcopio beneficiis cumulatum: Sed quem Odigius successor Pontifex, adiutore Karolo Mag. profligarit. Ex Lib. pontificali Cenoman.

Baronnie de Mellay au Vidame.

Claud. *de Prunelay Baron d'Anneual, Vidame de Normandie.*

Nicol. *d'Angennes, Vidame du Mans, sieur de Rambouillet.*

Denombrement del'an 1234. en Ianuier cõmençant, Ego Girardus Vicedominus Laudunensis, *par lequelle dit Vidame recognoiſt, qu'il ne tenoit paruenant les terres de Louiscourt, & de Boisroger, que en franc allen, & que le sieur de Coucy les luy a accordees en fief, à reſeruation du droict de chaſſe pour led. sieur de Coucy, &c.* *Le Vidame d'Amiens, sieur de Picquigny, l'an 1197. confirma le don faict par ſon pere aux Religieux Abbé & Conuent de S. Iean lez Amiens, du droict de peſcherie, & de tout le droit qu'ils auoient en la riuiere de Selle, lez Amiens, Et y a declaration & denombrement deſd. Religieux, Abbé & Conuent, del'an 1246 17. cal. Iunias de tout ce qu'ils tenoient par don des Sires de Picquigny Vidames d'Amiens, mouuans de leur fief. Par lequel tiltre ils les appellent*, Dominos & Aduocatos suos, *& que par tout ce que ont leſd. Religieux de don & aumoſne deſd. sieurs de Picquigny Vidaſmes, la haute & baſſe Iuſtice en appartient aux Vidaſmes meſmes ſur led. riuiere de Selle.* De Vicedominis. Anseg:sus Abbas Lobiensis, concinnator capitulorum seu Legum Caroli Magni, Ludouici filij & Lothar i nepotis Impp lib. 1. cap. 11. De Aduocatis, Vicedominis, Vicariis, & centenariis prauis. vt tollantur, & tales eligantur, quales sciant & velit iuste discernere & terminare. Item cap. 16. Si reo sua negotior immunitas, Comes mandet Episcopo, vel Abbati, vel Vicedomino, vel illi quicunque locum Episcopi, vel Abbatis tenuerit, vt reddat ei reum. Item lib. 5. cap. 120. Item Gregorius in Can. 24 Synodi Rhemensis, volumus, inquit, vt frater noſter Paſcaſius & Vicedominum ſibi ordinet, & maiorem domus quatenus poſſit vel hoſpitibus ſuperuenientibus, cauſis quæ veniunt, idoneus & paratus exiſtere.

Terra *de Vigneuy*, in regione *de Chaumont en Baſſigey*, erigitur in Comitatum, annũ circiter 1555. Et ditio *de Sagonne* apud Borbonios, fit Comitatus circa annũ 1576.

BARONES quidem Comitibus postponuntur hac Lege, & Subcomitibus, iuxta Nicolai 3. rescriptum, Fundamenta, De elect. In. 6. Verùm in multis adæquantur ij proprio Iure Andium, in criminosis præsertim litibus pœnísque scelerum constituendis. hoc §. 48. Quinimò noxæ capitalis gratiam facere concessum est *Baronibus* perinde ac Comitibus, More veteri nostræ Ciuitatis: Concessum & illis, criminosum iudicium ciuili ac pecuniario mutare. Sed Venialia isthæc iura deinceps adimuntur Proceribus, & Principi reseruantur. Cit. §. 48. antiquæ Legis derogatorio, cuius legis mentio fit Libello renunciationis actorum in reformanda ista Consuet. Quùm autem Cenomani Moris Artic. consimilis emendaretur, disertè contestatus fuit Lotharingiæ Dux, tanquam Baro Sableij, & Firmitatis Bernardi, se suo Iure remittendorum fontibus criminum priuari non debere, nec accusationis ciuili actione commutandæ. 6.

Tourner le cas criminel en ciuil.

Sablé, d'Aſſé Bernard.

Vt

Digitized by Google

Vt relatum est in calce Cenoman. Consuet. ad §. 50. & 56. Augustum quiddam præ se fert reorum restitutio pœnæque indulgentia, munus Regiæ Celsitudinis eximium: Sed quod nihilo seciùs Reges magnatibus viris communicare interdum non dubitarunt. Auraycoregulo potestas facta est à Ludouico 11. Rege, (dum illi confirmaret Auraycum principatum) capitalia delicta reis condonandi, ignoscendi. Quinetiam Karolus 6. Rex diplomate indulsit *Cancellario* suo consimile ius veniæ gratiæque scelerum dandæ. Vt legimus in Antiquis ordination. Curiæ sub Karolo. 6. Eóque minùs demirandum, Alenconios Duces noxâ olim pœnáque exemisse criminosos. Sicuti indicat Bonauentura *de Periers*, in Lib. Facetiarum, Nauarricæ Reginæ dicato. Ne obiter Andium Duces omittam, de quibus ita sigillatim vetere nostri Municipij Lege traditum est, *Le Duc d'Aniou comme Per de France ha grands Iours, Poix, Balances, Lieutenant en office de Seneschal, puissance de donner Debitis, Graces, Sauuegardes, Lettres de Iustice sans relieuement, la Mine d'Argent en sa terre, &c.* Ad hæc, Regem *Dyuetot* in Neustria produnt venia donare posse damnatos rei capitalis. Vt exprimitur *au Grand Coustumier de France, & Instruction de Practique.* Lib. 1. *Des Droicts Royaux.* Normani tamen ipsi nuper coëgere in ordinem Regulum *Dyuetot*, eúmque impuberem, Regiæ Francorum tutelæ obnoxium pronuntiarunt, tanquam patroni Regis clientulum. Aresto Rothomagen. fiduciario secundùm Procuratorem fisci, & Renat. *de Clermont* Regium donatarium nobilis custodiæ liberorum Perroti *Chenu* Domini *Dyuetot*, contra Vidum *Chenu* tutorem ipsorum, frustra aduersariis opponentem prisca Immunitatum iura *de toute tenure, Foy, Homage, & Seruice*: quæ huic Principatui & Principibus data esse contendebat, Gallorum Rege Clothario 1. Eius Senatorij Decreti fidem facit Terrienus in Norman. Leg. Commentariis. Hodie demum à solo Rege Gallo petuntur capitalis veniæ Codicilli, & aliæ id genus Imperij notæ supremi. Intantùm, vt Regiæ etiam stirpis agnati Proceres, si grauius quid patrarint, cuiusuis instar Rei criminum, egeant Principali veniæ Diplomate: Etsi quidam ex nostro Ordine, aliam sibi animo persuasionem induerint, consultique diuersum responderint. Ita Alenconiæ domus Cartophylacio didicimus, Ianum Alenconium Ducem, parricidij, perduellionísque arcessitum confugisse ad sacram Principis Aram, gratiosúmque abolitionis Regiæ subsidium imploraſſe 11. Kal. Apriles an. 1464. Quod quidem valere decreuit, iussit Ioh. *Lensant*, selectus Rescripto eodem Iudex, qui libellis supplicibus in Regia Præfectus erat. Martij luce. 30. seq. At Iani filius, Renatus Vnellorum Comes regias Innocentiæ literas impetrauit 13. Kal. Februar. 1467. penitiúsque cognita ipsius innocentia, restitutus est, cum elogio, auitis Ditionibus amplissimis, ordini, dignitatíque clarissimorum maiorum suorum. Rursus coniurationis in Rempub. comperto Renato *de Veloux*, qui fa-

Processus verbalis Consuetud.

A ce Prince d'Orange le Roy Louys 11. escriuoit qu'il peust mettre en ces lettres, Par la grace de Dieu.

Fol. 83. vers.

Cap. 2.

De Principatu d'Yuetot. Nos Lib. 2. Dom. Franc. Tit. 4. art. 2. Sed & huius R. *de Clermont* donatarij *de la garde d'Yuetot* inclytam stirpē ostendit Remigius *de Clermont* antiquissimus, qui Romæ duello necauit potentissimū Regulum, Saracenū, teste Bulla Rom quæ extat. Item Ludou. *de Clermont* eques Ordinis *du Croissant*, & Camerarius 1. Regis Siculi Andium Ducis an. 1447. Ex quo & Maria *de Granille*, ortus Renatus, Perrettæ Tuteuillanæ maritus, Admiraldus Franciæ, genuit Ludouicum Renatæ Amboſiæ virum. Vnde natus Georgius. Perrettæ *de Blanchefort* coniunx, filium habuit Georgium hodie viuum.

Lib. 5. cap. 2. *des fiefs.* In fi.

De l'inuentaire des tiltres de la Maison d'Alençon.

Abolitionis Literæ die 21 Mart. 1464. Literæ die 20 Ianuar. 1467. Pro Ren. *d'Alençon Cte du Perche. Autres lettres precedentes d'abolition, du Duc Iean d'Alençon du 13 Octob 1461. Lettres patentes en Parlement de Paris le 29 Mars 1461. En l'inuentaire solennel de la Maison d'Alençon se trouuent lesdites lettres de rem.*

miliari in comitatu versabatur Karoli Cenomaniæ Reguli, hic Codicillarem flagitij gratiam indulgentiámq; exorauit, Octob. Mens. an. 1475. ille verò supplicium capite luit, ab supremo Curiæ Paris. iudicio 12. Kalend. Decemb. subseq. Id quod Ludouici 11. Historico Lib. continetur. Itaque tantùm abest, vt Rege inferior quisquam, Dux, aut Comes, scelerum veniam reis impertiat, vt nec veniali quidem Principis Rescripto notionem vllam Ducalis Iuridicus possit adhibere. Sicuti constat Normanicis aliquot S. Consultis, nedum Regiis Franciæ Constitutionibus. Quùm enim Normanica Curia promulgari iuberet regias Tabulas noui Ducatus Longeuillani, qui antea Comitatus extiterat, hoc subiecit temperamentum an. 1505. *Quòd Dux de Longauilla, aut suus Baillius cognoscere non poterit de causis meræ Superioritatis, nempè de beneficialibus, de monetâ, de Breuio feodi laici, & eleemosynæ, ac patronatus Ecclesiæ, de exercitu & banno Nobilium, Prælatorum, & aliorum Domini nostri Regis in ipso Ducatu subditorum fidelitate, remissionibus criminum, & aliis à Regia auctoritate dependentibus Gratiis, Regaliæ Juribus: Sed hæc ad Regios Iudices, tum ad Curiam Scacarij omnimodò pertinebunt, &c.* Verùmtamen pietatis sacræque causæ fauor singularis expressit aliquando grauiorum scelerum Veniam ab inferioribus Rege Proceribus, nec hodierno vsu prorsus explosam, abrogatam. Vindocinensis putà Dux assolet quotannis, LAZARI die festo vinculis soluere capitalis noxæ reum, qui intra Ducatus sui fines comprehensus sit. Cuius pij officij auctoritas monumentáque prisca visuntur in Archiis publicorum Vindocini Ratiociniorum, ab vndecimo Kalend. Maij an. 1428. Nam Ludou. Borbonius Vindocini Comes, Aulæ Francicæ Præfectus, qui Azincuriana captus acie, perdiu distringebatur in Britannia Insula, ab an. 1415., desperato in Patriam reditu, sanctè vouerat, se quandocunque, DEI MAX. beneficio, pristinæ libertati restitutus postliminio rediret ad suos, carcere Vindocinen. liberaturum annuatim è captiuis vnum criminosis, quo die, extinctum Lazarum DOMINVS in lucem reuocasset: idque posteros etiam Comites facturos singulis annis, religiosè pollicitus est. Aureliorum itidem pontifex sibi ius asserit redimendi criminum rei, primario solenni in Ciuitatem suam introitu: eóque decessores suos iure vicissim vsos contendit, iam inde ab Aniani Præsulis sanctissimi pontificatu. Qualis prærogatiuæ meminit speciatim Yuo Carnutum Antistes, Epist. 121. illiusque indices vetustissimæ sunt in Senatu prolatæ tabulæ: & hic demum forensi Actione disceptatam rem ampliori deliberationi commisit. Decimo tertio Kalend. Septemb. an. 1594. Nec longè ab his distat Aurelianen. 1. Concilij Canon, *Reos ab atrio Ecclesiæ, vel Episcopi domo abstrahere non licere, nisi à mortis pœna securos factos: Ita tamen, vt accusatori satisfaciant.* Atque adeo Clodoueus 1. Galliarum Rex, cuius auspiciis Synodus isthæc coacta est, B. Seuerino indulsit Agaunensi cœnobiarchæ, abs quo æger curatus fuerat, vt quoscunque vir DEI

carcere

misit & obtenu par Iean d'Albret Vicomte de Tartas, de ce qu'il auoit en prenant la Ville de Florence fait pendre 4. des officiers du Roy en lad. ville, pillé icelle, & plusieurs excés contenus en lad. remission.

Karolus Calabriæ Dux, Cenoman. Comes obtinuit abolitionis Literas regias *à la nostre Dame de la Victoire prés Senlis en Octobre 1475.*

Criminale decretum Curiæ, die 10 Nou. 1475.

Tuteuillanam ditionẽ in Neustria, (quæ & Longeuillano Duci competit) Rex affecit honore Ducatus Mens. Augusto 1534. in gratiã Francisci Comitis S. Pauli, vxorem mox ducturi Adrianam Tuteuillanam.

Filtre de la deliurance d'vn prisonnier à Vendosme le iour de la Feste du Lazare, du 11. d'Auril 1428. que le Comte de Vendosme, Grand Maistre d'Hostel de France, retourné de sa prison d'Angleterre commença, selon son vœu, d'en deliurer vn.

Sic ferè Canonici B. Hilarij Pictau. prohibendi ius habent, ne per Burgum suum S. Hilarij, reus quispiã damnatus ad supplicium traducatur. Literis Ludouici 11. Mẽs. Sept. 1481. in Curia registratis die 5. Ianuar. seq.

Appointé au Conseil en la Cour du 20. Aoust 1594. en plaidant à la Tournelle.

Cap. 1. Can. 3.

Obseruatum est, (ait Sueton in Augusto) ne quoties introiret Vrbem, supplicium de quoquã sumeretur.

Gulielmus Conquestor Normaniæ Dux Anglico in Haraldũ regem pretio victor,

carcere eximendos censuisset, liberi dimitterentur. Attulit ea res innumeris lætitiam incredibilem, extremo alioqui supplicio destinatis. Id quod Faustus Presbyter Seuerini discipulus vitæque scriptor literis commendauit. Peræque D. Leonardus ab eo Rege precibus obtinuit, vt quotiescunque vinctos inuiseret, eos pro sua prudentia vel libertate donare posset, vel si criminum grauitas postularet, morti addicere. Sicuti à L. Surio memoriæ proditum est. Quæ referenti succurrit Demetrij pariter Syriæ regis benignitas, Hierosolymit. Templum, commune Asylum, sancientis. Machab. lib. 2. cap. 1. Ne isthîc referam ethnicas Flamini Diali impositas Romæ ceremonias, de quibus Gellianæ Noctes ferunt, si quis ad verberandum duceretur, & Flaminis ad pedes procubuisset supplex, eo die verberari, piaculum fuisse.

An. 1066. Monasterio S. Martino quod de Bello dixit, eo loci consecrauit, eique priuilegium concessit, vt si quis latro vel homicida, vel aliquis crimine reus timore mortis fugiens, ad hanc Ecclesiam peruenerit, in nullo lædatur, sed liber omnimodi mittatur. Abbati verò ipsius Ecclesiæ liceat vbiq; latronem, vel furem de suspendio liberare si forte superuenerit. Quæ Regum diplomatis verba recenset Comderius in Britanniæ Chorographia. In Tit. Regni Sussex. Laurent. Sur. Carthusien. in Vit Sanctor. Tom 4. Gellij Lib 9. Cap. 15. Palladis templum, velut asylum, Lacedæmonij venerabantur, in quo fontes, etiam capitis damnati, incolumes fiebant.

7. VT *Baronem* prædiximus habere ius Gladij in facinorosos, non autem Veniæ indulgentiæque capitalium facinorum: ita notandum hoc loco, *Baroni* fas esse criminosos ablegare ex Territorio, non verò in Territorium reuocare. Pari modo sancitum est Lege Vnellorum, (Artic. 10.) Iuridicis dominis flagitiosos proscribere licere, ac suis finibus iudicio extrudere: semel tamen extrusis liberum in eos remeatum dare non licere. Nec diuersum Turones obseruant. §. 59. suæ Consuet. Exulum quippe reuocatio in solum patrium, Regia purè est, velut & capitalis pœnæ remissio: De qua nuncupatim Princeps Ludouicus 12. constituit Edicto an. 1499. art. 70. His optimè congruit Pliniana consultatio super restitutione exulis, ad Diuum Traianum Epist. lib. 9. Quùm enim Seruilius Caluus Proconsul relegasset aliquem in triennium, ac deinde in Prouincia morari siuisset edicto, Plinius de eo retulit ad Cæsarem: cuius mandatis cautum fuerat, ne is restitueret à se vel ab alio relegatos. Itaque Traianus rescripsit, illum qui in Prouincia remanserat, vinctum mitti ad Præfectos prætorio debere. Nec enim sufficere, eum pœnæ suæ restitui, quam contumacia elusisset. Verùm Iuliodunensi More *Baronibus* est vtrumque permissum, & mulctare exilio fontes, & in Domesticos penates restituere. §. 1. Tit. De Iure Baronatus. Idem iuris Andensibus quondam *Baronibus* competiisse, testatur *Processus verbalis* nostræ Consuet. ad §. 48. At istud plane exoleuit: quùm & Francicis è Proceribus maiorum Ordinum, Ioh. Arminiacus Comes, exul, Regiam gratiam imploratit, Patria in iura ciuiliáque reuocatoriam. Solennibus Literis 5. Idus Octobres An. 1461. quæ armario Nauarricæ regiæ Domus adseruantur. Porrò ne cui noua sit Gallica vox *forbannir* (pro *banni* exilii ve indictione) quæ Andium Lege præd. 48. vsurpatur, *Forbannum* itidem, Legis Francicæ lib. 3. accipitur pro relegatione, & *forbanniti*, i. interdicti. (Cap. 49. & 50.) Tum eius Leg. lib. 4. cap. 91. De Barone *forbannito*, & à libero homine susceptо. Dicimus quoque

Vers. Andeg Consuet. 48. *Et peuuent forbannir leurs subiects de leurs terres.*

Perticensis Comitatus consuetudo. Regulariter Comites, Barones, & vassalialij Imperatorem, recognoscêtes, multo magis alium inferiorem, non possunt famæ restituere, & delictum indulgere, sed id ad solum Principem spectat. Bart. in L. Omnes. §. qui transfugit ff. de re milit. In l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. faciend. Ex hoc Edicto, Molineus (ad cap. 6. Art. 1. Lodunensi Cõsuet.) ipsam re. robat, dicêtem, *le Baron peuuoit bannir & rappeller.*

Art. 48. Vers. *bailler rappeau de ban.*

Lettres de rappel de ban pour Iehan Comte d'Armignac Die 11. Octob. 1461. *En l'Inuentaire des Chartes de la Maison de Nauarre.*

Cenomanus Mos similis non vtitur verbo *forbannir.* Legis Francicæ verba, vt Comes qui latronem in forbannũ miserit, vicinis suis &

aliis comitibus notũ faciat, eundem latronem à se forbãnitum, vt illi eum non recipiant.

Andegaui, *forclorre*, excludere. §. 376. nostræ Consuet. Ac prisci Galli vocabant *forpayſiez*, *depayſiez*. i. Patria absentes vel extorres. In vetusto Codice, *Ciſt Liures eſt apelez li Liures la reigne, & enſeignedroit à fere, & Iuſtice à tenir treſeſpeciaument.* Ab hac phrasi alienum non est, in Aimoyni Appendice, verbum *forsconciliare*, i. malum captiosumque cõsilium præbere. De Gestis Frãcorum Lib. 5. Cap. 24. & 38. Quò etiam alludit hæc Frossarti Historica sententia. *Ce Duc de Cloceſtre enchaça & bouta hors d'Angleterre l'Archeueſque d'Yorch, & le Duc d'Irlande, pourtant qu'ils eſtoient trop prochains du Conſeil du Roy, & leur reprocha qu'ils forconſeilloient le Roy, & le tenoient en leur laiz, & deſpẽdoient & aloüoient les reuenues d'Angleterre.* Volum. 4. Cap. 86.

Franci etiam vulgò dicunt, *ſe forfaire, forligner, forueyer, forſuadre, &c.*

8. FRANCI *Barones* habent penè omnes Iuridici imperij sui indicem Crucem reorum, quatuor erectam columnis, vt *Castellani*, tribus. Ex multiplici Gallicarum regionum Lege, Blesensi, §. 13. Perticensi. 2. Pictonica. 2. Lodunensi. 3. Tit. de Iurib. Baron. Id quod alibi necnon obtinere, probat *Summa Ruralis.* Tit. *Du droict au Baron ou au Ber.* Ecquid verò de codicillari Baronatu, & à Regibus instituto nouissimè? De eo peræquè statuendum arbitror, ac si iam tum creatus fuisset, quùm Regio iussu describi cœpit Municipij cuiusque Mos. Sed hoc ita, si noui Baronatus diploma in Senatu promulgetur. Cæteroquin omnibus interdictum est nomine dignitatéque *Baronis*: quemadmodùm Senatus in Comitem *Sanzayum* decreuit, tametsi Comitatus Rescriptò subnixum Principali. Arresto Curiæ, quod in publica Fori concertatione latum fuit. 16. Kalend. Sextiles An. 1577. Chauuelino, Comitis: & Ioach. Pageo, Ludouic. Rohani causam agentibus. Rursum Baronatus iura Municipalia ad eum non pertinent, qui titulo tenus honorario vel creatus sit à Principe, vel à Senatu receptus. Verbi gratia, *Castellaniam de Lucé*, in Cenomano agro, Princeps appellauit *Baroniam.* Epistola aperta Sextili Mense 1539. quæ in Senatu publicata est 7. Idus Septemb. eod. an. Regiis hisdem Tabulis, nouus Baronatus vt eximitur Foro dominióque recto *du Chaſteauduloir*, sic Cenomanæ Metropoli putè subiicitur. At nobis certè in Curia dicentibus, pronunciatum est, Baronatus subditos, Castridulerij fori legibus iudiciisque teneri, non Cenomanæ ciuitatis. Decreto 12. Kal. Septemb. an. 1570. quùm Montholonius, Reginæ matris, quæ Castrumdulerium possidebat, causam orasset: Nos, contrà, magistratuum Baronatus *de Lucé*, qui vltrò Cenomanæ tantùm vrbis Tribunali respondebant superiori. Ratio in promptu est, quòd Baronatus huiusce institutionem antea constrinxissent PATRES, honoraria tenus prærogatiua, nec vllatenus immutato Patronali, Iuridicoue Castridulerij imperio. Nam Franciſc. Rohanus, qui Castrumdulerium tenebat Regia fiducia, strenuè oppugnauit in Senatu noui Baronatus creationem Diplomaticam: eóque res diu agitata rediit, vt dynasta *de Lucé*, Baro salutaretur honorificè, nullo interim præiudicio patroni ac Iuridici superioris, Dn. *du Chaſteauduloir.*

Verſ. Andeg. Leg 48. *Et peut auoir le Comte au Mere de ſa Iuſtice Gibet à 6. pilliers, & le Vicomte & Baron à 4. pilliers. Toutesfois le Duc d'Anjou peut bien auoir Gibet à ſept, & tel que bon luy ſemblera, en ſigne de Suzeraineté.*

Placitum Curiæ die 17. Iulii An. 1577. *du Comte de Sanzay, en Poictou.*

Patentes literæ. in Curia verificatæ Die 7. Septemb. 1539.

Iudicium Curiæ die 21. Auguſti 1570. in vim *des Patentes obtenues par le Procureur du Roy de Chaſteauduloir, du 6. Aouſt 1567. publiées en la Cour le 6. Septemb. ſuiuant.*

Baroniam *d'Albeuf* in Normania Philippus 6. rex vniuit & incorporauit cum Haricuriæ dominatu (An. 1335.) paulò pòſt Comitatu.

loir. Placito Curiæ 3. Nonas Quintiles An. 1540. Seguerio, Rohani : Trouillartio, Domini *de Lucé* : Raymundo, Fiſci aduocatis. Nec abs re tamen Lucei toparchæ honeſtati ſunt feudali quadam Dignitate ſplendidiori, quos auitorum ſtemmatum fulgor, Heroicæque virtutes Principi mirè commendarant. Antiquitus quippe emicuit Vido Luceus, Eques, An. 912. Cuius gnata ex aſſe hæres Ditionem *de Lucé* dotalem tranſtulit ad præclarum Equitem, re, vt nomine, *de Coëſmes* dynaſtam, in Baronatu *de Sonnoë*, Cenomano. Ex iis verò, Paganus *de Coëſmes* prodiit, maritus Ianæ Alenconij Comitis filiæ An. 936. Vnde Vilhelmus ſeriatim exortus, titulum prætulit *Seneſchali* Andium & Cenomanorum. Ab iſto dehinc, & Maria Chabanea coniuge, Iohannes progenitus, vxorem duxit Mariam Procomitis *d'Aulnay*, in Pictonibus, filiam. Ac, ne pluribus immorer, ab hac gradatim ſtirpe editi ſunt Karolus, Briſegaudus, Karolus 2., Fráciſcus, Nicolaus, Karolus 3. quem Gabrielis Haricuria, inſigni dote locupletauit *de Bonneſtable*, opimarúmque Neuſtriæ poſſeſſionum. Ludouicus inſuper horum filius, cui Anna *de Piſſeleu* connubio iuncta erat, vita deceſſit An. 1562. hærede amborum Iano filio: Qui morte præreptus An. 1574. ſororem reliquit Ianam *de Coëſmes*, hodie nuptam Borbonio, Principi Contyo, Galliæ nobiliſſimo. Quòd autem Senatus Luceum recentem Baronatum prærogatiuis iuribus cunctis non cumularit, ſcripto more proditis, in cauſa fuit prudens cautio reſpectúſque non modò alieni incommodi ſuperiorum *Baronum*, ſed priſcæ etiam raritatis *Feudorum* eiuſmodi illuſtriorum.

Arreſtum die 5. Iulij an. 1540. *en plaidant*, hoſtiis clauſis *pour le fieut de Gyé, Roban.*

Maiſon de Lucé, au Maine.

Marie de Chabanes.

Charles de Coſmes, Marguerite de Maulevrier ſa femme.

Briſegault de Coeſmes, mary de Marguerite Deſchelles.

Charles, marie de Rieux ſon eſpouſe.

François, eſpoux de Iehanne Tourpin, de Crice.

Nicolas, mary de Magdel. de Chourches.

Ieh. de Coeſmes, mary de Franç. de Maridort.

9. NIMIRVM in Gallia quondam perpauci fuêre maiorum gentium Ducatus, Comitatus, Baroniæ, ſeu qui iuſto ac ſolido Baronatus iure dignitatéque potirentur. Vt Francus quidam Pragmaticus atteſtatur, hoc verborum tenore. *Au Royaume de France anciennement ne ſouloit auoir que trois Baronnies, c'eſt aſſauoir Bourbon, Coucy, & Beaujeu. Toutesfois Monpeſlier eſt Baronnie, & fut par acquiſition qu'elle vint au Roy. Et veulent dire aucuns, Que tout homme qui a haute Iuſtice en reſſort, ſe peut nommer Baron.* In Libro *Conſuetudinario* Franciæ. Sed auctor vt ſuam eius rei incertitudinem certò prodit, ita eam arguit exẽplum Montmorantij Baronatus, quem in Galliis antiquiſſimum profeſſus fuit tùm Errieus 2. rex, quùm Ducali Patritialique ipſum nomine inſigniret. Reſcripto Menſ. Quintili 1551. quod probauit Curia centumviralis pridie Nonas Sextiles eod. An., & Magiſtri Ratiociniorum Pariſien. poſtera Luce. Reſcripti ſumma eſt hæc, *Que Montmorency eſtoit la premiere Baronnie de France, que Matthieu de Montmorency l'an 1222. fut faict Conneſtable de France, & auſsi que Anne de Montmorency pour ſes ſeruices a eſté faict Mareſchal, grand Maiſtre, & Conneſtable de France, &c. Nous auons creé & erigé ladite Baronnie en tiltre de Duché & Perrie de France, auec vnion à ladite Baronnie des terres & ſeigneuries d'Eſcoüen, Chantilly, Monteſpillouer, Champuercy, Courteil, Vaux lez Crecy, Tilley-lepleſsier, la Villeneufue, les terres dudit Duché diſtraites de tous Iuges,*

Regiam erectionem Ditionis *du Pleſſis aux Brabans, dict aux Tournelles près Prouins*, in Baroniam, Senatus firmauit die 12. Febr. an. 1544.

Regiarũ Literarum verificatio in Curia de Montmorãtio Ducatu, die 4. Auguſti 1551. & in Camera computorũ die ſeq.

Digitized by Google

fors pour les cas Royaux. A la charge aussi que en deffaut d'hoirs masles ladicte dignité de Perrie demeurera estaincte, & retournera la Jurisdiction en son premier estat. Et neantmoins ledit Duché & terres vnies demeureront en tiltre de Duché, pour estre l'heritage des enfans & heritiers de nostre Cousin masles ou femelles, ou ayans cause d'eux.

Cap. 49.

Lesdicts Comtes, Vicomtes, Barons, & Seigneurs Chastellains sont fondez d'auoir Foires, Marchez, Seaux de contracts, tous droicts de Coustumes, Preuostez, Peages, Acquits, Trauers, Confiscation, & Forfaitures des denrees & Marchandises trespassees par les destroicts & passages de leur Seigneurie, sans payer l'acquit ou Coustume, ainsi que dict sera cy apres.

PRÆDICTI COMITES, SVBCOMITES, BARONES, ET DOMINI CASTELLANI NVNDINARVM IVRE PRÆDITI SVNT, MERCATVS SEV FORI VENALIS, TVM ANVLI SIGNATORII CONTRACTVVM, VECTIGALIVMQVE IN SVO TERRITORIO. IPSIS PARITER COMMISSO ADPLICANTVR MERCES DOMINICAM REGIONEM TRANSVECTÆ NON SOLVTO TRIBVTO: SICVTI INFERIVS TRACTABITVR. 1.

HÆC *Castellanis* communia sunt veriùs, quàm propria Comitum & Baronum iura, de quibus suprascriptum est. Vnde priusquam ad huius Cap. interpretationem accedam, persequar breuiter quæ superioribus affines sunt, peculiaréque Comitum ac *Baronum* prærogatiuas: communes dehinc leuioréque ordine expositurus. Argentifodinæ competunt soli Comiti, Procomiti, vel *Baroni* in sua cuiusque Ditione, non minori Dynastæ. i. §. 61. Solis item iis libera datio est imæ, mediæ, vel summæ coërcitionis in clientes suos: retento superioris Iurisdictionis gradu causarúmque in suum Tribunal deuolutione. i. Artic. 62. Præterea qui iure parili tenent nobile prædium, æqua potestate ius reddunt subditis, nec minori in eos vtuntur auctoritate, ac primigenius familiæ vertex, abs quo gentilitium fundum acceperint *comme de leur parageur*: Nisi fundus iste è Comitatu decerptus sit, Procomitatu, vel Baronatu. Quo casu, *Feudorum* huiusmodi illustrium priuilegia non communicantur *aux parageaux*, sed solida integráque permanent penes vnum Comitem, Subcomitem, vel *Baronem* stirpis maximum. ĩ. §. 215. Nam & Oldradi I. C. responsis, præcellens Baronatus dignitas soli defertur protogenio, ex omnium fermè Gentium more inueterato. Consil. 94. & 237. Aliud est, si suam fratrum quisque *Baroniam* sortitus sit iudicio familiæ herciscundæ. Nam tunc secundonatus à primogenito non tenebit Baronatum iure paritatis. Ex argumẽto Normanici Decreti Iuridicorum Conuentuum apud Falesiam Neustriæ oppidum, An. 1213. Vbi decisum

Domini Castellani, vel alti Iustitiarii non possunt vassallis suis dare altam Iustitiam: Barones autem possunt.

Beneficia quibusdam iure paritatis contingunt, *baillez en parage*: Et hoc quidem ius quod parile vocamus, alii Mores probant, & per multos iuniores gradatim, veluti traditum per manus, inambulat. Andeg. Leg. §. 214.

Arestum *de l'Eschiquier de Normand. tenu à Valoise.*

Digitized by Google

sum fuit, è duobus fratribus, quorum cuilibet Baronatus integer diuisionis lege obuenisset paternæ hæreditatis, secundogenitum minimè suspicere cogi primigenium alterum, *& qu'il ne tiendroit point de luy en parage, mais tiendroient du Roy par homage.* Sicuti refert Vilhelm. Terrien. in Norman. Consuet. Iisdem Neustriæ Moribus, suæ constant *Baroni* Prærogatiuæ aliæ, in Tit. de Baronum Iurisdictione. His consequenter, vetat Andegaua Lex *Baroniæ* vnius Comitatúsque partitionem inter cohæredes: etsi de *Feudis* minoribus, secus §. 278. Dempto eo casu, quem notat antiquus Codex manuscriptus ætate B. Ludouici regis. *Baronie ne depart mie pour frerage ne entre freres, se lor peres ne lor a faict partie: Mes li ainsnez doit bien faire auenant parchon aux puisnez, & si doit les filles marier.* Cap. 25. Lib. *Ci comancent li Establissement le Roj de France, selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Consimilem huic obseruationem Procerum Gallorum adfert *Summa Ruralis*, in Tit. *Du droict au Baron ou au Ber.* Rursus apud Engolismos, dominus Castellariæ iurisdictionis habere nequit in Furcis patibularibus *le Chappelet*, quod *Baroni* tamen iure suo licet obtinere. §. 3. Angolismen. Leg. Item admonemur Lib. *Consuetudinario* Galliæ, *Que len puet bien charger son fief de droict incorporel, sans ce que le Seigneur le puisse refuser raisonnablement, en payant le deuoir dudit Seigneur: Excepté en fief où il y a Baronnie, qui ne se desmembre point.* Lib. 2, *Du grand Coustumier de France & Instruction de Practique.* Tit. *De saisine en fief.* Denique Comes aut *Baro* Notarios 12., *Castellanus* senos duntaxat, ritè constituit intra Dominatus sui septa. Turonen. lege 75. Angolismorum vtique Comes (hodie Dux) potest Scribas publicos, Apparitoresque creare duodecim, *Baro* sex, *Castellanus* quattuor, sublimis Iuridicus duos. Art. 5. Engolismen. Consuet. Quanta autem sit *Notariatus* dandi auctoritas, patet ex vetustate Notariorum Galliæ, quos olim insigni elogio *Cancellarios* dictos prodit D. Bernardus, in Cantica, Sermone 56. hac clausula. Aiunt cancellos, angustiores esse fenestras, quales sanè hi qui Libros describunt, aptare sibi solent ad recipiendum lumen paginis. Vnde & puto Cancellarios eos appellari, qui chartis conscribendis ex officio deputantur.

Barones item sola cognoscunt de pœna ignis seu cremationis. Armorica Consuet. Art. 50.

Iustice aux Barons.

Quid autem de duabus Castellaniis ab eadem Baronia pendentibus iure feudi & vnica fide; an perinde erũt indiuiduæ, vt Baronia ipsa, inter hæredes? Ita videtur prima facie, cùm Baronia quælibet habere debeat subditas tres Castellanias. §. 47. Andeg. Leg. Atqui diuidentibus Castellaniam hæredibus secundogenitis, Baronia amitteret feudum Castellaniæ, quod nempe deuolueretur *par despit de Fief* ad dominum mediatè superiorem. Sic ex facto consulto distinxi. Aut Castellania est vnita Baroniæ, & Baroni cõpetit dominio vtili, tunc indiuisibilis est à Baronia, & veluti Baronia. Aut verò Castellania competit tantum Baroni iure directo, & tunc proprietarij Castellaniæ possunt eam partiri, *demeurans les deux tiers à l'aisné pour garantir l'autre tiers soubs sa foy, ou autrement, par deuolution de la foy au Baron.*

2. Regii imperij est institutio Nundinarum emporiique publici. Constitutione à Ludouico 12. edita An. 1499. §. 70. At non ideo abrogata videntur inferiorum Procerum iura isthæc, quæ Prouincialis Mos ipsis tribuerit, frequenti Pop. firmatus, renouatúsque Principalibus mandatis An. 1508. longo post Regiam illam Legem interuallo. Peræquè enim Regij iuris sunt Vectigalia publica: quæ nihilò seciùs Consuetudine locorum deferri priuatis Dominis possunt. Hinc, ne Regi quidem, postmodùm fas esset, ea in Regione nouum Indicere vectigal, nisi de communi Municipum *Baronúmque* sententia: Si priscis Andium Moribus stare vellemus, hoc sermone. *Ne le Roy sans assentement à Barons ne peut mettre Coustume en leurs terres, qui est appellee Trehu ou nouuel Paiage: Ne ils la peuent auxi mettre en la leur sans*

Verf. Andeg. Leg. 49. *Lesdits, Comtes, Vicomtes, Barons, & seigneurs Chastellains sont fondez d'auoir Foires, Marchez, Seaux de cstraits, sont droicts de Coustumes, &c.* *D'vn ancien Registre de la Cour.* Priuilegia ciuium Matisconensium *de Philippes le Bel*, An. 1309. Mense Aprili. Nostra auctoritate regia duximus ordi-

Digitized by Google

Nundinæ bis in anno, nostro nomine, & pro nobis sub certis priuilegiis, libertatibus, & franchisiis concessis à nobis, certis anni cuiuslibet temporibus duraturæ, quarum habitatores seu mercatores quoscunque frequentantes easdem, veniendo ad eas, morando ibidem, & redeundo de eis cum bonis mercibus quibuslibet, & familia, sub nostræ protectionis regiæ securo quidagio & conductu in omnibus esse volumus, & eos omnes singulos exnunc plenissimè recepimus per præsentes, &c.

l'assentement de leurs Valuasseurs, ne de la greigneur partie du peuple. Ex vetusto nostratium Leg. Codice idiographo. De his omnibus Nos accurate ℣. (Cap. 43.) simul & de sigillo Dominico, Pactorum tabulis

imprimendo. Illud obiter dubitationis est, an si ex Consuet. literis creditur publico Anulo obsignatis, nec ea tamen præstitutæ sint Testamentis solennes formulæ, valeat testamentum, quod *Baronis* sigillo notetur cum bini testis subscriptione. Contra tabellas testamentarias responderis forsan, quia (vt cum Fabro loquar) etsi credatur de Consuetudine literis sigillatis in Patria *Consuetudinaria*, nihilominus Consuetudo non tollit, quin debeant in testamentis septem testes apponi. Et puto quòd si testetur in scriptis, tota solennitas subscriptionum & sigillorum debeat custodiri. Fab. ad §. sed cùm aliquis Instit. De Testam. Ait rectiùs vtique Senatui placuit, in Municipiis, quæ Iure Rom. districtè non vtantur, ratum esse firmúmque supremum iudicium, cui duo testes signa sua adscripserint. Sicuti diuino elogio præceptum est, ex quo manauit Pontificia solennitas vltimarum voluntatum. Cap. relatum Cap. cùm esses De testam. Atque ita ad prouocationem ex Belgico Bononiæ Municipio, quod Moribus regitur, secundùm testamentum pronuntiarunt PATRES LVTETIANI. Id quod ab antiquis Curiæ patronis auditum habemus, seruatíque etiamdùm in similibus controuersiis identidem experimur. Sed hoc ita, nisi quis aliena testamenta, quod est improbissimum genus falsi, ipsis quorũ sunt illa, dictauerit. Ex Pliniana sententia, ad Caluisium suum Epist. Lib. 2. Et §. 289. Parisien. Consuet. Porro vbicunque Lex Municipalis condendo testamento certam statuerit formam, eá nisi exactè Tabulis adhibita doceatur, nullum est isthîc legatum quàmlibet pium, vel postremum quoque inter liberos iudicium eiusmodi. Quo de pio legato, Senatus in conspicua purpurâ sic decreuit, Arestis Paschalibus seu 12. Kal. April. An. 1581. secundùm N. *Presteau* defuncti hæredem agnatum, cuius antea publicè causam egeram, aduersus Procuratorem fisci, qui bona Egenis relicta imperfecto testamento petierat. Quantùmvis exclamet Flaccus, Sermon. Lib. 2.

Cur eget indignus quisquam, te diuite? quare
Templa ruunt antiqua Deum? cur, improbe, charæ
Non aliquid Patriæ tanto emetiris aceruo?

NVMMARIA quondam mulcta duntaxat Moribus indicebatur pœnæ nomine vectigalis non soluti, nec merces inuectæ euectæque commitebantur fisco *Baronis* aut *Castellani*. Vetus enim Andium Consuet. ita ferebat, *Seigneur Baron, ou Chastellain ne puet leuer, ne auoir par deffaut d'acquict, c'est à sçauoir pour son Peaige, Preuosté ou Coustume trespassee, que six liures d'amende ou Maine, & Anjou que soixante* 5.

Consuetudo ligat Ecclesiam, seu eius temporalia bona, maximè in iure quærendo, & in lucro captando, vt in legatis quoad solennitates Testamentarias, quæ satis leues Consuetudine requiruntur.

In ore duorum vel trium stet omne verbum Deuteronom. 19. cap. & Matth. 18.

Payr de Boulenois.

Nec. ex S. C. Liboniano, legatarius testamenti subscriptor esse poterat. Secus Zenonis lege posteriori, Dictantibus de Testam.

Placitum Curiæ die 21. Mart. 1581. *contre l'Hostel Dieu de Paris legataire vniuersel* ex testamẽto minus solenni.

Le Ieudy 16. de Feburier 1589. à la grãd Chãbre plaidãt Chauuelin, a esté iugé, que ex testamento non solennis, non debentur legata pia, *faicts aux Religieux mẽdians de Paris. Toutesfois la Cour en prononçant l'arrest, a d'office ordonné que par forme d'aumosne, l'heritier donnera à chascun desdits Conuents des Mendians 15. escus.*

In vers. Andeg. Leg. 49. *preuostez, peages, acquicts, trauers, confiscation & forfaictures des denrees & marchãdises trespassees par les destroits & passages de leurs seigneuries ils payent l'acquist ou coustume, ainsi que dict sera cy apres.*

Digitized by Google

soixante sols: Et pour Coustume ou Leuaige qui appartient à vn simple Vassal qui n'est Baron ne Chastellain, il n'y a que la loy d'amende. In prisco Volum. Andens. Legum exscripto An. 1437. sub Rubr. de Vectigalibus & commiss. Postea autem Municipes statuêre inuicem, Dominici vectigalis neglectum, mercium commisso mulctari, præter modicum æs, quod Mos antiquior mulctatitium appellabat. Nec dissimili argumento, narratur à M. Varrone, greges ouium longe abigi solitos sua ætate ex Apulia in Samnium æstiuatum, quos proprietarij singuli ad publicanum profiterentur: ne si inscriptum pecus pauissent, lege Censoria committerent. De re rust. Lib. 2. Cap. 1. Porrò nostratia Vectigalia non modo locum habent in fundis & terris Dominicis, sed in aquis pariter ac fluuiis Domini territorium alluentibus: tametsi de iis nihil expromptum sit Andegaua lege. Quod adeo verum est, vt improfessæ merces, quæ secundo flumine transiissent, iam olim in commissum ceciderint: Prisca Andium Consuet. cuius formula talis est. *Si aucun Marchant, qui voit par eau, trespassoit aucune Peaigerie sans soy acquiter, il pert le Vesseau, & les denrees qui sont dedens, puis qu'il y auoit autresfois passé, ou qu'il sçauoit bien qu'il y eust Peaigerie: sinon que le Vesseau alast si touſt par la force du vent ou de leau, que on ne le peust arrester. Car il auroit fait faux & que larron.* Haud qualibet tamen ex specie mercimoniorum portoria exiguntur à mercatoribus, sed pro antiquo Municipum regionisque More res tota dirimenda. Senatus enim Consulto, agente Me, decretum fuit, Præfectum Monastici Conuentus Aquariæ, ad Vrbem Andeg., non nisi ex certo mercium genere, quæ veherentur secundo Ligeri, tributum percipere debere, licet vectigales sibi omnes esse contenderet. Vt adnotauimus Lib. 3. SACRÆ POLIT. FOREN. Ad hunc locum pertinent quæ Baldus concinnè, Respon. 340. Volum. 5. Quinetiam Vindocinense Cœnobium, Benedictinæ Sectæ, cui subest monasticus ille Primatus, vectigalium immunitate præcipua dotatum legitur à Gottofredo Comite Andegauensi, (qui florebat An. 1040.) verbis infrascriptis. *Ego Gaufridus, &c. Hoc Monasterium studio bonę voluntatis fundatum, & possessiones illius vniuersas ab omni Consuetudine siue exactione liberantes, Theodorici Carnoten. Episcopi consilio & voluntate, in cuius Diœcesi locus ipse est constructus, B. Petro Apostolorum principi, eiusque successoribus in Alodium proprium obtulimus, & in eorum manu ac dispositione ita specialiter permanere concessimus: Quatenus inter Roman. Pontificem, ac venerabilem locum Vindocinensem nunquam persona media, cuiuscunque ordinis vel dignitatis sit, habeatur, &c.* Tali profanarum indictionum exemptioni Monasticę subiunxit Honorius 3. P. sacrorum etiam munerum vacationem, quę ad rem nummariam pertinerent. Bullato diplomate, ad cœnobiarcham & Conuentum Almæ Triados, Vindocinen., 15. Kal. Februar. Pontificat. An. 3. in hanc sententiam. *Nos vestris supplicationibus annuentes, auctoritate præsentium inhibemus, ne quisquam Archydiaconorum, vel Prælatus, à Monachis ipsis, vel vobis ipsorum occasione,*

Portitoribus quondam soluebatur Portoria, ij iis qui mercedes ex mercibus in portum deuehendis exigebant. Vnde circumuectionis quoq; portorium celebratum est. Hæc autem portoria etiã à Rom. regibus fuisse exacta indicat Plutarchus, & Dionys. Halycarnass.

Prioratus *de Lesmieri lex Angeri.*

Tit. 8. Art. 9. 10. 11.

Baldus hic quærit, nũm si consuetudo sit colligendi pedagium à trãseuntibus per aquã possit colligi à transeuntibus per terrã. Pro libertate opinatur, quum vectigal capiatur ratione soli publici, quod isthic per aquã deputatum est. Nisi aliud ferat patria Consuet. ꝛ soluatur per aquam & per terram.

Abbatiæ S. Trinitatis *de Vendosme*, fundatio.

Bulla Honorij (die 18. Ianu. An. 1219.

De Vindocinen. Monasterij exemptione ab ordinario Episcopo Carnutensi, Nos Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 6. Art 5.

procurationem exigere præsumat: præsertim cùm sacerdotes, qui ex vestris reditibus in prædictis villis, & grangiis sustentantur, ratione Parochiæ debitas procurationes exoluant. Eapropter Carnutum Præsul Yuo rogat fraternè potiùs, quàm vrget pro imperio, Gottofredum Abbam Vindocinensem, ceu pure obnoxium Apostolico Solio, ne duriùs sæuiat in eius Familiæ Cœnobitam, titulo Monasticæ disciplinæ. Epist. 132.

Cap. 50.

S'aucun Marchant forain treſpaſſe par les Branchieres d'aucune Couſtumerie par la terre des Comte, Vicomte, de Baron, ou ſeigneur Chaſtellain, ſans acquitter ſa denree, s'il ignore l'Aquit, pourueu que autrefois n'y ait paſſé, il ſera receu à le iurer par ſerment: & en fera la loy d'amende de dix ſols tournois, & s'il ne l'oſe iurer, il payera ſoixante ſols d'amende, & la Couſtume.

SI EXTER QVISPIAM NEGOTIATOR, CVM MERCIBVS LOCVM PRÆTERVEHATVR, IN QVO VECTIGAL PENDI DEBEAT IN DITIONIS FINIBVS COMITIS, SVBCOMITIS, BARONIS, AVT CASTELLANI DOMINI, NEC MERCATORIVM EXOLVAT TRIBVTVM, CVIVS SIT IGNARVS, IS COMMISSI POENA LIBERABITVR, SIQVIDEM VECTIGAL IGNORASSE SE COMPROBET SACRAMENTO: DVMMODÒ ILLAC PRIVS NON TRANSIERIT. IPSI VERÒ MVLCTA DICETVR DECEM ASSIVM, ET, SI DEIERARE NON AVSIT, SEXAGINTA, SIMVL CVM PRÆSTATIONE VECTIGALIS. 1.

Vectigal publicum *de la Cloiſon de la ville d'Angiers*, in futuram ac munimentum vrbis & Caſtri, competit Maiori & Scabinis Andeg ab vetuſto Ducum munere. Cui tributo ex venalibus mercimoniis Vrbem ingredientibus debito modus regulæque præſcriptæ ſunt in Conſilio Vrbis die 6 Dec. An. 1500. Indéque dempta fuit ſalaria *Monx montant ou trauerſant la riuiere de Loire, & le Bled & Vin deſcendant de ladite riuiere pour mener à Nantes, & les menues Denrees n'excedans dix ſols.* Vt eſt in fine multor. Lib. Cõſuet. Andeg.

NON vna regula ei præſcribi poteſt Vectigali, cuius ignorationem mercator, qui non ſoluit, obtendat. Legitimæ enim pœnæ remittuntur extraneo negotiatori, indigenæ non item: quùm ille nulla fraude, ſed errore in cauſam commiſſi inciderit. Ex Reſcripto Diuorum fratrum, l. vlt. §. vlt. De publican. Rurſus in aduena mercatore diſtinguendum, aut iter facit per paganũ aliquem *Baronis* vicum, i. *par les branchieres d'aucune Couſtumerie*: quo caſu nulla in eum legis pœna grauior exercetur, tametſi vectigal in trãſitu non ſoluentem, vt hîc. Aliud quidem, ſi mercator huiuſmodi præterierit *par & outre le corps de la Chaſtellenie*, vel ſi eandem antea viam commearit mercium negotiator. Tunc enim ab vectigalis ignorantia eximere ſe nequit ſtatuta Moribus mulcta. §. 50. 51. Andeg. Conſuetud. Imò & veteres perhibent Andium Pragmatici, maiorem olim, quàm hodie, tranſeuntibus impoſitam pœnam, quùm ita ſcriptum poſteris reliquerint: *Si aucun marchant forain treſpaſſe le deſtroit, branche & paſſage du*

Digitized by Google

du Comte, Baron, ou du Seigneur Chaſtellain, qui oncques mais n'y auoit paſſé ſans acquitter ſa Denree, s'il ignore l'Acquit, il eſt receu de le iurer par ſerment, & en fait loy d'amende de dix ſols manczois ou Maine, & dix ſols tournois en Anjou, & luy eſt rendue ſa Denree, & les Cheuaux, Charettes, & autres Harnois conduiſans icelles Denrees. Mais s'il treſpaſſe autresfois ſans acquitter, en ce cás a forfaiture. At quænam (inquies) diſcriminis ratio *entre les Branchieres, & le Corps de la Chaſtellenie*, vt illâc tranſiens, vectigali non penſo, excuſetur ignorationis obtentu: iſthâc verò, nuſquam? Scilicet tabella vectigalium proponi non ſolet proſcribíque, niſi in Comopoli ipſa: ne quis rerum ignorantiam inibi poſſit cauſificari. Nam Imp. Hadrianus pariter cõſtituit, eum qui vectigalis ignarum ſe cauſetur, in pœnam niholominus incidere vectigalis, nec imputandum publicano, quòd non inſtruxerit tranſgredientem. Huc ſpectat Vlpiani reſponſum, l. Sed & ſi pupillus. §. de quo palam proſcriptum De inſtit. act. Speciatim certè Daciorum Moribus cautum eſt ſeu Aquenſis Vaſconum oppidi, *Que chaſcun Peager eſt tenu faire vn Tableau, & le tenir ſur le chemin public & apparent au lieu où il leue le Peage: afin que chaſcun le puiſſe voir, & ſçauoir ce qu'il deura payer.* Cuiuſmodi Aquenſium Leges vt emendarunt Regij delegati, ſic Burdegalen. Curia ſubinde confirmauit 7. Iduum Maiar. an. 1514.

Le Corps de la Chaſtellenie.

Couſtumes generalles & particulieres de la ville & Preuoſté d'Aci, en Gaſcongne, auctoriſees par le Parlement de Bordeaux le 9. de May 1514.

2. ISTVD purgationis iuſiurandum dicitur in pluribus aliis controuerſiis vſurpatum Iure Rom. Vt notant Fab. & Doct. in l. vlt. C. De his qui ad Eccleſ. Sed aliâs etiam ſacramenti religione explorator mercatorum fides, vt tributarias merces omnes, quas deuehant ipſi, iuratò profiteantur ac recenſeant. De tali mercatorum profeſſione iurata ſcripſerunt Romani I. Coss. ac Galli municipes Fani Sueri in Legibus ſuis Prouincialibus: quas Regij magiſtratus in literas redegêre, & Senatus Burdigalen. adprobauit 6. Idus Maias an. 1514. Tit. *Du Peaige, Celui qui paſſe ſans payer le Peage, ou alleyer, encourt la peine de ſoixante ſols tournois, ſi mieux n'aime perdre la Marchandiſe. Alleyer, eſt declarer par ſerment au Sieur Peagier, ou à ſon Commis la Marchandiſe apportee, & combien lon en a apporté & conduit, ſi le paſſant doit peage.* Sed inter vtrumque iuriſiurandi genus hoc intereſt, quòd aduerſus iuratam mercium profeſſionem admittatur contrarij facti probatio: aduerſus ignorati vectigalis ſacramentum, de quo Mos Andeg. non admittatur. Quùm enim Lex, Iudéxve negotium dirimi vult litigatoris ſacramento, ſupereſt tantùm periurij pœna diuina, exitium: humana dedecus. Aduerte porrò, iuſiurandum hoc præſenti à Lege deferri, nec procuratoria voce ac fide præſtandum. Vt ait Ludou. Romanus, & Franciſc. Curtius in l. admonendi. 7. De Iureiur. Argum. Cap. ſi verò 2. De ſentent. excommun. Saluo eo, quòd Iudicem adire, vt ſacramentum exigat, minùs neceſſe eſt: modò ipſum publicano præſtetur. Vlpiani reſponſo l. 5. §. ſi is cui Verſ. remittit vexationem ad Prætorem veniendi De oper. nou. nunciat.

Verſ. Andeg Leg. 50. *s'il ignore l'acquit pourueu que autresfois n'y ait paſſé, il ſera receu à le iurer par ſerment: & en ſera la loy d'amende de 10. ſ. tournois.*

Couſtumes de la ville, Preuoſté, & ſiege de S. Sener, en Gaſcongne, auctoriſees par le Parlement de Bordeaux le 10. May 1514.

Ex Lib. 11. Tabul.

Andeg. Consuet. 10. Vers. *Et s'il ne l'ose iurer, il payera 60. sols d'amende & la Coustume.*

PORRÒ si mercator iusiurandum detrectet, æris assibus mulctabitur sexagenis, vnà cum vectigalis pensitatione. Hoc §. 50. Quid si *Baro* Ditionem suam totam locarit Meuio in quinquennium, huicne tales competent mulctæ, an ordinario rationum *Baronis* Dispensatori? Credo quidem, eas transire ad conductorem temporarium. Bald. in Cap. 1. §. 1. De cognit. feud. Arg. leg. creditor. ff. De act. empt. l. si quis Cod. De vectig. & commiss. Diuersum in nudo puróque mulctarum Redemptore Iuridicæ cuiusdam Præfecturæ, ad quem scilicet pertinent tantùm mulctæ iudiciales: mercatoriæ verò, ad ordinarium dispensatorem Dominicarum rationum. Ex argumento Cap. Generali, vbi Anchar. & Phil. Francus De elect. in 6. Atque ita vsu protritum apud Burdigalam, refert Boërius, Decis. 180. Agedùm, quid si Titius, mulctantis Sententiæ, Caius, Aresti eam firmantis die vicissim conduxerint Dominicam ditionem, vtri Dominica debebitur mulcta? Secundùm Caium iudicauit Senatus 4. Kal. Decemb. 1580. Ameloto, prouocantis: & Martino, aduersarij causidicis. In Volum. causarum Veromanduar. Nam ius agendi sumitur ex confirmante Sententia, non ex confirmata. l. Eos Cod. De appell. l. 2. Cod. De vsur. rei iudic. Hæc vtique in expressa comprobatione Iudicati, non in tacita, quæ lapsu temporis inducitur: quùm isthæc retrò ad diem primæ Sententiæ referatur. Vlpian. l. furti De iis qui not. inf. Et Iustinian. l. vlt. In fin. De temp. appell. 3.

Fermier des Amendes de la Preuosté des Barons.

Decretum Curiæ Paris. Die 18. Nouemb. 1580. ad appellationẽ à regio Iudice Montildesiderij. Et neantmoins est enioint par le mesme Arrest aux Iuges qui bailleront les Seigneuries à ferme, d'inserer la clause, que aduenant le cas d'appel des sentences irrogatiues d'amendes, & iugement apres confirmatif, qu'elles appartiendro.. t audit fermier, ores que lors de ladite confirmation iudiciaire il fust hors du temps de son ferme.

Cap. 51.

Et aussi s'il passe par & oultre le Corps de la Chastellenie sans acquitter, il payera 60. sols tournois d'amende, sans estre receu audit serment: Pource que en ce cas ignorance ne le peut excuser, attendu que en passant par le Corps dessusd. il peut auoir cognoissance de lad. Coustume. Et en celuy cas luy seront rendues les Denrees, Cheuaux, Charrettes, & autres Voictures: en payant les frais de Iustice, mises & despenses raisonnables faictes à cause de ce.

PRÆTEREA SI MERCATOR SVMMVM CASTELLANIÆ VICVM TRANSGRESSVS SIT, VECTIGALI MINIME PENSO, IS DISTRICTE SOLVET MVLCTÆ NOMINE ASSES SEXAGINTA, NEQVE IIS EXIMETVR PRÆTEXTV IVRISIVRANDI, QVASI TRIBVTVM HACTENVS IGNORARIT. HOC ENIM CASV, IGNORANTIÆ EXCVSATIO NVLLA EST, QVVM PER MAIOREM CASTELLANIÆ PAGVM TRANSITV IPSO, CERTIOR FIERI POTVERIT CONSVETI VECTIGALIS: AC TVM QVIDEM SVÆ NEGOTIATORI MERCES RESTITVENTVR, EQVI, CVRRVS, ET CÆTERA QVÆ VEHVNTVR: SI MODÒ IS REFVDERIT IVDICIALES SVMPTVS, QVI EAM IN CAVSAM FACTI SINT VECTIGALIS PERCIPIENDIS. 1.

IVRE

IVRE præsumptum est ignorasse aliquem potiùs quàm scisse quæ gerantur ab aliis. l. Verius. π. De probat. At in re manifesta non admittitur quis ad probandam iureiurando facti ignorantiam, quæ probata iurantem minimè adiuuaret, nec obligationis vinculo exolueret. hoc Artic. 51. Cui consonat opinio Bart. ad l. inter omnes. §. rectè D. De furt. Et in l. Omnes De agric. & cens. Lib. 11. Cod. Aut igitur negotiator sciens illudit publicano, cui vectigal debet: quo casu in legem incidit mercium commissoriam. 7. §. 52. Aut verò ignarus vectigalis id non pependit, sed crassa quidem supináque ipsius inscitia: tunc neutiquam excusatur à præstatione vectigalis mulctæque æris asslium 60., nec tamen cómissi pœnæ obstringitur, vt hic. Idem voluit Castrensis nominatim, ad l. vlt. §. licet. π. De publican. Quòd si probabilis rerum ignoratio appareat, vectigali quidem soluendo obnoxius fit mercator, at non pœnæ fraudati vectigalis. 3. §. 50. Quemadmodùm, & si propter necessitatem aduersæ tempestatis fuerit alicubi expositum mercium onus, non debere hoc commisso vindicari Diui fratres rescripserunt. Is enim contra legem fecisse non videtur, qui cum naui profectus ex portu, & à vento relatus, in Insulam deductus esset indeque exiisset: tametsi portus qui in Insula forent, omnes eius Insulæ esse censerentur. Vlpiani l. Cæsar De publican. Nec diuersum in Rhodiæ Legis interpretatione sensit Auctor Rhetorices ad Herennium Lib. 2.

Lex est apud Rhodios, vt si quæ rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portũ nauim coëgit. Quæstor nauim Populi vocat, nauis Dominus negat oportere publicari. Apud Cicer. Lib. 2. De Inuent.

2. NVM verò in Gallia etiam maritimum capiant vectigal *Barones* Oceani accolæ, aut suas faciant naufragas merces (quæ tempestate in littus eiectæ sint) ambigi potest. Vnus quippe Princeps Gallici freti dominatum sibi arrogat lege Regaliorum. Nihilò seciùs Dynastæ quidam in mari sibi suffuntt maximi Insignia Imperij, nedum dominij qualiscunque, præsertim in Aquitanicis oris. Verbi causa, Ludouicus *de Bueil* Sacri Cæsaris Comes disseruit pridem in Senatu, reorum Insulã, quæ vxoria hæreditate ipsi obuenerat, à maioribus possessam fuisse optimo iure ac conditione. Abauos ea Insula liberrimè potitos, nec minori propemodùm, quàm Reges, in Francia, imperio ac dominatu. Ludouicum vtique Ambosium primò agnouisse Karolum 7. Galliæ regem patronum Insulæ, quam Ludouicus Anglis ereptam in ius Gallicæ ditionis reuocarat: sed ita agnouisse, vt omnes sibi prærogatiuas reciperet supremíque honoris notas, quæ olim Insulæ Domino cópetiissent. Inter quas ferebatur venialium Diplomatum concessio, vacantium bonorum capiò seu *Espauarum & Albinagiorum*. Tales habentur naufragæ merces, quæ proprietario & assertore vacent. Econtrario autem suggerebat procurator Fisci apud CONSCRIPTOS CVRIÆ, maritimum hoc penes Reges dominium esse solido iure Sceptrorum, nec vlla ex parte inferioribus Regulis communicari. Vt enim Gallica prædia regionatim Proceribus distribuerint Reges prisci beneficiaria lege, sibi tamen vtique potestatem in Mari dominatúmque omnem reseruarunt.

L'Isle de Ré, quam nõnulli vocitant Insulam reorum, quòd Galli exules bannitique, in eam se reciperent. Alii verò regiam Insulam appellant.

Lettres de Remission & Pardon.

L'Admiral de Guyenne pour le Roy. Quo Præfecturæ munere Franciscus 1. Galliæ

rex donauit Ericum Alebretum Nauarræ regem, qui illius sororem in matrimonio habebat. Ex Volum. 1. Regest. Curiæ sub Francisco 1. Fol. 199.

Descendit in causam Nauarrus Princeps, Aquitanici maris Præfectus, obnixéque defendit, *Albinagia & Espauas* maritimas sibi competere Francicis Edictis ex sua maris Præfectura, quam gerebat auspiciis regis Galli. Nam eorum quæ Nauali prælio de hoste capta sint, decumam ad Talassiarchum pertinere, & naufragiorum trientem. Gallicis Regum Constitutionibus, quas P.C. adprobarint, reclamãte primatim nemine. Causam hinc inde peroratam misêre in consilium PATRES PARISIEN. Decreto pridie Kal. Martias An. 1554. quùm Robertus, pro Insulæ domino: Mesnilius, pro Nauarro rege: & Riantius, pro regio Actore dixissent.

Admiral de France.

Die vlt. Feb. 1554.

SVBSIMILIS pendet in Senatu controuersia maritimi Magistratus regij cum Niuernensi Duce, toparcha Fani Valerij, qui mordicus asserit, se circum huius suæ Ditionis septa, quæ Belgico freto finitima est, præditum maritima Iurisdictione ac Imperio. Contrà, regius Vicarius Tribuni maritimorum Galliæ, nullum in æquore priuatorum esse Territorium: Ericum 2. regem Edicto instituisse Legatum eius oræ maritimæ, in trino Oppido, Bolonienſi, Stapulensi, & San-Valerio. Latum hoc Edictum An. 1554. probante Clariss. Ordine An. 1555. Vt sileam interim Arestum vetus, seu *Concordatum in Curia*, Karolo 5. rege, inter Ioh. Atrebatem dominum S. Valerij, & Procuratorem Fisci: ex quo non dubiè liqueat, maritimam eius loci Iurisdictionem penes Reges perstitisse. Annum circiter 1574. In hanc partem Nos plura Lib. 3. DE SACRA POLITIA FOREN. Tit. 8. Art. 10. Et Lib. 2. DE PRIVILEG. RVSTIC. Cap. 11. Art. 3. Qua etiam ratione, diutina vectigalis mercimoniorum perceptio Magnati nil confert inferiori *Barone*, aut *Castellano*: Queîs solis Andium Lege tribuitur ius portorij è mercibus exigendi. §. 43. & 49. Ediuersò quidé allegabitur, venalium rerum tributa Dynastis quæri tot annorũ possessione, quot superent mortalium memoriam. Cap. 26. De verb. signif. *Barones* item, & *Castellanos* sola consuetudine diuturnóque talium vsu, qui in Morem deinde scriptum traductus sit, portoria mercium sibi vindicare. Cæteroquin eaipsa Regalibus purè accenseri. Cap. 1. Quæ sunt Regal. In Feud. Hinc Germanica paritet Lege Aurea, omnibus promiscuè interdictum est vectigalium exactione, præter ea, quæ antiquitùs pendi consueuerint. Quoniam tamen memoria superiorem vectigalium possessionem restrinxit Municipalis Constitutio, solisque *Baroni* & *Castellano* reseruauit: Vix est, vt receptitia isthæc iura minores Dynastæ longissimo capiant vsu, aduersus communem populi, commerciique libertatem mirè fauorabilem. Quùm igitur vectigalia, nisi auctore Principe, instituí nequeant, priuatus toparcha inuerecundè postulet publica mercium portoria, quorum nomine, cum suo fundo, superior patronus eum in clientelam assumere legibus prohibeatur. His subiicito, refragante Municipij More, qui certo generi Dynastarum vectigalia strictim addixerit, nullatenus probandam quàmlibet diuturnæ

Lieutenant de l'Admirauté en Picardie.

Hoc Arestο seu *Concordato in Curia* decisum est. Iurisdictionẽ totam penes Reges futuram in littoribus *de S. Valery*, & penes officiarios *Admiraldi* Franciæ, sed naufragiorum cõmoda Domino eius loci competitura.

Peages, Trauers, & Prenostez.

Possessio immemorialis, vim tituli, aut priuilegij habere dicitur. l. 1. §. vlt. ff. De aqua pluu. arc. l. hoc iure. §. ductus. aquæ. ff. de aq quotid. Tamen Georg. Natta, in Consil. 661. ait, Ferrariæ Ducibus ius esse, nõ modò solita, sed noua exigere portoria, vi immemorabilis Consuetudinis.

Aurea Bulla Germaniæ An. 1356. Mens. Ianuar.

possessionis

possessionis præscriptionem. l. 9. l. vbi lex inhibet l. præscriptio. ff. De vsucap. Imo nec, inter vicinos prædiorum Dominos, quorum alter solus Gladij ius habeat, alteri licet, Iuridicum eiusmodi imperium sibi vsurpare, vsúque capere. Quandò enim Principis gradatim beneficiaria est Dominica iuris dicundi auctoritas, nihilò firmiùs eiusce capax est priuatus quisque Dynasta, (nisi Principalibus, aut intermedij Iuridici auspiciis) quàm profanus aliquis, Ecclesiastici Decumani iuris. Cap. causam De prescript. Can. 1. Caus. 16. Quæst. 1. Cap. prohibemus de decim.

Ius spirituale (vt decimarum) non cadit in laicũ. Cap. sacrosancta. Cap. Mallanà Declect.

4. EX HINC elicitur, *Barones* Dominicam suam manum iniicere summatim posse transeuntium mercimoniis ob vectigal non solutum: Sed hoc ita, si in eiusdem Territorio *Baronis* deprehendantur. Quùm enim vectores inde semel exierint, res ipsorum ampliùs capi nequeunt à Publicano debitum vectigal persequente. Quod habet locum, etsi alterius Territorij Dominus eundem cum illo agnoscat superiorem. Vt Baldus ex facto proposito consuluit, Respon. 340. Volum. 4. Idquè eò minùs nouum, quòd omnis Iurisdictio suis agrorum finibus limitibúsque diuisa teneatur. Argum. l. cùm vnus. §. is qui. ff. De bon. auctor. iud. possid. Huc alludit Mos Andegauensium. §. 14. Rursus commisso tùm demum vindicantur merces, si vector iam prætergressus sit clanculum *Baroniæ* metas aut *Castellaniæ*, non, si medio in itinere interceptus. Cyn. & Baldus ad l. cùm proponas C. De naut. fœn. Bartol. in l. cotem. §. Dominus. ff. De publican. Neque ab iis dissentit patria Lex Andium. §. 50. & ij §. 53. Nam vt pœna flagitij luatur, necesse est, perpetratum istud fuisse atque perfectum. l. fugitiui, & ibi Salyc. Cod. De seru. fugit. l. 1. §. verba. D. quod quisque iur. Iason copiosè ad l. Quò minùs. ff. De flumin.

Verſ. Andeg. Leg. 51. *Et en celuy cas luy ſerõt rendues ſes denrees, chenaux, charrettes, & autres voitures, en payant les frais de Iuſtice, miſes & deſpẽſes raiſonnables faictes à cauſe de ce.*

§. 14. Verſ. *par conſiſcation de la farine priſe & arreſtee en ſon fief.*

Boërius in Deciſ. Burdegalen. 178. diſtinguit pœnam cõfiscationis ſecundùm verba Statutorũ cuiuſq; loci prout actũ etiam tantum inceptum puniunt, nedum conſummatum. Item ſi veriſimile eſſet argumẽtum fraudis, vt ſi quis iuxta fines regionis cũ mercibus adprehenderetur. §. 50. Verſ. *treſpaſſent les Branchieres.*

Cap. 52.

Et eſt entendu le corps de la Chaſtellenie la principale ville, ou le principal Bourg d'icelle: & les Branchieres ſont les autres lieux, où l'on a accouſtumé d'ancienneté mettre & aſſeoir la Billette en autres lieux, hors la principale ville ou Bourg.

1. CASTELLANIÆ CORPORE SIGNIFICATVR PRÆCIPVVM EIVS OPPIDVM, VEL PAGVS: *Et les Branchieres* DICVNTVR ALIA CASTELLANIÆ LOCA, IN QVIBVS IAM OLIM PROPONI CONSVEVIT APPENDIQVE VECTIGALIVM INDEX, ALIBI SCILICET QVAM IN PRIMARIA CASTELLANIÆ VRBE, AVT VICO MAIORI. *La Billette.*

ANIMADVERTENDVM isthîc, non vni *Baroni* ius esse, clausum habere Oppidum (de quo. 3. §. 47.) at *Castellano* etiam interdum: Quùm & *Castellaniæ* adscribantur Vrbes, in hoc tractatu Vectiga-

lium, quæ *Castellanis* sunt cum *Baronibus* communia. Tametsi enim Dominica iura certis honorum gradibus ordinéque secernantur inuicem: quæ tamen longissimo vsu semel quæsitæ sunt inferiori Domino *Feudisticæ* prærogatiuæ seu Iuridicæ, non auferuntur scripta Lege Prouinciali, vt toties inculcauimus antea.

Vers Andeg. Leg. 52. *Et les Branchieres sont les autres lieux, où l'on a accoustumé d'anciennté mettre & asseoir la Billette hors la principale ville ou bourg.*

LA BILLETE, dicitur prominens eius Nota indexque loci, in 2. quo pendendum est Vectigal: cuius proinde ignarum se professus, quantalibet sacramenti fide ac religione, damnatur mulctatitio ære 10. Assium. §. 50. & 58. Andeg. Leg. Sed amplior mulcta indicitur prætereunti *Castellaniæ* principem Vicum, in quo pilis æneis insculpta ostenditur Matricula seu album Vectigalis Dominici, omniúmque eius rationum ac partium. Sicuti Cn. Flauius, teste Liuio, fastos circa Forum in Albo proposuit, vt quando lege agi posset, sciretur. Ita Prætoris edicta in Albo proponebantur, cuius crebra mentio in Legibus Romanor. Erat quoque Iudicum Album, de quo, Pliniana Præfatio Natur. Hist. Album item Decurionum, quod memorat Vlpianus, l. 1. & 2. De albo scriben. Speciatim vtique patrio hoc More prospectum fuit Vectigali mercimoniorum, suspensa idcirco Tabula, externóque Dominici portorij Indicio: quod fœcundum Andense solum, cum summa frugum vbertate, Fluminibus alluatur, transuectioni emporióque mercium valdè opportunis. Sicuti historicus Vates Gulielm. Brito accurate scripsit de finitima Armoricę suę Andegauia, Heroico isto ad Ludouicum 8. Philippi Theodoti filium Regem, an. 1224.

Matricula, à quibusdam recētiorum Pyctatiū, à Græcis Leucoma, quasi Album, nuncupatur.

Billets.

Antiquus Poēta Armoricus, & Philippi 1. regis Historiographus coætaneus Lib. 12.

Ioannes Angliæ rex, Henrici Andiū Comitis filius, an 1214. nouis mœnibus ac Propugnaculis muniuit Andegauā vrbem, quæ antea, hostili in eam irruptione, diruta, fuerant.

Protinus Andegauim nullo munimine cinctam
Ingressus, lapide incepit murare quadrato:
Qua vix diuitior Vrbs, aut ornatior vsquam
Esse potest, clari vel clarior vbere Bacchi.
Circumquaque nihil, nisi vites, impedit agros,
Quæ pariunt potum Normanis, Britigenisque,
Nec dominos vnquam permittunt æris egere.
Quam Liger argento prælucens ambit ab Austro,
A Borea rubens mediam Meduana pererrat:
Qui suus inde fluens quasi per duo millia lapsus
In Ligerim, nomen perdit mutátque colorem.

Ex metrico Philippidos Volumine 10.

Cap. 53.

Et si le Voisturier passe oultre les bournes & limitations dud. Corps ou Branchieres, ou dedans desquelles se recoit lad. Coustume, scientement sans acquiter ses Denrees ou marchandises, les Cheuaux, Charrettes, ou autres voisture seulement sont confisquees au Seigneur de lad. Coustume, s'ils sont prins saisis de lad. Denrees. Et aussi seront confisquees les Denrees & marchandises, és cas où l'on pourra monstrer que le marchant ait cōmis fraude ou larcin pour cuider defrauder ou desrober l'Acquit ou Coustume: & est à noter que au

cas deſſuſd. & tous autres où la Couſtume du pays permet confiſcation, declaration eſt neceſſaire, qui ſe fera ſommairement & de plain, & d'heure à heure: Et ce pendant ſeront leſd. choſes, deſquelles on requiert confiſcation, appretiees & eſtimees par gens notables & expers. Et ce faict, ſera au choix de celuy à qui appartiennent les choſes, deſquelles on demande confiſcation, de conſigner en main de Iuſtice led. pris, à quoy leſd. choſes auront eſté appretiees, ou de bailler Pleige & caution ſoluable & ſuffiſant du pays, qui ſe conſituera debteur ou achapteur de biens, pour en reſpondre où il appartiendra. Lequel Pleige ſera tenu obeyr & reſpondre à la Iuriſdiction du ſeigneur qui demande led. confiſcation, & à ce ſoy ſoubmettre: Et en ce faiſant, ſera faicte deliurance deſd. choſes pendant le proces de led. Confiſcation.

1. SI MERCIVM VECTOR SCIENS TRANSILIERIT METAS LIMITESQVE CORPORIS SEV MEMBRORVM CASTELLANIÆ, INTRA QVOS VECTIGAL PERCIPI SOLET, NEQVE ID EXOLVERIT, EQVI, CVRRVS, VECTVRÆQVE ALIÆ DVNTAXAT PVBLICABVNTVR: DVMMODÒ ILLE CVM MERCIMONIIS IPSIS FVERIT DEPREHENSVS. AC TVM PARITER DOMINICVM IN FISCVM REDIGENTVR MERCES, QVVM MERCATOR DOLO FRAVDEQVE VECTIGAL NON PEPENDISSE ARGVETVR. CÆTERVM ISTÎC, ET VBICVNQVE MERCIVM PVBLICATIO INDICITVR PATRIA LEGE, COMMISSAS IVDICIO MERCES DECLARARI NECESSE EST: IDQVE NEGOTII SVMMATIM AC DE PLANO EXPEDIVNDVM. RES INTERIM, QVÆ COMMISSO VINDICANTVR, A PERITIS OPORTET ÆSTIMARI: QVA INITA ÆSTIMATIONE, OPTIO ARBITRIVMQVE ERIT PENES RERVM DOMINOS, PRETIVMNE IPSARVM MALINT OBSIGNARE PVBLICE, AN PRÆDIBVS IDONEIS CAVERE EIVS MVNICIPII CIVIBVS, QVI FIDE SVA IVBEANT, DEBITVMQVE IN SE TRANSCRIBANT, QVASI IVDICIARII RERVM EMPTORES. TALIS AVTEM ADPROMISSOR SVBIICERE SE DEBET FORO IVRISDICTIONIQVE DINASTÆ, QVI RES FISCO SVO COMMISSAS INTENDERIT. ATQVE ITA, LITE DE COMMISSO PENDENTE, TOLLETVR DOMINICA MANVS, QVÆ IN EAS RES INVECTA FVERAT.

Hoc Legis Cap nòuum eſt, non antiquum, alio duriuſculo abrogato in gratiã Mercatorum. Vt cõſtat ex Proceſſu verbali huius Conſuet.

PRVDENTER hic Mos diſcernit mercium vectorem, & Mercatorem proprietarium, in ſancienda pœna fraudati Vectigalis. Illius enim fraude cadunt in commiſſum res vectoris propriæ ſolæ, equi putà, vehiculum, aliæquè vecturæ huiuſmodi, non autem merces negotiatoris. Ex Cæſarea leg. Iubemus De nauib. non excuſ. Lib. 11. Cod. Secus ſi à mercatore ipſo dolus adhibitus proponatur: quo caſu, mercimonia etiam Dynaſtis locorum committuntur. Artic. 53. Andeg. Leg. Ad hunc locum pertinet Iuris acroama vulgatum, Aut res delinquentis ſunt, quæ in naui vel curru prehenduntur, & om-

Digitized by Google

nes hæ in commissum incidunt. Aut verò quædam sunt fraudatoris, quædam alterius: & hoc casu, alienæ istæ non rediguntur in fiscum Dominicum. Paulus. I. C. l. 11. §. 1. De publican. Sed hoc ità, nisi ille alter doli particeps consciúsque fuerit: Quo casu, res eius pari commissoria lege tenerentur. l. vlt. Cod. de nauib. non excus. Lib. 11. Alberic. Rosates ad l. Cùm plures. §. penult. D. loc. Proinde dura mihi visa est Andium Constitutio vetus (quam nec repetière Duumviri emendandæ Consuet. Andeg. An. 1508.) in hanc formulam, *Marchant, qui meine Marchandise, qui doit Peaige, & autre qui n'en doit point, & pour le Peaige embler, il die & iure, que celle Marchandise qui doit Peage, est d'icelle Marchandise qui n'en doit point, & il faict tant qu'il passe la Peaigerie sans payer, & puis il soit prins, il pert telle Marchandise dont il emble le Peaige, non contretant qu'elle ne soit pas sienne, depuis qu'il la maine & conduit.* In aduersariis Codicibus Andegaui Pragmatici, de patrio More scriptis an. 1437. Eundem hodie Ritum Cenomani retinere videntur, Ambiguo cap. 61. Cenoman. Consuet. Ecquid verò de re furtiua improfessa apud Publicanos? Lex erat, (apud Fab. Quintilianum) *Quod quis per Publicanos improfessum transtulerit, commissum sit.* Quidam rem furtiuam transtulit per publicanos, nec professus est: deprehensa res est. Publicani cum domino contendunt. Illi tanquam commissam rem vendicant: ille tanquam suam. Vtrinque exagitat quęstionem Fabius, declam. 341. sed Domini causam potiorem opinor.

Is autem cuius culpa res alterius cõfiscantur, tenetur domino ad id quod interest l vlt ff. De pignerat act l. lectos. ff. de peric. & comm. l. si pignora. ff De euict. Et Baldus de hac re nominatim in l. Cum proponas Cod. de naut. fœn. l. Imperatores. ff. De publican. l. Iubemus. §. nulla Cod. De sacros. Eccles.

Lib. Declamat. Fabij Quintil.

Ex prædictis suboritur dubitatio, nûm tributariis mercibus commissis, liberæ itidem ac immunes, quæ simul ab vno deuehuntur Domino, committantur Fisco. Non committi, innuit Textus priscæ Legis Andegau. quem modò citaui. Sed quia ipsum in Mores scriptos non retulêre Duumviri *Consuetudinarij*, mansit integra de eo inter nostrates disputatio. Censeas ergo prima fronte, pœnam lui non debere noxa grauiorem, neque ob fraudem contractam in vectigalibus mercimoniis, ea quæ libera solutáque sunt, publicanda. Ex Rescripto Principis apud Marcellum I. C. l. 6. De his quæ vt indig. aufer. Nam & similiter licitas cum illicitis mercibus non confiscari, putat Alberic. Rosates in 2. Par. *Statutorum*, & Bertach. de Firmo, in Tract. Gabell. Verùm in Iudiciis obtinuit aliorum opinio, qui vtrumque mercium genus sentiunt Fisco addicendum: seu liberæ cum tributariis, seu permissæ cum prohibitis vectę comperiantur. Vido Papius in Decis. Delphinali 272. & Boërius in Decis. Burdegalen. 178. Parte 1. Iuxta regiam Karoli 8. Sanctionem Latinè sic expressam, *sub pœna confiscationis pannorum illorum & animalium illos deferentium, aliarúmque mercium cum illis inuentarum, &c.* Eámque sententiam firmat nominatim Lex. 11. ff. De publican. §. 1. Cum Leg. penult. Cod. De naut. fœn. Et ibi Bald. ac Salycet. Hanc in rem Nos aliquid etiam annotauimus, ff. cap. 14. art. 9.

Quæst. 4.

Parte 9. Quæst. 8.

In Styl. Parlam. Parte 1. Tit. De excess. Officiar.

In Vers. Andeg. Leg.

O B fraudatum vectigal quicquid Domino committitur, statim desinit 3.

Digitized by Google

desinit eius esse qui fraudem fecerit. Vt placet Vlpiano, l. commissa De publican. Macro. I. C. l. imperatores De iur. fis. Et Diocletiano Cæs. l. cùm proponas De naut. fœn. In ver. fiscum occupasse. Quoties enim aliquis ipso iure excidit priuatúrque re sua, nequicquam ampliùs ferenda in eum Sententia est de ademptione bonorum: Sed hoc tamen postulat æquitatis ratio, vt pœna commissa à Iudice imprimis declaretur. Felyn. ad Cap. Rodulphus De rescrip. Archyd. in Cap. Fœlicis De pœn. In 6. Bartol. ad d. l. Imperatores Bald. in Cap. 1. §. vel si cum filia Tit. Quib. mod. feud. amitt. in Feud. Quoniam verò patria Lex vtitur Confiscationis vocabulo, sciendum, bonorum quidem confiscationem soli Principi Andium Moribus deferri: quippe quæ vno in crimine Perduellionis ibidem recepta sit. At diuersum est in peculiari mercium confiscatione, quæ speciatim lege irrogetur pœnæ nomine. Huiusmodi enim pœnæ vel mulctæ, quæ fisco Principis adplicantur Iure Rom., Dominis locorum attributæ sunt Constitutionibus Gallicorum municipiorum. Benedict. in Cap. Raynutius De testam. Ver. & vxorem nomine Adelasiam Ioh. Plateanus ad l. 1. De bon. vacant. Cod. Lib. 10. Quod Hispanicæ item Leges sanxêre nuncupatim, secundùm Duces, Marchiones, Comites, & Barones l. vlt. Tit. 5. Foro legum, in hæc verba, *Que las penas, y las calonias, que las ayan aquellos que tu vieren vez és del Rey en los lugares que han por donadio del Rey, ansi como las debe auer el Rey.* Iure necnon Hispaniarum nouissimo ita cauetur, *Los senores de los dichos lugares ayan para si los omez illos calunias segun los auemos en los lugares de nuestra corona Real.* In eundem sensum perbellè scripsit Franciscus *de Auiles*, scholiastes Capitum seu Legum Prætorum, ac iudicium Syndicatus totius Iberiæ. In summa, Iuris professores dilemmate totum hoc absoluunt negotium, Aut confiscatio indicitur Lege ipsa, & tunc confiscare licet Magnati cuique merum habenti imperium, eiúsque notionem criminis, ex quo bonorum publicatio inducatur. Aut verò decernitur ex officio tantùm hæc bonorum ademptio præter Legem & in casibus Lege non expressis, tunc Regij purè Iudicij est, nec ab alio decerni potest quàm à Principe, vel eius speciali concessu. Salycet. ad l. 1. Cod. Ne sine iussu Princip. Et ibi Bald. post Cynum, Mart. Laudensis in Tract. De fisco Quæst. 3.

53. Et est à noter, que aux cas dessus & tous autres, où la Coustume du pays permet cõfiscation, declaration est necessaire, qui se fera sommairement & de plain.

Art. 142. Iuxta Fabr. in Authen. incestas C. de incest. nupt. Et in Authen Bona damnatorum C. de bon. proscr.

Mais si le contumax à cause de crime ne se représente & se purge en Iustice dans les cinq ans ses immeubles en la propriété demeurent perdus, & acquis au Roy, cõme la possession en est perdue annali silentio & contumacia *par l'Edict de Moulins. Lequel Edict passe par dessus les Coustumes excluisnet de confiscation de biens, & s'estend* etiam *au pays, où confiscation n'a lieu: mais le Roy par ses lettres de restitution peut dispenser* ex causa *les absens & contumax, pour nonobstant ladite perte de biens consumaciale les remettre* in pristinum statum *en se iustifians & purgeant de l'accusation comme il est reserué par led. Edict.*

4. Legvm Antecessores tradunt, si pro re mobili satisdatum non sit, & persona sit suspecta, ex qua sequestratio desideratur, apud Officium deponi debere (si hoc Iudici sederit) donec vel satisdetur, vel lis finem accipiat. Vlpiani l. si fideiussor. §. si necessaria Qui satisd. cog. Sic Ciuile Ius nostrum mercatori prospexit, vt mercimonia ipsi in media lite reddantur vtrouis casu, siue datis vadibus, aut sine iis, prætio æstimatarum mercium obsignato. Similem obsignationis formulam introduxit Lex Andium in Retractu lineari fundorum. §. 383. Tum in cessione fundi annuis reditibus obnoxij, §. 464. Por-

Leg. 5. Tit. 4. Lib. 1. Ordinat. in fi. Francisc. *de Auiles* oppidi *de Mibeltran*, qui est à consiliis Ducis *de Albuquerque*, regni Nauarræ proregis.

In Vers. Andeg. Leg. 53. *& cependant seront leſd. choſes, deſquelles on requiert cõfiscation, appretiées & eſtimées par gens notables & experts. Et ſe faict ſera au choix de celuy à qui appartiendront les choſes, deſquelles on demande confiſcation, de conſigner en main de Iuſtice led. prix, à quoy leſd. choſes auront eſté appretiées, ou de bailler pleges & caution ſoluable & ſuffiſant du pays, qui s'en conſtituera debteur ou achepteur de biens.*

§. 383. Vers. *& ſi l'acquereur ne veut reconnoiſtre les deniers, lhé lignager doit conſigner le tout en main de Iuſtice,*

§. 464. Vers. *Et s'il le fait signeur, ou son receueur ne veut rien recouurir sd. arrerages, le doibt les doit consigner en main de Iustice souueraine.*

rò quod attinet ad mercium æstimationem, de qua hoc loco, periti rerum æstimatores sumendi sunt consensu litigatorum, vel subsidiò nominandi à Iudice, qui merces ex fide in pretium deducant, adstante vtraque parte, si ita Iudicanti visum sit. Argum. l. 2. Cod. Quan. & quib. quar. Bald. ad l. 2. C. De rescind. vend. Ideóque priùs est ab his sacramentum solenne exigendum coram vtroque litigatore. Bartol. in l. hac edictali. §. his illud C. de sec. nupt. Quòd si de pretio rerum conuenire nequeant bini æstimatores, adiungendus tertius, qui pugnantes sententias conciliet. Ex Vlpiani l. Item si vnus §. principaliter De Arbit. Atque hinc dirimendis litibus expeditior paratur via, quàm constituendis, aut prorogandis. Quo nomine Sulpitium I. C. Tullius valdè commendauit.

Seru. Sulpit.

ECQVID si mercator fideiussoriam malit cautionem præstare §. quàm mercium æstimationem? (id quippe in eius arbitrio positum est) cedò, fideiussórne ad solutionem vrgebitur ante excussum debitorem? Haud ita videtur prima facie, quùm ille expressim beneficio ordinis non renunciarit, vt tantùm ab eo exigatur, quantò minùs à reo consequi creditor potuerit. Iuxta Nouellam Leg. Præsente De fideiuss. Quæ quidem obtinet, etiam si adpromissor purè se constituerit soluturum. Vt Faber scripsit in d. Authen. præsente, Vers. *quamuis fideiussor se obligauit vt principalis.* At verò ingens discrimen est inter sponsorem pro alio, Contractui adhibitum, vel Iudicato soluendo. In illum quippe obligatorias Tabulas non licet exequi, nisi discussis priùs obærati facultatibus. Diuersum in iudiciario expromissore, aduersus quem protinus executioni mandatur dicta in reum Sententia. l. sancimus. C. De vsur. rei iudic. & ibi Bartol. Idem in l. 1. D. iudic. sol. De tali autem fideiussore loquitur hæc Andeg. Consuetudo. Secundum quæ, PATRES. C. pridem decreuere contra Bellouacorum Episcopum simul & Comitem, Placito 16. Kalend. Sextiles an. 1517. In Stylo Parlamen., Parte 7. Arestor. Curiæ Parisien.

Differentia inter fideiussorem contractus, & fideiussorem iudicatum solui.

§. 53. In Ver. *qui se constituera debteur ou acheptenr de biens.* Decretũ Curiæ Paris. die 17. Iulij an 1517. quòd pendente appellatione mercator habebit per modùm prouisionis equos, vinum, & currus antea prehensos ob pedagium non solutũ, *en baillant par luy acheptenr, cõme pour deniers de Iustice.*

Cap. 54.

Et si aucun Marchant, ou autre trespasse aucun Peaige sans acquiter, & il retourne par la Coustumerie qu'il a trespassee, le seigneur d'icelle le peut contraindre à payer 60. sols d'amende, & la Coustume, & n'aura point de confiscation, pour ce qu'il n'a plus de denree. Et pareillement en vsera lon au regard des Nobles, ou autres priuilegiez, s'ils faillent à deprier.

ET SI NEGOTIATOR, ALIVSVE QVISPIAM ILLAC TRANSEAT REDEATQVE, VBI VECTIGAL SOLVERE IN TRANSITV DEBVERAT, DOMINVS LOCI POTEST REDEVNTEM VRGERE AD MVLCTATITIVM ÆS. 60. ASSIVM, VECTIGALQVE

CTIGALQVE PENSITANDVM. SED EIVS FISCO COMMITTI IAM TVM NEQVEVNT MERCES IPSÆ, QVAS MERCATOR AMPLIVS NON HABEAT IN MANV. EADEM IVRA SERVANTVR IN NOBILES VIROS, ALIOSVE PRIVILEGIARIOS, QVI RERVM SVARVM NOMINE, QVAS DVCANT DVCIVE IVBEANT, VECTIGAL DEPRECATI NON SINT.

QVANQVAM fraus Vectigali facta detegitur clanculario mercatoris transitu per Dominicum territorium: illâc tamen rediens Negotiator, pignoribus captis solùm coërcetur, non carcere ac vinculis. Sic Lacedemonij ad prestationem vectigalium vinculis cogi voluêre neminem, sed bonorum duntaxat pigneratione. Apud Plutar. in Vitis 10. Oratorum. Cùm enim publicanus manum in Xenocratem philosophum iniecisset, eúmque in carcerem traheret ob vectigal nó solutum, liberauit eum Lycurgus: quia omninò quéquam duci hac de causa non oporteret, esse enim patrimoniale munus, ac non personale.

2. AGE verò, nûm mercium saltem, quæ haud extant ampliùs penes venditorem, pretium petere ius sit Domino vectigalis? Videbatur pretium huic deberi, quasi in confiscandæ mercis vicem sufficiatur. At Seuerus, & Antonius Cæss. rescripserunt, ne pro ea quidem re, quæ in causam commissi ceciderit, si ipsa minimè appareat nec dolo supprimatur, pretij sortem exigendam. l. 2. Cod. De vectig. & commiss. Contrà, si mercibus iisdem onustus mercator redeat domum, per mediam *Baronis* regionem *Castellaníue*, nil puto proponi, quò minùs illæ commisso vindicentur. Vt subindicat contextus. Leg. Andegauæ. Porrò semel commissarum mercium persecutio *Baroni* competit in quinquennium, si stare velimus Imperiali Constitut. ℨdictæ. Nec tamen deest publicanorum factio, qui negotientur clanculum, vel accepta à mercatoribus pecunia, facilè sinant eos per ignota viarum diuerticula commeare in fraudem alieni vectigalis. Ex quo Francicus Senatus quondam Publicanorum dolis occurrit, solenni Decreto in Parlam. Pentecostes An. 1285. ita concepto. *Inhibitum fuit Pedagiariis Bapalmi, & de aliis Villis, sub pœna corporum, ne ipsi eant vel mittant in Flandriam, vel extra districtus suorum Pedagiorum, pro aliqua licentia danda de auenis extra Cheminum & Vias ab antiquo consuetas portandis, seu pro aliqua finantia super hoc facienda. Et si inuenerint aliquem seu aliquos extra sua Pedagia, qui deberent per sua Pedagia transire, eos reducant ad Cheminum debitum: Et qui contrarium fecerint, vt suprà, punientur.* Ex Curiæ Regestis *Olim* Fol. 71.

Hoc. §. 54. Vers. pource qu'il n'a plus de denrée.

Arestum vetus in Parlamento Pentecostes an. 1285.

3. QVOD Lege fertur, claros natalibus, seu alios Vectigalibus immunes, nisi hæc deprecentur aut soluant, pœnæ subiici, cessat in minore annis: cui, quùm in solo professione errasset, ignoscendum Diuus Pius rescripsit. l. Interdum. §. antepenult. ff. De publican. Imò

Ad verbum Andeg. Consuet. 54. Exemptions en faueur des nobles, ou autres priuileges, s'ils faillent à deprier.

& si in commissum incidisse vectigalis dicantur minores. 25. annis alio casu, erit in integrum restitutio. Quod ita accipiendum, nisi dolus ipsorum interueniat, vtpote si negotiationem mercium exerceant. Auctore Vlpiano, Lib. 11. ad Edictum l. si ex causa §. vlt. De Minor. Secus in emphyteutico fundo commisso ob vectigal non præstitum, quod ei prædio impositum sit: Qua in specie, vnus pupillo supersesse videtur regressus ad tutorem, aut curatorem. Constantiniana lege Si tutoris De administ. tut. At reor vtique, integri restitutiona locum superfore: Ex Bartoli iudicio, ad l. cùm filius §. in hac. ff. De verb. oblig. secundùm Dynum ad Regulam Qui in ius alterius lib. 6. Decretal. Epist.

ETSI Andegaua Consuet. æquiparet quodammodò Priuilegiarios qui merces suas professi non sint apud Mancipem publicorum, & fraudatores debiti Vectigalis: Illi tamen, commisso mercium non mulctantur, sed cum vectigali quidem, pœna nummaria assium. 60. Vt Iure nostro Municipali est proditum. Cuiusmodi, velut humanior, sententia placuit Bartolo (ad §. Diuus quoque l. vlt. ff. De Publican.) eámque in Foro obtinuisse, Castrensis ibidem attestatur. De iis vide Ancharanum, in clem. Præsente De censib. Hæc verò sic interpretor cum Martiano. l. C., nisi quis dolo professionem mercium omiserit, seu venales sint ipsæ, seu vsuales. §. quoties d. l. vlt. Cæterum ordinarij mercatores, qui non exoluunt portorium, in causam commissi cadunt. Idque procedere existimo, non tantùm si illi conditam pecuniam dare debuerint portorij nomine, sed & si ex mercibus speciem quandam, vt fieri assolet. Putà, Rex Franciscus 1. edixit, Salarium vectigal, quod Territorij dominis, quà vehitur Sal, præstari consueuit, æris pretio commutari: vt certa deinceps Salis vectigalis penderetur æstimatio (quam Princeps eod. Edicto præfiniuit) non species ipsa annonæ Salariæ. Lata hæc Constitutio 7. Iduum Martiar. an. 1546. quam Rationales Parisien. in *Acta* sua retulerunt postridie Idus Mart. tum Curia vectigalium public. 15. Kalend. Apriles eod. Anno. Inde summi Iudices tributarij censuêre, Salarium reditum, qui ab prisca Regum munificentia quotannis debebatur Monialibus *de Hautebruyere*, pecunia taxari persoluíque in posterum oportere. Decreto in promeridianis causarum Actionibus 12. Calend. Iunias an. 1571. Mario, sacrarum Virginum: & Vilcotio, Publicani Aduocatis. Fiscale nimirum est Salis monopolium in Gallia: vti in Iudæa, Balsami, penes Roman. Fiscum: & Cinnamomi, penes Gebbanitarum Reges, edicto mercatu. Scriptore Plinio. Atque vt maius Regum vectigal ex Sale fuit, quàm ex auro & Margaritis, eodem Auctore: Ita Salarium apud Gallos tributum legimus, purè simplicitérque, Iano Rege, decretum, probatúmque trino Pop. Ordini an. 1355. hac Froissartis Historiæ periodo. *Ces trois Estats ordonnerent, que Gabelle de sel courroit par tout le Royaume de France.* Ne istîc Romanum Regem Ancum Martium percenseam,

4

Ordinatio regia die 9. Mart. 1546. quæ verificata est in Camera computorum die 16. Mart. & in Curia Iuuaminum die 18. eiusd. Mens. & an.

Arestum Curiæ Iuuaminum die 21. Maij 1571. nonobstante quòd Religiosæ defendissent, salariam pensitationem fuisse illis piè datam à domino *de Hautebruyere*, confirmatâque à Ludouico Crasso rege an. 1134. *à sçauoir d'vn minot de sel en espece sur les greniers de Mante, & autant sur ceux de Paris, & que par plusieurs arrests, elles en eussent eu maintenuës* in specie, *comme à elles domanial.*

Consuet. scripta an. 1514. Vrbis & Præposituræ Aquensis Vasconũ, *le Peage des marchandises se paye aux seigneurs Peagers en argent, s'il n'auoit accoustumé d'estre payé en espece de la marchandise.*

Opobalsamum, & Xylobalsamum.

qui

Digitized by Google

qui Salinas primus inſtituit, ſex millibus Salis modiis populo datis in congiario. Poſtea enim Romæ Salis vendundi arbitrium, quia impenſo pretio vænibat in publicum, omni ſumptu adempto, conceſſum eſt priuatis. Vt Liuius refert, lib. 2. Plin. Natur. Hiſt. lib. 12. cap. 19. & 25. Froſſar. lib. 1. cap. 155.

Cap. 55.

Gens d'Egliſe, Nobles, Eſcolliers, & autres en ce priuilegiez, ne ſeront tenus payer Couſtume ne Acquict. Mais ſont ſeulement tenus de prier par eux, ou leurs gens ou ſeruiteurs menans & conduiſans leurs choſes par pays. Et ſi leurs gens ou ſeruiteurs n'ont certification, ils ſeront receus en verifiant par ſerment, que leſd. choſes ſont auſd. gens priuilegiez, ou à aucun d'eux: & ſeront tenus par apres leſd. gens & ſeruiteurs en rapporter ou renuoyer certification dud. priuilege.

1. SACERDOTES, EQVITES, SCHOLASTICI, SEV QVIVIS ALII PRIVILEGIO SVBNIXI, TENENTVR VECTIGAL HAVD PENSITARE QVIDEM, SED DEPRECARI, PER SE, VEL FAMVLOS RERVM SVARVM VECTORES. QVÒD SI HI DOMINORVM SVORVM TESSERAM ASSERTORIAM NON HABEANT, ADMITTENTVR NIHILO SECIVS, FIDE IVRE-IVRANDO FACTA, MERCES QVAS DEVEHANT, PRIVILEGIARIIS ILLIS COMPETERE, AVT NONNVLLIS IPSORVM. AT POSTEA MERCIVM PROPRIETARII COGENTVR, ASSERTORIVM LIBELLVM EMITTERE AD REDEMPTORES VECTIGALIVM, QVO, DICTA IVRATAQVE A SERVIS SVIS, ADPROBENTVR.

RELIGIOSE equidem ſtatutum eſt hoc loco, Sacris addictos, rerum ſuarum ergô Vectigalibus minimè onerari. *Abſint enim ab Ærarij puritate iſta compendia*, Symmachi ad Valentin. Theodoſ. & Arcadium verbis. Quippe quùm *Fiſcus bonorum Principum, non Sacerdotum damnis, ſed hoſtium ſpoliis augendus ſit.* Ac Chriſtianiſſimi itidem Reges, poſtremi, Sacricolas tributorum omnium vacatione cumularunt, auitæ pietatis æmulatione & exemplo. Solemnibus Edictis 4. Idus Septemb. an. 1568. & 13. Kalend. Ianuar. an. 1574. Quorum recentius in Senatu perlectum fuit recitatúmque. 3. Nonas Maias an. 1575. Eo tamen priuilegiarij Cleri Albo eradendos iſtos duxi, qui Eccleſiaſtica alieni iuris Sacerdotia hodie vulgò cuſtodiant, inani titulo, veſtéque tenus Sacerdotes. Quales Pius. 5. diro perculit anathemate iampridem, ac Chriſtiani nominis conſortio ſummouit. Apoſtolico diplomate Calendis Iuniis an. 1569. cui conſentanea vulgatur Gallici Cleri Declamatio, imo & Deteſtatio præſcripta in clancularios huiuſmodi Symonicæ Fiduciæ reos, Fideique commiſſi ſacrorum Beneficiorum. Libello edito. 11. Calendas Ia-

Lib. 1. Epiſt. 40.

Regia Francici Cleri exẽptio ab omnibus nummariis Indictionibus, Fiſcalibúſque ſubſidiis vulgaribus. Die 10. Sept 1568 Et 10. Dec. 1574. Verificante Curia, 5. Maij an. 1575.

Romana Bulla die 1. Iunij an. 1569. in Confidentiarios hodiernos Beneficiorũ Eccleſiæ.

Declaratio Galliçæ Eccleſiæ, die 11 Dec. an. 1579. *contre les Confidentiaires, Penſionnaires illiciites, & Simoniaques de Benefices.*

Bulla Xysti 5. die 3. Aug. 1587. in Custodes alienorum Beneficiorum. De quibus Nos etiam lib 1. Sac. Polit. Tit. 1. art. 20. Et Tit. 7. art. 27.

nuar. Ann. 1579. Quos denique fiduciarios Custodes Xystus. 5. Pontifex grauissimè insectatur. Bullatis literis, 3. Nonas Sextiles An. 1587.

Qvæso autem, cur Andium Lege ista, Clerici ac Nobiles viri, qui vsu suo merces aduehant, vectigalibus immunes dicũtur, quùm & à nemine pendantur isthæc vsualium nomine mercimoniorum? ï. Cap. 57. Illis item satis cautum videbatur in vectigalium Exactores, Iure hoc singulari cessante: Quandò ipsi pariter mercatorias artes minimè excolant vetante Lege, ac ideò merces vsu tantùm suo ducant & vehant. Vt Leo Imp. constituit, l. milites l. vlt. De loc. Toto tit. Negotiat. ne milit l. 3. C. De commerc. & mercat. Ac Gregorius 9., Lib. 3. Decretal. Epist. Tit. Ne cler. vel mon. secul. Ast nonnihil tamen discriminis est inter Priuilegiarios huiusmodi, & priuatos qui vsuales cunque merces domum deducant. Latiùs enim patet illorum immunitas (quàm istorum) nec certo aliquo mercium rerúmque genere circumscribitur. Vt docet prisca Andium constitutio Municipalis, hoc sermone. *Gentil homme ne rent, ne ventes ne Peaige de rien qu'il achate & vende, mais d'icelles chouses qu'il achate pour reuendre, il les rent: Et s'il auoit achaté bestes, & il les eust tenuës, an & iour en sa garde, & il les vendist, il n'en deuroit riens.* Ex Codice nostratium Legum, quem habeo manuscriptum. Plebeij verò, mercimoniorum portorio non eximuntur, nisi pro frugibus quæ ex propriis fundis anno quolibet perceptæ domum importentur, aut aliorum nomine, quæ emerint, ad victum familiæ spectantium. ï. §. 57. Iuxta legem Censoriam Siculi portus, quam Alphenus memorat Lib. 8. Digest. Ad hæc, vectigalium exemptio illis competit Priuilegiariis vbique Galliarum: aliis autem res suas vehentibus extra Andegauiam, minimè: nisi hac vectigalium præstatione exonerentur consimili Lege Municipij, vel beneficio Principali. Quale extat Phil. Valesij Diploma in vetustis Curiæ monumentis, tali scriptura. *Philippus Dei gratia Francorum & Nauarræ Rex, vniuersis Iustitiariis Regni nostri, &c. Cùm in Parlamento nostro fuisset determinatum, quòd gentes Hospitij nostri & nostris insistentes obsequiis, de victualibus & aliis prouisionibus, quas ad vsum suum adduci Parisios faciunt, Pedagia vel Coustumas soluere non teneantur: Nonnullique Pedagiarij de victualibus & aliis, quæ fideles & dilecti, &c. Parisios faciebant adduci pro vsibus eorumdem nostris insistentium obsequiis, Pedagia recepêre & Coustumas, seu pignora retinuerunt pro iisdem Pedagiis & Coustumis, &c. Mandamus vobis, quatenus quicquid occasione Pedagij seu Coustumæ receperint aut retinuerint, præfatis gentibus redai & deliberari facialis.* Die 10. Ianuar. Ann. 1342. Secundùm quæ, voluitur in Commentariis Curiæ posterius S. Consultum *pro gentibus obsequiis Regis insistentibus, contra Pedagiarios allegantes possessionem contrariam.* Karolo. 5. Rege. Ex Regesto, cui titulus est, Antiquæ, Fol. 96. Sed demus, mercium portorio vacuos solutósque Cœnobitas, lignario Negotiatori grandes Arbores distraxisse, è suis

Qu. 2.

Leg. 103. ff. de verb. signif.

Regest. 6. fol. 2.

Priuilegium Officiariorum domesticorũ, & commensaliũ Domus regiæ Francor.

Marchans de bois

fundis

Digitized by Google

fundis excisas, subiecto onere indemnis præstandi emptoris, publicorum nomine Vectigalium. Eonè casu venditores immunitate ipsorum vtentur? Primo quidem intuitu, Priuilegiariam causam adiuuat indigenæ mercis profectitiæque conditio, non aduentitiæ, nec ære coëmptæ à Monastico cœtu. Vnde firmius indemnitatis pollicitatio illa sustineri videtur, quæ fauorabili innitatur priuilegio. Istud tamen ad nummaria eiusmodi quęstuariáque rerum commercia non porrigi, edixit Gallicus Senatus *Parlamentaris* An. 1269. hac verborum formula. *Monachi de Benedictione Dei, vendebant marrenum Forestarum suarum sub hac conditione, quòd illud mercatoribus seu emptoribus ad custus suos Aurelianis liberarent. Volentes, & dicentes, se esse debere liberos & immunes à præstatione Pedagij apud Gyennium, virtute Chartæ nostræ ab eis in iudicio exhibitæ, in qua continebatur, quòd per totam Terram nostram ex concessione nostra à Thelonio, Pedagio, Roagio, & aliis Costumis in Charta expressis, de bonis & rebus suis liberi erant & immunes. Quia dicti Monachi ratione conductus huiusmodi Marrenum seu Boscum suum vendebant cariùs, Pronuntiatum fuit per Ius, quòd libertas, quam habent per d. Chartam, se non extendit ad hoc, quòd in casu prædicto à præstatione Pedagij debeant esse quitti.*

acheteurs bois de haute fustaye des Relig. priuilegiez, s'estans ils argez & indemnisez des peages les acheteurs, An venditorũ priuilegio locus sit hoc casu.

Inter Iudicia, Consilia, & Arresta lata in Parlamento Pentecostes an. 1269. contra Religiosos Abbatiæ *de la benisson-Dieu.*

3. ACADEMICIS Musarum alumnis, publicisque eorum Nunciis irrogatur immunitas Vectigalium, Augusto non solùm Friderici Ænobarbi munere Ann. 1158. sed Gallorum quoque Regum. Nam, vt alia omittam Priuilegia ac *Statuta* Andegaui Musæi, liberaliter firmata auctáque à Valesio Principe, Sextili Mens. Ann. 1329. & à Ioh. filio Andium Comite, 8. Kal. Decemb. An. 1335. Extat Regium Iani ipsius Rescriptum ad Prætorem Andium & Cenomaniæ, hac periodo. *Mandamus vobis, quatenus Magistrum Scholasticum, Doctores, Licentiatos, Baccalaureos, ac omnes Scholares Studij Andegauen. in omnibus suis possessionibus, priuilegiis, franchisiis, iuribus, & libertatibus manuteneatis: non permittentes, eorum Garnisiones Bladi, Vini, Fœni, & Auenæ, nec eorum Equos aut Domos seu Hospitia capi, saisiri, arestari, signari, vel impediri.* Septimo Kalend. Maias Ann. 1356. Cuiusmodi immunitatis Tabulas Karolus 5. ratas habere non contentus, elaborauit in eodem Priuilegiariorum Albo scribendo, eique ordinatim accensuit Scholiarchum Andegauen., tum Doctores seu Didascalos, Mellodidascalos, Lauribaccas, & reliquos literarum studiosos in publico Andium Gymnasio, septenos huiusce Apparitores sceptrigeros, Bibliopólas duos, totidem Membranæ chartæ propolas: modò ij venalium commercio rerum abstinerent, quæ vectigalibus forent obnoxię Regiis Codicillis 9. Kalend. Iunias an. 1377. Queis anteriori etiam Princeps beneficio, huius Musæi alumnos exonerarat omnium intributione Fiscalium Indictionum. Quarto Kal. Sextiles an. 1373. Id quod Lutetiani Vectigalium Iudices summi Regestis suis inseruêre, Pridie Kalend. Nouemb. Eod. Anno. Deinceps Carolus 7. adauxit nostratis immunitatem Academiæ, & eorum, qui in Aca-

Friderici 1. Imp. Authentica, Habita Cod. Ne fil. pro pat.

Philippi 6. literæ filio Comiti Andiũ probatæ die 24. Nouemb. 1335.

Hæc Literaria Vniuersitas reformata est à Nicol. Hacqueuilla præside Inquisitionum Curiæ Paris. & Iac. *Dejmis* senatore, huic muneri delegatis Die 10. Maij an. 1494.

Die 15. April. 1356.

Literæ Karoli 5. regis die 14. Maij an. 1377. pro Magistro Scolæ seu Cancellario Vniuersitatis, Doctoribus, Licentiatis, Baccalaureis, Scholasticis, Bidellis 7. Librariis 2. & Pergamenariis 2. eiusdem Vniuersit. Andeg.

Exemptio Regia (die 29. Iul. 1371.) Administrorum seu Suppositorum Vniuersitatis Andegauæ à Taillis, foagiis, subsidiis, & tributis pecuniariis. Publicata apud Generales &c.

demicis officiis ministeriisque versantes, Priuilegiis fruerentur, Catalogo complexus est diserte Ciues duos, qui Scholasticis pecunias crederent, Librorum, & Pergameæ chartæ venditores, ac singulos Apparitores Scholæ: expuncta ea vectigalium mercimoniorum exceptione, quæ Karoli 5. Literis Academica priuilegia coarctarat. Bino Diplomate Nouemb. Mens. An. 1433. & Decemb. 1443. Sigillatim vtique vectigalium immunitatem ita reseruauit Karolus 6. Musæo Andegauen. 7. Kalend. Decemb. An. 1383. vti Karolus pater de Aurelianen. Schola præscripserat Nono Kalendas Maias An. 1373. Sexti Regis hæc est Codicillaris sententia, *Que le Notaire general, Bedeau general, & les dix Bedeaux des Nations de ladite Vniuersité, iouyssent des mesmes priuileges d'exemptions, ores qu'ils fussent mariez, & qu'ils exercent faict de Marchandise, dont ils ne payeront Aydes ny Fouages: sauf à payer les autres Impositions ordonnees pour leurs Marchandises. Que les Libraires & Parcheminiers Iurez, & seruans à l'vniuersité, & par icelle eleuz, & leurs seruiteurs, à sçauoir trois Libraires, & trois Parcheminiers par toute ladite Vniuersité iouyront de mesmes franchises: Sauf que s'ils vendent autres Marchandises que de leur Estat, ils payeront l'Imposition ordonnee. Que les Docteurs, Licentiez, Bacheliers, & Escholiers, ores qu'ils soyent beneficiez, ne seront tenus au Guet, ne Portes, mais ceux seulement qui auront Benefices en ladite Ville, & les Notaire general, Bedeaux, Libraires, & Parcheminiers en cas de peril eminent, si les ennemis estoient à dix lieues prés la Ville, seront tenus d'aller, ou enuoyer chascun pour soy, aux Murs, & aux Portes.* Idem Princeps literario Andium Gymnasio, adscriptos, qui hæc Studia Attalicis conditionibus præferant, Decumano ære exemit, seu alia quauis in Fiscum rei nummariæ collatione. Epistola aperta Ann. 1412. Horum verò summam Priuilegiorum sanxêre posteri vicissim Reges, Karolus. 8. Nouemb. Mens. Ann. 1483. Franciscus. 1. Februario, Ann. 1514. Ericus 2. Ann. 1547. Mens. Februar. Et Karolus. 9. Martio. 1560. Nec minùs feruida in Andium dulces Camœnas propensione, Romana Sedes eas honorariis decorauit Insignibus, vnà cum vacatione munerum quorumdam patrimonialium, assiduíque ministerij in singulis Academicorum Sacerdotis. Quemadmodùm Bullatis tabulis liquet Clementis. 6. Ann. 1350. Vrbani. 5. Ann. 1363. Clementis. 7. Ann. 1390. quinto Idus Iulias. Benedicti. 13. Ann. 1398. 13. Kalendas. Quintiles, Et postridie Kalendas Sextiles Ann. 1405. Iohannis. 23. Ann. 1414. decimo Kalendas Quintiles. Tum Eugenij. 4. Ann. 1432. Nam munificæ istæ omnes Pontificum Max. Tabulæ, adseruantur patriæ Armario Scholæ, cum Rescriptis Principum nostrorum suprarelatis. Nec supprimendum interea, Basilicnsem Christiani Orbis Synodum legatis Andegaui Musæi adiudicasse loci sedíque prærogatiuam, in Auenionensis legatos Academiæ: qua nimirum, antiquior nobiliórque Andensis ostenderetur. Comitiali Decreto solenni. 5. Kalend. Iunias an. 1434.

Aydes; Lutetiæ Die 31. Octob an. 1375. Et similes Literæ Karoli 7. promulgatæ in Parlamento Pictauis sedente, die 4. Ianu. an. 1414. Tum ex recentiore Francisci 1. Rescripto, in Curia Iuuaminum Die 3. Mart. an. 1516. Patentes Karoli 6 pro Vniuersitate Andeg. die 25. Nou. an. 1383. Post Karolum patrem de Aurelianen. Vniuersitate die 23. April. 1373. *Verifiees lesd. lettres de Charles6 aux Generaux des Aydes, le 22. Decembre 1383.* Sic Yolantilla Aragonia, Ludouici 3. Andium Ducis mater & procuratrix, exonerauit Andegauæ suæ vrbis Academiam vrbana militari custodia Literis die 26. Apr. an. 1428.

Die 17. Octob an. 1539. In magnis Diebus Andium agitata causa est solenniter, *du reiglement de l'Vniuersité d'Angiers, touchant la forme & ordre des leçons en droict Ciuil, & Canon, & 12. autres Chefs de reiglemẽt, requis par M. Cappel, Aduocat du Roy.* De quibus omnibus vti ius fieret, Curia decreuit literas fundationis Statutaq; Vniuersitatis, & Arestum Parisien. reformatiũ Aurelianen. Academiæ an 1518. penes se produci.

Bulla Clementis 7. Antipapæ die 11 Iul. 1390. Benedicti 13. die 19 Iunij an. 1398. & 1. August. an 1405. Ioannis 23. die 21. Iunij an. 1414. Eugenius 4. Andium Academicæ Facultati Iuris vtriusque adiunxit Facultates Theologiæ, Medicinæ, & Artium; vt literariis cuiusque gradibus insignire promouendos liceret. Is quoque Eugenius Burdigalensem sanxit Academiam, patronorũ ipsius Æmilium postulatu. Ex Lib. Statutorum vrbis Burdigalen. Basilien. Cõsilij Sententia die 18 Maij. 1434. de honoratio primatu Andeg. Aca-

4. ATQVE ex his obiter inferre licet, mercatores haud vsquequaque vectigalium immunitate excludi: siquidem merces priuilegiariam in causam vsúmque Scholasticorum conferantur. Alioquin ordinarij Negotiatores nullam habent vectigalium munerúmque patrimonialium vacationem. i. §. 57. Quin & Thobanorum Lege nemo habilis fuit ad honores Reipub. subeundos, nisi qui bino priùs lustro à mercatura destitisset. Vt Aristoteles scripsit, Politic. Lib. 3. Cap. 3. Quò inhonestiùs gessisse se in Rom. Principatu arguitur is, qui negotiationes vel priuato pudendas propalam exercuit? coëmendo quædam tantùm, vt pluris postea distraheret. Apud Tranquillum in Vespasiano. Cap. 16. Mercatoribus porrò, qui Vrbium rem annonariam iuuent, plena irrogatur vectigalium immunitas. Vt ostendimus alibi, serióque iudicatum comperimus Decreto Prætoriani Senatus. 5. Kalend. Februar. 1572. Aduersus Iac. Huraldum, & Margaridem Poncheriam vxorem, qui à Ludou. Martineò portorium mercimoniorum exegerant iure Castellarij sui dominatus *de Bretencourt & Ablis*. Ne quid hoc loco de maritimorú piscium Mercatoribus Parisien. dicam, quos Reges Prisci variis muniêre Priuilegiis An. 1320., 3. Kal. Mart. 1351., April. Mens. 1361., 12. Kal. Quintiles 1369., 4. Nonas Octob. 1370., 5. Nonas Iulias 1420., Mens. Octobr. 1470., 17. Kal. Decemb. 1505. Quibus Lutetiana S.C. accessêre, in talium mercatorum gratiam spectatissima. 12. Kal. Septemb. An. 1361. postridie Nonas Decemb. 1380., An. 1414., 10. Kal. April. 1522., 4. Kal. Septemb. 1524. 12. Kal. Februar. 1528. Cum aulici Consistorij Sententia summa. 5. Idus Iunias An. 1552.

demiæ, in Auenionêsem: qualis iam primatus in hanc Constãtiana Synodo addictus fuerat Andegauensi.

§. 57. Vers. *Pourueu qu'il ne soit marchant ordinaire.*

Arestum magni Cõsilij die 28. Ianuar. 1572. inter Iac. *Huraults sieur de Vibrais &c. Par lequel les Parties au principal sont reglees à uniformer. Et cependant defenses de rien prendre sur L. Martin à pretendu Maßager de l'Vniversité de Paris, à raison de ce qu'il amenera à Paris pour les Escholiers & autres Supposts de ladite Vniversité, & aussi pour les victuailles qu'il amenera à Paris.*

Par les Ordonnances de la Marée, de laquelle a vn Procureur general, se trouue que les Marchans de Poisson de Mer à Paris ne peuuent estre arrestez & empeschez pour aucuns Peages ne trenoßez: & ont pour Conservateur de leurs Privileges le Preuost de Paris. Sur quoy & autres Articles y a eu plusieurs Edicts, du 27. iour de Feur. 1351. 20. Juin 1369. 4. d'Octob. 1370. 3. de Juillet 1420. 15. Nouembre 1505. & Arrests 21. Aoust 1361. 6. Decemb. 1380. 23. Mars 1512. 19. Aoust 1524. 21. Jan. 1528. 9. Juin 1552.

5. PRIVILEGIARII nonnulli tenentur, præter iustam rerum suarum professionem αὐτογραφον, edere Catalogum suorum agrorum vinearúmque sua testatum syngrapha: ne fraus fiat vectigali, quod Latini Oblationem, Galli vocant *Aydes*. Nam Oblationalis Curia diserte cauit in promulgando Immunitatis diplomate Balistrariorum, Scholasticorum, Academiæque Nunciorum, vt quùm minutatim ipsi vinum diuenderent, cogerentur tradere Publicano enumerationem quandam suarum vitium, documento futuram: quantum vini ex propriis vineis colligere possent minimè obnoxium vectigali. Ac Parisiensium vtique Balistrariorum Corpori Phratriæque data est à Karolo 6. Rege, omnium vacatio munerum patrimonialium 3. Idus Sextiles An. 1410. Quam tanxêre posteri vicissim Karoli, Septimus, An. 1445. & Nonus, An. 1566. Mens. Februar. Subscribente huius Literis Senatu postridie Idus Quintiles eod. Ann. Enimverò Aulæ ministri & Officiales, quibus etiam præstatur vectigalium exẽptio, debent tantum res suas esse, quæ vehuntur, asserere libello sua manu subsignato, non autem sigillatim dinumerare profiteríque scripto iugerum modum aruorum suorum, aut vinearum, quò regia Tributorum immunitate perfruantur. Atque ita obtinui pro Catino cliente meo, Actione forensi apud summos publicorum Vecti-

Regia Immunitas *de toutes tailles, aydes, subsides, rançon des Rois &c. pour le Corps & Confrairie des 60. Arbalestriers de Paris.* Die 11. Aug. An. 1410. &c. Cum verificatione Curiæ die 16. Iulij An. 1566. In Vers. Andeg. Cõsuet. *Et s'ils veulent gens ou seruiteurs n'ont certification, ils seront receus en verifiant par serment que lesdites choses sont aus dits gens Priuilegiez ou à aucuns d'eux: & seront tenus par apres lesdits gens & seruiteurs en rapporter ou renuoyer certification desdits Priuileges.*

Digitized by Google

SI QVIS ADFIRMARIT SVBDOLE, MERGES A SE TRANSVEHI IN CLERICORVM GRATIAM, NOBILIVM, ALIORVMVE QVI PRIVILEGIIS MVNIANTVR, AC DEINDE INNOTVERIT, MERCES QVAS PROFESSVS SIT ILLE, PRIVILEGIARIIS HVIVSMODI NON COMPETERE, TALIS FRAVDATOR PLECTETVR POENA LEGIS CORNELIÆ DE FALSIS, ALITERVE PRO COGNOSCENTIS ARBITRIO: HOC AMPLIVS, VECTIGAL EXOLVET, MVLCTAMQVE DOMINO TERRITORII, IN QVEM FRAVS ADMISSA SIT.

SI planè ſtaretur vectoris ſacramento, aſſeuerantis merces quas huc inferat vel illuc, Priuilegiarij cuiuſdam proprias eſſe, vectigal iam inde, aut mulcta ab eo peti non poſſet occaſione periurij. Argum. l. 1. Cod. de reb. cred. At liberum duntaxat vectori mercium tranſitum facit iuriſiurandi religio, cuius fidem paulò pòſt inſtrui oportet, domini libello aſſertorio. ℨ. Cap. 55. Alioquin detecto mendacij fuco, ritè infligetur vectori falſæ aſſeuerationis pœna, tãquam reo falſi. Nam & hoc genus fraudis acerbè perſtringunt Arcadius & Honorius Impp. l. Multi naues ſuas diuerſorum nominibus & titulis tuentur De nauib. non excuſan. Lib. 11. Cod.

Certificat du Maiſtre de la Marchandiſe.

2. QVÒD ſi vectoris ipſius propriæ merces eſſent, eius fraus commiſſo mercium mulctaretur, nedum vectigalis penſitatione, æriſque pœnalis indicti. Vt ait Bartol. in d. l. Multi, & ita Andium Mos rem præclarè diſtinxit. §. 53. Eo autem modo, fraudati vectigalis crimen in hæredem eius, qui fraudem contraxerit, commiſſi ratione tranſmittitur. At ſi vnus ex pluſculis hæredibus communem rem cauſa vectigalis ſubripiat, portiones cæteris non auferuntur. Papiniani reſponſo, l. 8. De publican. Cæterùm priuilegiarius, qui vnà cum ſuis mercibus alias deferat vectigales, eáſque profiteatur ſuas in fraudem debiti portorij, non eximit ipſarum publicatione proprietarium: tantùm abeſt, vt eum liberet præſtatione vectigalis. Bald. ad l. vlt. De annon. & trib. Lib. 10. Cod. Sed Priuilegiarij res propriæ, quæ cum aliis deuehuntur, non incidunt in commiſſum. Bald. ad l. 3. Cod. de naut. fœn. Brunnus in Tract. de Gabell.

In Verſ. Andeg. Cõſuet. 56. Et ouere payera la Couſtume & l'amende au Seigneur, auquel aura eſté faille ladite fraude.

Part. 7. Num. 19. De Gabel.

Cap. 57.

Chaſcun pourra paſſer le Reuenu de ſes heritages, ou de ce qu'il a acheté pour ſa prouiſion, & non pour reuendre, en depriant: pourueu qu'il ne ſoit Marchant ordinaire, ou tel que on y puiſſe noter aucune fraude.

Digitized by Google

NVLLI NON LICITVM EST, FRVCTVS PRÆDIORVM SVORVM PROVENTVSQVE EXPORTARE QVÒ VELIT, EAVE QVÆ VSVALIA FVTVRA EMERIT, NON VENALIA: MODÒ IS VECTIGAL DEPRECETVR, NEC ORDINARIVS SIT MERCIVM NEGOTIATOR, AVT EX EO HOMINVM GENERE, IN QVIBVS FRAVDEM OBSERVARE FACILE POSSIS. 1.

Collegium Canonicorum Ædis Laudi Andegauen. & Dominus *de Monsoreau* obstiterunt huic Artic. 17. Consuet. adiecta protestatione, talem Artic. suo iuri non obfuturũ, quòd vectigal in omnes & omnibus ex mercibus colligerẽt à longo iam æuo, tametsi eas propriũ in vsum emptores comparassent. *Dont acte leur fut decerné* Vt est in Processu verbali Andeg. Consuet.

Coustum. de Sole, publiees & arrestees le 21. d'Octobre 1520.

SIC in Rom. Imperio, Diuus Hadrianus rescripsit Præsidibus prouinciarum, vt quoties quis vsus sui causa res aduecheret, aut in vsus eorum qui Prouinciis exercitibúsve præessent, significaret tantùm libello sua manu subscripto, eúmque ad Publicanum mitteret, nil præterea vectigalium ergô soluturus. Apud Paulum I. C. l. si publicanus. §. 1. De publican. Idem à Seuero & Antonino Cæss. sancitum, l. 5. De vectig. & commiss. Rursus in antiqua Inscriptione, quod vsuarium inuehitur, ansarium non debet. Vectigal ansarium dicebatur, vt in alia Inscriptione, vectigalis Fouencularij & Ansarij promercalium. Solensis tamen, Aquitanæ oræ, Consuetudo arctat exemptionem vectigalium quodammodò, in iis etiam quæ vsu domestico mercimonia in suas quis ædes inferat, clausula sequenti. *Tote persone deu pays de Sole es franque de vender sa crue, & tote cose per luy tengude & possedide l'espaci de 21. iorns, & asso sent pagar aucun peadge.* In Cap. *de Peadge* Lib. Consuetud. *du Pays & Vicomté de Solle.*

INCIDIT huc non parua dubitatio de iis quæ domum aduehimus eiusce causa reficiendæ, portorio necne libera sint, quasi proprios in vsus comparata. Pro libertate vrgebant isthæc, nostris domesticisque vsibus haud aliud. veriùs adplicari, quàm quod in necessariam Ædium nostrarum fulturam habitationémque conferatur. 2.

Auenionenses ciues, tanquam regnicolæ, sinuntur liberè mercari per Gallias, indéque trantuectarũ Auenionẽ mercium nomine, nullum debent vectigal exoticum *de Traicte forains, ne sesçu pour Tonneau, qui se leuoit sur Marchandises transportables hors le Royaume, ains seulemẽt les droicts payables par les Marchans François.* Priuilegiariis Literis Fráciſci 1. reg. Mens. Septemb. An. 1543. & Die 11. Sept. 1544. Tum Errici 3 nepotis Mens. Dec. 1574. & Die 1. Maij 1583. Ac Henrici 4. Mens. Octob. 1596. *Lesont à la charge d'obtenir confirmation desd. Priuileges Royaux de 9. ans en 9. ans.*

Diuersa tamen sententia placuit Gratianopolitanæ Curiæ, secundũ Accursium & Salycet. ad l. Vniuersi. Cod. De vectig. & commiss. Vt Vidus Papa memorat, regius quondam in eo Senatu Præses. Decis. 4. Porrò si quis vsu suo res quasdam sibi pararit (vtpote frumenti modiolos in annuum victum) ac diu pòst, mutato consilio vendiderit eius frumenti partem aliquam, hæsitatur, nûm is commissi pœnam incurrat, quasi fraudato vectigali. Dixerit publicanus, venales res feciſſe illum, quas vsuales ementitus fuerat, atque ita professionis suæ fidem labefactasse. Nihilo seciùs viris Prudentibus visum est, Publicanum minimè audiendum hoc casu: siquidem euidéter constet, patremfamil. initio rem annonariam in vsus proprios coëmisse, licet partem deinceps, mutata voluntate, distraxerit, Bartol. ad l. cætera. §. vlt. ff. De legat. 1. Sin autem de priore ementis destinatione non liqueat, præsumptum erit, hunc ideo res præmercatum, vt postea diuenderet. l. 1. §. Offilius. ff. De exercit. & ibi Guliel. de Cugno. Bald. ad §. ne autem Eod. Tit. Sanè in mercium transitu sufficit iureiurando fidem fieri dominicæ earum destinationis in proprium ac domesticum

domeſticum vſum, niſi aliud perſonarum conditio qualitáſque ſuaſerit.Bald.in l.3.Cod.de naut.fœn. Gloz.in clem.vlt.De cenſib.& ibi Cardinal.Brunus in Tract.de Gabell. Parte 2. Proprium verò vſum quùm dicimus,noſtræ etiam vſum familiæ intelligimus.Accurſ.in d. l.Vniuerſi.l.2.Cod.de Epiſc. & Cler. Nam & in Vſu pariter habitationéque perſonali, ſi relictus fuerit alicui vſus miniſterij, ad ſuum miniſterium vtetur, & liberorum coniugíſque: nec videbitur aliis conceſſiſſe,ſi ſimul cum ipſis vtatur.Auct. Vlpiano Lib. 18. ad Sabinum,l.plenum.§. equitij De vſu & habit. Ita Venulij Reſpóſo, cùm quis precariò rogat, vt ipſi in eo fundo morari liceat, ſuperuacuum eſt adiici,*ipſi ſuíſque*. Nam per ipſum,ſuis quoque permiſſum vti,cenſetur.l.penult.De Precar. Cæterùm apud Cenomanos, vectigalium lege obligatur non ſolùm qui vſualem rem mercatus vènundet poſtea, ſed & qui mobiles res ſuas ex vno alium in locum, modò ne extra regionem,tranſtulerit.§.66.Cenoman.Conſuet.

Cap. 58.

Et eſt aſſauoir, que pour obuier aux fraudes & abus que les Fermiers des Preuoſtez font chaſcun iour contre les Marchans & paſſans par leſdites Preuoſtez,en eux abſentant & laiſſant leurs maiſons ſans gens,ou deſauouant ceux qui y ſeroient, pour vouloir greuer leſdits treſpaſſans, leſdits Preuoſts ſeront tenus faire reſidence, ou laiſſer gens à leurs Maiſons pour recenoir la Couſtume & Depry. Autrement leſdits treſpaſſans ſeront tenus quittes en payant la Couſtume, ou faiſant Depry à ceux qui ſeront trouuez en la Maiſon, ou aux plus prochains voiſins, s'aucuns en ya: & de ce ſeront creuz leſdits treſpaſſans à leur ſerment. Et ſeront tenus leſdits Preuoſts faire & tenir leur recepte de ladite Preuoſté ſur le grand Chemin,& és Branchieres pendre la Billette,que leſdits treſpaſſans puiſſent veoir,& non en autre lieu, hors ne à part dudit Chemin: en maniere que ceux qui doiuent Acquit ou Depry, ſoient contraints reculer ne eux deſtourner dudit grand Chemin, pour aller payer ledit Acquit ou Depry.

1. PVBLICANORVM ETIAM INSIDIIS AC FRAVDIBVS OCCVRRENDVM EST, QVI VT TRANSEVNTES CIRCVMVENIANT MERCATORES, EORVM VITANT OCCVRSVM, NEC VLLOS RELINQVVNT DOMI, AVT AGNOSCERE NOLVNT ÆDIVM SVARVM HABITATORES, QVIBVS CVM ISTI EGERINT IN TRANSITV, AC DECIDERINT. IDEOQVE REDEMPTORES VECTIGALIVM TENEBVNTVR PRÆSTO ADESSE DOMI, AVT FAMILIARIBVS SVIS EAM CVRAM MANDARE PORTORII, PROFESSIONIS-VE MERCIVM EXCIPIENDÆ. ALIOQVIN PRÆTEREVNTES VECTIGALIVM LEGE SOLVENTVR, SIQVIDEM VECTIGAL PROFESSIONEMVE OBVIO CVIQVE PRÆSTITERINT IN IIS ÆDIBVS COMPERTO, SEV VICINIS, SI QVI SINT, PROPINQVIORIBVS: QVA IN RE STABITVR

TRANSEVNTIVM SACRAMENTO. RVRSVS PVBLICANORVM MENSA AB IIS DEBET PROPONI IN VIA PVBLICA, VBI VECTIGAL RECIPIANT, ET TABELLA SVRSVM APPENDI IN CASTELLANIÆ LOCIS PATENTIBVS, QVAM VIATORES TABVLAM POSSINT INTVERI, NON AVTEM ALIBI, NEC SEORSVM AB ITINERE PVBLICO. ITA CERTE, VT QVI EXOLVERE TENENTVR AVT DEPRECARI VECTIGAL, IDCIRCO DE VIA DEFLECTERE NON COMPELLANTVR.

QVI transmeant alienum Territorium mercatores, debent locum explorare, in quo vectigal pendi consueuerit. Bald. ad l. 3. C. de naut. fœn. vbi ait, prætereuntem, qui non adierit Publicanum, ignorationis obtentu non excusari. Alb. Brunus in Tract. Gabell. Vnde nec conductor vectigalium cogitur transeuntes interpellare moneréque, vt ea pensitent. l. vlt. §. Diui; & ibi Cartol. ff. De public. Quamlibet enim immunes sint ac priuilegiariæ transeuntium merces, earum vectorem oportet conuenire Publicanum, ab eóq; petere *Balletam* quam vocant: Alioquin res Dominico fisco committuntur. Bartol. ad §. diuus. l. vlt. & §. quoties. ff. De publican. Sed ne nimiùm viatores grauentur in quæritando Redemptore vectigalium, rectè prouisum est Iure nostro Municipali, vt vel iste sui copiam faciat identidem; vel domesticos constituat procuratores, qui mercium vectigal professionémve possint excipere. §. 58. Pars hominum gestit conducere publica (inquit ille) sed & publicorum specie grauem populo infligere molestiam. Patriæ Legi consentaneum extat Alexandri Imolens. Responsum, (171. Lib. 2.) nil imputandum scilicet transeunti, qui Publicanum suas in ædes quæsitum ierit, nec inuenerit. Eapropter in Regionibus quibusdam percrebuit mos, vt mercatores, non reperto Publicano in transitu viæ publicæ, dimitterent pecuniam in feneſtra domus vel sub lapide, quam reuersus ille compertam auferret. Alb. Brun. in d. Tract. Gabell.

Gabell. Tract. Parte 9. Num. 14.

Sed quæstionis fuit in Curia Parisien. an locus, vbi exigi solebat ab antiquo pedagium competens Priori & Religiosis *de Lesuiere lez Angiers*, commutari posset in alium locum ex Rescripto Principis. Me dicente, iudicatum est posse, licet Mercatorum Collegio Ligerim amnem frequentantium opponente, pro quibus egit Brussellius. Arresto die 12. Maij. An. 1581. post informationem super commodo vel incommodo, & consentiente procuratore generali Regis. Ac ita illud Pedagium est translatum à vico S. Florentij ad locum *d'Ingrande*.

SVPRASCRIPTA certè in Publicanos obtinent ita demùm, si mercator vias publicas commeet, rectas, planas, apertas: nó si auium iter, ignotum, insolitum. Tunc enim viator censetur, quasi vulpino astu eludere vectigal voluisse. l. si fiscales, & ibi Bartol. De nauicular. Lib. 11. Cod. Bald. & Salyc. ad l. cùm proponas Cod. De naut. fœn. Bart. in l. si præsidibus De cursu public. Lib. 12. Cod. Si quis tamen iusta ex causa digressus sit in abditos viarum recessus ac diuerticula, (quod rectum iter fortè aquis inundatum esset, vel ab hostibus occupatum) hoc casu videri non potest legis pœnæ obnoxius, Argum. l. 2. §. vim fluminis D. si quis caution. l. Immo. ff. De liber. cau. Salyc. in d. l. cùm proponas. Pari ratione placuit Iabeleno l. C. quùm via publ. imbrium vi corruisset, vel tanta limi colluuies foret contracta, vt difficilis pateret accessus, licere viatori, vel aurigis, per vicinum agrum iter facere, ac plaustra ducere. l. si locus. §. cùm via. D. Quemadmod.

In Vers. Andeg. Leg. 58. *Et seront tenus lesdits Preuosts faire tenir leue recepte de ladite Preuosté sur le grand Chemin, &c.*

2.

admod.ſeruit.amitt.vbi Bald. & in l.per agrum Cod.De ſeruit.&aq.

3. NONNVLLI item mercatores, ſpectata palam vectigalium Tabula, nihilo ſecius viam publ.tranſgrediuntur ſilentio: fiducia freti veniæ eundi ſemel à Publicano conceſſæ. Quæro, taliſne venia ad plures iteratáſque tranſeundi vices porrigatur? Sic habeto, aut liberi tranſitus poteſtas facta eſt ad certum vſum tempúſve, tunc eatenus durat, neque egreditur ſtatutum modum. l. vlt. §. ſi quis profeſſus. ff. De publican. Aut verò ſimplex eſt nec tempore circumſcripta tranſeundi licentia,tum viget ad ſeptimum vſque diem: quo elapſo,mercator,ſi vectigal non præſtiterit, venalium ſuorum commiſſo ſubiicitur. Bald. in l. 1. Cod. De Tractator. Lib. 12. Brunus Parte. 9. Lib. Gabell. Huic denique copia & gratia facta merces exportandi è Territorio,intelligitur tantùm de prima vice eüectione̅que illarum: ni earumdem ſimul quantitatem gratioſo libellò Publicanus expreſſerit. Iudicio Ioh. Plateani in l. 1. De Nauicular. Lib. 11.Cod.Bartol.ad l. dotis. ff.De iur. dot.

Cap. 59.

Tout homme qui a Couſtume & Acquit en ſa terre, doit tenir les Ponts & Chemins publiques en eſtat & reparatiõ. Et és lieux où il n'y a point de Preuoſtez,le Seigneur Chaſtellain ou autres,qui ont en celuy endroit cognoiſſance deſdits grands Chemins,les feront reparer aux deſpens d'eux. Toutesfois ſe par le deffault ou coulpe d'aucuns Habitans leſdits Chemins eſtoient empeſchez,tels ſeroient contraignables à en faire la reparation,& oſter ledit empeſchement, aux deſpens de ceux par le deffault ou coulpe deſquels eſt interuenu tel empeſchement.

1. QVISQVIS HABET IVS VECTIGALIS IN SVA DITIONE EXIGENDI, DEBET PONTIVM INSTRVCTIONEM CVRARE, VIARVMQVE PVBLICARVM MVNITIONEM AC REFECTIONEM. VBI AVTEM VECTIGAL PENDI NON SOLET, AD DOMINVM CASTELLANVM, SEV QVEM AD ALIVM VIÆ PVBL. COGNITIO, AD EVNDEM REFECTIO PERTINET SVO SVMPTV. SI TAMEN HABITATORVM ET VICANORVM CVLPA PRÆPEDITVM ESSET ITER PVBLICVM COGERENTVR ISTI, QVÆCVNQVE VIAS OBSTRVERENT, TOLLERE PRIVATIS SINGVLORVM IMPENDIIS, QVI CAVSAM DEDISSENT TALI VIARVM INCOMMODO AC IMPEDIMENTO.

DOMINI vectigalium, quæ debentur ex vectura mercimoniorum, tenentur publica itinera non modò reficere, ſed etiam tuta à latronibus ac ſecura præſtare. Speculat. in Tit.de Iniur. Verſ. ad hoc Afflictus in Conſtitut. Neapolitanam *De defenſis impoſitis ab Officialibus*. Eius quippe ſecuritatis gratia inſtitutum eſt quondam mercium portorium: vtì mercator è latronum manibus bacchantium

De Viatorum & Pop. ſecuritate per Stiliconem principem, ita cecinit Claudianus, Grates Gallus agit, quòd milite tutus inermi, Et metuẽs hoſtile nihil, noua culmina

totis Ædificet ripis, & sæuum gentibus amnem Tybridis in morem domibus præuelet amœnis. Hinc Pœni cumulant laudes, quod rura Tyranno libera possideãt, hinc obsidione solutus Pannonius potórque Saui, qui clausa tot annis Oppida laxatis ausus iam pandere portis, Rursum cote nouat nigras rubigine falces, Exesosque situ cogit splendere ligones, Agnoscitque casas, & collibus oscula notis Figit, & impresso glebis non cedit arator.

indemnis euaderet. Quemadmodùm ait Ysernias in Neapolit. Legem *Super mansionibus*, Et in Constitut. *Si damna clandestina*, Tum in Cap. quæ sint Regalia Ver. vectigalia In Feud. Vnde, apud Claudianum,

-patrium Vectigal soluere gaudet
Immunis qui clade fuit, &c.
Inque suos fines tandem redeunte colono,
Illyricis iterum ditabitur Aula Tributis.

Panegyri. 2. in laudes Stiliconis.

EADEM ratione damnatus est Engolismorum Comes veteri S.C. Gallico, mercium negotiatori nummos restituere, quos grassatores quidam ei abripuerant intra fines Comitatus Angolismen. publica via. In *Parlamen.* octauæ omn. Sanctor. An. 1263. cuius summa talis est. *Determinatum fuit pro Tacino & consortibus mercatoribus de Berbezillo, qui desrobati fuerant in Terra vel in Feodis Comitis Angolismen. quòd idem Comes eisdem restituet vel restitui faciet damna sua.* Vt priscis Curiæ monumentis traditum est, Fol. 131. Idémque Senatorio in Consessu decisum aduersus Dynastam Creperecordis: cuius in Territorio latrones viatorem mercimoniis loculísque exuerant. S. Consultis Francicis pridie Purificatæ D. Virginis parentis. An. 1254. Perquè ex Biturigum finibus delata mercatorum querela Senatui, pronuntiatum fuit, Oppiduli Toparcham, mercium vectigalia percipere solitum, sua illis damna resarcire debere hac priscorum temporum phrasi. *Per Inquestam probatum est, quòd locus, in quo Gulielmus Morelli & Steph. Cauardi mercatores de Nontonio desrobati fuerunt, est infra metas pedagij domini Virsionis. Propter quod condemnatus fuit idem Dominus per Curiam, ad restituendum eisdem Mercatoribus ea quæ sibi fuerunt ablata.* In Parlam. omn. Sanctor. An. 1269. Pari ex causa securitatis Viarum publicarum, iudicio vincitur Celticæ Britanniæ Comes, & grassatorum vi erepta, mercatoribus refundere condemnatur. *Parlementari* Decreto solennis Pentecostes An. 1273. Posterius quoque voluitur, ex consimili specie facti prolatum aduersus Comitem Atrebatum, qui suis in finibus indemnes seruare ab obsessoribus viarum mercatores debuerit. Iudicatis, in Senatorio Galliæ Conuentu Diualibus habito, An. 1287. Quæ omnia quidem Ioh. Tilius memoriæ prodidit, eruta ex vetustis Curiæ Ornatiss. commentariis: quorum ille custodiæ, princeps Scriba, præerat. Neque ab iis longè dissidet quod vulgò iactitant Legum Interpretes, dominum Territorij negotiatoribus suorum iacturam mercimoniorum sarcire teneri, quæ grassaturis insidiatorum amisissent, vel hos maleficij auctores corâm exhibere. Archyd. in can. si quis peregrinos. Caus. 24. Quæst. 3. Argum. can. dominus. 23. Quæst. 1. & Quæst. 5. Can. administratores. §. penult. & vlt. In Authen. Vt differ. iudic. Bartol. ad l. Ne quid. ff. De incend. ruin. & naufr. Odofred. in Authen. Habita Cod. Ne fil. pro pat. Hostiens. ad Tit De censib. §. ex quibus Vers. sed nunquid.

Arestum Parlam. Candelosæ An 1254 contra Dn. de Creuecœur.

Contre le S. de Vierzon, en Berry.

Comte de Bretag.

Comte d'Artois.

Au Parlement de Toussaints. An. 1287.

Ioh. du Tillet, Protonotarius Cutiæ Parlamentaris Lutetianæ An. 1560.

2. SI tamen viator nocte intempesta dederet se viæ, aut ante exortum vel post Solis occubitum, tunc spoliatus à latronibus regressum non haberet aduersus magnatem, cuius in Ditione latrocinium esset admissum: Sed de seipso tantùm is quiritari debet ac suæ vnius imprudétiæ acceptũ ferre, quòd intépestiuo cœlo commiserit se itineri. séque in medios grassatores præcipitem coniecerit. Vt Francica Curia iudicio decidit quondam his verbis. *Cùm Regnauldus de Restigia Placentinus, multritus fuisset iuxta Atrebatum prima die Quadragesimæ, & cùm pecunia fuisset eidem ablata quidem mercatores socij eiusdem petierunt à Comite S. Pauli, qui tunc tenebat Comitatũ Atrebatense, quòd dictam pecuniã ipsi multrito ablatã sibi redderet, cùm in Pedagio ipsius Comitis dictus mercator, sicut dicebat, fuisset multritus. Ad hoc respondebatur pro ipso Comite, quòd non tenebatur ipsam pecuniam restituere, cùm idem mercator fuisset multritus post Solis occasum, & secundùm Consuetudinem Regni Frãciæ pecunias ablatas mercatoribus infra Pedagia dominorum ante ortum Solis & post occasum Solis non teneantur ipsi Domini eis restituere, sicut dicebatur pro eo. Tandem auditis hinc inde propositis, quia inuentum fuit per Inquestam factam de mandato domini Regis, quòd idem mercator multritus fuerat post Solis occasum, ita quòd non potuisset iuisse per vnam leucam, sicut quidam testium dicebant, nec per dimidiam, sicut alij asserebant, vsque ad noctem, Determinatum fuit, quòd idem Comes non tenebatur ipsam pecuniam sic ablatam restituere,* Decreto Senatus in Parlamen. octauæ omn. Sanct. An. 1265. quod antiquioribus Curiæ Regestis inscriptum est. Fol. 147. Huic planè congruit Iuris auctorum sententia, Coactorem vectigalis indemnes præstare teneri ita demum viatores, si prouidere potuerit, nec isti sua culpa in latronum insidias deducti sint. Accurs. & Bartol. ad l. Ne quid. ff. De incend. Cepola ad l. eum qui vectigal. ff. De verb. signif. Et in Tract. De seruit. rustic. præd. Cap. de via, & Cap. de aquæductu.

Pontiuensis Cõsuet. Art. 104. *Item nul ne peut charrier ny emporter ses Ablaids deuant Soleil leuine apres Soleil couché sur peine d'amende de 60. sols, si ce n'est par congé de Seigneur.* Vetus Arestum Curiæ in Parlam. octauæ omnium Sanctorum An. 1265. *pour le Comte d'Arteis.* Bart. Bald. & Angelus in l. 1. §. occisorũ ver. si autem dominũ ff. ad Syllan. aiunt quod stante Statuto, prout est Bononiæ, quod Villę teneãtur custodire eorum territoria & emendare damna cum ignoratur damnum dantes non propterea tenetur Villa de damno dato de nocte, vel in gentium multitudine, quam non potuit reparare. Decius in Consil 64. De his vide Ozasci Præsidis Pedemontani decisionem 138.

3. NOVVM vtique putabitur, Dominos territorij, qui nullum in publica Via capiant vectigal, eiusdem adstringi refectioni suo sumptu, vt hîc. Contra opinionem I. Plateani ad l. vn De Alexand. Primatibus Lib. 11. Cod. Nam publica itinera, quæ extra Ciuitatem sunt, reparanda veniunt communibus eorum impendiis qui ea loca inhabitent, pro facultatibus patrimonij cuiusque. Bartol. in l. per Bithyniam De immunit. nem. conced. Lib. 10. Cod. l. Ad instructionem Cod. de sacrosan. Eccles. §. ad hoc sancimus Authen. De Eccleſiast. titul. Id quod simul confirmare videtur Legis Francicæ caput. 38. (Lib. 4.) *Vt Pontes publici, qui per bannum fieri solebant, anno præsenti in omni loco restaurentur.* Sed quia eorum par conditio est Dynastarum, qui à viatoribus mercatorium exigunt vectigal, cum iis qui Viæ publ. Iuridico imperio præsunt, ideo ad vtrumuis æquè pertinet refectio itinerũ publicorũ Andegaua Lege: quum vtraque prærogatiua solis *Castellanis* cõpetat seu vectigalis exigendi, seu Iuridicæ curationis Viarũ publicarum. 3. 5. 43. & 44. Alioquin, cessãte

In Vers. Andeg. Consuet 59. *Et is lieux où il n'y a point de Preuostez, le Seigneur Chastellain, ou autres qui ont en celuy ennroit cognoissance desdits grands Chemins, les feront reparer aux despẽs d'eux.*

Vtrum verò ob refectionem viarum liceat regio Procuratori saisire vltra vectigal Domino ex via publi. debitum an & eius Ditionem totam? Puto licere arg Vlpiani l si finita § si iam ruerint ædes. De dam. inf. Qua de re mota Controuersia in Senatu Armorico inter Regium actorem, & Vicecomitem de *Raiz* au touchant le Pont Rouzeau pres Nantes, Patres

decreuerunt Die 1. Octob. 1567. visuros se Inquisitiones factas super modo vtendi, & de forma anterioris refectionis Pontis, & quibus expensis. Vt scribit Natalis *da Fatih.* In suis Collectaneis. Arestor. Britanniæ Gallicæ.

Regionis More peculiari, tenentur subditi vicini, apud quos merces vestigales non sunt, Vias publ. priuatis impendiis reficere, instaurare. l. ad portus Cod. De oper. publ. l. 1. C. De coll. fund. patrimon. Lib. 11. Id quod non modò in Viarum ac Pontium instructione obtinet, sed etiam in muris Ciuitatis & aggeribus, queîs aquarum impetus reprimi solet: item in aquæ ductu, canalibus, ac portubus reparandis. Vt scribunt Legum Scholiastæ in cit. l. per Bithyniam, & l. ad reparationem De aquæ ductu Lib. 11. Cod. Idem sanxêre antea Honorius & Arcadius Impp. dudum. l. antiquatis De Itinere muniendo in Cod. Theodos. Quocirca etiam Allobrogicæ Leges de Pontium instructione ita statuunt, *Quoties Pontes reparatione egebunt, reficiantur per Communitates locorum aut personas priuatas, quarum oneri ipsorum Pontium manutentio incumbet. Iubemus omnibus Bailliis, Castellanis nostris seu eorum Locatenẽtibus, quatenus ad debitã manutentionem seu refectionem ipsorum Pontium, in locis Castellaniarum sibi commissarum consistentium & consuetorum, tam Vniuersitates ipsorum locorum quàm personas ad quarum onera ipsorum Pontium manutentiones incumbere dignoscentur, vocatis Syndicis, & antiquorum & proborum virorum ipsorum locorum multitudine, quorum testimonio de oneribus ipsorum Pontium, cui vel quibus immineãt diligenter se informent, viriliter cogant ad onera facienda.* Ex Lib. veterum Statut. Sabaudiæ Cap. *De refectione & manutentione Pontium.* Porrò vt generaliter definiamus, quem spectent onera Pontium Curandorum ac fulciendorum in Flumine publico, sic distingue secundùm Cepolam in Tract. De seruit. vrban. præd. Cap. de Ponte. Aut pons talis est qui retineri debeat ac custodiri à Toparcha ciuitatis, tunc fieri instauraríque eum oportet impensis Toparchæ: quùm ad magnates viros pertineant Arces, Pontes, aliáque huiusmodi locorum propugnacula ac munimenta. Sicuti & PATRES LVTETIANI olim iudicârunt secundùm Andenses vicanos Castellaniæ *de Credonio*, aduersus loci Dynastam fœminam, apud Andes. An. 1391. Scriptore I. Gallo, Quæst. 254. Quò refertur etiam Mos Andium, j. §. 172. ac Blesense Edictum regium, Artic. 282. Aut verò Pons ipse custodiri non solet à Domino superiori, sed in viatorum modò ac mercium traiectum comparatus est: tunc si omnibus ciuibus deferatur, omnium est impendiis reficiendus. Sinautem vnius tantùm viciniæ vsibus inseruiat, sola hæc vicinia refectionis sumptum feret. Argum. Regulæ Iuris, Secundùm naturam. ff. De regul. Iur. Cui affinis Lex Papiniani, Ædiles De via publ.

Mercatores Ligerim flumen frequentantes, Curiç iudicio obtinuerunt, Dominos portoriorum, quæ ex mercium per amnem transitu & traiectu soluuntur, teneri, si quid in alueo fluminis ripave ita factum sit, quo deterior statio & nauigatio fiat, tollere *demolir*, purgare, restituere. *baillizer & nettoyer lad. Riuiere.* Aresto. 1. Decemb. 1528. contra Capitulum Eccl. S. Martini Turonen. Die 26. Ianuar. eod. An. in viduam Phil. *du Moulin.* Die 23. Iunij. 1576. in Domiham Pedagij *de Chaumont sur Loire.*

La Dame de Craon, en Anjou, & le Chastean fort dud. lieu.

In Vers. Andeg. Leg. 59. *Toutesfois se par le default ou coulpe d'aucuns habitans lesd. Chemins estoient empeschez, telz seroient contraignables à en faire la reparation & oster lad. empeschement aux despens de ceux par le default ou coulpe desquels est intervenu lad. empeschement.*

GRAVE quidem visum fuit supremæ regiorum vectigalium Curiæ, Vicanos sigillatim (nedum vniuersim) cogi à viarum Curatoribus ad refectionem ipsarum. Antea enim Curatores viis reficiendis dati districtè vrgebant singulos Pagi habitatores ad illarum instaurationem, nedum vniuersos. At decreuêre illi Victigalium Iudices, Vicanos posthac singulares in id non esse, sed Pagum totum seu paganorum vniuersitatem compellendam. Si tamen priuatorum quorumdam 4.

quorumdam culpa obſtructum ſit attritúmve iter publicum, in eos particulatim lege agere licebit, vt priſtinum in ſtatum reſtituant illud ſua impenſa,& obſtaculum è medio tollant. ℨ. §. 49. Cæterùm ad viæ priuatæ refectionem quis,& an priuatus quilibet teneatur, non eſt præſentis inſtituti referre. De eo conſule Cepolam, Lib. de ſeruit. ruſtic. præd. Cap. de Via, & Bartol. in l. per Bithyniam De immund. nem. concèd. Lib. 10. Cod. Percontor iam de Via, quæ in confinio duarum *Caſtellaniarum*, ſeu media ſit inter duo Territoria, vtì rectè adplicetur? Reſpondit Baldus, eam minimè diuidi poſſe: quùm diuiſionem commodam via non recipiat. In l. ſi plures Verſ. fuit quæſtio Cod. de condit. inſert. Vnde quod ea in Via committitur crimen, ab alterutro è *Caſtellanis* dominis licitè punietur. nullo habito partis Viæ delectu, in qua reus deliquerit, cùm via promiſcuo in vſu ſit ac Iuriſdictione. Sic *Caſtellani* ambo, in colligendis ex Via iſta Vectigalibus, ſimul & in oneribus ferundis, habentur veluti ſocij. Quando quidem omnia hæc & compendia & onera inter eos diſtribuuntur ex æquo. Vt cenſuit Dionyſ. Pontanus, Bleſenſis Conſuet. interpres Tit. 3. Artic. 17.

Regiis Edictis, poſtulante mercatorum Collegio Ligerim amnem frequẽtantium, ſtatutum eſt, quæcunque liberæ nauigationi forent impedimento, ſtatim tolli debere à Dominis locorum finitimorum, Edicto apud Salmurum Andium oppidum An. 430 tum die. 9. Octob. 1570. comprobante Senatu die 14. Dec. eod. An. Item Literis die. 17. Decemb. 1577. quas publicauit Curia Die, 10. Februar. An. 1578. Alia Mercatorum huiuſmodi Priuilegia deſcripſimus Lib. 3 Sac. Polit. Tit. vlt. Art. 10.

5. Qvòd attinet ad Vias publ. quæ in Ciuitate ſunt, nunc non eſt iis locus: monito tamen obiter Lectore, viam quæ intra Vrbis mœnia ſit, à ſingulis ciuibus ante ſuas ædes ſternendam ac muniendam. l. vlt. §. ſtudeant. π. De via public. Verùm ſi proprietarius ædium tanta laboraret inopia, vt oneri impar eſſet refectionis viæ, quæ ante illius domum eſt, vicinorum vtique foret, ſummæ egeſtatis miſereri, eóque viam illam adparare ipſi tenerentur. Argum. d. l. vlt. Tametſi Butrigarius (contrà) exiſtimarit, quùm hoc reficiendæ viæ munus ſit patrimoniale, ac domui, ante quàm ipſa eſt, incumbat, eam pignerari domum poſſe, & *areſtari pro pauimento*. In l. ad inſtructionem. Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Ex his cóſequitur, haud inquilinum quidem, huiuſmodi poſſeſſionũ oneribus adſtringi, ſed dominum proprietatis: Quo tamen ceſſante, ius erit experiundi in conductorem, vtì reficiat,, deductis nimirum ſumptibus his ex penſione ædium. Bartol. & Alber. in l. Ædiles D. de via publ. Ac tum certè debent inquilini ipſi, vias mundare & purgare, qualiter ſolet plerunque edictis præconióque indici. Cæterùm omnia hæc onera agnoſcere oportet eũ, qui gratuita dom⁹ habitatione fruatur ex domini beneficio. Bart. vbi. ℨ., ex argumento l. 3. π. De impenſ. in res dotal. Quod intellige cum Bartolo, niſi alius immundum quid deiecerit effuderítque in viam publicam: id enim tollere huic neceſſe eſt. Porrò ad cuncta iſthæc onera exigenda ſolum competit Iudicantis officium, quædam etiam aliquando dantur interdicta. Vt vult Durandus Speculat. in Tit. De offic. omn. iudic. l. 2. D. Ne quid in loc. publ.

Cap. 60.

Grand Chemin peageau doit contenir 14. pieds de large pour le moins: Mais il n'est pas entendu, que lesd. Chemins peageaux, qui ont plus grand largeur que de 14. pieds, doiuent estre rescindez, ne estre ßü.

VIÆ PVBLICÆ, CVIVS ERGÒ VECTIGAL PENDITVR, LATITVDO ESSE DEBET PEDVM 14. AD MINIMVM: QVÒD SI TALIS VIA LATIOR AMPLIORQVE REPERIATVR, NON IDEÒ ARCTANDA EST, AC COANGVSTANDA. 1.

Ver. *Grans Chemins Peageaux.*

EXPOSVIMVS antea Viarum huiusmodi iustam dimensionem, Artic. 43. Eius autem mensuræ ac latitudinis ratio est, quòd tanto spatio possint duo plaustra simul obiter concurrentia transitum facere: vt res ipsa nos satis edocet. Pari ex causa, viæ latitudinem, cùm in anfractum iret, duplicatam voluit Lex Romana, vt scilicet pedum esset sexdecim: Quùm si angustior foret, aurigæ qui propter distortum iter non sese animaduerterant, transitu impedirentur. Sed quia vsuuenit, arctas esse ita passim vias, vt ex iniusta latitudine, occurrentibus sibi inuicem duobus plaustris, necesse sit alterum retroire, quæsitum fuit, vtrum aurigarum retroducere currum oporteret. Hanc primùm disputationem mouit Accurs. in l. 1. §. hoc interdictum D. Ne quid in loc. publ. ac Bartol. ibidem, tum Cynus, Bald. & Salycet. ad l. per agrum Cod. De seruit. & aq. Angel. in l. fluminũ. ff. De dam. inf. Quibus placuit omnibus, ei deferendum, qui viam prior ingressus sit. Nam quod publicos in vsus destinatum est, id conceditur primo occupanti. Attamen ei, qui maiori onere premitur, cedendum est humanitatis intuitu: idque in vsu esse frequentiori, Pontanus asserit in Blesens. Legum Scholiis. Planè Iuris rigor præoccupanti publicæ rei vsum magis impertit, qui etiam custoditur in Conuentionibus nostris solennibus, queîs ad illustrationes (vulgò *processiones*) itur. Si enim obuiæ tùm duæ fiant Parœciæ, vt ferè fit, ei qui anterior viam inierit, tantisper est ipsa relinquenda. Ac de eo vtique ortam inter duas Parœcias litem diremisse se Pontanus ait, & viam priùs occupanti Parœcorum cœtui priorem quoque procedendi locum & ordinem addixisse, In Commentar. Blesen. Consuet. Sic autem est hoc accipiendum, nisi vel à prisca vetustate certus esset præfinitus ordo, vel altera alteri Parœcia dignitate præcelleret. Tunc enim aut præscripto ordini standum foret, aut digniori cedendum.

Dionys. Pontan. ad Tit. 13. §. 17. Blesen. Consuet.

AGEDVM si Via latior sit aut strictior, quàm publicè expediat, cuius cura ad legitimum redigetur modũ? Sanè ad eum, cuius partes sunt vias publicas curare, pertinet eas constringere ac contrahere, si latiores sunt quàm à Iure definitum sit, vel ampliare, si angustiores 2.

Iu Vers. Andeg. Leg. 60. *Mais il n'est pas entendu, que lesd. Chemins Peageaux, qui*

(nisi

(nisi patrio Ritu adempta fuerit restringendæ viæ facultas, vt hîc) Ex notat. à Bartol. in l. 1. ff. De via publ. Ad eam verò ampliandam, illi permittitur, ex agro proximo, quod deest è iusta latitudine, supplere. l. si locus. §. cùm via D. quemad. seruitut. amitt. l. certo generi. §. si totus Verf. in via. ff. De seruitut. rustic. præd. Sed an domino circumiacentis fundi, qui in Viam public. præstitus sit, debeat refundi pretium? Respondit Bartol. æquum sibi videri, vt qui in vsus publicos rem suam vel inuitus præbuerit, à Fisco iustum illius pretium ferat: quamuis aliter Moribus seruatum atteſtetur. In d. l. si locus. Quæ sententia Floriano displicuit, existimanti, minimè ei vicino reddendum pretium agri, qui ad viam ampliandam datus sit: Quùm &, si plus æquo lata foret ea, quod superuacuum esset, aruo illi vicino aduolueretur. Vnde non censetur oneratus prædij dominus ex eo, in quo emolumentum quoque spetare debuerit. Hanc partem adiuuant vulgò scripta de Alluuione aquarum, & quæ ex ea vicinis accedunt latifundiis.

ont plus grande largeur que de 4. pieds doiuent estre resciendez, ne estre ſſit.

Ex Alluuione, ius accreſcendi naturale.

3. CONSTITVTIO patria, de Viis publ. non arctandis; pertinet ad rusticas, non ad vrbanas. Bartol. in l. 1. ff. De via public. vbi refert, Calij oppidi ciues, teste se, iussos contrahere latiores eius Vrbis vias: vt & obsessam ab hoste commodiùs tueri possent, nec ciuilibus suorum insidiis circumuenti facilè opprimerentur. Similiter eò firmior habita est tutiórque Genua Ligurum metropolis, quòd in ea Viæ arctæ essent, ac perquàm angustæ. Inquit Cepola, cap 3. Lib. De seruitut. rustic. præd.

Genuæ.

Cap. 61.

La Fortune d'or trouuée en Mine appartient au Roy, & la Fortune d'argent trouuée en Mine appartient au Comte, Viſcomte, ou Baron chaſcun en ſa terre. Toutesfois Threſor trouué en Fief & ouerpe d'aucun Seigneur foncier ayant Baſſe Iuſtice, appartient moitié aud. Seigneur de Fief, ou Seigneur foncier, & l'autre moitié à celuy qui tel Threſor a trouué. Et ſi tel Threſor eſtoit trouué en quelque lieu non hommagé, le Seigneur de Fief y aura vn tiers, le Seigneur du fons vn autre tiers, & l'autre tiers aura l'Inuenteur dud. Threſor.

1. AVRIFODINA REGI COMPETIT, ET ARGENTIFODINA COMITI, PROCOMITI, AVT BARONI, IN SVA CVIVSQVE DITIONE. THESAVRVS TAMEN REPERTVS IN FEVDO RECTI DOMINI, QVI PRÆSIT IMÆ IVRISDICTIONI, CEDIT PARTIM FEVDARIO HVIC DOMINO, PARTIM REPERTORI, EX ÆQVIS NEMPE PORTIONIBVS. QVÒD SI INVENTVS ESSET THESAVRVS IN FVNDO IGNOBILI AC PLEBEIO, AD FEVDALEM DOMINVM PARS TERTIA MORIBVS VENIT, TRIENS ALTER AD PROPRIETA-

Conuentus S. Dionyſij in Francia habebant omnimodam Juſtitiam aliam & baſſam, quædam petia Auri fuiſſet inuenta, dictique Abbas & Conuentus eſſent in poſſeßione dicti Auri, Præpoſitus Pariſien. dicebat pro nobis, dictum Aurum, quaſi Theſaurum, ad nos pertinere, & Abbatem & Conuentum deſſaiſiuerat dicto Auro. Quare petebat Procurator dicti Abbatis pro ipſo, & Religioſorum nomine, eos dicto Auro reſſaiſiri. Maximè cùm dictum Aurum non debeat dici Theſaurus, ſed quædam res inuenta. Tandem, multis hinc inde propoſitis, pronuntiatum fuit, dictum Aurum dictis Religioſis debere reſtitui, non tanquam Theſaurum, ſed tanquam quandam rem inuentam. Ex Regeſto Curiæ *Olim.* Porro licet Argentifodinæ, Moribus tribuantur Principi, ſi tamen reperiantur in fundo priuato, æquum eſt huius æſtimationem proprietario ſolui. Argum. l. 1. De Metallar. Lib. 11. Cod. ibi, competentia ex largitionibus noſtris pretia ſuſcipiant.

Fol. 116. Verſ.

Fortune d'argent trouuee en mine.

2. CONSIMILEM Francis penè omnibus Ritum commemorat Ioh. Butelerius, ab vetuſta Gallorum Doctrina ciuili. Nam ſic infit, *La fortune d'argent appartient au Baron ou au Ber.* In Lib. *Summæ Ruralis* Tit. *Du droict au Baron ou au Ber.* Verùm priſci Andegaui latiùs produxiſſe videntur *Baronum* iura præcipua, quàm ad Argentifodinas. In forenſibus ſuis Aduerſariis, quibus ita adſcriptum eſt. *Le Comte & le Baron ont l'Eſpaue, en leur Seigneurie, d'argent trouué ſoubs la terre, du Faucon, & du Deſtrier: C'eſt à ſçauoir que ce qui eſt trouué ſoubs terre, eſt appellé Fortune: & celle d'autre metal que d'argent, eſt à celuy qui la trouue, ſi celuy qui l'auroit perdüe, ne venoit auant qui la demandaſt, & en ſeroit creu par ſon ſerment.* Vnde veroſimile ſit, argenteum quemuis Theſaurum *Barones* antiquitùs ſibi arrogaſſe, nedum Argentifodinas. Sed emendata pridem Lex Andium municipalis deſignat apertiùs *Baronis* præminentiam in ſola Argentifodina. Imò & à plebeiis olim poſſeſſas Argentifodinas, probat Domitius Vlpianus. l. 3. §. ſi lapidicinas De reb. eor. Et l. diuortio. §. ſi vir. Sol. matrim. Quantò probabilius eſt, argenteos Theſauros Dominis addici *Barone* inferioribus? De quo memorabile S. C. expendito ſecundum cucullatos Sacerdotes, qui mero Imperio ſolum prædiți erant in iudicando, non in Iudicato exequendo. Areſti ſumma talis eſt. *Cùm quidam homo de terra Abbatiæ S. Petri viui Senonen. inueniſſet in quodam loco ſexaginta quatuor Solidos, prænominatus Abbas voluit eos habere, cùm inuenti fuiſſent in loco, in quo habebat omnimodam Iuſtitiam, vt dicebat. Bailliuus in contrarium dicebat, quod debebat eſſe Domini Regis, cùm Theſaurus inuentus ad Regem pertineat: Et maximè cùm idem Abbas corpora iudicatorum ad mortem pro maleficiis ſuis reddere teneretur ipſi Bailliuo pro Rege, facto tamen priùs in Curia ipſius Abbatis iudicio de eiſdem. Confitebatur enim Bailliuus, quòd pertinebat iudicium ad Abbatem. Dictum fuit per Curiam, quòd qui habet Iudicium, habet Iuſtitiam: & reddidit Curia ipſi Abbati prædictos Denarios ratione altæ Iuſtitiæ quam habet. Si tamen ibi eſſet Aurũ, Dominus rex ſemper illud haberet, quia ad ipſum ſolum pertinet, vt dicitur.* In *Parlamen.* Natalis Diuæ Dei Genitricis An. 1259. cuius Decreta *Parlamenti* voluuntur in Regeſto Curiæ antiquiſſimo,

In Verſ. Andeg. Cõſuet. 61. *Et la Fortune d'argent trouuee en mine appartient au Comte, Vicomte, ou Baron, chaſcun en ſa terre.*

Aureus. vel Argenteus Theſaurus, qui reperitur in Armoricæ regionis agro, ob id effoſo & ſubtus adaperto, ſolius eſt Principis. *s'il n'y a pourſuite.* §. 46. Britonicæ Conſuet. Itaque noui Marchiones, aut Comites ex Baronibus in Britãnia facti Reſcriptor non lucrantur eiuſmodi Theſauros. Vt pote ditio *d'Aſſerac* in Marchionatum erecta eſt. Literis verificatis in Senatu Armorico Die 2. Aprilis Ann. 1574. Et Terra *d'Eſpinay* Marchionatus factus eſt Diplomate in Curia Armorica publicato Die 18. Sept. 1576. Vt ſcribit Natalis *du Fail.* In Lib. Memorialium Curiæ Britonicæ.

In Parlamento Natiuitatis B. Mariæ.

Digitized by Google

De Principalis imaginis, Monetis insculptæ auctoritate, Herodian lib. 1. & Cassiodor lib. 6. & 7. Varrar.

Fol. 95. Vt autem Franci vnius Principis esse aureum produnt Thesaurum, sic Franci soli toto quondam Orbe aureum numum poterant cudere, Rom. florente Imperio, nec Iustiniani Cæs. (vt reliqui solebant) imagine, sed sua impressa. Persarum enim Imperator etsi argenteum pro arbitrio numisma conflaret, temporibus Iustiniani, aureo tamen, non licuit illi suam imponere effigiem, nec Barbarorum Princeps quisquam id facere audebat. Vt à Procopio scriptum est, lib. 3. De bello Gotthorum.

In Vers. Andeg. Leg. (61) *Tous les fois Thresor trouué en Fief & auquel d'aucun soigneur foncier ayant basse Iustice, appartient moitié audit seigneur de fief ou seigneur foncier, & l'autre moitié à celuy qui tel thresor a trouué. Et si tel Thresor estoit trouué en quelque lieu non hõmagé, le seigneur du Fief y aura vn tiers, le Seigneur du fonds vn autre tiers, & l'autre tiers aura l'Inuenteur dudit Thresor.*

3. Item si aliquis Tit. Quib. mod Feud. amitt. hoc dicit, si quis feudum habuerit in curte Domini sui, nõ potest illud libellario nomine cuiquã dare sine domini consensu. Similiter si extra curtem detinuerit, & Dominus districtum habuerit, vel alium honorem, si alienauerit sine domini voluntate, iure ad dominum reuertitur.

Molineus in §. 315. *de la Coustume de Bourbonnois dit que* etiamsi Thesaurus *repertus* fuerit in loco sacro, tertia pars ipsius pertinet ad dominũ sublimem Iuridicum. Quia inquit, locus ille sacer nihilominus est de Iurisdictione & territorio Domini loci, vt ipsemet dixerat in §. 46. num. 25. Paris. Consuet.

Ex quæstu solùm mutuæ operæ & industriæ parta, veniunt in cõiugalem societatem, non verò fortunæ dona l. quæstus D. pro soc.

APVD Romanos, de Thesauris ita cauit Diuus Adrianus, vt si 3.
quis in suo reperisset, ipse potiretur: si in alieno, dimidium Domino daret: si in publico, cum Fisco partiretur. Auctore Spartiano. Quam distinctionem amplexi sunt nostri I. Coss. His consequenter, Gratianus & Valentin. Cæss. rescripserunt ad Pop. vrbis Constantinopol. vt si quis in solo proprio Thesaurum reperisset, integro id iure præsumeret: qui in alieno, loci Dominum in quadrantem repertorum admitteret. l. 2. De Thesaur. In Cod. Theodosiano. Eodem spectat Leonis Imp. constitutio, si quis in suo thesaurum nactus sit absque sceleratis artibus, proprium eum habiturum: si in alieno, dum fortè aliud agit, dimidium. Nouella 51. Et l. vn. De Thesaur. In Cod. Iustin. Quia autem apud Gallos triplex est quodammodò fundorum Dominium, alicubi in Gallia thesauri deferuntur Dominis Territorij, (qui propriè Domini vocantur. §. vlt. Quib. mod. Feud. amitt. In Feud.) alibi Dominis *Feudariis* seu directis, alibi etiam Dominis vtilibus ac plebeiis. Nam vbicunque Prouinciali lege nihil est de Thesauris expressum, hi Iudicum Sententiis addicuntur potiùs Iuridico, qui meri imperij fascibus præditus sit, quàm *Feudali* domino, ac patrono. Quemadmodùm. ꝛ. ostẽdimus, de sublimi Iurisdict. art. 20.

CÆTERVM instante agri proprietario, in quo Thesaurus sit in- 4.
uentus, dubium est, vllane, seu quota pars ei Moribus competat. Alij enim prædiorum sunt Domini recti, vtiles alij, seu coloni perpetui, quique ea perpetuò fruenda conduxêre. Illos autem verius Dominos dici, quàm istos, probat l. C. Paul. Lib. 21. ad Edictum, l. 1. §. vlt. Si ager vectig. vel emphyt. Quinimò ambigere se ait Faber, beneficiarij necne possessores Thesaurum suum faciant, quem clientelari in fundo compererint. Ad §. thesauros Instit. De rer. diuis. Ambigendi causa est, quòd fructuarij, creditores, maritus etiam in dotali fundo repertos thesauros quærere sibi minimè videantur. Apud Vlpianum, lib. 35. ad Sabinum, l. fructus. §. si fundum Solut. matrim. l. 63. §. 3. ff. De acquir. rer. dom. Atqui beneficiarius cliens fructuario quadantenus exæquatur. §. Imprimis. Quib. mod. feud. amitt. §. vlt. De inuest. de re alien. fac. In Feud. Similiter nec emphyteuta censetur verè Dominus. l. 2. De mancip. & colon. Lib. 11. Cod. l. 1. C. De iur. emphyt. Quoniam verò emphyteutæ, ac *Feudatarij* vtile habent dominium, & *feuda* Gallica patrimonij vice funguntur, placuit nonnullis, quorum opinionem citat Faber, mobiles res quæ casu inuentæ sint, ad

Feudatarios,

Digitized by Google

Feudatarios, vel emphyteutas: Immobiles, vt argentifodinas, ad rectum Dominum pertinere. In d. §. thesauros.

5. At mediam vtique viam complexus Mos Andium partitur Thesaurum, qui in beneficiario agro repertus sit, inter Dominum huiusce clientelaris fundi, & Thesauri repertorem. Quòd si inuentus sit is in prædio vectigali & plebeio, tunc patria Lex tertiam eius partem adsignat fundi proprietario seu perpetuo colono, aliam recto Domino superiori, postremam repertori Thesauri. hoc. §. 61. Andegau. Consuet. Deficiente tamen patrio More, benignius dicetur, solidum Thesaurum perpetuo cuique competere fundi possessori. De eo nimirum extat præclara Sententia in *Parlamen.* B. Martini an. 1261. scriptura huiusmodi, *Inuenta fuit Pecunia vsque ad summam 40. librarum Turonen. in muro cuiusdam domus apud Lochias, quùm ipsa domus reficeretur. Baillius voluit eam Pecuniam habere. Placuit Regi, quod ipsa pecunia redderetur Domino ipsius domus, nisi certa & manifesta consuetudo inueniatur in contrarium in ipsa Terra: Et si inueniatur, voluit Dominus Rex, quòd sibi referatur, antequàm aliud fiat.*

Ex veteri Rogestò Curiæ, fol. 118.

6. Thesaurvm verò, etsi cedat proprietario agri in quo conditus fuerit, ab eo sic agro distinguimus, vt qui vsu fundum ceperit, non videatur quoque thesaurum in eo latentem vsucepisse. Iulij Pauli opinione, l. possideri. §. 1. De acquir. possess. Vnde consultanti, nûm venditor, quasi circumuentus, posset venditionem fundi rescindere, in quo emptor reperisset thesaurum, respondit Franc. Balduinus non posse. Vt idem scribit, in §. Thesauros De rer. diuis. Apud Iustinianum. Thesaurus enim, quandiu latebat, in nullius bonis erat, ideóque nec prædij æstimationem augebat: & iam recèns effosus habetur loco noui cuiusdam primúmque nascentis emolumenti, velut nouum alluuionis incrementum: eiusque acquisitio non tam proficiscitur à iure quod venditor transtulit, quàm Fortunæ beneficio postea emergenti. Nam & Thesaurus, fortunæ munus creditur Tryphonino I. Consulto. Interim autem venditori licet, pecuniam vindicare, quam ipse defoderat, & per errorem non abstulerat: De Thesauro non ita, qui nempe cedit emptori. Scæuolæ iudicio, l. à tutore De rei vindic. Quòd si mala fide Thesaurum nactus alieno in agro, hunc sibi mox compararit eodem reperti nummi pretio, nec Thesaurus competet emptori, nec fundus fraude quæsitus. Sicuti de emptore quodam cecinit Flaccus, Serm. Lib. 2. Satyra. 6.

Cuinam verò gemmas & pretiosos lapides repertos adiudicaris? Audi de eo Summæ Ruralis Auctorem, *Sachez que les pierres pretieuses sont à celuy qui les trouue, Car c'est chose de commune franchise, & qui y retourne, c'est par le droict aux Gens, que les Clercs appellent* de Iure gentium. §. Item lapilli Instit. De rer. diuis.

O si vrnam argenti Fors qua mihi monstret, vt illi,
Thesauro inuento, qui mercenarius agrum,
Illum ipsum mercatus, arauit dines, amico
Hercule.

Digitized by Google

Cap. 62.

Le Comte, le Vicomte, & le Baron peuuent bien donner haute Iustice, moyenne & basse à aucuns de leurs Vassaux, & en retenir Ressort & Suzeraineté: & non pas les autres au dessoubs.

Comes Ventadorius, apud Lemouices, Dux appellatur regiis literis an. 5179. Sed Tutelēsibus oppidanis, (*de Tulles*) intercedentibus executioni Aresti probatorii erectionis Ducatus, quoad institutionem Ducalis Sedis iuridicæ in oppido Tutelensi, Curia censuit amplius deliberandum. Die 23. Iunij an. 1570. *en plaidant.*

COMES, SVBCOMES, ET BARO POSSVNT CLIENTIBVS SVIS QVIBVSDAM DARE IVS SVMMÆ, MEDIÆ AC INFIMÆ COERCITIONIS: RETENTA SVPERIORI POTESTATE IVRIDICA, ET PATRONALI. TRIBVS AVTEM IIS INFERIORES TALIA IVRA IN VASALLOS CONFERRE NEQVEVNT. 1.

TOTIDEM sunt Iurisdictionis beneficiariæ gradus, quot Beneficiorum militarium seu *Feudorum*. Primus est, in Feudisticis legibus, Ducum ordo, Marchionum, Comitum, prærogata quadam Nobilitate. Qua quidem in serie, prælucet Andium Ducatus, olim Comitatus: Patritiali etiam Galliæ titulo auctus à Rege Phil. Pulchro. Septembri Mens. an. 1297. in Karoli gratiam Comitis Andegau. Secundus autem dynastarum gradus est, qui à predictis *feuda* accipiunt generis claritate conspicui, vt *Barones*, ac celebriores Nobiles, qui sunt *Valuasores maiores*. Nam & in Germania *Barones* Comitibus adæquantur. Zasio teste, in Tract. Feud. Parte 5. Qui feud. dar. poss. Tertius *Valuasorum* minimorum ordo, qui à maioribus in clientelam recipiuntur, nobiles similiter ipsi. Quartus *Valuasinorum*, infimæ notæ, qui pagani sunt & plebeij. Si igitur Comes prædium beneficiaria lege concedat Titio, licitè ei transcribet imam Iurisdictionem, pleniorem, seu plenissimam, Andegauo Ritu: quùm ampliot vtique danti supersit prerogatiua ac potestas Iuris dicundi, cum tanto *feudo* coniuncta. Tametsi regius Procurator Andium mordicùs obstiterit huic Consuetud., ne plures Tribunalium inferiorum gradus statuerentur, Principis dispendio, eiúsque subditorum. Vti Libello constat Renunciationis actorum in ea Consuet. restituenda.

Literæ erectionis Comitatus Andium, in Pariatum Franciæ. Extractæ *de la Chambre d'Anjou, en la Chãbre des Comptes.*

Molineus in marginali Annotat. ad §. 72. Turon Consuet. ait, Morem hunc errore quodam emersisse, vt Barones beneficiariis suis darēt ius summæ, ac infimæ coercitionis, idque bono publ. aduersari, & Edicto Karoli 5. de Iuridicorum graduum optione abolitum fuisse.

Processus verbalis Consuet. Andeg.

Vers. Andeg. Leg. (62) *Et non pas les autres au dessoubs.*

DIVERSVM est in feudo *Castellani*, vel sublimis Iuridici, qui si iura eiusmodi clientibus suis tribuerint, nil penè reliquum habent superius, quo suum in eos tueantur imperium potestatémque superiorem. Pares enim paribus non imperant, vt ait Paulus I. C. l. 4. De recept. & qui arbit. recep. L. ille à quo. §. tempestiuum D. Ad S. C. Trebell. Vnicuique certè libera est *feudorum* & Iurisdictionis *feudariæ* alienatio, quùm vtrumuis in Gallia patrimonij locum obtineat. Sed hoc ita, si Iurisdictio, aliáque prædij dominantis Insignia, cum eo ipso, transferantur in alterum: aut si data Iurisdictione, maior pars penes concedentem maneat *feudariæ* ditionis imperiíque Iuridici, sine qua alioquin, Dominica potestas in subditos retineri nequeat. 2.

In Ambianis, clientes subditis ius dicūt æquali prorsus cum patronis auctoritate, *sont quelesd. hommes de fief tiennent en Pairie, ou en plein hommage.* Artic. 25. Consuet. Ambianæ.

Art. 115. Ibi, *celuy qui* art. 201. & 202. Vnum hinc sepone casum *Paragij*, quem notat Lex

Andium

Andium 215. Nec eò secjùs, *feudum* tenens parili iure, agnoscit grandioris fratris Potestatem Iuridicam, bina rerum specie, *l'vne en cas de Mesures, pour les estallonner & adiuster à celle de son seigneur: La seconde pour racompter Parage, pour ce que le parageau esdits deux cas doit vne fois retourner à l'obeissance de son parageur.* Vt cum patria Lege loquar. j. cap. 216. Eapropter, vt sui cuique seruentur *feudalium* Dignitatum gradus ac Iurisdictionum, prisci Galli *paragium* fecêre temporarium, nec vltrà certam cognationum seriem produxêre. Tali sententia Franci Pragmatici, *Quant aucuns a grant piece tenu en parage, & cil de cui il tient, requiert que il li face Homage, ou se ce non, que il li face ce que il li doit fere, Cil li doit monstrer que il ait entraus ij. tel linage, que lor enfant ne s'entrepuissent auoir par mariage. Et sil ne luy en puet monstrer le linage, il li fera Homage par droit. Et li Sires ne li puet asseoir que 1. Roncin de seruise: Por ce que li Fiez est yssuz dou Paraige.* Cap. 45. Lib. *Ci comancent li Establissement le Roi de France selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Extraneis item ære mancipans Ditionis suæ agros quosdam, recepta sibi clientelæ fide ac *hominio*, iustè retinet hoc pacto alienatæ rei dominatum superiorem: modò ne amplius triente latifundij vniuersi distraxerit. §. 201. & 202. patrij Moris. Sed ex facto propositum fuit, Chemilleum, in Andibus, *Baronem*, qui Diœcesano Præsuli beneficiaria lege suberat, venundedisse prædiolum *de la Berthelotiere*, Baronatus patrimonium, saluo & incolumi penes se recto eius Dominio. In Comitatum deinceps euecto à Principe Baronatu, cautum fuit eodem Rescripto, illum Francici Diadematis postmodùm clientelarem, nullo intermedio, fore an. 1555. Quapropter *Baro* propalam licitatur profanum maius Episcopi in *Baroniam* imperium. Pridie Nonas Ianuar. an. 1564. Ast longo pòst annotum interstitio, publicam illam licitationem infirmauit Ordo Clariss. instantia Vilhel. Ruzei, Andium Pontificis noui: qui ita restitutus est in integrum *Baroniæ* ius superius, Decreto Parisiensi 9. Kalend. Mart. an. 1581. Sciscitemur iam, nûm obeunte sine liberis nouo Comite, subcliens Dn. *de la Berthelotiere*, teneatur res subclientelæ ab Episcopo perinde redimere, ac Comitis hæres, Comitatum. Primo quidem obtutu iniquum hoc videretur, quòd subbeneficia, vulgò, beneficiatij obitu, caduca non fiant, nisi & ipsa possessorem amiserint. Vt innuit patria Lex, §. 123. Subnecte his, *Baronem*, clientem sacri Antistitis, post initam subbeneficiarij fundi venditionem, patronò Catalogum edidisse *feudi* sui, ac in eo subclientelæ agros suis propriis intermiscuisse, Domino subscribente. Nihilò minùs Andegauæ Constitutioni standum, quoties feudale beneficium, à clientis hærede luendum fuerit, subbeneficia etiam, quæ partis alienatione rei beneficiariæ contracta sint, à possessoribus viuis redimi oportere: Quibus idcirco nudus suppetit regressus ad auctorem suum, clientis hæredem. Præd. §. 201. Andegau. Consuet. Id quod trito Legum axiomati consonat, auctoris iure vanescente, aliorum simul interci-

tient en Parage, ha autelle & semblable iustice, comme son parageur, &c.

Etsi receptum non sit, Castellaniã à Castellania pendere iure feudi, nec Rex Castellani feudatarium queat Rescripto facere pariter Castellanum: Tamen Regiæ Castellaniæ beneficium potest in Castellaniam erigere ea lege, vt nouus Castellanus in futurum teneat à Regio superiore feudo ipsius regiæ Castellaniæ, nempe à Baronia, vel Ducatu, sub quo Castellania sita est.

On peut vendre, & garantir sous son fief, en retenant les deux tiers du domaine feodal.

Iudiciaria venditio *de la seigneurie directe & suzeraine de la Baronie de Chemille, sur l'Euesque d'Angiers suzerain*, Die 4. Ianu. 1564, *Aux Ventes du bien de l'Eglise.*

Placitũ Curiæ die 22. Febr. 1581.

Arriere vassal.

Arriere fief.

Le plein fief.

Barons de Chemille, en Anjou.

dere, qui ab illo possidendi causam omnem desumpserint. leg. 1. D. Qui pot. in pign. Ac ibi Bartol. Leg. antepenul. §. vlt. π. De pignerat. act. Exploremus hîc obiter inclytam Chemilleorum Baronum familiam, Karoli *de Dinan*, generosi Toparchæ, cuius cum Francisca Rohana nuptiis, genita filia, Ianum *de la Haye* in matrimonio habuit. Vnde satus Bertrandus *de la Haye*, Renatæ pater extitit, quæ ex asse hæres ad maritum intulit Ioachimum *de Montespedon*, splendidissimas Ditiones *de Chemillé, Dinan, Chasteaubriant, Montafillant*. Ioachimi verò gnata vnica Philippa, prædiariis tot Dynastiis auxit seriatim Monteianum, & Borbonium Rupissurianæ Principem, coniuges. Isthæc demùm prole orba, transmisit eximia prædia ad magnatem *Despeaux*, aliósque transuersa cognationis linea successores, Aprili Mens. 1578.

Themine de Dinan fille de Charles, femme de Ieh. de la Haye.

Yolant de la Haye femme de I. d'Armignac, Duc de Nemours.

De Bellipratuli Baronatu, qui eidem competiit Philippæ *de Montespedon*, reuolue suprà scripta, in Marg. cap. 48. art. 2.

PARAGIVM in filia, sororéue vsurpatur, perinde ac in filio, vel fratre natalibus claro. ï. §. 213. 214. Vt Siculis Legibus dos *paragiúmque* debetur à fratre sorori ex parentum hæreditate. Math. Afflictus, Neapolitana Decis. 160. 162. Quin & sorore nobili enupta plebeio, decreuit Senatus, *Paragium* in eam collatum à fratre, qui eam ita elocarit, ad posteros omnes transmitti apud Andes continuo successionum iure prænobili: quamuis annui census lege traditum fuisset ab illo, *pour le garantir en Parage soubz son Hommage vers le Seigneur suzerain*. Aresto Curiæ ad prouocationem ex Andensi Præfectura. 4. Kalend. Maias Ann. 1581. secundùm Ioh. Rallierium, qui gemino iam Iudicio victor gradatim euaserat, contra Ioh. Mesnierium, ex aduerso, litigatorem. Dn. Preuosto litis expositore in 3. Classe Inquisitionum Curiæ. Ambigendi causa erat in ea hypothesi, communis lex *Paragij*, quæ obtineat solùm inter genere illustres, & in gentilitiis ac insignibus prædiis, quæ *Feudaria* nominamus. ï. Cap. 212. Atqui generosæ fœminæ, quæ plebeium sortita sit virum, posteri manent ignobiles, materni stemmatis splendore offuscato, post primum materna in bona successionis ordinem ï. art. 252. 253. 254. Augebat dubitationem fundi conditio, *in Paragium* dati cum exceptione ac retentione plebeij vectigalis annui: Quo casu, pars clientelaris agri, quam primogenitus iuniori cohæredi transcripserit, censetur vt vectigale, sic ignobile patrimonium, & æquis dehinc portionibus diuidundum inter hæredes secundonati possessoris. ï. §. 263. Ediuersò autem suggerebatur, *Paragium*, quod semel in fœmina nobili rectè steterit, perstare & continuari facilè potuisse: tametsi mutata pòst fœmineæ prolis sorte materna, in paternam ignobilem ac subobscuram. Argum. Vlpiani l. patre furioso, De iis qui sunt sui vel alien. iur. l. cùm quædam De Iurisd. omn. iud. Et l. si quis postea quàm De Iudic. Enimuerò *Paragij* fiducia semel imposita, alterutro tantùm soluitur modo, re scilicet alienata in exterum, vel absumpta generis stirpe ad quintum vsque propinquitatis gradum, seu aliâs longè ita remotum, vt libera supersint connubiorum

Decretum Curiæ die 28. April. 1581. *entre M. Ieh. Mesnier mary de Renee Fournier, & Frãçois le Camus curateur de Perrine Fournier appellans du Seneschal d'Anjou: & Iean Rallier mary de Susanne Fournier intimé.*

Quæro de vasallo qui emit feudum dominans, & ita per cõsolidationẽ (quæ facilè fauorabiliterque recepta est i. §. 205.) vtrumque feudũ vnitum mouetur immediatè à patrono illius feudi dominãtis. Vẽdente autem postea vasallo feudũ suũ antiquum seruiens, retenta penes se fide ex feudo suo dominanti acquisito, An patronus ille superior possit ex hoc contractu petere laudimia, vel retractum feudalem? Pro eo facit, quòd per consolidationem illam factus est immediatè directus dominus. Et licet vasallus vendendo retinuerit fidẽ, *il y a tousiours deffaut de fief par l'alienation de plus du tiers dud fief vny & cõsolidé ensemble.* Vasallus, contrà, arguit ex §. 207. i. vbi per matrimoniũ patronæ cũ cliente feuda cõsolidata, solutis deinde nuptiis, redeunt ad

connubiorum iura inter *Paragij* auctorum posteros, & fiduciarios bonorum possessores. i. artic. 220. Insuper quod dicitur, *feudum* secundogenito vectigale datum redigi in ordinem ignobilium prædiorum, & ex æquo partiundum inter hæredes, intelligitur duntaxat in mere plebeiis hominibus, & neutro parente nobili prognatis, iuxta art. 263. Moris Andeg. Quùm igitur facti species proposita non conueniret huic Andium Constitutioni, meritò PATRES C. in Iudicio familiæ herciscundæ rationem Primigeniorum habendam putarunt, ab vetusta illa *Paragij* lege fiduciaria. Obseruãdum interea, hoc in *Paragij* tractatu, quonam ex genere vel stirpe parentum, genuina Nobilitas deducatur. In procinctu est vtique priscũ de ea status quæstione S. Consultum, an. 1285. quod ex ipsis Curiæ fontibus sic hausimus. *Cùm verteretur in dubium, vtrum dominus Hugo de quercu, miles, esset nobilis, & de Peragio ex parte patris, Per Inquestam super hoc factam probatum inuentum fuit, quod d. Hugo de quercu, est nobilis seu de Paragio ex parte patris. Miles remaneat.*

primęuã naturã. Ergo quum remanserit ipse dominus feudi dominantis acquisiti, vendito inferiori, potuit stipulari sibi directum ab emptore dominium, vt antiquitus erat. Sed ego censui contrariũ, per distinctionẽ Matth. Decis. Neapol. 117. & Castrens. in l. debitor. ff. ad Trebell. Nã si vnio & cõfusio fuit simplex & irreuocabilis, tunc nunquam restituitur in pristinũ statũ præiudicio tertij Secus si reuocabilis fuit vnio, vt per matrimonium. Decretum in Parlamento omn. Sanctor. an. 1285.

4. IMO & *Paragij* ratione cessante, natalitia mariti conditio non mutat vxoriæ naturam qualitatémque hæreditatis: primaria saltem vice ac serie in ea bona succedendi apud Andes & Cenomanos. Vtì pridem, Nobis orantibus, secundùm minores natu Senatus iudicauit. Ex facto ferebatur, mulierem obscuris natalibus, iunctam viro Equestri, coniugij nomine: multos hinc susceptos liberos, in quibus filia dotali pacto renunciarit futuræ parentum hæreditati. Iam primigenius, vtroque extincto parente, sibi vindicat repudiantis portionem non modò paternarum, sed & maternarum facultatum. Reclamare alij, Me patrono, fateri quidem, portionum huiusmodi incrementum grandiori filio lege deferri Andegaua, in splendidis ac generosis familiis. §. 247. & Cenom. 265. Verùm hoc in plebeiis non habere locum, nec in mulieris fortunis à viro nobilitate, quoad primum successionis in res muliebres gradum. Argum. §. 252. cum duob. seq. Andegau. Consuet. & 270. 271. 272. Cenomanæ. Nam (Sidonij Apollinar. verbis) est sanè princeps in genere monstrando partis paternæ prærogatiua, sed tamen multum est, quod debemus & matribus. Non enim à nobis aliquid exiliùs fas est honorari, quòd ponderа illarum, quàm quòd istorum semina sumus. Heduus pater tibi, mater Aruerna est. Primus Heduis deberis, ergo non solis, vel propter exemplum nostri Maronis: quo teste, Pallas sic habitus Archas quod pariter & Samnis, in Mezentium mouere potuisset, vt peregrinus, arma Hetruscorum, ni mixtus matre Sabella, patrem quoque Patriæ inde traxisset. Epist. 21. Lib. 4. Quin & Ilienſibus concessum est olim, ac Delphis, vt sequerentur matris originem: Quod Ponticis etiam tributum à Pompeio Mag. refert Vlpianus, ex Celso l. 1. Ad Municip. Porrò & apud Xanthios lege cautum fuit, vt à matribus, non à patribus filij generis nomen sortirentur. Auctore Plutar. in Lib. De clar. mulier. Cap. 9. Idque ex eo

His Consuetud. bona ignobilis mulieris i obili nuptæ diuidit ur pro prima vice inter liberos æqualiter, tanquam ignobilis respectu matris.

Sidon. ad Aprũ suum Epistola.

Xanthij, Lycioru populi.

forsan prodibat, quòd apud Xanthios viri parerent vxorum imperiis. Vt scribit Heraclides in Polit. In vniuersum quoque, de Lyciis tradit Herodotus Lib. 1. hoc ipsis vnum præter cæteros homines, in more positum esse peculiari, vt à matribus nomina sibi induant: Et si quis obuium percunctetur, quisnam sit, quali familia ortus, à matribus auiisque protinus suum repetit genus. Demus verò, maritorum honore Gallicas erigi coniuges, aut communes natos paterna nobilitate satis supérque decorari: Haud ideò tamen inducitur vtriusque confusio patrimonij, paterni & materni inuicem disparatorum, nec simili nobilium paternorum iure, sortè ac conditione, sunt plebeia materna inter liberos diuidunda. ï. §. 252. Sicuti Rom. pater habebat testamenti factionem suo filiíque nomine impuberis, vt paternæ pupillaréque tabulæ pro vno ducerentur supremo elogio, quoad solennia Testamentorum. Vlpian. l. patris & filij De vulg. & pupill. At non idcirco vtraque miscebatur hæreditas, sed remota paterna, liberum fuit pupillarem amplecti. Vt vult Terentius Clemens Lib. 4. ad Leg. Iul. & Pap. l. Si is qui, & Marcellus l. quæsitum De acquir. hæred. Quò probabilior maternarum opum separatio à paternis, inter liberos primigeniorum iura captantes? Ad ea autem replicat natu grandior, Legis patriæ verbis sufficere videri, filiam ab vno patre nobili dotem cœpisse, vt eius mox repudiantis, vel exclusæ portio ambarum hæreditatum accedat fratri natu maiori. d. §. 247. Verùm id Lex Prouincialis statuit exemplo duntaxat paterni officij in elocanda filia pro more patrumfam., non ad confundendam vtriusque parentis in bona successionem. Itaque Senatus, consilio commissam quæstionem (3. Nonas Iulias. 1572.) decidit vltimo iudicio Pridie Kalend. Martias Ann. 1573. secundùm Renat. *de Cyral*, pro quo egeram, aduersus Ambrosium *de Cyral*. protogenium, appellantem à Cenomano Proprætore, cuius partes Auberius collega noster strenuè propugnarat. Ita variè in Gallia, pro cuiusque Ritu Municipij, de statu pronuntiatur ignobilis mulierculæ, quæ illustri viro coniugij pignore deuincta sit. Id quod vetusta etiam in Senatu Actio forensis arguit perspicuè Decimo quarto Kalend. Ianuar. Ann. 1584. in hunc modum. *Per Magist. O. de Molinis pro quodam, Colino, Trecensi, marito Gilletæ, contra Cauartum, qui erat pro vxore defuncti Joh. de Chauanges, fratris d. Gilletæ, fuit allegata Consuetudo, quòd maritus nobilis nobilitat vxorem ignobilem: Ita quòd vxor ignobilis, defuncto nobili marito, potest capere mobilia, & soluere debita, vel renunciare, si vult, ac si esset nobilis. Et idem seruatur in Francia, maximè Parisiis, & in Vicecomitatu, scilicet quòd potest renunciare, sed non acceptare.* Ex Lib. Actorum Curiæ collectaneo, quem Rogerius Barma in Senatu Præses accuratè concinnatum perscriptúmque, domi adseruabat. Ast Campanorum de his Morum chirographo exemplari puriùs ita definitum est. *Se Nobles hom prent Bourgoise, elle a autel droict come Gentilfemme*

Apud Locros quoq; Lycios, nobilitas ex mulieribus erat, non ex viris. Teste Polybio Megalopolitano, Lib. Hist. 11.

Die 1. Iulij an. 1572. Arestum Curiæ die vlt. Februar. 1573.

Die 19. Dec. an. 1584.

Roger. Barma, Curiæ Præses an. 1523.

Ex antiquo Lib. manuscripto Campanar. Consuetud.

de

de pere Muebles & Daux, come de quiter les Muebles & les Daux. Ce fu rapporté pour Damie Marie fille Guichart de la Porte, femme Erat de Pointeluille, contre Madame de Andelot seur aud. Erart. A ce iugier furent Meßiro Jehan de Ionuille Seneschaux de Champagne, Meßire Iehans Sire de Chappes, &c. Encores vse len en Champag., que se noble fame prent home de pote à mari, li Sires de qui ele tient de Fié, ne le prent à homage, se il ne vvelt, & se la Damoiselle a hoir, apres son decept, il sont desheritez, & li Sires prent tout le Fié en son demaine: Por ce que li enfens suient la pieur condition, & conuient qu'il soient taillables & de main morte, se le pere en estoit, ou il conuient qu'il quictent toute la descenduë de leur pere.

huæ temporibus Comitum Campaniæ vitate, ita dictim adnotabantur.

Cap. 63.

Oultre les Seigneurs dessud. y a aud. Pays aucuns autres Seigneurs, qui ne sont Comtes, Vicomtes, Barons, ne Chastellains, qui ont Chasteaux, Forteresses, grosses maisons, places qui sont parties des Comtez, Vicomtez, Baronnies, ou Chastellenies dessd. Pays, & telz s'appellent Bacheliers: Et ont bien autelle & semblable Iustice, comme ont ceux dont ils sont partis, & en sont fondez par Loy & Coustume du pays. Ainsi qu'il sera touché cy dessoubs plus à plain en la matiere des Paraiges.

1. VLTRA PRÆDICTOS MAGNATES, EXISTVNT IN ANDIBVS DYNASTÆ NONNVLLI, HAVD COMITES QVIDEM IPSI, PROCOMITES, BARONES, NEC CASTELLANI: SED QVI ARCES HABENT, TVRRES, ÆDESQVE PRÆVALIDAS AC MVNITISSIMAS, QVÆ EX COMITATVVM VELVT CORPORE MEMBRA DECERPTA SVNT; AVT PROCOMITATVVM, BARONIARVM, VEL CASTELLANIARVM EIVSDEM PROVINCIOLÆ. TALES DOMINI VOCANTVR *Baccelarij* SEV *Bachelieri*, ET PARI CVM SVÆ GENTIS AVCTORIBVS IVRISDICTIONI PRÆSVNT: EO NIMIRVM IVRE PRÆDITI EX PATRIIS MVNICIPVM NOSTRORVM MORIBVS AC INSTITVTIS. QVEMADMODVM LATIVS INFRA DICETVR IN TRACTATIONE *Paragiorum.*

Quos Andium Lex *Parageurs*, Pictonica vocat *Chemiers*, Capita familiæ: Quos & illa *Parageaux*, hæc dicit *Parageurs puisnez, partprenans, tenans en parage ou parriment.* Artic. 125. Hinc Dn. de Sanzayo, apud Pictones, Comitis sibi titulos sumit tanquam seriatim ortus ex Arnaldo iuniore filio Albonis Pictonum Comitis, qui fuit tempore Karoli Mag & Arnaldū secūdogenitum suum dedit maritum Ianæ filiæ Radulphi Dom. de Sanzayo Die 30. Iulian. 803. ita, vt hanc ditionem teneret sine homagio & cū omni dignitate & honore Vt in charta eius matrimonij legi. Huc spectat artic. 140. Picton. Cōsuet. de pari auctoritate *Parageur & Chemiers.*

FVERE quondam Baccelarij milites, *Bacheliers*, Regij corporis stipatores: quorum meminêre passim Leges VVisigothorum, & Glossematarius τῶν Βασιλικῶν. Nisi mallis Bacelarios à Buccellariis deducere, equitibus cataphractis, qui Magistro militum suberant. De his expressim Leo & Anthemius Cæss., l. omnibus Ad L. Iul. de vi. Eosdem Buccellarios per ciuitates haberi prohibitum est. Imperiali leg. vlt. De excoct. milit. anno. Lib. 12. Buccellatum vtique frumentum capere solitos milites suos, testatur Constantinus August. l. 1. De erogat. milit. annon. Lib. 12. Tale frumentum intelligo ad vsus diututnitatem excoctum, à buccea, quod est frumentum pa-

Baccelariorum nomen penè exoleuit apud Andes, vti & in Britania citeriori. Teste Argentræo in suo Opere *Du Partage des Nobles de Bretaigne.*

nis. Ex Ammiano Marcell. Lib. 17. Ab huius bucellati panis excoctione, qui militibus parabatur, nullus planè erat immunis. Neque hinc longè discedit *Baccelarij* interpretatio, apud Frossartem Historiographum, qui inter gregarios penè militum genus hoc numerauit, nec Comitibus aut Ducibus conferendum. Nam ita, *Les Cheualiers*, inquit, *du Conseil du Comte de Pennebroth brisserent son desir d'aller auec Messire Jeh. Chandos Seneschal de Poictou faire courses en Aniou, & luy dirent, Si vous vaut mieux, que vous (qui estes vn grand Seigneur, & de haute extraction) faciez vostre faict à part, & laissiez faire le sien à Messire Iehan Chandos, qui n'est qu'vn Bachelier, au regard de vous.* Vol. 1. cap. 270.

De Bachelieriis vasallis, seu Buccellariis vide lib. 3. de Doman. Franc. Tit. 16. art. 13. Sic olim Ioh. *des Roches*, maritus Lanæ *de Beaupreau*, dictus *est double bachelier, & le premier des Bacheliers d'Anion*, sub an. 1400.

Is patrem habuit Gaufridum, *Seign. de Roches*, & matrem Robertam *de la Haye.*

Frossart. Hist. lib. 1. cap. 29. *Si ordonna le Roy d'Angleterre, dix Cheualiers bannerets, & 40 autres Cheualiers, et unes Bacheliers l'an 1336.* Idem lib. 3. *Le Comte de Foix, dist à la Princesse de Galle, Duchesse d'Aquitaine, Madame, ie suis vn petit homme, & petit Bachelier; mais le den que vous me demandez, s'il ne vaut plus de soixante mil francs, ie le vous donne.*

Ditionis parte alienata in filiam sororamue Paragij titulo, non fit deuolutio feudi ad superiorem Dominum directum §. 201. Andeg. Consuet. Quid si filia maxima (quæ iure primigeniorũ deficientiũ vtitur apud Andes) dederit sorori partem feudi sine retentione fidei, an istud quasi Paragium impediat feudi deuolutionem, *despie de fief?* Puto quòd non, quia lex paragii sic habet, *quant Gentilhomme marie sa fille, ou sa sœur, &c.* § 214. Andeg. Consuet. Alij, contrà, opinantur, quia masculinũ, &c. Sed in Statutis, & in exorbitanti Paragio, non idem.

At maiorum nostrorum ætate, *Baccelarij* Francici eò ampliorem obtinuêre militaris Dignitatis gradum, quò illustriori natalium fulgore inclaruerunt. Vt patet hoc artic. 63. Andegau. Consuet. Erant quippe ex Comitum *Baronúmve* stemmate prognati, & quùm opibus auctoritatéque valerent, Militaria signa efferre à Regibus permittebantur. Inde *Bacheliers*, quibusdam dicti *Bannerets ou portans Banniere en Ost ou Cheuaucherie.* Huc referri potest. Frossarti locus de expugnatis ab Anglo milite suburbiis Brageraci Petrocoriorum optidi an. 1344. (Hist. Volum. 1. cap. 104.) ibi, *là ne se pouuoit Cheualerie ne Bachelerie celer.* Eodem ferè sensu accipitur Butelerij dictum hoc, in *Summa Rurali*, *Il aduint que vn Bachelier estoit hors du pays en Cheuauchie d'armes, s'il luy escheit vn heritage auant qu'il peust reuenir de la Cheuauchie, & mourust: son hoir demanda à auoir par restitution à iceluy temps, que auoir peust son Predecesseur, ledit heritage, Sachies que auoir le doit, ainsi comme auroit vn pupille: par priuilege des Gensdarmes*, Cap. *Des Pupilles.* Itaque *Baccelarius* militibus competunt militaria *feuda*, & Iurisdictiones insignes (de quibus Lex Andium) vtî Equitibus olim Equestria *Feuda*, quorum mentio habetur in Gallico Volum. *Des Assises & des Vsages, & des Plais de la haute Cort dou Reiaume de Jerusalem.* Tit. *Des Fiefs*, clausula ista, *Si n'y a que deux fies en l'heritage entre filles, l'aisnee en choisira l'vn, les autres partiront l'autre, se il est de pluisors Cheualeries: Et se il n'est que d'vne Cheualerie, l'aisnee de cele qui deust le fie partir, se il fust de plus d'vne Cheualerie, l'aura tout.* Qualia Equitum *feuda* generosi soli verèque nobiles possidebant, æquè ac feuda *Baccelariorum*, qui natalitio Procerum auorum decore illustrantur. Sic fermè solebant ciuitatis Romanæ præclari viri dicere, cùm maiorum Imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi: scilicet non ceram illam, neque figuram, tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum, eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque priùs sedari, quàm virtus eorum famam, splendorémque domesticum adæquasset. Inter Hebræos pariter, Philo ait, Gentilitatem non sanguine solo estimari apud Veritatem Iudicem, sed factis

P. Scipio, apud Salust. in Bel. Iugurth.

Alioquin generis initia clara posteris relinquere, ipsum præstat, quàm à maioribus accepta, fœdis moribus contaminare. Herodiani Lib. 4.

ctis ſtudiiſque ſimilibus. Hæc lex, communis eſto mortalium omnium, ne quis virtutis expers, claro genere, auitiſq; Stemmatis magnopere ſibi placeat. In propoſito itidem, vtrumque hoc Francorum Legibus antiquis præſcriptum ita comperio, *Se aucuns homs eſtoit Cheualiers, & ne fuſt pas Gentix homs de lignage ne de Paiage, tout le fuſt il de par la mere, ſi ne le porroit il eſtre par droit, ains le porroit penre li Rois ou li Baronsen cui Chaſtellerie ce ſeroit, & par deſſus j. Fumier trenchier ſes Eſperons: Et ce ſeroit li Muebles à celuj en cui Chaſtelerie ce ſeroit. Car li Vſages ne dõne mie que Fame frãchiſe Home, mais li Homs frãchiſt la Fame. Car ſe vns Homs de grant linaige prent la fille à vn Vilain à fame, ſi enfans pourroient bien eſtre Cheualier par droit, ſe il vouloient.* Ex Codice manu ſic inſcripto, *Ci comancent li é Statu dou Reyaume de France*, Cap. *De Iuis & de Cheualerie.* Fofu Iud. De Nobilitate.

CÆTERVM ſi Princeps plebeium, cinxerit Equitem primarij
3. ſui Ordinis, ambigitur, cúmne idcirco perpetua nobilitate cenſeatur donaſſe. Nouo Equiti opponetur reticentia ignobilis natiuæ conditionis, quam Rex ſi caluiſſet, credibile erat, Equeſtri illum cingulo non fuiſſe ornatutum. Vt indicat Ludoui. 11. Sanctio inſtitutióque regiorum Equitum diui Michaëlis, edita Kal. Sextilibus An. 1469. Artic. 1. in hæc verba, *Et premierement auons ordonné & ordonnons, que en ce preſent Ordre aura. 36. Cheualiers Gentilshommes de noms & d'Armes ſans reproche, dont nous ſerons l'vn, Chef & ſouuerain en noſtre vie, & apres noz ſucceſſeurs Rois de France, & leſquelz freres & compagnons de l'Ordre à l'entree d'iceluy ſeront tenuz delaiſſer tout autre Ordre, &c.* Eóque fortiùs, illuſtri ortum familia eſſe expedit quiſquis in Equeſtrem Militiam Almi Spiritus titulo adſciſcatur à Regibus noſtris. Nam Erricus. 3. piæ huius Militiæ auctor edixit, *que les Commandeurs & Cheualiers de ceſt Ordre ſoyent Gentilz hommes de 3. races.* Articl. 15. Conſtitutionum militaris Ordinis S. Spiritus, quas idem Princeps Capitibus. 87. digeſtas abſoluit Decemb. Menſe An. 1578. Itaque ſi minùs nobilis, tacita ſuppreſſáque natiua ſorte, cœperit Equeſtre baltheum Regio munere, vulgò dicetur Principi obrepſiſſe. Ad hæc, Francicis Moribus in irritum recidunt nouę Nobilitatis Codicilli, niſi à Magiſtris Ratiociniorum Pariſien. comprobentur. Nos tamen ex facto huiuſmodi reſpondimus, quemcunque Princeps aureo torque & enſe donauerit, nobilem factum videri, adeóque nobilitatis decoratum Inſignibus, vt eiuſce poſteri deinceps, iure velit hæreditatem tranſmiſſorio, referantur in claſſem generoſorum hominum atque illuſtrium. Per enim abſurdũ foret, Regios fratres armorúmque ſocios haudquaquam nobilitari præclaro iſto Equeſtris militiæ conſortio. Sicuti enim Patritiatus (lege Iuſtiniani) nobilitatem confert ingentéſque alias prærogatiuas: ita fraternitas ſocietáſque priuatorum Equitum cum Rege commilitone, maculam eluit priſtinæ conditionis ſordidæ, aut humilioris, illóſque ingenuitati ac natalibus reſtituit: vt ho-

Ordinatio regia Die. 1. Auguſti An. 1469. apud Amboſiam facta, De auratis Equitibus Ordinis S. Michaelis.

Liure imprimé des Statuts & Ordonnan. des Cheualiers & Militie de l'Ordre du S. Eſprit.

Huius Ordinis Magiſter eſt Rex Galliæ: Cardinales, Prælati, Præceptores & Officiarii omnes huius Ordinis habent priuilegium fori in Requeſtis Palatij, & cætera priuilegia quæ Domeſtici Aulæ regiæ: exempti ſunt Banno & Retrobanno, rachatu, laudimiis, & reliquis commodis feudalibus Regi debitis: Nec eorum omnia ſtipendia ac reditus pignerari aut apprehendi poſſunt, niſi in cauſam emptionis armorum & equorum.

Tanta affinitate Senatorius Ordo cum

Equestri iunctus fuit Romæ, vt C. Gracchus Tiberij frater, ac non multò pòst Liuius Drusus Tribunus plebis. vtrumque confundere statuerint. Neque enim modò gradum aliquē post clarissimos Consules obtinebāt Equites (teste Cic. pro A. Cluentio) sed & ordini Senatorio dignitate proximi existebant.

nore afficiantur quos Rex honoratos voluerit. Nouella Constitut. 81. l. vlt. Cod. De Consulibus. §. sed ex constitutione Instit. Quib. modis patr. potest. Senatores clari nobilesque habentur hoc ipso, quòd pars corporis Principis esse fingantur Iure dicundo. Decis. Gratianopol. 376. Tantò firmiùs eiusdem fratres ac commilitones fraterna iura consequentur. Argum. l. vlt. De proxim. sacr. scrin. Lib. 12. Cod. l. vlt. Cod. De excus. tut. l. Iurisperitos qui in consilium Principis assumuntur. ff. eod. Tit. Imò nec solis Militibus priuilegia irrogantur lege Quiritum, sed & Militum comitibus, administris, adiutoribus, qui ipsis quoquomodò Militiæque vsui esse possint. Responso Pauli l. C., l. inter eos. §. militum medici Ex quibus caus. maior. l. post liminium. §. vlt. De captiu. l. 1. & 2. C. De vxor. milit. Quamuis autem gentilitiæ Nobilitatis probatio S. Consultis sumatur tantùm ex aui nostri statu ac conditione; tamen quoad immunitatem plebeiarum Indictionum, altiùs petitur nobilitas, iam inde à proauo scilicet, nedum ex auito vitæ genere ac instituto. Quippe quùm tres gradatim Maiores suos ciere debeat is qui Natalibus conspicuum se esse contendit. Vt Curia Vectigalium Sententiis decreuit innumeris, ex Cęsarea leg. 1. De dignit. Lib. 12. Cod. At in reliquis faciliorem patere Nobilitatis probandæ viam, arguit S. C. vetus in Parlam. octauæ Purificationis B. Mariæ. An. 1261. hac verborum nuncupatione, *Inquesta facta de mandato domini Regis per M. Robertum Cocum & per Thomam dictum Tellier, ad sciendum, vtrū Petrus dictus Arismones sit de tali genere, quòd possit & debeat esse miles. Quia fuit sufficienter probatum, quòd Iohannes de Champagnes auus ipsius fuit miles, voluit Consilium domini Regis, quòd iste Petrus remaneret miles.* Ex antiquo Regesto Curiæ, Fol. 27.

Curiæ Francicæ Placitum vetustiss.

In Vers. Andeg. Leg. 63. *Et ont bien ayteille & semblable Iustice, comme ont ceux dont ilz sont partiz.*

Terram & Mare (ait hęc) diuiditis, & filij: Matrem iam occidite, & dimidiam vterque apud se sepeliat, vt ego quoque inter vos cum Mari & Terra, diuidar.

Commercy, Terre & Seigneurie souueraine, descendue de Iehan & Sanson de Sarrebruche. Damoiseaux de Commercy, nepueu; de Iehan Quens de Sarrebruche, qui bailla à ses subiectz de Commercy la Charte de leurs Coustumes le 2. Feb. 1324. Aud. Iehan nepueu, le Duc de Lorraine à Sanson, a succedé le S. de la Rochegueyon.

Absonum planè videtur. Baroniam à Baroniæ feudo moueri aut in aliud Baroniæ corpus distrahi & discerpi. Sed hoc, vel antiquo ex Paragio procedit, vel Baronum conuentione Vt. i. §. 215. Vers. *s'il ne luy a esté expressemēt transporté.* Putà, Baro Turris-landricæ in Andibus, cliens est Baro-

Minores natu, qui à *Baronibus* ortum deducunt, æqualem ipsis habent Iurisdictionem: non quòd Baronatus *feudum* honorariæque prærogatiuæ sectioni obnoxiæ sint, quas Andium Mos insecabiles sanxit, sed vt dictionibus è Baronatu decerptis simile inesse Iurisdictionis exercitium intelligamus. *Feudisticæ* quidem Constitutiones prodeūt, illustriorum *feuda* Dignitatū lege eximi partitionis inter hęredes. §. Præterea Ducatus De prohib. feud. alien. per Frider. Id quod Antonini & Getæ Cæss. fratrum, diuiso Imperio, mater indicauit elogio subtristi, apud Herodianum Lib. 4. Ast indiuiduum *Baronæ* ius pertinet duntaxat ad titulum Insigniáque *Feudariæ* dignitatis, non ad eius latifundia, Oppida nempe, Arces, & reliqua id genus: quæ iunioribus liberis possunt adsignari parili iure (*en parage*) nec dispari Iurisdictionis fructu ac emoluméto. Curtius in Tract. Feud. Argum. Cap. omnes Si de feud. fuer. controu. Eò spectat quod Bartol. (ad l. inter tutores ff. De administ. tut.) refert, duo Castra beneficiario Comitatus iure vniformi concessa, & tamen Comitis liberos inter ipsos diuisa fuisse, quoad regimen eorum & administrationem. Inde processit communis æquáque fermè *Commercy* dominatus

dominatus ſummi poſſeſſio inter ſucceſſores Comitis Sarbruchei, Lotharingum Ducem, & Rupiſ-Guidonis Comitem. Sic penè indiuiſim huiuſce Rupiſ-Guidon. iura multa exercentur vtroq; Comitis nomine, Longeuillani Ducis, qui Comitatus trientem ſibi aſſerit. Ita Sueſſionum Comitatu potiti Aurelianenſis, & Borbonius Proceres regij, ab vetuſta filiarum hæreditate Couciaci toparchæ: de quo Nos alibi. Verùm vnius patris hæredes inter fratres, ſolidus integérque vni debetur grandiori Comitatum titulus, aut Baronatuum (ſalua aliis fructuariæ cuiuſdam perceptionis ipſorum communicatione, pro Municipali hoc More & inſtituto. Atque eo ſenſu interpretari debemus, ni fallor, conciliaréque Articulum. 215. cum hoc. §. 63. Andeg. Conſuet. Illo enim diſtrictè cauetur, *Que celluy qui tient en Parage, ſil eſt party de Comte, Vicomte, ou Baronnie, ne peut pas demander ne auoir ſur ſes ſubiectz les droictz & prærogatiues qui appartiennent au Comte, Vicomte, ou Baron, s'il ne luy eſt expreſsément tranſporté, &c.* Sepoſitis igitur taliũ *Feudorum* Notis inſignioribus ac honorificis, ita partiri licet vnius prædia Baronatus inter liberos, vt nonnulla iuniori cedant, eadem, qua, primigenio, *Feudaria* poteſtate ac Iuridica: Præſertim ſi nulla alia hæreditatis bona ſuppetant, quæ ſecundogenitis pro ſuo iure tribuantur. §. 278. Andeg. Leg. Atq; is *Paragij* titulus eſt, quo, *feudi* pars minor à fratribus natu minoribus eorumve poſteris ſic poſſidetur, vt antiquiori fratri maioré partem retinenti nec fidelitatem debeant eo nomine, nec *hominium*: Quippe qui pari ſimul iure ſtirpis ac titulo paternæ auitæve hæreditatis id obtineant, dummodò intra quartum Genealogiæ gradum cõtineantur ĩ §. 213. Illud modò dubitationem recipit, quòd ſplendidis orta Natalibus Vidua, quæ tertium *Paragij* gradum ſeriemque complexa ſit, plebeium ſibi virum connubio ſociarit, ideóne *Paragij* beneficio excidiſſe credatur; Compertum eſt vtique, claram ſtirpe mulierem, ab imparibus nuptiis, *Paragio* lege mulctari Andegaua, (§. 212. 214.) ob idque, ignobilem ipſius maritum adire cõpelli vxoriæ familiæ principem, & vnà cum fidelitatis ſponſione, ab illo feudale beneficium redimere. Iuxta §. 218. 220. eiuſdem Conſuet. Quemadmodùm accuratiùs traditum eſt à Nobis. ĩ. Lib. 2. Diuerſa enim generoſæ fœminæ conditio eſt, ignobili viro nuptæ, ab ea quæ generi ſuo comparem maritum ſortita ſit. §. 242. &. 301. Andegauen. Morum. Illa quippe Nobilium albo expungitur, quæ natalitia ſorte obſcuro homini enupſerit. l. fœminæ. ff. De Senat. l. cùm te Cod. De nupt. l. vlt. Cod. de incol. Lib. 10. Ecquid iam, quæſo, de illuſtri mulieris huiuſce filio, quam anteriore ex coniugio ſuſtulerit? Nûm is, fato functa matre, quartum intra gradum *Paragij*, eximetur clientelari in patronum ſacramento? Ita quidem videbatur ſpecie ipſa prima: quùm muliebris leuitas maternarum nuptiarum minimè tenebras offuderit natalitio filij ſplendoꝛ ac Nobilitati? quæ à rerum natura, genere, Ciuitate, ipſi tributa,

nis *de Vihers, tenant auſſi noblement que ſon Seigneur, & auec pareil droict d'auoir 4. Pilliers en ſa Iuſtice patibulaire & droictz de Baronie telz que les tient le Barõ de Vihers du Comte d'Anion.* Vt pacto agnouit Hugo Vicecomes Thoarcii *Sire de Mauleon & de Vihers l'an. 1199. Guy Vicomte de Thouars Sire de Vihers l'an. 1293. Thibaut de Rochefort l'an 1343. duquel Marie de Rochefort fille fut mariée au Sieur de Criché Tourpin, dernier lad. tẽps Sieur de Vihers.*

Verſ. *hors ſi quart de gré.*

De nobili fœmina ſecundò nubente quo retuatur.

L'Hommage, & Rachapt, par Parage failly. Tit. De iure Paragij, Artic. 6.

Aliter, ſi nobilis fœmina, à patre, fratreuè, in matrimonium collocata ſit ignobili, cum Paragio tamen. Iſtud enim tunc non deperit, in tem ſeu commodum fratris, eiuſvè poſterorum. quamuis de domino ſuperiori, ſecus, *comme pretendant la diuiſe*, immediatè *par*

Digitized by Google

desfaite de Fief à faute de vray Parage. Vt Nos supra. §. 61. Hic autem vidua est, quæ suopte nutu tenupsit ignobili, nec parentũ auctoritate. Eoque Paragiũ amittit omnino.

manere debeat incolumis. Alpheni elogio, l. 3. ff. De interd. & rel. leg. Subnecte his Andium Constitutionem. 252. Cenomanam. 270. & Pictonicam. 286. Qua Constitutione, nobilis matris hæreditas, impari licet viro coniugatæ, nobiliter herciscitur suos inter hæredes. Nihilo tamen secius reor, maternum *Paragij* titulum, semel amissum extinctúmque, non restitui. cita. §. 218. 220. Quò spectat ratio Leg. qui res. §. ream. ff. De solut. l. si vnus. §. pactus. ff. De pact. l. si pro patre. §. penult. ff. De in rem ver. Ac multò minùs intermortuum ius istud exuscitabitur filij gratia hæredis, qui factum defunctæ præstare teneatur. l. si ab eo Cod. De liber. caus. Demus item, liberos ab Equestris Ordinis patre Nobilitatem repetere solitos, non, materna ab gente vel stirpe. l. 1. De dignit. Lib. 12. Cod. Haud ideo certè, materna prædia, quæ, soluto ex ignobili affinitate *Paragio* statum mutarint, pristinam in causam reuocantur, quòd, sublata è medio Matre, liberi hæredes antiqua familiæ decora retineant. Nam discreta sunt inuicem parentis vtriusque patrimonia, distinctéque ad singulorum hæredes transeunt cum sua causa, onere, ac conditione. Quandoquidem Gallica *feuda*, in rem veriùs quàm in personam concepta sunt, ceu prædiariæ quædam seruitutes. His accedit, quòd singulari eximióque *Paragij* fauore, iusta clientum in patronos obsequia diutinum in tempus relaxentur, aut interquiescãt. Cuiusmodi ad clientelæ munia, quæ Iure nostro communi prodita sunt, fauorabilior datur regressus, amoto temporariæ illius clientum immunitatis obstaculo. Ex sententia l. eius militis. §. militia missus. ff. De testam. milit. Cæteroquin patriis Moribus peruulgatum est, talem clientelarium munerum vacationem honorario *Paragij* nomine, intra statos Genesis Nobilium gradus, cõtineri.

Apud Normanos tamen, *si le Fief parager vendu à vn estrange, est retiré à droict de lignage par aucun des descendans des parageres estans dedans le sixiesme degré, en ce cas led. Fief vidu retombe en tenure par parage.* Idem *si le vendeur reconure fond. Fief par remeré, ou rescision de contract* Secus, si noua emptione Art. 135. 136. Cõsuet. Norman.

Facilius tollitur Priuilegium, quam Ius commune.

L'an 1437. le sieur de Commercy fit hommage de sa terre de Commercy (hors la ville & Chastel) l'an Roy à cause de Vitry en Champagne. L'an 1440. par accord faict auec le Roy sur plusieurs excez & crimes par luy commis contre les sujects du Roy, il fit obeissance au Roy de son Chastel & ville de Commercy l'an 1485. hommage de tout l'an 1498. Idem *l'an 1514. hommage faict au Roy François. Toutesfois au Liure 2. de Monstrelet fol. 84. se trouue que l'an 1434. le Duc de Bar René fit assieger la ville & forteresse de Commercy au pays de Barrois, en intention de la subiuguer, pour aucune obeissance que led. Duc disoit luy deuoir estre faicte par ledit sieur de Commercy: Mais en fin par le moyen du Connestable de France fust l'accord faict entre les parties, par lequel ledit de Commercy promit faire toute obeissance à icelluy Duc de Bar. Aussi vn sieur Comte de Sarrebruche tuniren l'an 1370. bailla par eschange au Roy Vaucouleurs en Barrois, & presens du Roy en contr'eschange la seigneurie que le Roy auoit des Villages de Villefeneux & Soudrõ appartenãs à present à Monsieur de la Rochepot descendu des Comtes de Sarrebruche auec les droicts de iurse & de taille annuelle, & que le Roy prenoit sur les habitans desdicts Villages. Simon de Sarrebruche fondateur de l'Eglise Canoniale de Cõmercy: Aucuns villages de ladite Seigneurie de Commercy par composition ancienne des Comtes de Sarrebruche seigneurs de Cõmercy respondẽt en Iustice par ressort au Baillage de Vitry pour leur bienseance & commodité, mais non la ville & Chastel de Commercy ny autres villages proches. Ne aussi aucuns desdits Villages ne payent tailles ny aydes à la France. Ioinct que les anciens Seigneurs, qui estoient Comtes de Sarrebruche estoient Imperiaux, & ne tenoient que de l'Empire, à cause de la ville Imperiale de Metz, & depuis Luxembourg.*

§. 169. 281. 282. Norman. Leg.

HAVD aliter in Neustria ferè, primigenius magnam sibi partem § aufert ex paternorum *feudorum* hæreditate præcipuo iure, nimirum bessem: cæteris omnibus triens relinquitur, isque *Paragij* titulo dicitur occupari. Nam in *feudi* successione pares sunt, quamuis senior ampliorum partem capiat: sed alij, pari cum ipso iurè & æquè nobili detinent, ac prosapia generéque pares existunt. Eo tamen Iure constitutũ est, vt iunior, *Paragij* nomine, *feudum* suum maiori acceptum ferat, ad sextum vsque agnationis gradum. Posteriores enim tenentur in senioris verba iurare clientelari officio, ac tum quidem non *Paragij*, sed *Homagij* nomine possident. Art. 128. 129. Normanicæ

Andium Lege. 177. quum nobilis primogenitus dederit fratribus tertiam hæreditariorum fundorum partem, eámque renuant isti, possunt hi diligere alterã è duabus alijs

nicæ Conſuet. Vnde & minor natu, quandiu fiduciaria *Paragij* lege tenet beneficiariam Ditionem, nulli clientelæ oneri ſubiicitur. Vt priſco Gallorum Vſu receptum fuit, hac ſcriptura. *Nums qui tient en Parage, ne met rien en Roncin de ſeruiſe, ne en nul Rachat, ne en nul ſeruiſe que cil face de qui il tient en Paraige, au chief Seignor, ſe ce n'eſt en ſes loyaux Aydes.* Cap. 74. Gallici Volum. *Ci comancent li Eſtabliſſement le Roj de France ſelon l'vſage de Chaſtellet de Paris, & d'Orliens & de Baronnie.* Hinc excipe caſum animaduerſione dignum, quo, fiduciarius talis poſſeſſor clientelari munere deuinctus eſt Domino ſuperiori, non, ſuæ ſtirpis maximo. In vetuſtis Miſcellaneis Morum Francicorum, quę ſic recitantur. *Se aucuns homs tenoit en Parage d'vn autre, & cil de qui il tendroit, fuſt ſous & vandiſt ſa terre: & li autres veniſt au Seignor dou Fie, & li deiſt, Sire, cil de cui ie taing en Parage, vant ſa terre & ce qu'il a: Ie vos requier, que vos le faitez atermer, Cil puet dire à l'autre, biaus amis, vos vandez ce que voz auez, ie ne voy mie que vos le puiſies vandre, ains vueil que vos enterinez à moj garir, ou vos me baillies tant de ce que vos auez, que ie en puiſſe rendre le ſeruiſe. Et ſe li autres veut vandre, il ne laira pas à vandre por ſun aparegeor: Mais il li baillera tant de ſa terre, qu'il en puiſſe faire lou ſeruice à celuy à qui il fera la foy. Et einſi doit l'en eſgarder lou domache qu'il y aura ſelonc la grandor dou Fie, & dou ſeruice feire, & en l'obeiſſance au Seignor, dons & autres choſes.* Cap. 124. Lib. ſuprà relati, *Ci comancent &c.* In Andibus porrò, Cenomanis, Turonibus longè aliud cuſtoditur, nec, alienante primigenio, iuniorum pars beneficiaria, quam *Paragij* nomine poſſident, priſtinam immutat *Paragij* ipſius conditionem: Quò poſſeſſores iſti *hominium* cuiquam præſtare compellantur. Art. 219. Andeg. 234. Cenom. & 131. Turonicæ Conſuet. Aſt ſi, vice verſa, ſecũdonati, portiunculas ſuas cuiquam diſtrahant, ilico ſoluitur *Paragium*. Præd. Art. 219. & duob. ſeq. Quod Cenomanis pariter, Turonũmque in finibus vulgò vſurpatur, cit. §. 234. 235. 236. Cenoman. & 131. Turonic. Moris. Vtramque nunc iungamus facti ſpeciem, & vtrinque abalienatum viciſſim *Feudum* totum effingamus: Eonè caſu, amborum feudale beneficium ad ſuperiorem patronum deuoluetur? An verò iuniores ſingularem protogenij ſucceſſorem agnoſcent, nudè puréque dominum fundi dominantis? Mea fert opinio, non tãtùm iſtîc *Paragij* ius exinanitum, ſed feudum quoque ſolidum in membra diſcerptum, exinde vetuſtam denuò maioris Domini clientelam ſubire, ſemoto intermedij *Feudi* impedimento. Exprompta ratione Iulij Pauli, in l. penult. §. Latinus. ff. De except. rei iudic. l. debitor ſub pignore D. Ad S. C. Trebel. Quod nãque eximio agnationis fauore poſteris indultum eſt antiqui clientis, id, deficiente illo, non communicatur extraneis, nouiſque prædij poſſeſſoribus beneficiarij, l. cui eorum. §. affinitates. ff. De poſtul. l. ſed hoc ita. ff. De re iudic. Quoties rurſum actus quidam, vel obligatio eum in caſum incidit, abs quo incipere nequiit, tunc prorſus extinguitur. l. pluribus. §. vlt. ff. De verb. oblig. l. quia in eum D. ad leg.

partibus à primogenito retentis. Quid ſi iuniorum alterpartem à primogenito oblatam acceptet, alter reſpuat; Putò, Iudicem hoc caſu interloqui de rerũ æſtimatione debere, vt cognoſcat, vter iuſtius acceptarit, aut recuſarit.

Paraglum, quaſi adæquatio hæreditatum.

Li eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtelet de Paris, & d'Orliens & de ſurenit

In Normania quoque, *le ſieffort de Parage, & doit hommage, quant il tombe en main d'autres qui ne ſont parageis, ou lauri deſendãs, encores qu'ils ſoient parnes.* §. 233. Norm. Conſuet.

Deſſie de Fief.

Aquil. In Pictonibus tamen, stirpis maximo suam *feudi* partem diuendente, transeunt ad emptorem clientelaria iura & obsequia natu minorum. §. 129. Pictauen. Consuet. Ætiologia est, quòd inibi, cessante etiam *Paragij* causa, liberior cuique maneat *feudorum* dispositio, nec, membratim discerpta isthæc, proximi domini clientelam exuant, superioríq; in patrocinium reuoluantur. §. 107. eiusd. Leg. Municip.

Vers. *Et le partprenant & parmettant vient par commettan & légue vsance, & ne change par transport, ne sante de lignage.*

HÆC autem omnia rarò procedunt in fœminarum *Paragio*, quod nummaria solùm dote constituitur à patre nobili identidem, vel leui quopiam munusculo nuptiali. §. 241. 244. Et Cenoman. Legis Artic. 258. 261. Exin filia dotata summouetur hæreditate parentis, donec liberi mares extabunt, seu Flacci versu, domi si gnatus erit fœcundáque coniunx. cit. §. Et quid verò de dote paterno testamento dicta innuptæ puellæ, ac solùm designata? faciétne ea Consuetudini locum hæreditatum excluforiæ, quasi filiam pater ipse dotatam elocarit? Ita videtur primo intuitu, quùm paria sint, alicui filiam à patre desponderi, vel paterno destinari testamento. Inquit Paulus l. C., Sentent. Lib. 2. l. non est De rit. nupt. Et Ælius Martianus Lib. 10. Institution. l. qui pupillam De Adulter. Talis namque assignatio dotis, quoad Paternum officium, habetur pro iusto ac integro filiæ Patrimonio. Ex ratione Domitij Labeonis, l. mulier. §. 1. De condit. institut. Et Vlpij Marcelli l. Stichus si hæredi De Statu lib. Quod enim attinet ad ciuilia iura & effectus, pollicitatio adæquatur præstationi dotis, ex leg. vlt. Cod. ad l. Falcid. Baldus nominatim in l. si plures Cod. De condit. insert. Proin stante patrio Ritu, *ne filia dotata succedat*, censuit Bartolus eam comprehendi, cui tantùm de dote cautum sit vltimo patris elogio: quippe qui tacitè filiam accepta dote exhæredem scripserit, iuxta suæ morem Regionis. Ad l. Titio centum. §. Titio genero. π. De condit. & demonstr. Idque Herennius pariter Modestinus subnotat Lib. 8. Respons., l. qui volebat De hæred. instituen Ac propterea Rom. Vrbis Constitutione, filia, vel neptis tenetur, auito, paternouè testamento acquiescere: quo, dote contenta esse iubeatur. Hæc aliáque multa citabam in Senatu pro Oliuario *de Feschal*, aduersus I. *de la Chesnaye*, & Margaretam *de Feschal* Oliuarij sororem, ne parentis hæreditatem vtriusque petentes audirentur, numerata semel ab illo dote nummaria, quam pater gnatæ supremis tabulis adsignarat. Eòdem inclinat Molinei adnotatio in §. 371. Aruernæ Consuet. Tit. De hæreditat. Cum Baldi Responso 197. Lib. 3. Atque adeo bonis hæredibus defunctorum voluntatem intellexisse, pro Iure est: nec minùs apud liberos honestas, quàm apud alios necessitas valere debet. Pliniano testimonio. Itaque dicebam, in Iudicio Pacti dotalis rescissorio, sororem à Palatinis libellorum Iudicibus admitti non debuisse ad probationem minoris ætatis, aut quanti pluris hæreditaria ipsius portio, quàm æs dotale, æstimaretur. Subdebam his, paternum testamentum nuptialibus filiæ Tabulis ratum habitum, quibus hæreditatis paternæ iura repudiarit. Talé verò renunciationem,

§. 241. Vers. *Mariez & emparagez noblement*, Cum Vers. *Ne luy est il donné que vn Chappel de roze.*

Statuta Vrbis Romæ, à Senatu Pop. que Rom. reformata & edita, auctore Gregorio 13. P. An. 1580. 8. Kal. Iunij.

Nobiles *de Feschal*, Oliuarius 1. Lauallæ vrbis Capitaneus An. 1431. maritus Ianæ *Anuray*, Renatus filius, Ianæ *de Viliers* coniunx, ex quibus Ioannes, Ianæ *de Silly* maritus: Inde Lodoicus, cui vxor fuit Reta *de Charnace*: Vnde hic Oliuarius 2. Magdalenæ *de Beaumanoir* coniugatus. Eorum Castellania *de Poligny* manat à Iana Ouuroux, Iani filia, sorore Ioh. Leonensis Episcopi, qui fundarunt Ecclesiã collegiatam B. Michaelis de Cemeterio Dei à Laual, die 16. Nouemb. An. 1421.

Plin. Epist. Lib. 4. ad Sabinum.

Municip.

Municip. Legis velut Decreto ſanciri:ita, vt nec minor 25. Annis contra eam reſtittuendus ſit, quaſi Prætoris decreto confirmatam. ï. §. 244. Vt Molineus quoque voluit in Annot. ad §. 261. Cenoman. Conſuet. Quælibet enim Legis ſententia de nubentibus fœminis, ad nubilem refertur ætatem duntaxat, non ad prouectiorem: Teſtatoríſque iudicio, aut Legis, quæ ſic ſtatuerit, idoneam illam eſſe cumulatè, docet Labeo. l. penult. D. Quan. dies leg. Nam trito I. Coss. acroamate, *qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.* Marcellus l. Titius De Teſtam. milit. Et Paulus l. in delictis. §. ſi detracta De noxal. act. Ex contrario autem, pro ſorore, fratri opponebatur verborum formula Conſuet. Andegau. & Cenoman. (*Fille mariee*) quæ perfectas nuptias auctore patre exigebant: qui nimirum filiæ conditionem quæſiiſſet generúmque delegiſſet ſuo ac filiæ genere dignum. Ab eiuſmodi verborum conceptione procul abeſſe vagam illam ac penè cæcam dotis conſtitutionem teſtamentariam, qua moriens defungatur pater ante contractas filiæ nuptias, ceu poſthuma edita voce. Id quod Iuris rationibus pluſculis adſtruxit Georg. Natta in Repetit. Cap. quamuis De Pact. in 6. Multùm enim intereſt, filia nécne dotata, an nupta à patre, Conſtitutionibus arceatur paterna maternauè hæreditate. Cæterùm repudiatæ hæreditatis Pactum obiectum refellit ſoror lubrico minoris ætatis cum ſumma captione coniuncto, prorſúſque diſpari dotis ac hæreditariæ partis æſtimatione. Senatus tandem, infirmata Iudicum Sententia, decreuit, ſororem cauſæ ſuæ facta teſtibus ac tabulis adprobaturam Iudicanti: ſalua vſquequaque fratri excluſoria præſcriptione ſeu exceptione, cuius ratio cumprimìs in definienda lite haberetur. Areſto 4. Iduum April. 1581. Me, prouocantis: Magiſtro, ſororis cauſam agentibus: Quæ ſoror quidem ab A. Gellio appellata eſt, quaſi ſeorſum nata, quæque ſeparetur ab ea domo, in qua nata ſit, & aliam in familiam tranſgrediatur. Lib. 13. Cap. 10. Obiter verò admonendi ſumus, Legem Municipij, haud facilè in eum detorquendam ſenſum, vt parta iam hæreditate filias priuet, renunciationis obtentu, (quàm à minore annis extorſeris) aut teſtamenti cuiuſdam. Imo & Conscripti Curiæ nuper reſciderunt teſtantis tabulas Andegaui, qui trientem Patrimoniorum; Aſſémq; Mouentium & Acquiſitorum quem legarat, immunem exemptúmq; eſſe iuſſerat omni genere æris alieni hæreditarij, aliorúmve legatorum. Decretò in Senatoria fori Pictonici Seſſione 17. Kal. Octob. An. 1579. ſecúdùm Pet. Guichetum & Hortenſiam Babinellam, coniugem, pro quibus à Suppræfecto Andium prouocantibus dixi: contra Robertam *Daburon*, viduam mulierem & legatariam Philipp. Babinelli. Iuxta communem multorú Galliæ Municipiorum Conſuetudinem, quæ Andibus vicina idcirco numerat Faber in §. alteri Inſtit. de inutil. ſtipul. Sic Ampliſs. Ordini religio fuit, matré Andegauam prohibere à filij ſucceſſione in bona mobilia prætextu Edicti in matres liberorum

Filia nobilis à patre dotata excluditur tantum directis hereditatibus. Artic. 241. Sed quid ſi filia pacto dotali renunciet etiam collateralibus valétne renuntiatio? Non videbatur, quia collaterales nil in dotem contulerunt iuxta Cap. Quamuis De Pact in 6. Tamen iudicatum eſt valere *quant aux biens aux collateraux depuis eſcheans deſdites ſucceſſions directes*, Areſto die 2. Iun. An. 1569. Inter Dominos *de Criſé & de Gonnor d'vne part, & le Sieur du Bellay d'autre. Apres Turbes faictes* ſupermodo vtendi *par M. Barthelemy Cardin de S. François Conſeiller en la Cour, l'an 1566.*

Placitum Curiæ die 10. April. An. 1581 *par lequel en emendant le iugement les inthimez ſont receus à informer des faicts de leurs Lettres de reſciſion, ſans preiudice des fins de non receuoir, ſur leſquelles ſeront prealablement faict droict.*

Areſtum in magnis Diebus Pictauorũ. Die 11. Septemb. 1579. pro ſorore hærede contra viduam legatariam defuncti, vbi deciſum eſt legatariam teneri mobilia omnia debita ſoluere iuxta Conſuetudinem, & ad immobilia ſeu realia debita ac onera contribuere pro modo emolumenti vnà cum hærede, *ſans que l'heritier des 2. parts des propres*, quæ ei à lege relinquuntur pro legitima. *ſoit tenu rien payer des legs teſtamentaires*, Ita. Fabri verbis, Conſuetudo dicit quòd nullus poſſit dare in teſtamento vltra tertiam bonorum partem, ſicut teneturin partibus Engoliſmen. Xantonen. & Pictauen.

Digitized by Google

superstites; quo, se propinqui, hæredes filij ex trâsuersa linea, iactitabant. Sed Edicti interpres Curia iudicauit, istud ad mouétia non pertinere, verùm ad res soli duntaxat: quas, vtì gentilitias ac familiares, in alienam Familiam non transferri, intererat agnatorum, ex Pliniana sententia, ad Fabatum Epistol. Lib. 7. Placito Curiæ 14. Kalend. Maias An. 1576. pro Vilhelmo *de Gennes*, & Michaëlide *de la Maconnaye*, qui ab Andium Proprætore Senatum appellarant: victo Michaële Commello, Vidone Testardo, N. Chotardo, aliísque, ex aduerso, contendentibus. Persanctè ædepol, quùm, amissis liberis, solatij loco cedere nobis debeat mobilis saltem hæreditas, qui

Decretum Curiæ die 18. April. An. 1576. ad interpretationem Edicti de Matribus, & Consuet Andeg. quæ mobilium successionem matri defert.

Naturæ imperio gemimus, cùm funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra conditur Infans, ait Iuuenal.
Et Minor ille rogi, Satyr. 15.

LONGIVS iam euaganti mihi redeundum in viam, & *Bachelerij* 7. Andium repetendi, quos parili iure sua tenere beneficia (quo gentis suæ principes inclyti) argumento est munitarum Arcium extructio & instructio: quas iuste illi ac liberè condunt, & vallo fossáque concluſas possunt retinere. Hoc Artic. 63. Andeg. Leg. Alioquin prę-

Art. 63. Ver. *qui ont Chasteaux, forteresses, grosses maisons, &c.*

ualidas Turres Castráque fortia nemini licet exædificare, præterquàm maiori locorum Iuridico Domino, vtpote *Castellano*, vel sublimi prædito Iurisdictione. Vt Curia Francica pronunciauit in *Parlamen. octauæ Candelosæ* An. 1265. hoc verborum schemate. *Quæstio vertebatur inter Gulielmum de Prunele militem ex vna parte, & Guillermum de Lineriis militem dominum de Mereuillé: super eo quòd idem Guillermus Prunele fecerat vnam Fortem domum quæ nuncupatur Porta, & dictus Guillermus de Lineriis se opposuit, dicens quod impediebat ne fieret ipsa Domus, vtendo iure suo, quia ipsa domus sita erat infra metas Castellaniæ de Mereuilla, & fuerat in possessione Iustitiæ dicti loci & iustitiauerat dictum locum. Et tandem per Inquestam probatum est, quòd dicta domus de Porta, est in Castellania de Mereuilla, propter quod dictus Guillermus de Prunele non potest apud Portam facere Domum Fortem contra voluntatem præfati Guillermi de Lineriis Domini de Mereuillé.* Ex prisco Actorum Curiæ Volum. Fol. 43. Ecquid verò si prouinciæ Rector, penes quem armorum ius est, ciuili Bello strepente, permittat militi, nobilem Villam suam fossis vallare, ac propugnaculis additis circummunire? Licebit ne tùm superiori huius Domino iuridico, in nouum Opus interdicere QVOD VI AVT CLAM? Minimè, inquies forsan: quùm expediendæ salutis necessaria cuique ac naturalis ratio ciuiles Regulas omnes exuperet. l. 4. l. scientiam. §. qui cum aliter D. Ad l. Aquil. l. 1. §. vim vi. ff. De vi & vi arm. Præsidis item prouinciæ iussus, permissúsve reum culpa eximere videtur l. ad ea. ff. De reg iur. l. is qui in puteum. §. an ignoscitur D. quod vi aut cl. l. sed si vnius. §. si iussu domini. ff. De iniur. Semel ergo licitè structum. Martia vi cogente, Opus, demoliri iam graue fuerit: sed quatenus interfit Domini superioris, pecunia pensandum arbitrêre. Vlpiani argumento, l. 2. §.

Areſtum vetustiſs. Curiæ Parlamentariis.

Mereuilla, Belciæ oppidulum, à Stampensi 6. milliaribus distans.

Simile Areſtum parlamẽti. An. 1309. Castrum in alterius Castellania constructum, destrui oportere.

si quis,

Digitized by Google

si quis, nemine prohibente, l. vlt. D. Ne quid in loc. publ. Nihilo seciùs Andegauę Legis auctoritate (§. 63.) impulsi decreuêre PATRES PARISIEN. Andegauæ Villæ munimenta propugnaculáque noua dirui, instante Iuridico dynasta, oportere: Tametsi Villa feudali titulo insigni teneretur, ciúsque proprietarius suum ius Diplomatico Principis suffragio fulciendum curasset, lite pendente. Ita pronunciatum Quinto Kal. Decemb. An. 1597. secundùm Castellarium magnatem *de Milly*, Karolùm *de Maillé*, pro quo, Lamethus publicè dixit: aduersus Francisc. Laurentium, Domin. *du Ioreau*, cuius causam, prouocantis à Regio Salmuri Andium Suppræfecto, Arnaldus perorauit. Euestigiò tamen, Senatus Decreti sui executionem suspédit, nouorúmque disiectionem munimentorum: donec, vicina Andibus subacta Armorica, Gallici Motus omnino pacarentur. Quas nimirum tempora aliqua desiderant Leges mortales, temporibus ipsis mutatas videmus: quæ in pace latæ sunt, Bellum abrogat: quæ in bello, Pax, L. Valerij verbis, apud Liuium Lib. 34. Hisdem aptatur Iustinianea sententia, quod Bellica inuexerit calamitas, hoc Pacis lenitate consopiri. l. vn. De caduc. toll. Mihimet certè ipsi Princeps Rescripto potestatem fecit ac copiam, vallo fossáque muniendi Prætorij mei nobilis *d'Arnonuille*, in Stampensi Belciæ ora: sed hoc quidem temperamento conditáque lege, si ibidem mero Imperio præditi, Regiæ illi gratiæ ac veniæ calculum suum adiicerent. Quos meorum subinde votorum fautores benenolos ac suffragatores expertus sum.

Aresium Curiæ *in plaidant* die. 27. Nouemb. 1597. pro Kar. *de Maillé* Dn *de Brezé* Sieur *Castellain de Milly*, *près Saumur*, Nonobstantibus Regijs literis ab aduersario inciděter obtentis.

Temporariæ, & Politicæ Leges.

Nouemb. Mens. An. 1597.

Le 1. iour de Iuin 1601. plaidans Amarit pour le vassal Pierre Maillet & S. Marthe pour son frere S. Marthe sieur de Champ d'oyseau, il a esté iugé à la grand' Chambre que ledit vassal auoit peu fortifier sa maison de guerites, barbacanes, mac beconliers, & pour se sauuer de coups de main, sans toutesfois fossez ne ponts leuis, encores qu'il n'eust ne Lettres du Roy, ny le congé de son Seigneur feodal, lequel luy voulsit faire demolir lesdites fortifications. Mais pour auoir fossez tout à l'entour & ponts leuis, il falloit Lettres du Roy, auec le congé & consentement du Seigneur.

Cap. 64.

Les Seigneurs Barons, & Chastellains pourront faire tenir leurs Assises 4. fois l'An, & les Hauts, moyens, & bas Iusticiers pourront faire semblablement tenir leurs Plaids 4. fois, & non plus. Et s'il y a Lettres d'abbreuiation, leurs Seneschaux seront tenus faire l'expedition des causes és lieux où l'on pourra auoir suffisant Conseil, esquels lieux pourront emprunter Territoire s'ils ne l'ont.

1. BARONIBVS, ET CASTELLANIS FAS ERIT VTIQVE, IVRIDICOS CONVENTVS MAIORES HABERE TOTO QVATER* ANNO: DOMINIS PARITER SVMMÆ, MEDIÆ, AC IMÆ IVRISDICTIONIS, FORENSES SVAS SESSIONES SEV PLACITA QVATVOR, IN SINGVLOS ANNOS, NEC IIS AMPLIVS. QVOD SI CITERIOREM DIEM, DIPLOMATIS VENIA, LITIGATOR DENVNCIET ADVERSARIO, IVRIDICI MAIORES BARONVM ET CASTELLANORVM TENEBVNTVR LITES DIIVDICARE, VBICVNQVE PETITIORES

CONSVLERE POTVERINT: QVIBVS IN LOCIS PROPTEREA TERRITORIVM, SI NON HABEANT, PRECARIÒ ROGABVNT.

Les petits Plaids Chaſtellains: Les Aſſiſes du Bailly ou Seneſchal de la Chaſtellenie ou Baronnie.

EGIMVS antea de Iuridicarum ſeſſionum ordine *Caſtellani* Dynaſtæ. §. 46. Alia enim vulgò dicuntur Placita forenſia, aliæ maioris Iudicis Seſſiones. Nunc de eo quæritur, ſi Titius à *Seneſchalo* Baronis prouocarit ad Regium iudicem, cogaturne, apud illius *Caſtellanum* alia de re iudicium pati appellatione pendente. Neutiquam certè, quùm vtriuſuis gradus Iuriſdictione eximatur interim ſubditus litigator, auxilio prouocationis ad ſuperius vtroque Tribunal. Vt latiùs explicabimus. i. Art. 69.

Secus in appellante à Caſtellano iudice Baronis, i. Cap. 69. Sed hoc poſterioribus Edictis abrogatur *de l'Option de l'vn des Degrez des iuriſdictions ſubalternes.*

Les Gens tenans les Grands-iours.

AT diuerſum ius obtinet in Patritialis gradibus Iuriſdictionis, i. Patritiorum Galliæ, qui, præter ordinarium locorum Iudicem, habent præſides Iuridicorum Conuentuum ſuperiores. Iudicatum enim, ſubditos Patritij Frãcici, non ideò Iuriſdictione ipſius immunes ſolutóſq; eſſe in omnibus controuerſiis, quòd ſemel antea regiũ appellarint Magiſtratum. Facti ſpecies erat huiuſmodi. Aimericus *de Charcigne* litem inſtituit aduerſus Franciſc. *Bodineau*, & Michael. *Renazet*, coram *Bailliuo* Vindocinen. Ab hoc rei damnati prouocarunt ad regium Suppręfectum in Baugeio Andium oppidulo. Iidem paulò pòſt, nouam aduerſario mouent cõtrouerſiam apud Regium hunc Iuridicum, adſcitis eam in rem Principalibus codicillis. At ille idcirco oppugnat Diploma regium, quia impetrantes, ſuæ prouocationis obtentu vacationem nullam haberent immunitatemque maioris Fori Patritialis. Atque ita ſummæ Curiæ Sententiis deciſum aſſerebat apud PATRES PARISIEN. quos ab executione talis Reſcripti appellarat. Contrà, pro Reſcripto citabatur Mos Andium, vt quiſquis à Dominico Regium iudicem prouocarit, tãtiſper dum pendet appellatio, non teneatur in foro Dominico litigare. i. §. 67. cum duob. ſeq. Tandem Senatoria decuria pro iuriſdictione Patritij Francici pronunciauit. Decreto in Turonenſi PATRVM Conſeſſu forenſi. 5 Idus Septemb. An. 1547. quùm Sammelorius pro appellante dixiſſet, Seguerius pro Duce Vindocinen., & Thuanus pro Bodinello, àduerſarum partium litigatore. Eodem hoc Decreto iuſſus Vindocinen. regulus, iudiciarium Seſſionum Præfectos conſtituere in Vrbe ipſa Vindocinen. vt poſtulantibus ilico Iuridicum ſuum munus impertirent.

Lieutenant du Seneſchal d'Anion à Baugé

Grands iours des Pairs de France.

Placitum Senatorium in Magnis diebus Turonen. Die 9. Septemb. An. 1547.

ADNOTANDVM eſt pariter, ordinatias Seſſiones ſeu *Aſſiſias* regij Iuridici, iam olim peragi ſolitas in maiore ipſius Auditorio, non Iudicum inferiorum; niſi inueteratus locorum Mos aliud dictaret, aut Regiis Prętoribus neceſſe foret pro re nata luſtrare Prouinciam. Nec aliter prouocationũ lites decidit Regius magiſtratus in Tribunali ſuo ſuperiori. Auctore Maſuer. in Praxi, vbi, *Item*, inquit, *dominus Dux Aruerniæ habet reſſortum in cauſis appellationum: de quibus cognoſcit Seneſchalus in loco Reſſorti.* His facile accommodatur elegans Curiæ Iudicatum

Tit. De Iudicib. & eor. Iuriſdict.

Digitized by Google

Iudicatum 10. Kalend. Iunias An. 1405. ſecundùm Monſtrolienſes Alenconij Reguli ſubditos: qui ab tranſlato Bernayum Iuridico Monſtrolij Conuentu Senatum appellarant. Si tamen *Baronum* ſubditis liber tutúſque non ſit acceſſus ad proximum Forum regium, laſciuiente pagatim milite, licebit magiſtratui Principis, forenſem Conceſſum aliò transferre, cum putà indicere in munitiſſimam Regionis vrbem. Argum. Cap. ſtatutum. 5. cùm verò De Reſcr. In 6. Cap. ex parte De appellat. Ita Stephan. *Fillaſtre* quondam, ordinarius Iudex Andium & Cenomanorum, Iuridicos habuit conuentus in Andegaua ciuitate: qui Baugeio pro tribunali regio expediri debuiſſent, ni ſparſæ tum vicatim hoſtiles Anglorũ turmæ, quæ Baugeium oppidulum facilè expugnaſſent, firmiorem in locũ recipere ſe compuliſſent litigatores. Poſtridie Nonas Februar. An. 1419. & 1420. Pari de cauſa, Ægidius *de la Reaulte*, Iuridicus Andegauiæ & Cenomaniæ, coëgit forenſem Seſſionem Baugeij in Vrbem Andium primariam: ne alioqui, dum pacatè Foro inſideret ordinario, Militum aſtu inſidiiſque circumuentus, cum Plebe, opprimeretur, 5. Kal. Decemb. An. 1437. His ſucceſſit Ioh. *Bienaſis*, legatus regij Prætoris Andium & Cenomanorum Ann. 1445. Tum Ioh. Binellus legum doctor Iudéxque ordinarius in Andenſi Municipio, qui præſedit forenſibus eiuſmodi Conuentibus Nouemb. Menſ. An. 1473. Huius deinde locum ſubiit Franciſc. Binellus filius, Iudex item ordinarius in *Aſſiſia*, 3. Kal. Sextiles An. 1481. ad quingenteſimum vſque cum milleſimo Ann. & ampliùs. Is Vicarium habuit in ea Præfectura Girardum *de Montortier* An. 1484. dehinc Iacobum *de Montortier* filium, Vices gerentem Andegaui Iudicis in Seſſione forenſi coacta 3. Kal. Iunias An. 1503. Vniuerſim hercle forenſium Seſſionum formulam præſcripſit rex Philip. 4. An. 1302. & Philip. Longus An. 1319. ſecundùm D. Ludouicum. Ex quo, Butelerius in *Summa Rurali*, Item (ait) *que les Baillifs Royaux & Officiers en Iuſtice, ne prennent ſur les ſubiects des hauts Iuſticiers ou Viſcontiers ne Fonciers nulle cognoiſſance des cas qui ne ſont de Reſſort, ſi ce n'eſtoit en cas d'appel & en cas de deffaut de Droict. Item que les ſouuerains Baillifs du Roy tiennent leurs Aſſiſes és lieux accouſtumez d'ancienneté en leurs Bailliages, & non ailleurs, de trois mois en trois mois: Et que en fin de leurs Aſſiſes ils facent ſçauoir quand l'autre ſera, afin que chaſcun puiſſe à ce pouruoir.* In Tit. *Des Baillifs, Preuoſts, & autres Officiers en Iuſtice.* Vnde & apud Andes inſtituti ſunt quondam *Les Greffiers des Roolles des Sergens ordinaires des Aſſiſes.* Vt conſtat ex Renunciatione actorum in emendenda Conſuet. Andegauen.

Areſtum die 11. Maij 1405. *touchant la tenue des Aſſiſes de Monſtreul transferee à Bernay, par les Officiers de M. d'Alençon.* Ex Inuentario Literarum & titulorum Alenconiæ Domus.

Die 8. Feb. An. 1419.

Die 27. Nouemb. 1437.

Ioh. *Bienaſis Lienten. du Iuge ordinaire d'Anion & du Maine.*

Die 30. Iulij 1481.

Iacob. *de Montortier Lieuten. du Iuge d'Anion en l'Aſſiſe tenue le 30. de May 1503.*

Ordinatione Phil. Pulchri regis cautũ eſt, (Art. 16.) quòd omnes Seneſchalli & Bailliui teneant ſuas Aſſiſias à duobus Meſibus in duos menſes, & quòd in fine cuiuſque Aſſiſiæ ipſi denuncient tempus alterius poſtea tenendæ.

Proceſſus verbalis Andeg. Conſuet.

4. Qvi pro tribunali cognoſcit, nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat tempus iudicij peragẽdi. Vlpian. l. 2. De re iudic. Innocent. 3. in Epiſt. Decret. paſtoralis De except. Dynus in Regula Indultum Lib. 6. Cyn. ad l. iudices Cod. De iudic. At ſi forenſes dies Lege ſtatuti ſint abſque Iudicantis miniſterio, is contrahere tum, vel diffundere diem iudicij nequit, nec dilationem augere vel minuere.

Vers. Andeg. Leg. 64. Et s'il y a Lettres d'abreuiation, leurs Seneschaux seront tenus faire l'expedition des causes es lieux où on pourra auoir suffisans conseil.

Cyn. in Authen. Qui semel. Cod. quom. & quan. Iud. Authent ei qui Cod. De tempor. appell. Sed etsi hanc Iudicij anticipationem lex permittat Magistratui causa cognita (Bartol. in cit. l. 2.) Gallis certè petendum est veniale Rescriptum à Principe, ad litem prosequendam *hors Assise & dedans Assise, & sans attenduë d'Assise.* Quare mea fert opinio, Andium Duci etiam ipsi ius non esse hoc casu, forensia subditorum negotia acceleratari iubere, nedum *Baroni*, vel *Castellano.* Peræque enim LVTETIANI SENATORES, quorum ea de re notio erat, infirmarunt Mandata litium persecutoria breuiorúmque nunciatoria dierum, quæ Angolismen. Dux emiserat ex officina sua Diplomatica. Decreto in Iuridicis Turonum conuentibus 9. Kal. Octob. An. 1533. quùm Magister, pro Ioh. *de l'Aage*, dixisset, à Iudice Angolismorum prouocante: Faber autem, pro Steph. *Bridageau*, qui causam suam appellatoriam à Iudice Rupisfocaldi anteceperat Literis & auspiciis Ludouicæ Allobrogis, Angolismorum Heroinæ, *pour proceder à Angoulesme sur ledit appel de la Rochefoucault en Assise & hors Assise.* Verùm ex consimili fermè Rescripto, quod eadem Domina, Cenomanorum Comes parti irrogarat postulanti, censuêre PATRES ampliùs deliberandum. Aresto 7. Kalend. Octob. An. 1531. inter Michael. Theardum appellantem, pro quo, Spifama: & liberos Guliel. *Murgale*, pro quibus egit Faber. Nec dissimilem Borbonij Ducis auctoritatem, in suis Ditionibus, Curia reuocauit ad plenioré deliberationem. Vt Montholonius patronus Fisci testatus est palam Actione forensi, in Turonico illo Concessu Senatorio. Luce 23. Septemb. An. 1533.

Arestum magnorum Dierum Turonen. die 23. Septemb. 1533.

Garde des Seaux de la Duchesse d'Angoulesme.

Die 23 Sept. 1531.

Ille Theardus quum appellasset à Seneschalo Cenomanen. anticipatus est apud Consiliarios magnorum Dierum Cenomanæ Comitis, in vim Literarum, quas aduersarij eius obtinuerunt à Custode sigillorum dictæ Comitis Cenomanæ & Ducis Andegauorũ.

IDIPSVM tamen Regi vni competere, declarat forense axioma, ne Regius quidem Iudex sinatur, Mandatis suis clausulam anticipationis intexere, sed vt gratiosi ob id Codicilli à Principe impetrẽtur. Vtì Senatus Parisien. iudicauit 11. Kal. Ianuar. An. 1533. ex appellatione Anthonij *de Lantilles* à Præfecto Montisdesiderij oppidi Veromanduorum, contra Ianam *de Tieux* aliósque litis consortes. De huiusmodi Regiis purè iuribus, Nos suo loco vberiùs, Tit. subsequenti. Expende verò obiter, Andium Moribus vtrinque prospectum litigatori, vt causam suam indies persequi possit in Foro citra Regias anticipationis Tabulas. Nempe si lis ipsa intendatur, vel euocetur ad superiorem Sedem iuridicam, in qua dietim ius reddi consuêrit. Nam patria Lege, Fori optio libera est experiunti gentilitio Iure prædiorum: siue vbi hæc solo continentur, seu in Tribunali maiore. i. §. 382. Eadem Fori electio competit pariter reo interdum, non minùs quàm actori. i. § 81. & 406. Inde & nostri Municipes vulgariter vsurpant *clain de poursuite*, ex Græco κλῆσις, voco. i. Artic. 457. Extat præterea, in antiquo nostratium Legum Exemplari, Titulus *De Clains*, vbi hæc referuntur, *sans attenter le malfaicteur exempt par Appel, Clain de poursuite, ou autrement, information precedente du cas, peut estre prins & enuoyé auec l'information à la Justice souueraine.*

Plácitum Curiæ die 21. Decemb. 1533.

Liuiten. de Mondidier.

Lettres d'abbreuiation.

Art. 381. Vers. *Ou en la Cour souueraine, qui soit capable de tout.* Art. 406. Vers. *Ad iourné en demande de retraict en Cour subiette, se peut clamer en Cour souueraine, pourueu que l'Assise de Cour souueraine tienne premierement que celle de la Cour subiette.*

PONAMVS

Digitized by Google

6. PONAMVS verò, locorum Iudicem ipsum, litigantibus ius dicere velle in alieno Territorio, cum Domini venia ac gratia. Quæso, recténe isthûc inuitos traxerit litigatores, adscito saltem Regij Diplomatis suffragio? Vix est vtique, vt subditi ad peregrinum examen Iudiciorum traducantur inuiti. Putà, Vilhelmus *de Belleuille*, à *Castellano* Fani Iouini prouocat *Seneschalum*, qui in Thoarcio Pictonum oppido degebat, extra D. Iouini ditionem Iuridicam cui ipse præerat *Seneschalus*. Hoc colore, Berthomeus *Cormieu*, cui prouocationis diem dixerat appellans, Regiis literis excitauit *Seneschalum*, vt de appellatione protinùs cognosceret in vrbe Thoarcia, vbi larem fouebat, Territoriúmq; erat inibi precariò rogaturus. Quùm igitur ita decreuisset is Principali mandato, prouocatur ad Thoarcium iudicem proximè superiorem, indeque ad Regios sensim Pictonum magistratus: qui *Seneschalli* Sententiam vicissim iudicio confirmarunt. Denique ad Senatum prouocatione interposita, videbatur idem cum ceteris ordinatim sentiendum ac iudicandum: non eò solùm quod Gallici territorij dominus summus præscripsisset locum iuri dicundo: sed quia hunc pariter Iudex loeum incoleret, *Castellaniaque* S. Iouini in Iuridico imperio agnosceret superiorem. Subditorum tamen ratio priuati domicilij obtinuit apud PATRES CONSCRIPTOS, vicítque rationem Originis superioríssue territorij, cui locus ille domicilij respondeat. Decreto Senatorię decurię, in forensibus Pictonum Conuentibus lato 4. Kal. Octob. an. 1531. secundùm appellantem, pro quo Nuillius egit: Auberio, partis aduersæ causidico. Neque hinc multum abludit Isocratis in Æginetico dictum de Patria domicilij potius, quàm originis, aliáve spectanda, his verbis. Ἀνάγκη νόμιν τὴν Αἰγινητῶν· καὶ γὰρ τόπον ἔδει ποιεῖσθαι τὰς διαθήκας· ἐνταῦθα γὰρ μετοικοῦσιν.

§. 417. Ver. *entre deux Clains, en matiere de retraict. & d'un temps.*

Ver. Andeg Cõsuet 64. *esquels lieux pourront comprunter territoire, s'ils ne l'ont.*

S. Iouin de Marne, en Poitou.

Arestũ Senatorium in Magnis diebus Pictauorũ, die 8. Sept. an. 1531.

7. FREMENTIBVS porrò bellis, æquum est, litium disceptationem à Iudice transmitti è subditorum sedibus penatibúsque domesticis in Territorium alterius, quod idcirco precarium fumat ille. Ex Pontificia Sanctione, Statutum. §. cùm verò De Rescript. Apud Bonifacium. 8. post Innocentij. 3. Decretalem Epistol. Accedens Vt lite non contest. Sic Collegium canonicorum Andens. Principem exorauit sacro Rescripto. 3. Nonas April. An. 1429. vt profani sui Iudices sinerentur in Vrbe Andegau. forenses habere Conuentus: quos in Vicanis suis ditionibus vix tutò peragere, agros populante Anglo hoste, potuissent. Vt est in Scriniario tabularum Andegaui Templi max., quas miro ordine, solennique describendas Repertorio curauit pridem N. *d'Aigremont*, in Mauritiana illa Andium Æde summa, Canonicus venerandus. Nonnunquam insuper precariò rogare licet Territorium illud, in quo Iurisprudentum copia maior sit: vt eorum consilia accuratè exactéque lites definiantur. Hoc Artic. 64. Leg. Andeg. Cui accedit Pauli responsum, de adhibendo forensibus causis iudiciísque peritorum consilio, l. In Bono

Literæ Regiæ die 3. April. 1429.

Hic N. *d'Aigremont* Dn. *de Bourdigny*, antea Notarius Ecclesiæ collegiatæ D. Martini Andegauen.

Art. 64. Vers. *ès lieux où l'on pourra auoir suffisant Conseil*: nem-

pe par emprunt de Territoire.

rum De bonor. possess. Hucúsque de commodato Solo, ad Iurisdictionem, nunc ad *Feudúmne* exercendum, procedat etiam, dispiciamus. Quid enim si nouus patronus clientes euocet extra sepia dominantis *Feudi*, beneficiaria iura professuros, alióque *Feudisticas* Sessiones indicat, mutuatus Territorium? Puto mehercle, subditos, extra *Feudi* fines vocanti patrono impunè non parituros. Nec enim longiùs ire, perquireréve Dominum tenetur beneficiarius, quàm in Ædes dominicas, eiúsque præcipuas fundi superioris, ex quo clientelæ munera & obsequia ipsi debeantur. 6. Artic. 109. Acminùs quidem hoc casu fauorabile votum est Patroni de priuato commodo certantis in subditos, quàm Ius dicentis publicè subditos inter ipsos, nullo suo proposito emolumento. d. §. 64. Andegau. Consuet. Ad hæc, Iuridicæ potestati, quàm *Feudo*, subiectos arctius obligari, docuimus. 3. Quum popularium capiti Iurisdictio, prædiis *feudum*, quasi prædiaria duntaxat seruitus, imponatur. Vnde & Senatus, rectum Dominum absoluit petitione alimentorum, quæ infantuli Nutrici præstare eum Andensis Propretor damnarat hoc nomine: quòd intra *feudi* sui dominatum moraretur nutrix, nec ab iis qui Infanti altricem ipsam quæsierant, mendicis iam parentibus *nummulum* posset corrogare. Decreto pridie Nonas Maias an. 1581. secundum Primatem monastici Conuentus Aquariæ, suburbani Andegauæ Ciuitati, qui à Suppræfecto Andium prouocarat supremam Curiam: aduersus Mathurinum *le Moine*, Renatam *Moreau* coniugem, Parœcos Vici pagani S. Ioh. *Desmaurets*, & *de Charsey* Dn. Ruffo litis enarratore in prima Senatus Inquisitoria Classe.

Plaids Feodaux, que veult tenir le seigneur hors son fief par emprunt de Territoire.

Placitum Curiæ die 6. Maij an. 1581. Dn. *le Roux* relatore in 1. Camera Inquestarũ, *au profit du Prieur de Lesuire lez Angiers.*

---

1. *Principum nomine, quinam intelligantur.*
2. *Regiæ Iurisdictionis casuum enumeratio.*
3. *Fori præuentio, vbi, & inter quos valeat.*
4. Marchiæ communis *Andium Pictonúmque priuilegia.*
5. *An subditus absque domini requisitione ius habeat reuocandi domum, & econtrà.*
6. *Appellationes ad* immediatum *superiorem remittendæ.*
7. *Humiliores causas à Regiis ad Ordinarios Judices subalternos reiici debere.*
8. *Subditi, appellatione pendente, Dominica exempti iurisdictione, certis casibus demptis.*
9. *Verbo* D'Applegemens & Contrapplegemens *quid significetur.*
10. Baronum & Castellanorum *in subditos Iuridicos Præuentio.*
11. *Criminales denunciationes, & Criminum delatores.*
12. *Cuius expensis publica Accusatio à Fiscali actore peragenda.*
13. *De executione Obligationum sub Sigillo Regio, solúsne cognoscat Princeps.*

14. *Qualiter*

Digitized by Google

14. *Qualiter Falsi instrumenti accusatio Dominicis competat, aut Regiis purè iudicibus.*
15. *Regiæ* Saluægardiæ *infractæ, Rex vnus, iudex ac vindex.*
16. *Iurisdictio de Hypothecis, & an, inexcusso debitore, eas persequi ius sit.*
17. *Nùm in Hypotheca stet ordo* prioritatis *inter Andegau. creditores.*
18. *Vtrius Mos loci in hypothecariis Reditibus annuis spectandus, domicilijne partium, an situs hypothecarum.*
19. *Optionis inter cohæredes Mos excludat necne restitutionem, ex læsione, in diuisionem hæreditatis.*
20. *Linearis Retractus vter Iudex legitimus, Domicilijne, an Rei venditæ.*

TITVLVS VI.

DE REGIA FORI PRÆVENTIONE.

DE LA PREVENTION DV PRINCE.

DOMINICAS PRIVATORVM sequitur Principis Iurisdictio gradatim, ex eóque ordine quo cæteri Proceres iuridici seriatim obseruant summum Principis Imperium ac patrocinium. Cùm enim Tit. huius præfatio loquitur de Principe, intelligit de supremo rerum domino Galliarumque moderatore Max. Non autem de principe *feudi* cuiusdam insignis, ex quo Principes nonnulli vocitantur. Hoc enim solùm possessionibus inditum nomen est, *Feudariæque* possessionum Dignitati verius, quàm personarum Celsitudini. Sic Principes minorum gentium dicuntur in Gallia, Reguli *de Croy*, à Principatu Portiano in Campania Belgica: Dominus *de Crequy*, à Principali feudo *de Poix*, in Ambianis: Tremolius dynasta, à Principatu Talemontis, in Pictonibus. Ad hunc modum, Rupisfocaldi Comes, nuncupatur Princeps *de Marcillac*: Ludou. Rohanus, Princeps *de Guemené* in Britannia continenti, cuius Regiam institutionem Principatus sanxit Armorica suprema Curia, Luce 3. April. an. 1571. Teste Natali *Du Failh* in eo Senatu Conscripto, Volum. Rhedonensium Decretorum collectaneo. Rursum Domin. *de la Vauguyon*, vocatur Princeps *de Carency*: Dux Monpenserius, Princeps Rupissurianæ apud Pictones, & Delphinatus Aruerni: Dn. *de Mastignon*, Princeps Mortagniæ, in Xantonibus: Dux Longeuillanus, Princeps *de Chastellaillon*, in Rupellano agro: Erricus Borbonius Princeps Condeæ ditionis: & Guysianus Dux, Ioynuillæ Princeps, in Campana Franciæ regione. His subiunge Principatus titulos *de Cha-*

De la Suzeraineté du Roy sur ses subiects.

Ad hunc Titul. præfationis Consuetudinariæ verba, *icy est traicté des cas, desquels le Prince*, videlicet *le Duc d'Anjou ha la prevention sur ses subiects, & desquels il rend la Cour à ses Vassaux, & les Vassaux à leurs subiects de degré en degré, & aussi des Exemptions par appel, ou autrement.*

Comitatus *de Portian* erectus fuit in Principatū Literis Mense Iunio an 1561. Ex Volum. 1 Ordinat. Curiæ sub Karolo 9. rege fol. 101. Vers.

Principatus *de Chastellaillon* quondā acquisitus à domino *l'Archeuesque*, Iurisdictione præditus est ad portas vsque Rupellanæ ciuitatis.

Principatus *de Mortague sur Gironde, venu de la Maison de Montbrō, l'Hermite, & Mangiron.*

Tingry, Principatus Literæ regiæ Ianuar. Mens. an. 1587. Publicatæ in Parlamẽto die 16. Sept. seq. pro Francis. Lucemburgio, Pinei Duce.

Principatus *de Gaure, & Despinoy*, in Flãdria: de quibus, Guicciardin. in Belgiographia.

banois, in Angolismis: *de Chaillais*, in Vasconia: *de Luc*, in agro Pictauensi: *de Tingry & Hesdigneux*, in Belgico Bononiensi. Qualis Principalium *feudorum* species est appellatióque *feudisticis* Legibus incognita: sed à nostris recepta commentitio Iure, quasi Principalis summique *feudi* simia quodammodò ac imitatrix. Nam & in Romana Republ. Principes ciuitatis nominabantur, qui in ea reliquis auctoritate antecellebant, primúmque Dignitatis gradum obtinebant. Inde M. Tullius (8. Philipp.) O Dij immortales, ait, quàm magnum est, in Ciuitate locum tueri Principis. Quirites item, mutata in Monarchiam Republ., Imperatores suos, Principes nuncuparunt: quòd Regium nomen iis esset inuisum, odiosum. Deinde in militia Roman. Principes, erant secundæ aciei milites, ex robustiori ferè ætate collecti, & armis maximè insignes. Ita enim apud Romanos acies instruebatur, vt hostes primùm adgrederentur manipuli hastatorùm, ex flore iuuenum pubescentium delecti: qui si hostem propulsare non possent, à Principibus qui omnes scutati erant, in interualla ordinum recipiebantur, Principésque in eorum locum succedebant. De quo, T. Liuium consule, lib. 8. ab Vrbe. Cæterum quod Andium Mos Regi designat Principis nomen peculiare, id Angli Regum suorum primigeniis quondam tributum voluerunt: Vvalliæ ditione in Principatum idcirco subuecta, vt Britanniæ Insulę regum filius natu maximus in posterum Princeps Vvalliæ salutaretur. Ab an. 1254. Ex Britannic. Annalib.

Principatus *de Soyons en Vivarez*, competit Valentino Episcopo, nunc Duci *d'Vzes*.

Prince de Galles, in Anglia, Eduardus, Errici 3. Angl. regis major filius, primum dictus lib. 16. Annal. Polyd. Virgil.

Principauté de Leon en l'Eueschè de Vannes appartenant au sieur de Guyment, puis n'agueres Roban. Mais le Vicomté de Leon appartenoit à monsieur de Roban, est en l'Eueschè de Leon.

Cap. 65.

Premierement le Roy, comme Duc d'Aniou, a Ressort & suzeraineté sur les subiects dudit Pays, tant en cas d'appel que autrement. Aussi ont les Comtes, Vicomtes, Barons, Chastellains, & autres Seigneurs de fief, chascun en son regard: Et outre ledit Duc d'Aniou, Comtes, Vicomtes, Barons, Seigneurs Chasteilains, & autres de degrè en degrè, ont par Preuention la cognoissance de tous cas Criminels & Ciuils, en toutes actions ciuiles réelles & personnelles sur leurs Vassaux, iusques à ce que Litiscontestation soit faicte, par laquelle les Parties soyent appoinctees en faicts contraires & en Enqueste. A laquelle Contestation & non plustost, si le Vassal ou autre inferieur, dont les choses desquelles est question, sont subiectes, si c'est matiere réelle, & si c'est matiere personnelle, non criminelle, si le deffendeur est Estagier dudit Vassal, & iceluy Vassal ou son Procureur requiert la Court, Renuoy, & obeyssance de la cause, elle luy sera renduë auec les Parties adiournees pour proceder en icelle cause en la Court dudit Vassal: Et si à requerir ledit Renuoy, se treuue assemblement le Seigneur immediat des choses dont est question, & son suzerain, ledit Seigneur immediat y sera preferé, pourueu qu'il aye telle Justice, qu'il soit fondé de cognoistre d'icelle cause. Et en celuy cas que ledit Seigneur immediat ou Procureur pour luy ne seroit trouué à

Digitized by Google

ué à requerir ledit Renuoy, & ſeroit rendu à ſon Seigneur ſuzerain, ledit Seigneur immediat le pourra aller requerir en la Cour de ſondit Seigneur ſuZerain à la Conteſtation. Toutesfois en cauſe d'appel releué ou anticipé en Cour ſuZeraine omiſſo medio, *ledict Seigneur immediat relaiſſé en aurale Renuoy, auant Conteſtation, s'il le requert. Auſſi le peut requerir la Partie inthimee ou anticipee.*

1. IMPRIMIS REX, TANQVAM DVX ANDIVM, SVBDITIS IVS DICIT SVPERIORE IMPERIO POTESTATEQVE IVRIDICA, NON MODO IN CAVSIS QVÆ EX APPELLATIONE AD EVM DEVOLVVNTVR, SED ETIAM IN ALIIS. EODEM IVRE VTVNTVR COMITES, SVBCOMITES, BARONES, CASTELLANI, ALIIQVE RECTI DOMINI VICISSIM. PRÆTEREA DVX ANDEGAVEN., COMITES, PROCOMITES, BARONES, CASTELLANI, ET RELIQVI ORDINATIM PRÆVENTIONE COGNOSCVNT DE OMNIBVS CLIENTVM SVORVM CRIMINIBVS, CIVILIBVSQVE NEGOTIIS, IN QVALIBET ACTIONE PECVNIARIA, ET IN REM CONCEPTA, AVT IN PERSONAM: DONEC CONTESTATVM SIT IVDICIVM, EOQVE LIS INFICIALITER CONSTITVTA. DIE AVTEM CONTESTATÆ LITIS, (NEC ANTEA) SI VASALLVS, CVI RES IN FORO PETITA SVBIICITVR IVRE DIRECTI DOMINII, POSTVLET EIVS COGNITIONEM AD SVVM TRANSMITTI IVDICEM, AD EVM CAVSA EST RELEGANDA. SIN VERÒ IN PERSONAM CONCEPTA SIT CIVILIS ACTIO, ET REVS DOMICILIVM HABEAT IN PRÆDIO DOMINANTI CLIENTIS REGII, AD HVNC LIS REIICIETVR, CVIVS NOTIONEM AD SE REVOCARI IPSE FLAGITARIT, EIVSVE PROCVRATOR. QVÒD SI PROXIMVS FVNDI CONTROVERSI PATRONVS CONCVRRAT VNA CVM SVPERIORI APVD IVDICEM REGIVM, ET PRO SE QVISQVE PETAT CAVSÆ REMISSIONEM, PRÆFERETVR ILLE SVPERIORI DOMINÓ, SIQVIDEM IVRISDICTIONI PRÆSIT CAPACI LITIS HVIVSCE DIIVDICANDÆ. CÆTERVM PATRONO NON POSTVLANTI CAVSÆ TRANSLATIONEM IN SVVM FORVM, QVÆ INTERIM POSCENTI SVPERIORI RELICTA SIT, INTEGRVM EST IVS ETIAMDVM PETENDÆ REMISSIONIS A DOMINO SVPERIORI, QVVM PARTES AMBÆ LITEM CONTESTABVNTVR. VERVMTAMEN CAVSA APPELLATIONIS, PROPTER QVAM DIES A PROVOCANTE DICTA SIT, VEL ANTICIPATA AB EIVS ADVERSARIO IN MAIORE TRIBVNALI OMISSO MEDIO, REMITTI DEBET

Vt Andium Dux patris Magnatibus aliis eminentiora iura habet noſtro More, §. 42. 65. 66. 69. 141. & 196. Sic Cenomaniç Comes ſuis municipibus quibuſque, ac inferiorũ graduũ Nobilibus. Art. 2. 56. 73. 74. 76. 79. 116. & 212. Cenom. Conſuet.

Hoc Tit. Conſuet. Andeg. Regi Iudices, cum inferioribus ſubalternis *ſont reiglez des cas de leurs Iuſtices.* Ita ſubalterni inuicẽ à domino ſuo ſumũt *le Reiglement ac leurs Eſtats*, cuius etiã iudicium à Senatu remiſſum fuit ad Ducẽ Bellomontanum die 19. Iunij 1574. inter Mathur. *de Courbeſſe, Seneſchal de Beaumont, & Nic. Briſart Lieuten.* Item ad Meduanæ Ducem, 22. Iunij 1597. *entre Ren. la Bite, & R. Pitard ſis iuges de Mondoubleau.* Quibus vterque Dux vicißim Officiariis ſuis regulas Officii præſcripſit. Sic Vindocini Dux Karolus edidit Ordinationem ſuam *de Reiglement des Offices du Bailly, & Lieutenant general de Vendoſmois 24. Octobre 1534. publiee le 26. dudit mois aux Grãs Iours de Vendoſme.*

AD INTERMEDIVM DOMINVM, QVI EIVS REMISSIONEM CAVSÆ DEPOSCAT. ID QVOD RECTE ETIAM POSTVLARIT PRIVATVS LITIGATOR, CVI PROVOCATIONEM ADVERSARIVS DIPLOMATE NVNCIARIT, VEL PROVOCATOR ITIDEM IPSE, CVI CITERIOR DIES CODICILLARI VENIA DENVNCIETVR.

Arestum Curiæ die 1. Mart. an. 1574. de casibus regiæ Iurisdictionis inter Officiarios Ducatus Monpenserij, & Ludouicũ Borbonium, ducem Monpenseriũ iis adiunctum actores *en matiere de Reiglement* ex vna, & Regios officiarios Aruernæ Seneschaliæ, Sedisque præsidialis Riomensis, ac Procuratorem generalem Regis & Antonium Matarellum in Curia aduocatum Regisque Poloniæ Ducis Aruerniæ procuratorem, pariter iunctos, reos ex altera parte.

ANTEQVAM de Regia causarum occupatione seu Præuentione dicamus, è re est, præcipuas sigillatim ac eximias percensere notionis Regiæ controuersias, quæ minùs perspicuè Lege ista expromuntur. Et quia non alio firmiore argumento nituntur iura Regia, quàm supremæ Curiæ placitis ac S. Consultis, vnum quidem proferam memorabile, velut præiudicium & exemplum, quod ab omnibus deinceps pro More obseruetur. Senatorij huius Decreti inter Regios Aruerniæ, & Ducales Monpenserij Iuridicos summa est, quòd illi soli Aruernæ Præfecturæ Iudices Riomenses de omnibus cognoscant minutæ Maiestatis capitibus eorúmque appendicibus, violata fide publica citationéque Regia, de infractione contemptúque Principalium Edictorum, Regiis Nominibus æréque Principi debito, Regiorum flagitiis Magistratuum, vel Apparitorum in Officio delinquentium, executione Principalium mandatorum, latione armorum, cœtu illicito (de quo tamen nonnihil infrà moderatus est Senatus) censura pœnáque reorum falsæ Monetæ, in auctores conuitij vulneríue, aut impedimenti regiis Iudicibus dati ipsorúmque Officialibus munus suum obeuntibus, de regiis Morticiniis, capitalis veniæ Rescriptis vel ab Exilio reuocatoriis, & manantibus inde controuersiis: de iniuria aut percussione facta odio litium in Regio foro pendentium, in effractores carcerum Regiorum, de fundationis tutelæque Regiæ Templis ac rebus ipsorum, Augustis Regum priuilegiis, Decimis, Sacerdotiis, illatis venienti accitu Regio contumeliis, de piis Hospitalibus diuersoriis, domiciliis Leprosorum, Valetudinariis publicis, refectione viarum regiarum, abusu ac maleficiis Iudicum Principalium. Quibus de omnibus minimè ius reddent Monpenserij Ducales Iuridici, excepto, quòd in turbam coitionémque hominum illicitam, qui eò in Ducatu coadunentur, inquirent isti diligenter, factáque Anacrisi, decernent exequentúrque missionem in vincula publica, absente aut oscitante regio Magistratu. Ad quem tamen, rogati ab ipso interpellatíque, reos cum elogio transmittent: Aliâs in eos, prout admissum suggeret, animaduertent. Porrò infrascripta negotia iudicio decident Regij magistratus forma sequenti: Contractus nempe literis consignatos, queîs paciscentes se bona fide regio foro subiicerint: Testamentarias lites, ab iisque legata testantibus, qui vltrò submiserint se Regiæ Sedi iuridicæ: Interdicta vtî possidetis; quorum notionem Regij præoccuparint. Quòd verò spectat Raptus castigationem, publicæ quietis interturbatæ, Diuini cultus perturbati, scripti famo-

De Causis regalibus apud Longobardos extat Tit. 113. inter Leges Longobardorum.

Karolus 8. rex Petro Borbonio Forensorũ Comiti & successoribus concessit, vt quũ longè antea Forestẽsis Comes proprio motu vasallum se cõstituisset Coronæ Francicæ, hi omnes regiis iuribus vniuersis vterentur in Comitatu Forestẽsi. Literis patentibus Mens. Maio an. 1494.

si

ſi carminis aut libelli, ſiue in librorum Typographos improbatæ lectionis, aut qui alienas nuptias palàm conuitiis proſcindant, de commiſſis in Via publ. parricidiis, in pudicitiæ inſidiatores Sanctimonialium, de manu iniecta in profanos Templi reditus quęretur à Ducali Monpenſer. magiſtratu pro rei neceſſitate, ignauia, abſentiáve Iudicum regiorum: ea lege, vt ad requirentes iſtos cauſas huiuſmodi remittant illi, aut irrequiſiti definiant ſolito more Iudiciorum. Porrò de integri reſtitutorio Diplomate, Regij iudicis notio eſt, ſiue de illo primùm lis mota ſit, ſeu in aliam inciderit controuerſiam, quæ ſuo in Tribunali agitata fuiſſet. At Monpenſerius petitam obiter integri reſtitutionem à ſubdito, cui lis fuerit coram eo iam antea, rectè diiudicabit. Nobilium item virorum cauſæ Monpenſerij Ducacus, relinquuntur iudicio Ducalis Iuridici. Demptis inde Regiis Priuilegiariiſque *caſibus* prædictis, quorum nomine Regij ſunt Iudices ſibi adeundi. Rurſus admiſſa in finibus regię Aruernorum Prefecturæ crimina, fori ſunt prorſus Regij in populares Monpenſeriæ ditionis. Sicuti, ediuersò, Monpenſerij iuſta animaduerſio eſt de quolibet ſcelere in eo Ducatu patrato, ſeu maioribus etiam flagitiis, tum de agnoſcenda à debitore ſyngrapha, vel ſubſidiò adprobanda Iudicanti. Quùm autem Monpenſerius deinceps inſtaret, Regij vt Apparitores, Notariiſque ſuo Territorio emigrarent, rem miſit in conſilium Senatus: publicis interim Nunciis, Scribiſque Pactorum ibidem morari iuſſis, ad numerũ vſque regiis mandatis prefinitum. Singula hæc PATRES legi præcepere in Aruernis tribunalibus Regiis, ac Ducalibus, perlectáque ac promulgata inſcribi Actis Sedium huiuſmodi Iuridicarum, S. Conſulto poſtridie Kal. Mart. an. 1574. Aruerni porrò Riomenſes Ciuica ſua repetũt priuilegia ab Alphonſo Pictonum & Tholoſatium Comite, &c. Quintili Menſ. an. 1270. *Charta Alphonſina*, quæ Priuilegij capita 25. complectitur, minimè ad hunc locum Inſtitutúmque pertinentia: quæ idcircò neceſſe non eſt particulatim referre.

Incidunt de Lettres Royaux.

Alphonſus filius Regis Franciæ (Ludouici 9.) Comes Pictauen. & Tholoſæ. &c. Notum facimus, quòd nos Habitatoribus villæ noſtræ de Riomo, diœceſ. Claromont. infra fines dictæ villæ concedimus libertates & Cõſuetudines infraſcriptas, &c. Quæ priuilegia à Regibus firmata ſunt, Philippo 3. Menſe Nou. an. 1283. Karolo 4. Menſ. Maio 1325. Philippo 6. Menſ. Iulio 1345. Franciſco 4. Menſ. Iun. 1539. Errico 2. Menſ. Febr. 1547. Errico 3. Menſ. Octob. 1574. regiſtrata priora Riomi 21. Iul. 1539.

2. REGIA illa iura procedunt non modò in priuatis Magnatum virorum, ſed in publicis quoque Sceptrorum latifundiis: quæ Regiæ ſoboli adſignantur identidem Fiduciaria lege. Quoties enim in Regios liberos cõferebatur olim Fiſcalis Ditio, Panagij titulo, eius Magiſtratus alij purè Regij exiſtebant, ſoloque à Principe *regiis caſibus* Præfecti diiudicandis, alij ordinariã excolebant Iuriſdictionem, nomine munereque fiduciarij Reguli. Ac ne externis immorer exẽplis, notum eſt, poſtquã Ianus 2. rex Lodoïco filio Panagij lege trãſcripſit Andium dynaſtiam, Turonum, ac Cenomanorum, aulicos Optimates decreuiſſe his Municipiis duplex Iudicũ genus: vt *Bailliui*, Regiæ meterè, *Seneſchalli* ordinariæ vulgaríque præeſſent Iuriſdictioni in Prouinciales. Cuiuſmodi Conſtitutio ita voluitur in priſcis Cõmentariis rerũ Francicarum. *Ordonnance faite par le Roy en ſon Conſeil à la requeſte de I. Tuille ſon Bailly & Procureur au Baillage des reſſorts de Tourai-*

Hoc Edicto creati *Bailliui* regii, qui à Seneſchalis prouinciarum, vel eorũ Locatenẽtibus, qui priuatas definiebant lites, ſecernũtur. Aliás dicti ſunt illi *Iuges d'anian*, &c. Alias *Iuges des cas royaux & des Exemptiõs par appel & reſſort*. Sic in Regid

ne, d'*Aniou*, & *du Maine*: *lesquelles Ordonnan. faictes en l'Hostel du Roy lez S. Paul à Paris le 8. d'Octobre 1371. par arrest de Parlement furent ordonnees estre publiees à la Table de Marbre, en la ville de Tours, & autres villes & lieux notables du Duché de Touraine, comme en ceux de la Iurisdiction & domaine de Monsieur d'Aniou, &c. Que le Bailly pour le Roy pourra faire vn Lieuten. seulement, & en chascun desd. lieux pourra cognoistre en Ressort & Exemption, comme à Chinon & Tours: & au lieu que l'on dit Chasteauneuf, pourra establir vn Tabellion pour receuoir & passer contracts, & aussi establira en chascun desdits lieux vn homme qui aura vn Seel, & sera garde d'iceluy. Item led. Bailly ou ses Lieuten. tiendront leurs Assises en la maniere accoustumee, & pourront aussi led. Bailly & Lieuten. tenir leur Iurisdiction ordinaire esdits lieux de huict iours en huict iours, & non autrement: si ce n'estoit pour cas de celerité. Item que ledit Bailly & ses Lieutenants esdits lieux pourront cognoistre des Cas royaux, soit à cause de Ressort, ou par droict royal, comme les Eglises royaux, ou de fondation Royalle, ou autrement Exemptes de par le Roy: & en ce cas le Roy cognoistra tant des Eglises que des seruiteurs & subiects d'elles. Item que lesdits Baillifs Royaux ne cognoistront des Eglises Cathedrales, ou qui sont de fondation royal, quant elles sont assises hors de l'ancien domaine, & que le lieu où est le Bailly Royal, auoit anciennement Comté, ou Duché: comme le Bailly de Troyes, ne cognoist mie des Eglises Chathedraux estans en son Bailliage, ains le Bailly de Sens: Item d'Eureux, le Bailly d'Eureux ne cognoist mie, mais le Bailly de Rouen, & de Gisors. Item que doresnauant les Mandements ou Rescripts qui partiront du Parlement, ou de la Cour de France, & lesquels on souloit adresser aux Seneschaux de Touraine, d'Aniou, & du Maine, s'adresseront audict Bailly, & Lieutenant, lesquels pourront faire esdits lieux Aduocats, & Procureurs, pour garder les droicts du Roy.* At postquàm, deleta Andegauæ gentis stirpe Regia, defecit solutúmque est Andium Panagium, euanuit isthîc Magistratuum distinctio anterior, & vniformem in statum redacta Iurisdictione, soli sederunt pro Tribunali seriatim Rudolphus Regius, Ioh. Caduus, Petr. Poietus, Vilhelm. Leratius, Clem. Louetus, Vidus Leratius, Marin. Boileuus, vicarij Iuridici Prætoris Andegauen. in ipsa Prouinciæ metropoli. Interea sanè Franciscus 1. matrem donauit Andensi & Cenomaniæ principatu, eáque dum vixit, diuisos habuit cum Rege filio Magistratus: Sed quamprimùm exiit è viuis, in vnam Rex pristinámque formam reuocauit Iuridicũ apud Andes Imperium. Lege edita in Castrobriando Britonũ oppido 4. Kal. Iunias 1532. quam Senatus publicauit 15. Kal. Quint. eod. an. Sicuti antea Princeps Cenomanam constituerat prouinciam eiúsq; magistratus, ilico post fata materna. Rescripto apud Rothomagum 3. Kal. Mart. an. 1531. Nostra ædepol tempestate, regiis liberis cessêre in fiduciam Andes, Turones, ac Cenomani (vt priùs) at Magistratuum ordine aut forma Iurisdictionis nequicquam immutata. Diplomate quidem actum fuit de Regia, & Reguli fiduciarij secernenda inuicem Sede Iuridica An. 1568. At paulò post vtilius visum est, priorem Iurisdictionis statum non moue-

ri.

Baugeij Andium foro fuit *Iames Louet* Locumtenẽs Seneschali Andegau. an. 1475. Renato tũ Andiũ Duce fiduciario. *Exemptions, & ressorts de Touraine, d'Anion, & du Maine, arrestez par lettres donnees au Bois de Vincennes le 3. de Septembre 1372.*

Cenomaniæ Seneschali, Gulielm. *de Craon* Ludouicus *bastard du Maine*, an. 1474. Herueus *de Chahanay*, an. 1481. Brandelis *de Champagne*, an. 1495. Christoph. *Perot.* An. 1540. Nicol. *d'Angennes*, an. 1571. Karolus *d'Angennes*, an. 5598. & 5599.

Edictum die 19. Maij 1532. verificatum in Curia Parisien. die 27. Iunij eo an. in hæc verba, *Comenous ensuions faict don à nostre Dame & mere du Duché d'Anion, &c. & que pour cognoistre des cas royaux le Iuge d'Anion auroit esté ordonné, & le Seneschal d'Anion ou ses Lieuten. pour cognoistre des autres cas prouen. de l'ordinaire, &c. Nous voulons que ledit Iuge d'Anion, duquel auons supprimé l'Office, au lieu d'icelle iugerie, aye & tienne l'estat de Lieuten. general dudit Seneschal & ses successeurs vacatiõ aduen. Et que celuy qui estoit Lieuten. du viuãt de nostred. Dame & mere, demeure Lieuten Particulier dud. Seneschal, & celuy qui estoit Lieuten. Particulier, sera Assesseur tant au Seneschal qu'au Criminel. Et quant au*

ri. Codicillis circùm ea tempora promulgatis in Senatu Parisien. Hoc obiter debere me profiteor Andium Ducis benignitati, *Francisci* Regum filij fratrísque, quòd Magisterio libellorum supplicum in Aula sua nos dignatus sit, sacrúmque in Consilium suum assúmpserit: Tabulis authenticis, Martij Luce 3. 1579. Vnde collati muneris ergò sacramentum præstitimus Mimatensi pontifici, Ducalis tum Consilij Præfecto meritiss. Die 4. Maij sequent.

Lieuten. dudit Inge, il sera Lieuten. Criminel du Seneschal à savoir, & après, l'estat de Lieutenant Criminel sera comme paravant. Et quant au Lieuten. du Seneschal és Sieges de Saumur & Baugé, ne sera rien innové, hors mis que amplifions leur Iurisdiction de la cognoissance des causes desquelles le Lieutenant esdits sieges s'estoit cy devant Inge supprimé soulloit cognoistre. Et en ce faisant les Lieuten. dudit Inge esdits sieges demeureront Lieutenants Particuliers dud. Lieuten. Criminel & Assesseur au Civil. Die 27. Febr. 1531.

3. HACTENVS quæ purè & absolutè, nunc quæ promiscuè Regia iura sint seu per Occupationem, expediamus. Ista vtique *Præuentio* fori dicitur, quam Lex Andium Principi adscribit in Iuridicos Dominos inferiores. Artic. 65. Publicè enim interest, Principem ipsum suprema quadam manu ius reddere posse confestim de occurrentibus negotiis, ac diligenti causarum præoccupatione finem imponere controuersiis mortalium. Sic

-neque, dum regit omnia Cæsar,
Incolumis tanto Præside raptor erit:
Nec Deus hic pariter Pacem intra mœnia finit,
Auxilium toto sparsit in Orbe suam. Ex Ouid. de Nuce.

IN Andibus tamen, Iuridici Proceres strenuè obstiterunt causarum Præuentioni: quam Rex sibi asserebat, Principatus iure singulari. Graue nimirum esse dicebant, paganum è Vico suo, intermissis rusticis operis, deuocari ad Regia Vrbium tribunalia, de triobolo litigaturum. Sed contrà nitente Procuratore fisci, qui suggessit, Magnates ipsos non minore vti litium præuentione in sibi subditos, quàm Regem in omnes, ad Senatum hæc reiicitur quæstio à Duumviris emendatoribus Legis nostræ Municip. Vt videre est in *Processu verbali* eiusd. Consuetud. Proin. similem de Præuentione fori controuersiam, quæ nuper ad Conscriptos Curiæ venit inter Vindocinens. regulum, & Ducem Andegauen., PATRES miserunt in consilium 3. Kalend. Sextiles Ann. 1572. Nata erat hæc Procerum contentio ex priuata lite Vilhelmæ *Bouſt* viduæ Roberti *Alart*, quæ prouocaret à Regio Baugeij oppidi iudice, aduersus Katharinam *Prouſt* viduam mulierem Ægidij *Alart*, litigantem suo liberorúmque tutorio nomine. Quantus verò in Andegauia emicuerit olim Vindocini Comes, secundùm Principem Andium, ostendit Yuo Carnutensis, Epist. 156. ad Gottofredum Comitem Vindocinensem scripta, circiter annum. 1090. In Veromanduis item, Rex sibi arrogat ius præueniendi inferioris Iuridici. Sed ei nè locus fieret in prædiis Regi quæsitis priuata hæreditate, acriter est disputatum. Pútà, Couciacus dominatus Principi obuenit, non publico ac Fiscali, sed hæreditario iure Ducum Aurelianen. qui eundem sibi priuatis emptionibus compararant. Nec eò seciùs Fiscalis cognitor præuentionem causarum sibi vindicat, seu Regio Couciaci oppidi Iuridico, tanquam Viromandui agri, contra Ædiles Couciacæ Vrbis, Iudices primarios. Hoc vno mouetur ille, quòd Couciaca ditio semel re-

Die 30. Iul. 1572.

Vindocinens. Comitum antiquitas.

Concy, in Vermandois.

Maior, & Scabini de Concy.

lata sit in corpus regij patrimonij iamdudum, ideóque paribus cum *Re Dominica* legibus ac institutis Regi debeat. Senatui demum placuit, de modo formáque patrij Vsus inquiri. Arestо Kalend. Decemb. Ann. 1534. inter Franciscum *de Dompierre* prouocantem à Couciaco Iudice, cuius Brulartus causam egit: Ioh. *Lequeux* aduersarium, pro quo, Dennetius: & Regium Actorem, pro quo Montholonius dixit. Nil absimile Curia censuit de forensis Præuentionis iure controuerso in Senonen. Regione, tametsi Senonum Moribus scriptis minimè comprehendatur. Placito 15. Kalend. Maias An. 1542. quùm *De Chappes*, appellantis: & Robotus, aduersæ partis causam peroraſſent. In Ambianis vtique, Principem hocius habere anteuertendi minoris Iuridici, decreuit ordo Ampliſſ. in Comitem Atrebatum, Rege Karolo Sexto. Vt I. Gallus enarrat, Quæst. 372.

Die 1. Decēb. 1534. *Arrest interlocutoire d'informer* de modo vtendi.

Sent.

Die 17. April. 1542.

Amiens.

Artois.

Le 3. Fevrier 1587. plaidant Besnart pour l'Evesque de Beauvais, Godefroy pour le Prevost royal de Granduilliers, & Maget pour le Roy, sur la prevention pretendue par ledit Prevost royal de Granduilliers, comme l'une des Prevostez royalles d'Amiens, sur les subiects du Vidame de Gerberoy appartenant audit Evesque, lequel au cõtraire soustenoit son Vidame estre annexé à la Pairie, Evesché, & Comté de Beauvais, qui est du Baillage de Senlis, & non d'Amiens. Ainsi qu'il fut remõstré au proces verbal de la Coustume d'Amiẽs, reformée l'an 1567. & qu'il y auoit Cause de Coust. locales à Gerberoy, le quelles il auoit voulu faire dresser & presenter. La Cour appointe les parties au Conseil, & ce pendãt par prouisiõ, ordõne que la prevention aura lieu pour led. Prevost de Granduilliers sur ledit Vidame, en ce qui est du Baillage d'Amiens, art. 21. Sauf le renuoy en cas qu'il soit requis àndit Prevost, ayant prevenu. Entre la prevention du Roy au Baillage de Vermandois, y a Arrest du 1. Decemb 1579. au Roolle de Vermandois entre Sebastien Montel, appellant d'vn appointement du Bailly de Vermandois du 3. de Septembre 1576. pour lequel plaidoit Perrignon, & Iacques Henry intimé pour lequel Lenest plaidoit. Et de Thou pour le Roy, qui a dit que par Arrest cõtradictoire pareille cause a este iugée cõtre le Procureur general du Roy, qu'il n'y auroit prevention par les Iuges royaux, cõtre les voituriers, & neantmoins cõbien que la cause particuliere qui s'offre soit entre voituriers, on a voulu alleguer prevention & malè. La Cour a mis l'appellation, &c. & a renuoyé les Parties pardeuant le Iuge de Courtignon pour proceder, &c.

Verſ. Andeg. Leg. 65. *Iusques à ce que lisiscõtestatiõ soit faicte par laquelle les parties soiẽt appointées en faicts cõtraires & en enqueste.*

LONGE verò tolerabilior est Andibus Regiæ Præuentionis vsus, quæ, donec lis inficialiter constituta sit, eatenus modò procedit. Si enim lis de plano expediri nequeat, & factorũ exigat probationem, in media contestatione transmitti debet in forum minoris Iuridici, non antea. Nam (vt Formularij Galli aiunt) *quant li Baillis fet aiourner franc home pardeuãt lui, aler i doit, encore ne tieigne il riens de Roi, & illiec peut la cour son Seigneur requerre, se il veut, se li clains, qui est feZ sur luy, le requiert* In Gallico Volum. *Cist liures est apelez li Liures la reigne & enseignedroite à fere & tenir treſespeciaument.* Quòd si Dynasta aliquis postulet, litem in suum forum reiici, postquam itum est in rem præsentem iubente Regio iudice, audiendus non est ante contestatum iudicium. Sicuti in Bellomontanum Ducem P.C. iudicarunt 16. Kal. Iunias an. 1575. ex pomeridiana causarum actione inter regem Nauarrum Bellimontis Ducem, qui prouocarat à regio Baugeij magistratu, & Gulielmum *le Bloy*, ediuersò, litigatores. Quanto minus ferenda sit inferioris domini vel subditi appellatio à citatione facta corã regio iudice? quùm ex aliena Iurisdictione vocatus ad Prętorem debeat venire. Vt Pomponius & Vindius scripserunt, consimilemque PATRES Sententiam dixêre secundùm Ducem Bituricensem, qui regia fiducia Bituriges possidebat. An. 1391. Vt refert Ioh. Gallus, Quæst. 228. 4.

Arestum die 17. Maij 1675. Dn. *Pousse mothe*, Ducis *de Beaumõt le Vicomte* causã agente, & Dñ. *le Coigneux*, aduersarij.

Citati non debẽt appellare, sed suum allegare priuilegium l. si quis ex aliena. ff. De Iudic. l. ex quacunque causa. ff. Si quis in ius vocat.

CÆTERVM in limitanea Andium Regione latiùs patet iudiciaria Præuentio, vt si illius Habitatores priùs adierint Pictauensem, vel Armoricum Iudicem, quàm Andegau. penes eundem maneat totius disceptatio controuersiæ atque iudicium. In iis Andium finibus præcipuæ numerantur Parœciæ nouem, *de May*, *la Seguiniere*, *S. André de* 5.

A Senatu Armorico iudicatum aiunt, prævenientis fori Consuetudinem seruari debere in Feu-

la

Digitized by Google

la Marche, la Romaigne, Roſſay, Treffoux, le Logeron, Montigne, & partie de ſainct Pierre de Chambraigne, marches communes d'Anion & de Poictou. Ac propterea ibidem Apparitores 4. inſtituit Princeps. Edicto menſe Ianuar. 1558. quod renouatum eſt Sextili menſe an. 1573. vt in Andegauis, Pictonum, Britonúmque oris limitaneis illi exequerentur iudiciorum acta omnia, mandatorum, & contractuum. Ex Volum. 2. Regeſtorum Curiæ ſub Karolo 9. Principe. Eodem recidit forenſis in Senatu Actio 12. Kalend. Sextiles an. 1572. de modo reguláque præſcribenda Regiis quibuſdam Viatoribus per metas illas Andegaui Municipij. Quo in negotio interlocuti ſunt PATRES C. teſtibus inquirendum, *ſçauoir ſi la Chaſtellenie de Challonnes en Anion depend du Baillage de la Pommeraye & baſſes Mauges, pour le departement des ſergens baillagers, dont l'vn demeure à la Pommeraye, comme Marche commune, pour le faict des Preuentions.* Ac ne quis miretur tantum Præuentionis fori vim in limitaneis Andium partibus, ampliora his etiam immunitatum iura irrogarunt Reges priſci, ne Regiæ cuiquam indictioni forent obnoxiæ: dummodo talium Pagorum coloni Francicas libellas 2035. dependerent in noui cuiuſque Regis auſpicatu. Vt eſt in Cameræ monumentis Pariſien. Ratiociniorum, iam inde ab Anno. 1324. quo, Karolus 4. Ann. 1350. quo Ioannes 2. an. 1380. quo, Karolus 6., & alij ſeriatim Galliæ inaugurati ſunt Reges. Proinde Ericus 2. cauſa cognita edixit, Vicanos, Andium conterminos publicis Indictionibus liberos ſolutóſque fore. Codicillis Mart. menſ. 1547. & 11. Kalend. Sextiles an. 1553. quos Magiſtri rationum Principalium comprobarunt 15. Kal. Nouemb. eod. an. & 3. Kal. Maias 1557. tali clauſula, *Que leſd. Habitans de Marche commune demeureront perpetuellement quictes & francs de toutes Tailles, Creuës, Subſides, Huictieſme, Vingtieſmes, & autres Impoſitions quelconques, en payant au nouuel aduenement de chaſcun Roy la ſomme de 2035. liures accouſtumees eſtre leuees ſur eux par forme de don & abournement pour la confirmation de leurs priuileges. Et quant à la Cruë & Taillon pour la commutation des vſtenciles & munitions de la Gendarmerie tenant garniſon, la Chambre ordonne que leſd. Habitans apporteront certification des Eſleuz de Lodun, ſi auparauant lad. Creüe ils auoient accouſtumé fournir en eſpeces les munitions & vſtenciles, ou non, &c.* At poſteri Reges Priuilegio annexum onus mutarunt, ſanxerúntque, Priuilegiarios annuis Fiſci rationibus libellas centum inferre debere loco eius ſummæ, quam nouo regi ſemel erogare conſueuerant. Literis Dec. Menſ. 1567. quæ in Actis rationalium Pariſien. exſcriptæ ſunt 4. Idus Ian. 1568. & Poſtridie Nonas Quintiles 1575. publicatæ dehinc maxima in Curia vectigalium regiorum 8. Kal. Mart. an. 1576. Andegaui paritet Vallium incolę Pagani, ſuam repetunt patrimonialium munerũ vacationem, Indictionumque plebeiarum ab Errico Andegauię Comite, qui Anglorum rex ſimul, Neuſtrię Dux ſalutabatur an. 1156. Cùm enim Vicani iſti, Ligeris annis aggeres cõtinuò fulciendos curarent ac inſtaurandos, vt commodior ſtatio nauigatióq; foret, ideo æquum viſum,

dorum controuerſiis *de Marche commune de Poictou & de Bretaigne.* Areſto pro Gulielmo *Poponeau* contra Renatam *le Roy* viduam & donatariam Iacobi *Auſſeau.*

Die 21. Iulij 1574.

De Priuilegiis Marchiæ cõmunis *de Poitou & de Bretaigne,* Nos vberiora, i lib. 21. Tit. de honorificis in patronum extra ordinem obſequiis art. 6. Et lib. 1. Pariſien. Leg. Tit. 1. art. 31.

Die 11. Iulij an. 1553.

Die 18. Octob. 1553.

Die 19. April. 1557.

Die 10. Ianu. 1568.

Die 8. Iulij 1575.

Die 11. Feb. an. 1576.

Habitatores *des Valees, en Anion, demeurans ſur la leuee, qui ſont ſept Paroiſſes, & 3. enclauees vers Beaufort en Vallee, affranchis de toutes tailles &*

subsides: Exceptè la taille, les gages du Preuost des Mareschaux & Officiers, & la fortification & garnison du Chasteau de Saumur.

eos Tributaria pecuniæ in Fiscum collatione leuari, liberari. Id quod pervoluimus in Cartophylacio Andegauæ sanctioris Basilicæ. Hoc autem Priuilegium vetus à Francisco 1. renouatum est Septēb. Mens. an. 1544., à Karolo 9. an. 1570., ab Henrico 3. an. 1584. iisdem propterea Ligeri finitimis Pagis dictæ pro libertate vindicię Fiscalium intributionum. Decreto Curiæ publicorum vectigalium postridie Kal. Sextiles an. 1594. & Decemb. Mens. 1597.

Die 1. Augusti 1594.

Appointement d'inform. Appointement en droict.

QVVM duplex sit causarum status, inficialis & iuridicialis, ad illum solum pertinet litis contestatio, de qua patrius Mos loquitur. hoc §. 65. Si ergo iuridiciali formula constituatur partium disceptatio, non coniecturali, poterit Regius Iudex litem definire, nec ad inferiorem relegare tenebitur. Idque vtilitatis causa receptum est, vt sinuosi anfractus circuitúsque Fori tollantur, néve lites diutius protelentur. Rursum si Principalis Iuridicus ex appellatione aditus sit in aliquo controuersię capite, de quo perperam iudicarit inferior, ius est superiori illi, ob male iudicatum summæ litis cognitionem ad se reuocare. Ac Proceres quidem olim in Senatu contenderunt, Regio iudici non licere, in appellatoria lite decidenda, sibi adsciscere principis controuersiæ notionem, sed de nudo prouocationis articulo pronuntiare. Argum. l. eos Cod. De appell. Qua de re, Curia Parisien. (Longeuillano Duce, & Regio Actore dissertantibus inuicem) censuit pleniùs deliberandum. Aresto postridie Idus Ianuar. Ann. 1534. quùm Thuanus pro Duce, Montholonius pro Fisco egissent copiosè. At postea decreuit Senatus, Regio Iuridico liberum fore, ex causa malè iudicati sibi reseruare totius negotij decisionem. Placito Curiæ 15. Kalend. Februar. 1535. aduersus Petrum *Malle* prouocantem à Suppræfecto Ambianorum, qui prauè iudicatum à *Baillino de Dours* pronuntians, sibi receperat præcipuæ litis definitionem. S. Consulti certè non leuis hæc ratio est, Dominos territorij, eorúmque Iudices grauiùs excandescere in appellantem, mulctatitij æris nomine, quod iniquè iudicantibus irrogat Regius superior Magistratus. Secus autem in Regio minori Iuridico, cuius etsi Sententiam maior infirmet, imperitia tamen vel iniquitas mulctari non solet, nisi litem is fecerit suam. Adde, quòd primitus Iurisdictiones omnes, Principales fuêre, non cuiusuis Patrimoniales. Bartol. ad l. Imperium. ff. De iurisd. omn. Iud. Item nulla ex parte augerentur tùm Regiæ Iurisdictionis commoda, quùm à minori ad maius Tribunal primariæ causæ notio transferretur, nec huiusmodi translatio compendium vllum Fisci rationibus adferret. De Dominico Iudice non idem, cui adempta causæ alicuius notione, tantumdem Regio foro lucri accedit. Sed vt sordidum hunc mittam quæstus forensis prætextum, haud dubiè licitum est Iudici appellationis (lege Pontificia) summæ litis disceptationem arbitriúmque nonnunquam ad se reuocare. Vt notat Innocentius 4. in Concilio Lugdunensi Cap. 1. De appell. In 6. Id quod Francica Edicta coarctarunt

6.

§. 65. Vers. *Iusques à ce que* litis *contestatiõ soit faicte, par laquelle les Parties soient appointées à faire, & en enqueste.*

Contrariorũ factorũ. super quibus contestatæ sunt partes. Inquisitores dedit Rex: quib' simul & Actuariis inuicẽ Regij Andium fori, Patres Patrũ regulas constituerunt, ne alter alterius munera vsurparet. Arestis infrà citatis Lib. 3. Tit. vlt. In Marg.

Decretum Curiæ die 14. Ian. 1534.

Aresti die 18. Ianu. 1535.

Andegauen. Episcopum ferunt percipere solitũ mulctarum partem & aliorũ cõmodorum regiæ iurisdictionis Andegauæ, ex Castellania Iua *de Morennes*, quã Episcopo dedit Fulco quondam Andiũ Comes. Sunt & aliæ eiusdem Præsulis insignes Castellaniæ, *Challonne, Villeuesque, S. Alman, & Rumefort.* Idem Fulco Comes dedit Cathedrali Ecclesiæ Andium, Ditionem *du Plessis au Grameire*. Sub annum 1100.

Digitized by Google

ctarunt in Regio duntaxat minori Iuridico, cuius reſciſſa Sententia, litigatores nihilominùs eandem in Sedem regiam ſunt de prima cõtrouerſia remittendi. Conſtitut. per lata Iun. Menſe An. 1559.

7. DVCES, Comites, aliíve patroni, qui Iuriſdictionis fructus demetunt, eámque in facultatibus habent, per ſuos fiſcales Procuratores rectè poſtulant ſibi ſubditum ad ſuam trãſmitti Iuriſdictionem: ne ex nudo priuatorum conſenſu perperam fraudentur emolumento iuridiciali (de quo Faber in §. item Seruiana Inſtitut. De action.) Quanquàm inter ſuperiores inferioréſque ius anteuertendi & cognoſcendi, quoad dùm lis conteſtata ſit, lancitur Andeg. Lege: vt inter Duces, ac *Caſtellanos*. Imò etiam ſolus Dominus repoſcere poteſt ſibi ſubiectum; & reus abſque Domino fruſtrà Foro præſcribit. Vt Curiæ iudicio olim deciſum fuit in *Parlamen.* ſacræ Purificationis An. 1254. aduerſus Claromontanos Aruerniæ ciues, qui ad Regium Iudicem vocati, remiſſionem petebant ad ſuum Epiſcopum & Comitem Claromontanum, abſque huius interuentu, nec flagitante publico Fori eiuſdem Procuratore. Ex Folio 86. antiqui Regeſti Curiæ Pariſien. Alibi tamen in Aruerno Municipio, quod Moribus vtitur, reus conuentus coram ſuperiori Magiſtratu, non eget acceſſione ſuffragióque Domini ſui Iuridici, vt pecuniaria ſua lis, criminoſauè, ad huius Tribunal relegetur: quùm priuatus ipſe ſolus, qui Fori præſcriptionem opponat, ſit audiendus. Tit. 7. Auernæ Conſuet. Simili lege tenentur Burgundi, in cauſis criminum. Tit. 13. Cõſuet. Burgund. Ducatus, *Des Adueuz*. Turonici item litigatores, patrio Ritu veteri, liberam habuerunt cauſæ in ſuum Forum reiiciendę poſtulationem, citra Iuridici domini cõcurſum atque præſidium. Quod & contradicto iudicio decreuit Senatoria decuria, in Iuridicis Turonum conuentibus, Nonis Octob. An. 1533. Verùm hæc ita accipi debent, ſi Dominus, ad quem reorum remiſſio petitur, ipſa re exerceat Iuriſdictionem, firmóſque carceres teneat. Aliâs regius Iudex remiſſionem poſcenti licitè abnegarit. Vt latè Molineus, In priſcam Conſuet. Pariſiorum, §. 2. Gloz. 4. Ediuersò, Dominus necne ſolus poſſit reuocare domum, explicat Libet. *Conſuetudinarius* Galliæ, hac diſtinctione, *Nota que en pays Couſtumier, ſi le Juſtitiable d'aucune Iuſtice ſubiecte eſt adiourné deuant le Souuerain, & il decline, il ne ſera pas renuoyé, ſe deux choſes ne concurrent enſemble, c'eſt aſſauoir que le Seigneur & le Subiect demandent le renuoy. Car ſe le Seigneur ſeul le requiert, il ne ſera mie renuoyé en action perſonnelle: en action reelle, ſi ſera. Car iaçoit ce que la perſonne, qui eſt franche, ſe ſubmette à autre Iuriſdiction, toutesfois ne peut-il pas ſoubsmettre ſon heritage.* Lib. 3. *Du grand Couſtumier de France & Inſtruction de Practique.* Tit. *Des exceptions.*

Demander l'obſſance de la cauſe, i. le Renuoy.

En Auuergne Couſtumiere, l'aduen emporte l'homme: & le ſubiect peut demander le Renuoy deuant le Seigneur duquel il s'aduoue, poſé que ledit Seigneur ne le demande, Cap. 7. *Des Renuois de cauſe,* Art. 1.

Arreſtum in magnis Diebus Turonen. die 7. Octob. 1533. inter Andream Bo[illegible] eiúſque cõiugem, qui à Turonenſi Præfecto Curiam appellarant, & viduam Ludouici Fontaneau, ex aduerſo, litigantem, Fabro, appellantium: Iordano, intimati: & Montholonio Fiſci cauſam agentibus,

8. QVARVMDAM tamen litium ſemel cœptam cognitionem non deponunt regij Iuridici, nec Dominicis inferioribus cedunt. Nam Butelerius in *Summa Rurali*, *Item*, inquit, *és cas de Reſſort des Bans d'Aouſt, puiſque les Officiers Royaux en tiennent premiere la prinſe, ils ne ſont*

De talibus Bannis de Moiſſons, & de vendanges, Nos ſuprà Cap. 45. Art. 3. 4. 5. 6.

Digitized by Google

tenus en faire Renuoy, iaçoit que fust trouué en la terre de haut Iusticier, où autre qui le requist. Item en cas de Ressort de tous Cerquemenages qui touchent au regect du chemin Royal, le Procureur du Roy en la Prouince doit estre appellé à ce: Car sans luy nul se doit auancer de ce faire. Item le Roy ha la cognoissance des Bannis du Royaume par ses Iuges & Officiers, supposé qu'ils soient trouuez en terre de haut Iusticier: si conuient-il que par le haut Iusticier ils soient rendus aux gens du Roy. Car à nul autre Iuge en appartient la cognoissance: Se ainsi n'estoit que par le haut Iusticier eust auparauant le Banny esté banny de sa terre crimimellement, & puis fust pris sur celle terre, lors le pourroit le haut Iusticier punir criminellement, pour ce que banny le auroit premier, & premier prins. Ainsi fut dict par Arrest de Parlement l'an 1375. en Iuillet, touchant vn Banny qui auoit faict homicide, banny par le Bailly de l'Eueſque de Tournay. en sa terre & ville de Helchin, où le cas aduint: Et depuis par les gens du Roy fut ledit Homicide du Royaume banny: Aduint que ledit Banny fut prins en la terre de l'Eueſque à Helchin & mis prisonnier, les gens du Roy le voulurent auoir comme banny du Royaume, & disoient que à eux en appartenoit la cognoissance. Par Arrest de Parlement fut dict, que le prisonnier deuoit demeurer aud. Bailly de l'Eueſque. In ſumma, quæ cauſarum genera ab Regiis Iudicibus non reiiciantur ad inferiores, recitat Maſuerius In ſua Praxi Tit. De miſſionibus, Et Stylus Curiæ *Parlamentaru.*

Styli Parte 1. Cap. 29. Quorum cognitio ſpecialiter pertinet ad Regem.

ANDIVM Mosait, Dominum proximè Iuridicum ſuperiori anteponi in remittendis ad ſe reis, qui in Forum regium arceſſiti ſint. Quæro, ſi ille cum ſubditis agat Diplomate, vt ſua bona deducant in cenſum coram Iudice regio, ſubditine habeant ius reuocandi domum, & in Dominicam loci Iuriſdictionem, aut paulò ſuperiorem? Non videtur prima fronte, quùm regij Diplomatis cognitio executióque ſoli competat Principis magiſtratui, vt dicemus poſtea fuſiùs. Contrarium tamē Senatus iudicio definiit poſtridie Idus Mart. An. 1535. In forenſi patronorum actione, qua Minardus, prouocantium à Lugdunen. Iuridico, & Auberius prouocati cauſam orabant. (vt compertum habeo ex Commentariis Curiæ autographis) Nec immeritò ſanè, quùm hæc de cenſuali profeſſione Reſcripta Principalia verè non pertineant ad Iuriſdictionem contentione tractandam, ſed voluntariam potiùs, vt plebeij coram Notario, ſoli vectigal Domino debitum teſtatò profiteantur. Vnde nec mandatæ iuriſdictionis Codicilli ſunt iſti, nec cauſarum tranſlatitij. Ex eóque, ſi appellati ſolarium abnuant populares, ad ſuum tunc Iudicem relegandi ſunt. Imò & ſi paciſcentes duo generatim ſe ſubiiciant Iuriſdictioni regiæ, haud propterea huic deferetur litis cognitio, quæ ex ea pactione deſcenderit: Aliter, ſi ſpeciatim illi ſe ſubmiſerint regiæ cuidam Sedi iuridiciali. Id quod Senatus prudenter ita diiudicauit Decreto 14. Kal. Sextiles An. 1540. inter Ioh. *Godiniere*, qui à Regio Carnutum Prætore Curiam appellarat, & Symonem Baſilinum tutorem Herculis & Michaëlis *Iouet*, econtrà, certantium. At Praxiarcæ veteres huic negotio ſequentem adhibebant diſtinctionem in ſuis Collectaneis,

Verſ. Andeg. Conſuet. 65. *Et ſi à requerir ledit Rouuoy ſe trouuent aſſemblement le Seigneur immediat des choſes dont eſt queſtion, & ſon Suzerain, ledit Seigneur immediat y ſera preferé, pourueu qu'il ſoit fondé de cognoiſtre d'icelle cauſe.*

Placitum Curiæ die 16. Mart. 1535. ex regiis Literis libri cenſualis conficiendi, *d'un Papier terrier.*

Lettres attributiues de Iuriſdiction.

Arreſtum Curiæ die 19. Iulian. 1540. Iacqueloto, appellantium: & Roberto, intimati cauſam agentibus.

Digitized by Google

lectaneis, quæ Principis iurisdictioni fauebat impensiùs, *Item au Roy seul appartient la cognoissance des contracts faicts soubs Seel Royal: Et encores ou cas que l'on se soubmettroit à toutes autres Iurisdictions, si en auroit le Roy la cognoissance par Preuention.* Auctoribus iisdem, alia causarum genera Principali notioni vindicabantur prisca ætate Karoli 6. regis, qua, Pragmatici illi scribebant in hunc modum. *Item au Roy seul appartient la cognoissance des faicts des Iuifs, parce qu'ils sont en sa garde. Item à luy seul appartient la cognoissance des faicts des Nobles, specialement en delict, & aussi es cas reels, si leur Seigneur haut Iusticier n'en est par especial en saisiné. Toutesfois si le Seigneur haut Iusticier a Iustice fonciere & reelle, en ce cas il peut cognoistre du reel: Mais de criminel, le Noble est exempt, combien que son Seigneur en auroit la confiscation. Toutesfois de long vsage plusieurs Seigneurs en ont la cognoissance, comme le Comte de Dompmartin, le Sire de Montmorency, & plusieurs autres. Item le Roy ha la cognoissance de la Falsification des Seaux & des falsitez commises en ses Lettres. Item ha l'execution de toutes Lettres, esquelles personnes d'Eglise ont en sa Cour obligé leur temporel. Item ha la cognoissance des droicts de Patronage, lors qu'il en est debatu entre les patrons, ou bien quant aucun debat est entre le Patron & le Prelat, assauoir quant le Prelat dict la presentation luy estre deuoluë: Car alors le Roy ha la premiere cognoissance entre eux, assauoir mon si elle est deuoluë ou non. Item au Roy seul appartient la cognoissance de ses Prisons brisees, & de Bougrerie & Sodomie, selon l'opinion d'aucuns. Item le Roy ne plaide en aucun cas en la Cour d'aucun sien subiect, pour quelque chose à luy apparten. en tout ou en partie: Exemple, le Procureur de S. Cornille de Compiegne disoit estre en possess. d'auoir par aubeine les biens des decedez sans heritiers en leur haute Iustice, sauf que le Roy y auoit le tiers, & pour ce tiers le Procureur du Roy l'auoit empesché, requerant que la cause fust renuoyee en sa Cour. Il fut dict par Arrest, veu que le Roy auoit part, que la cognoissance luy en demeureroit, & ne seroit point renuoyee en la Cour dudit Procureur. Item au Roy seul appartient d'ordonner de nouuel Foires & Marchez par tout le Royaume, & y donner priuileges, faire Legitimations, & Nobilitations par tout le Royaume, creer Changeurs, donner lettres de Change pour faire & exercer tout faict de change: Item donner iugemens des transgressions faictes sur le faict des Monnoyes, & donner sauuegardes: Item au Roy seul appartient donner Remissions, & Rappeaux de bans. Ce que les Nauarrois debatent seul & pour le tout, &c.*

Practicum hunc Codicem nobis commodauit Claud Fauchetus eruditiss. Præses in monetali Galliæ Præfectura.

In proposito vide quæ suprà scripsimus ad §. 1. Art. 10. Andeg. Consuet.

Nauarros hoc loco accipit pro Gallis immediatè subditis Comitum Ebroicensi in Normania, Ducúmque Nemorensium, qui Nauarri simul reges, erant, Temporibus Karoli. 6. Franc. reg.

10 Latvm discrimen est inter primariam, & quæ ex appellatione deciditur, partium controuersiam. In illa, protogari Iurisdictio interdum potest, in hac non potest. Bald. ad Tit. De pace Constantiæ In Feud. Nec enim, volente quidem aduersario, mouere licet appellatorium iudicium coram incompetenti. Speculat. in Tit. de appellat. §. nunc tractemus Vers. quid si de facto Guymierus in §. & ne sub vmbra In ver. medio De causis In Pragm. sanct. E contrario, ius est priuato litigatori, prouocationis causam ad intermedium Iudicem reuocare citra Iuridici domini interuentum. §. 65. Andeg. Leg. Molineus expressim, ad §. 75. Cenom. Consuet. Quippe quum singulo-

Vers. *Toutesfois en cause d'appel releué ou mis en Cour souueraine* omisso medio, *ledit Seigneur immediat relaissé en aura le*

Digitized by Google

Rémy auant la confirmation s'il le requiert: Aussi le peut requerir la partie intimée, ou anticipe.

rum interfit, appellationis gradu ferieque non priuari. Quòd longè aliter in prima actione iudicióque custoditur. Quinimò si ex prouocatione citetur aliquis coram superiori, medio prætermisso; rectè is Senatum appellabit à nuda ista citatione: quòd superiorem illum adire non teneatur allegaturus præscriptionem fori. Vt P. C. decreuêre Aresto postridie Kal. Decemb. An. 1535. secundùm Vindocinensem regulum, Fœlicem *de Chourches*, & Magdalenen Baiſiam Fœlicis coniugem, qui à simili vocatione in ius Curiam appellarant: contra Franciscum *Dugué* appellatum. Illis enim, quùm à primario Iudice Fani Carilephi prouocassent, dies dicta fuerat ex appellatione ad regium Cenomaniæ magistratum. Sed ab hac diei dictione prouocant illi subinde ad Conscriptos Curiæ Parisien., apud quos disceptata res est aduersariis patronorum actionibus. A parte appellantium suggerebatur, Ducatum Vindocinen. duobus constare gradibus Iuridici imperij, ordinario nempe inferiori (cui Vicarius præest *Bailliui* Vindocinen. in Sede Carilephi oppidi) & superiore ordine delectorum Iudicum in annuis Conuentibus, i. *des Gens tenans les Grands-iours de Vendosmois.* Eum proinde, qui appellarat à Iudice B. Carilephi, proximè citandum fuisse in Iuridicam Sessionem Vindocinen., non ad regium Prætorem Cenomani Municipij. Quibus subiungi potest inclyta Vindocinen. oppidi Territoriique vetustas ac dignitas, præconem nacta Gregorium Turonensem (Franc. Hist. Lib. 9.) & Rigordum Philippi Augusti Historiographum, quem refert hostiles Anglorum acies persequentem, in transitu cœpisse Vindocinum Maio Mens. Ann. 1189. Regulorum autem Vindocinen. bellica virtus prædicatur, Frossartis Lib. 1. Cap. 119. Sed, vt redeam ad institutum, Faber, prædicta in lite, pro aduersario dixit, singulos Cenomani agri Pagos oppiduláque matrici respondere Ciuitati, ac regio Prouinciæ foro. Nuper certè Vindocinensem dynastiam à Principe auctam fuisse Patritiali Galliæ titulo insigniori, ac præcelsas huiusmodi Ditiones vni Senatui ex prouocationibus subiici: sed Vindocinen. Patritiatus Literas nunquam in regio Cenomaniæ foro lectas fuisse ac promulgatas. Quoniam tamen Principales hos codicillos semel probarat Senatus, & in clarissimo Curiæ theatro publicari iusserat, PATRES citationem, de qua ℨ., nullam irritámque pronuntiarunt. Simile prorsus Curiæ placitum. An. 1391. voluitur apud Ioh. Gallum, Quæst. 250. *An appellans à Iudice Paris Franciæ, remittendus sit ad magnos Dies dicti Paris.* Quinetiam Fiscalium Ditionum in priuatos Fiduciæ, adiici solet noua tum binæ Iurisdictionis series, vt qui Ducatus titulo donantur à Principe Reguli fiduciarij, tantisper Iuridicos Conuentus habeant, primarum prouocationum iudices, instar profani cuiusque Galliarum Patritij, quantisper Regio munere perfruantur. Sic priscis Andium Ducibus, Cenomaniæque Comitibus præsto adfuêre eximij quidam Magistratus, eorúmque Sessiones iuridicæ: queîs stato anni tempore, inferiorum Sententias

Placitum Curiæ Parisien. die 2. Decemb. 1535.

Le Lieutenant du Bailly de Vendosmois au siege de S. Calez.

Vindocinen. Comites ab antiquo Regibus nominarunt Regios Tailliarum, subsidiorum, & gabellarum fiscalium Iudices, Vendocini degentes. Ex Rescriptis Ludouici. 12. die. 6. Augusti An. 1300. & Francisci 1. Die 28. Iulij An. 1515.

Aurelianen. Regno attributum Vindocinen. Castrum & territorium pro Guntchrammo Rege, in Franc. Regni diuisione cum Chereberto, seu Ariberto.

Vindocini Comes Ianum Normaniæ Ducem in Anquitanica expeditione secutus est. An. 1345. Alia de eo pete ex Lib. 3. Doma. Franc. Tit. 6. Art. 13.

Vindocinensis Ducatus regiuncula sitá est in Cenománo partim Municipio, partim in Andegauo. Nam Vindocinense oppidum ipsum, Pagus *de Montoire*, & alij quidam Baugeio Andium foro subijciuntur. At S. Carilephi, (*S. Calez*) oppidulum, *Sauigny sur Braye, Mondoubleau*, aliique vici pagani *du bas Vendosmois* sunt in Cenomania & eius forio regio, subsunt, quoad notionem casuum regiorum.

Appennages de Terres & Seigneuries domaniales de la Couronne mises tiltre de Pairie pour le Sieur Appenna-

Digitized by Google

tentias illi ex prouocatione reſcinderent, vel comprobarent. Vt patet autographo Codice Andenſium ſimul & Cenomaniæ Morum, qui mihi ſuppetit, deſcriptus An. 1437. Pari modo, Ludouica Allobrox, Franciſci 1. mater ſolennem inſtituit Togatorum Conſeſſum in vnoquoque Andium, & Boiorum Ducatu, Cenomaniæ, & Claræmontis Bellouacorum Comitatibus, quos Fiduciæ formula ab Rege filio ſuſceperat. Maio Menſ. An. 1516. At ſtatim à donatariæ obitu, Princeps ſuſtulit talium Magiſtratuum Decuriam, quos *Magnos Dies* nuncupabant. Edicto An. 1532. Nec aliter Duci Alenconio, Vnellorum Comiti auctor fuit Rex, Præſidem ac Sexviros eo in Comitatu creandi, maioribus illis Seſſionibus præfuturos, condicto iis ſtipendio. Codicillis Sextili Menſ. An. 1523. Quantùm ex Alenconiæ Domus Monumentis aſſequimur.

gier, & conſequemment droict d'auoir Grands iours, en ſa Iuſtice.

Grands iours d'Anion, & du Maine.

Madame la Regente, Louyſe de Sauoye, Ducheſſe d'Anion, & de Bourbonnois. &c. Mis Conſeillers des Grands iours en ſes Terres.

Grands iours du Comté de Perche.

11. ERGO prouocationes ad ſuperiorem ordinatim fieri debent, non ſaltuatim: Vt Antoninus & Verus Impp. reſcripſerũt (l. 21. ff. De appell.) tum Pontifices ſummi, Cap. Romana De appell. In 6. Can. ſi quis. Cauſ. 2. Quæſt. 6. Id quoque traductum in Gallicos mores, & Germanicas Conſtitut. Cæſareæ Iudicum Decuriæ. Parte 2. Tit. 29. in prin. Verùm hoc non procedit, quando medius Iudex palam apertéque ius negaret poſtulanti, aut incapacitatis aliòve nomine obire non poſſet iudicandi munus. Tunc enim, poſt habito eo, liberum foret appellare medij ipſius Iudicis ſuperiorem. Panor. ad Cap. dilecti De appell. Sic apud Germanos vltrò recepta eſt appellantis quærela Iob. *Louz* (In Iac. *Gruben*) qui è Colonia Agrippina Spirenſem Germaniæ Senatum appellarat rectà, non Septem virum Brandemburgenſem. Nimirum quia iſte ſuſpectus aſſerebatur, & cauſę coniunctus. Iudicio Spirenſis Cameræ Ianuar. Menſe. An. 1551. Nec abſimile quicquam placuit Auguſtæ Nemetum Conſilio ſummo, apud Germaniam, in lite *Vvalſtrun*, aduerſis *Pentelin*, quorum alter prouocarat à Iudicibus oppidi *Ham* (quod ſubeſt Menapiorum Duci) ad Cameram, non ad Ducem. Hic ſua quidem referre Dux obteſtabatur, ne ſe dimiſſo, maior appellaretur præcipiti ſaltu. Sed quùm apud eum gratia valere litigatorem alterum alter ſuſpicaretur, Imperialis Senatus ſibi recepit appellatoriæ cauſæ cognitionem. Germanico Decreto. 6. Kal. Iunias. an. 1554. Vt auctor eſt Ioach. Mynſingerus, Centuria. 1. Obſeruat. 67. Franci vtique in capitalibus iudiciis Curias ſupremas prouocant, omiſſo intermedio ita planè, vt ſi reus prouocationem interpoſuerit à dãnatione capitis, exilio perpetuo, à quæſtione tormentis indicta· fuſtiúmve, aut honoraria pœnæ irregatione, ea tùm prouocatio ad Senatum directò deferatur. Imò & ſi Iudex comprehendendum reum edixerit, libera huic optio eſt, vel proximum ſuperiorem appellandi, vel Curiam Max. Lege regia An. 1539. & 1541.

Camera Imperialis.

Pariatus ſeu Patriatus Franſcici erectione mutatur quidem prima Iuriſdictio, & Reſſortus primarum appellationum: Sed hæc duo remanẽt, nempe Reſſortus vltimus ſeu vultimarum Prouocationum. quæ in ſuo quoque Parlamento, vbi Patritialis fundus eſt, deciduntur. Vt pote *de la Perrie d'Vzes, à Tholoſe, de Raiz, à Rennes.* Dempto Alenconij Ducatu & Perria *eſtant en Appenage*, Duanſique Comitatu & Pariatu, qui reſſortiuntur, *Alençon a ſon Eſchiquier, & l'autre a Paris, non a Rouen*, quia iſti pariatus ſunt Rothomagenſi Senatu vetuſtiores. Secundum immutabile eſt Conſuetudo locorum, cui Pares, eorumque ſubditi perpetuo alligantur *Meſmes ceux Den, & d'Alençon*, nonobſtante mutatione Reſſortus. Vt patet vltimo Proceſſu verbali Conſuet. Norman. An. 1586. S. Conſultum Imperialis Cameræ *de Spire.* Die 27. Maii, An. 1554.

Cap. 66.

Et combien que lesd. Juges ſuz erains dud. Duc d'Anjou, & autres Seigneurs ayent la Prœuention telle que deſſus : Neantmoins pource que ſouuentes fois aucuns en petites Matieres perſonnelles de 20. ſolz tourn. & au deſſoubz s'entreuexent & trauaillent, en s'entrefaiſant adiourner au loing, comme ſix lieües ou enuiron, combien qu'ils puiſſent recouurer Iuſtice és Cours des Seigneurs ſubalternes, leſd. Iuges ſuzerains, ſi ſommairement & de plain ne vuydent leur queſtion & procez, pourront en faire incontinent Renuoy parauant Conteſtation, ſi l'on cognoiſt qu'il y ait officiers reſidens eſd. Chaſtellenies ſuffiſans pour adminiſtrer Iuſtice. Et ſi l'on cognoiſt, que malicieuſement iceux demandeurs ayent faict adiourner au loing les deffendeurs pour petites matieres, comme pour 20. ſolz & au deſſoubs, led. Iuge ſuzerain pourra, pour reprimer telle vexation & trauail des ſubiects, condemner tel demandeur en amende & deſpens, & faire le Renuoy, comme deſſus, pardeuant celuy Iuge ſubalterne qu'il verra eſtre à faire. Et doiuent les Iuſticiers qui cognoiſtront des petites Cauſes perſõnelles de 30. ou 40. ſolz & au deſſoubz, les vuyder ſommairement & de plain, ſans ſouffrir libelle eſtre baillé fors par leur acte d'iceluy iour, & ſans autre figure de procez ordinaire, ſur peine d'en eſtre punis & corrigez par Amendes ou autrement, s'ils ſont reprins faiſant le contraire.

Andegaui quidam Magnates interceſſerunt promulgationi huius Articuli Conſuet. Quòd dicerent Regium iudicem nihilo magis leuium cauſarum notionem inter populares ſuos, quàm aliarum ſibi recipere poſſe. Sed remiſſa ad Curiam interceſſione, manſit interim Legis caput promulgatum ac perſcriptum.

HAC TAMETSI SVPERIORES PRÆDICTI IVDICES ANDEGAVI DVCIS, PROCERVMQVE ALIORVM, PRÆVENIANT INFERIORES IVRIDICOS IN COGNOSCENDIS LITIBVS, MODO SVPRARELATO: QVIA TAMEN NONNVLLI CREBRÒ DE LEVIBVS CONTROVERSIIS, PERSONALIBVS (20. ASSIVM ÆRIS ET INFRA) FACESSVNT SIBI INVICEM NEGOTIVM, DIE IVDICIIS CONDICTA IN LONGINQVO TRIBVNALI, ET DVODECIM CIRCITER PASSVVM MILLIA DISTANTI A DOMICILIO LITIGATORIS, QVVM ALIOQVI PARTES IVS SVVM OBTINERE POSSENT IN FORO DOMINORVM INFERIORVM, MAGISTRATVS SVPERIORES REIICIENT ILICO LITICVLAS EIVSMODI (QVAS SVMMATIM EXPEDIRE NEQVIVERINT) IN IVRIDICAM SESSIONEM MINORVM DYNASTARVM: CVI NEMPE STATARIOS IVDICES IDONEOS PRÆESSE EXPLORATVM FVERIT, AC CONTINVO IVDICANDI OFFICIO FVNGI. QVÒD SI IVRIDICO MAIORI INNOTVERIT, ACTOREM SVBDOLE IN LONGINQVVM FORVM TRADVXISSE REOS TENVI DE RE PARVIQVE MOMENTI (PVTA. 20. ASSIVM ET INFRA) IPSI LICEBIT, ACTORIS PERVICACIAM MVLCTA LITISQVE IMPEN- I.

Sicuti hac Lege identidem relinquitur cauſarum cognitio ſubalternis Iudicibus: Ita inter iſtos frequentia ſunt perinde *les Reiglemens d'Office*, vt Regios inter magiſtratus. Hinc Ducis Bellomontani Conſilium iudicio contradicto *a reglé les*

DIIS

DIIS COERCERE, ET IN QVEM VIDEBITVR MINOREM IVRIDICVM TRANSFERRE CAVSÆ NOTIONEM. AC DEBENT VTIQVE IVRIDICI, QVI EXILES CAVSAS PERSONALES DIIVDICANT AD TRICENOS VSQVE VEL QVADRAGENOS ASSES AVT PAVCIORES, EAS DE PLANO DECIDERE, NVLLA SERVATA LIBELLORVM AVT IVDICIORVM SOLENNI FORMVLA. QVI VERÒ SECVS FAXINT, IVDICIBVS NVMMARIA MVLCTA, PŒNÆVE ALIÆ INFLIGENTVR.

Iuges du siege de Beaumont, la Flesche, & Chasteaugontier, die 20. Iunij, An. 1579. Lutetiæ, *assau. Courbeſſe, & Briſart, pour Beaumont: Clement, & Babineau, pour la Flesche Alain, pour Chasteaugontier*) & *Ren. le Godais*. Item Iudices Meduanæ *Reiglez par Senten. du Conſeil du Seign.* die 6. Maij. 1562. die 13. Sept. 1576. & 21. Jan. 1598. Iudices *de Sablé*. Mathur. *Nepueu*, & Franc. *Caille*, Sententia. 17. Nouemb. 1570. Tum Feritatis Bernardi Iudices Dionyſ. *Gaudin*, & Iacob. *Poulart*, Sententijs die. 5. Nou. 1565. 17. Ian. 1567. Mauricius demum *Poulart*, & Reginald. *Reillet*. 3. Dec. 97.

IN vilibus cauſis modicíque præiudicij recedimus facilè à præſcriptis Legum, regulíſque ſolennibus. Bartol. in Authen. Niſi breues Cod. De ſenten. ex breuic. recit. Et Panormit. ad Cap. Quoniam contra De probat. Vbi aiunt, tales liticulas minimè ſcriptionem in Actis exigere, ſiue eas ordinet inſtruátque Iudex, ſeu definiát: quin ei tunc de omnibus coram ſe geſtis actíſque fides habetur. Id quod ſimiliter probat Nouella Cõſtitut. Vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. §. veritati. Huc alludit Symmachi Præfecti vrbi ſententia, in cauſis, quibus momenti reformatio poſtulatur, appellationes recipi neutiquam oportere. Epiſt. 41. Lib. 10. Planè in leuiuſculis etiam litibus exigitur iuſiurandum calumniæ nomine. Ex l. Theſaurus D. Ad exhib. Ananias & Bald. in addit. Specul. Tit. de iuram. calum. §. ſequitur videre Verſ. quid ſi cauſa modica. Exin meritò Andium Lex ſanxit, humiliores controuerſias, quæ Regio in foro cœptæ ſint, ad inferius aliud non remittendas diſtrictè, nec ordinario Iudiciorum ritu formulíſque inſtruendas.

2. VVLGÒ autem leuis habetur controuerſia, in qua non plures petantur quam nummi aurei quinque. Bartol. ad l. Diuus. π. De bõ. damnat. Alibi modicam æris ſummam interpretantur Vlpianus, & Paulus Iurecõss. quæ duos aureos non excedat. l. ſi oleum. §. vlt. Cum l. ſeq. De dol. Iudicis tamen arbitrium eſt, quas leuiculas grauéſue cauſas debeat exiſtimare. De quibus exactè Bartol. in l. Admonendi. π. De iureiur. Et Tiraquell. in Tract. De iudicio in rebus exiguis ferendo. Andium vtique Mos tenuibus cauſis pretium ſtatuit ad vicenum vſque aſſem, de quo, in iure certetur. §. 66. Quòd ſi tales diſceptatiunculæ eadem tutrina ponderéque examinarentur, quo maiores controuerſiæ, nullus ſuperforet litium exitus: in Gallicó ſolo præſertim, quòd Forenſibus planè altercationibus ſcatet. Denique in Germania, prouocationis auxilium non admittit Imperialis Senatus, niſi id de quo quæritur, 50. aureorum ſummam tranſgrediatur. Teſte Mynſingero, Obſeruat. 89. Centuria 3.

In Volum. Statutorum Vrbis Romæ, quæ edita ſunt auſpicijs Gregorij. 13. Pontif. Max. An. 1580. extat Caput 96 Lib. 3. De cauſis infra ſummam ſcutorum 10. terminandis omni appellatione remota & celeri executioni demandandis.

Digitized by Google

eos Princeps fiduciæ lege priuato concedens, ſubditos quoſdam huius eximeret Iuriſdictioni, ac ſpeciales iis Iudices daret. In Angoliſmis, Iuridicum *exemptorum* creauit rex Franciſcus. 1. Diplomate, quo matrem donauit Engoliſmen. Ducatu, pridie Nonas Februar. 1514. Hoc verò Senatus diploma comprobauit. 4. Iduum Martiar. eod. An. Ac longè antea Karolus. 6., Panagio Valeſij Ducatus in Lodoicum fratrem excepit Templa regij patrocinij ſeu fundationis, profanaſque ipſorum poſſeſſiones: quibus exinde ſingulare ſtatuit cauſarum diſceptatorē Regium, qui pro tribunali ſederet apud Compendium, oppidum Syluanecten. Præfecturæ. De eo Iuridico exemptorum, taliſque Magiſtratus origine voluito Syluanectēſem Cōſuet. §. 66. & 67. Hæc in Regiis, at in priuatis Magnatū ditionibus exēptio necne teneret appellantium ſubditorū, ingens fuit certamē apud Duūviros reponēdæ Cōſuet Andiū. An. 1508. Occlamantibus nimirū Proceribus ſacris profaníſque, talem Dominici fori vacationē immunitatemq; nimiū ſibi allaturā detrimenti. Quare Duumviri *Conſuetudinarij* litem hanc, cum Plebeio Ordine, iuridiciali formula conſtituerunt eo modo, vt quòd vtérque litigantium è re ſua futurū eſſe putaret, id ſcriptione proſequeretur, ad Curiam mox ab iis referendum. Conſtāte autē ea diſceptatione, ſeruatū iri *exemptionis* morē decernunt Regij Præfecti Conſuet. reformandæ. (Quod ibidē actorum Renunciatione continetur.) Nec iniuria, quum Regium verè munus ſit, infimos, potentiorum, ſi quid illis rei cum his ſit, imperio eximere tantiſper, ac in ſuam adeo tutelam aſſerere. Sicuti concinnè à Senatu pronuntiatum fuit, An. 1395. pro Monialibus Eſtiualis Cenomanorū Cœnobij, in Alenconium Comitem, Subcomitem Bellomontanum. Auctore Ioh. Gallo, Deciſion. Pariſien. 349. Hinc regij *exemptorum Iudices* ſenſim notionem ſibi ſumpsēre *caſuum regiorum* omnium in omnes Domini ſubditos indiſcriminatim. Ex quo etiam Franciſcus *Bricel* à Principe titulum obtinuit *Iuditis exemptorum & caſuum regiorum* in Lauallo Comitatu. Literis. 7. Idus Ianuar. An. 1545. Sicuti multò antea Aimericus *Louet*, tum Renatus *Houlliere* hunc geſſēre magiſtratum. Interea quidem Rex peculiaribus Codicillis tribuit *caſuum regiorum* diiudicationem ſuis Cenomanæ Vrbis Magiſtratibus in populares Laualli Territorij, Mondoublei, & Bellimontis. Menſe Februar. An. 1541. Verùm inde Princeps poſtmodùm excepit Lauallam regiunculam. Diplomate. 4. Kal. Maias. 1544. Vnde Senatus dehinc iudicio definitum eſt, regiæ Iuriſdictionis capita vniuerſa, quæ eodem ſigillatim recenſentur, ad Lauallum Iudicem *exemptorum* in ſuos pertinere. S. Conſulto poſtridie Idus Mart. An. 1573. ſecundùm Ioh. *Champhon* regium *Iudicem exemptorum*, contra Procuratorem Fiſci in Curia Pariſien. Vertente autem anno, egimus pro eo ipſo Iudice apud CONSCRIPTOS PATR. in Iac. Rahierum Laualli Comitis Iuridicum, ne vlla deinceps Regiæ cognitionis iura ſibi arrogaret. Sed quia forenſis hæc Iudicum

Tabulæ donationis Ducatus Angoliſm. die 4. Februar. 1514. quæ lectæ & regiſtratæ ſunt in Curia Die. 12. Mart. eod. An. Nam paulò antea Franciſcus 1. ex Angoliſmorum Comitatum Ducali titulo auxerat eique Caſtellanias adiunxerat *de Iarnac, Chaſteauneuf, Merignac & Baſſac.*

Preuoſt des Exemptions de Pierrefons.

Quād le Duché de Valois fut baillé au Duc d'Orleans en Appennage pluſieurs Egliſes de fondatiō Royalle s'oppoſerent, à ce que leurs terres ne demeuraſſent ſubiectes aud. Duché de Valois. Et lors fut ordōné d'y cōmettre vn Preuoſt pour le Roy des terres exēptes & admorties, & meſmement des terres aſſiſes en la Chaſtellenie de Pierrefons, où il y a plus d'Egliſes Royalles, & fut aſſis le ſiege du Preuoſt de exēpts à Cōpiegne, comme plus prochaine Ville du Roy. Specialement le Roy les exempta par Lettres du 26. Aouſt. 1534. l'Egliſe Cathedrale de Soiſſons du Bailliage de Valois & Pierrefons ou elle a voit terres, à cauſe qu'il auoit baillé à Philip. ſon frere la Chaſtellenies de Pierrefons & Ouchy.

Abbatia *d'Eſtiual en Charnie, pays du Maine*, à Rudolpho, Bellimontis Vicecomite & Barone S. Suzannæ dotata, ſub An. 1100.

Regiæ Patentes Die 7. Ianuar. An. 1545.

Literæ Regiæ die 28. April. 1544.

Placitum Curiæ die 16. Mart. An. 1573.

Digitized by Google

contentio incidebat in quæstionem criminum quæ à priuatis tunc agitabatur, placuit Ordini Clariss. rem totam plenius in consiliũ reuocari. Decreto, in causarum criminalium Auditorio. 3. Kal. Februar. An. 1574. Equidem bino Aresto posteriore, Cenomanis interdictum fuit prorsus causarum disceptatione Laualli territorij & Comitatus. Alterum nempe tertio Idus Martias An. 1579. quo, de Fiscali etiã ære agebatur, seu nummaria extra ordinem Indictione plebeia. Mangotio tùm orante, pro Lauallo Comite, Nobilibúsque ei subditis: Ameloto, pro magnate Pet. Thoarcio: & Aug. Thuano, pro fisci procuratore, qui Lauallis, ceu priuilegiariis, adhæsit. Cõsequés huic decretũ Curiæ Quarto Kal. Februar. 1585. ex supplice libello regiorũ Laualli oppidi Magistratuum, in Cenomanos: Qui eximias Regij iuris quæstiones vetantur iudicio excutere Lauallos inter litigatores. Pręclaro nimirum Ludouici. 11. priuilegio suffulti sunt Laualli Municipes, ne primaria quauis de lite Prætorem adeant Cenomanum, néue secunda ac superiori cognitione alium Iudicem agnoscant, quàm Senatum Parisiensem. Ex Rescripto postridie Kalend. Martias 1481. quod Regestis Curiæ interseri iussêre LVTETIANI PATRES. 12. Kal. Apriles Eod. An. Ac ne Cenomanis in Lauallos superesset iuris dicundi materies, Rex idem apud Lauallum instituit Iuridicialem sedem regiarum Indictionum, publicorúmque Vectigalium: quo minùs de his ab Cenomano foro ius petere Laualli populares cogerentur. Authenticis literis Ianuar. Mens. 1481. & Aprili 1482. Quarum priores suprema vectigalium Curia promulgauit postridie Nonas Februar. 1481. Binis autem Priuilegiorum tabulis Karolus 8. auctoritatem suam accommodauit Octob. Mens. An. 1483. Quinetiam Ludouicus 12. Lauallis Comitibus potestatem fecit ac copiam nominandorum Principi Magistratuum, Officialiúmque regiorum, qui Laualla in vrbe munus suum obirent. Tertio Idus Iunias Ann. 1498. Quod, vnà cum superioribus Regum beneficiis, Franciscus 1. ratum habuit. Diplomate Mart. Mens. 1514. & 7. Idus Iunias An. 1533. Erricus itidem, Aprili Mens. 1548. Atque interim Franciscus 1. Codicillis vetuerat, Fiscalis ęris collationẽ subsidiíque militaris in 50. millia peditum, taxari à Cenomanis magistratibus in Lauallenses. Quinto Idus Maias An. 1543. Et tertio Kal. Maias. 1544. Denique Lauallus Comes, Cenomano proximus, secundúsque ex patria Nobilitate, inscribitur. §. 1. Cenoman. Consuet.

Die. 30. Ianuar. An. 1574.

Decretum Senatus die. 13. Mart. 1579. *pour le Comte de Laual, & les nobles dud. Pays appellans de la Commiſ. du Seneſchal du Maine afin d'eſgaler ſur eux la Sommede deux cés eſcus pour les frais du Sieur de Thouars, deputé du Pays du Maine aux Eſtats de Blois de l'An 1577.*

Die. 29. Ianuar. 1585. *Arreſt ſur la Requeſte des Officiers Royaux des Exempts de Laual.*

Patentes Literæ, die. 2. Mart. 1581. veriffcatæ in Curia Die. 21. Mart. ſeq.

Election pour les Tailles & aydes, & Grenier à ſel erigez à Laual.

Regiarum Literar. publicatio in Curia Iuuaminum Die. 6. Februar. 1481.

Droict de Nomination aux Offices Royaux de Laual accordé aux Comtes de Laual, die 21. Iunij. An. 1498.

Die. 7. Iunij 1533.

La Cottization de la ſomme de 50 mil hommes de pied, ſur ceux de Laual, prohibee au Seneſchal du Maine, die. 11. Maij. 1543. & 29. April. 1544.

Patentes du 26. Iuing. 1536. pour viſiter & eſtimer l'intereſt & commodité de nettoyer & mettre en ordre la riviere de Mayenne paſſant a Laual, pour la rendre nauigable, & porter bateaux & marchandiſes depuis Laual iuſques à Chaſteaugontier. Auec le procez verbal de Cadu Inge d'Anjou ſur lad. cõmodité du 8. Aouſt. 1536.

ENIMVERÒ appellantiũ eximendorũ Mos ceſſat in Gallicis pro- 3.
uinciis quæ regũtur Iure Rom. Vt colligitur ex Francica vetere Disciplina forensi, cuius nos admonet insigne S. C. infrascriptum. *Item cùm in Curia Domini Regis Franciæ inhibitum sit gentibus Regis Angliæ, ne aliquem ad ipsam Curiã à falso vel prauo iudicio appellantem in aliquo etiam, quamuis non tangat casũ in quo appellatur, iustitiare præsumant, & ob hoc quòd plures ad subterfugium habendum, & ne possit de ipsis haberi Iustitia frequenter appellare præsumant, Quòd placeat Domino Regi inhibitiones huiusmodi*

huiuſmodi tollere, maximè in terra Agenn. Petragoricen. & aliis quæ vtuntur Iure ſcripto. Reſponſum fuit, quòd non fieret petitio in terris quæ Iure Conſuetudinario reguntur, in aliis ſeruabitur Ius ſcriptum. Inter Areſta expedita pro rege Angliæ in Parlamen. omn. Sanctorum An. 1281. Fol. 42. Sed de eo variatum eſt aliquando pro occurrentibus negotiis mutuiſque amborum Regum ſtudiis. Nam octauo poſt iudicatum hoc anno, pronuntiauit Senatus, *quòd appellantes de terra Agennen., illi præcipuè de Altouillari, pendente appellatione erunt exempti in omnibus caſibus à Juriſdictione regis Angliæ.* Decreto *Parlamentari* Diuallium, Ann. 1289. Fol. 84. Rurſus ea circiter tempora, Philippus Pulcher diplomate conceſſit Eduardo Britanniæ Inſulæ regi Ducíque Aquitano, ne eius ſubditi in poſterum liberos ſolutóſque ſe Ducali foro auderent profiteri: Eduardo pariter condonauit nũmarias mulctas, quęcunque Aquitaniis iudicibus Odoardi infligi poſſent, vel Odoardo ipſi Aquitaniæ Regulo, ob perperã latas à ſuis Sentẽtias. In *Parlam.* An. 1286. Fol. 19.

Francicæ Curiæ Placitum vetuſtiſſ.

Iſtis autẽ propinqua in Regione Pictonica, quum Panagi) nomine teneretur à Iohanne Biturigũ Duce fuit S. Maxentij Oppidum ac Forum, Regia exemptorum Sedes in Municipio.

In Parlam. omn. Sanctor. An. 1289.

4. PRÆTEREA appellantium *exemptio* non procedit duplici caſu, in Gallica etiam regione, quæ propriis agatur ciuilibúſque Inſtitutis. Primùm enim appellans, ſi alia in lite cum agnoſcat Iudicem, à quo ſemel prouocarit, renunciare videtur exceptioni immunitatis fori Dominici: præterquàm ea in cauſa, quæ ex appellatione deuoluta ſit ad ſuperiorem. Argum. Cap. 1. De reſtitut. ſpoliat. Ita edixêre PATRES nominatim pro Attrebatum Comite aduerſus Ludouicum *de Lonchi*, in *Parlamen.* Anni 25. Vt habetur in Stylo *Parlam.* Parte 1. Cap. 21. Secundò ſucceſſor in munus publicum vel ſacerdotium, cuius nomine defunctus litem mouerit, non iuuatur temporaria vacatione fori, quam deceſſor, facta prouocatione, ſibi quæſierat. Vtcunque enim ſucceſſor cauſam à defuncto cœptam proſequi teneatur cum ſuo onere, iure aut priuilegio, id locum habet in vetere ea controuerſia, quæ, defuncto appellante, delata fuerat ad ſuperiorem Iuridicum. Bald. in l. vlt. ff. De fideiuſſ. tutor. Nam quoad eam attinet, prouocantis ſucceſſor vtitur priuilegio demortui, ne priſca lis retractetur apud Iudicem à quo prouocatum ſit: in nouis autem litibus diſpar ratio diuerſum ius conſtituit, in quibus nempe, ſucceſſor defuncti perſonam minimè ſuſtineat, nec eas vti hæreditarias perſequatur, ſed velut ſuas ac proprias. Quocirca Senatus graui iudicio cenſuit, Pictonum Præfectum iniquè decreuiſſe, qui appellantis ſucceſſorem in Sacerdotium, Dominica iuriſdictione immunem pronuntiarat. Areſto pridie Kalend. Octob. Ann. 1533. Reburtio, prouocantis: & Thuano, aduerſarij cauſidicis. Quid autem de ſucceſſore Dominici iudicis, à quo pars altera ſuperiorem appellarat? Illiúſne obitu tollitur forenſis *exemptio*, quæ appellanti competit? Nondum tolli exiſtimo apud Andes: quùm appellans, Dominica ipſa Iuriſdictione ſolutus ſit, nedum Iudicantis vnius imperio ac arbitrio. §. 67. patriæ Leg. Nec abs re, ſiquidem in viui Domini caput facta prouocatio eſt, non Iu-

Quãtenus item ceſſet fori Dominici exemptio apud Andes. vide duos caſus i. 9. 69.

Si tamen exẽptus per appellationẽ, vocetur ab eadẽ aduerſa parte, vel eius ceſſionario ad Iudicem à quo, de alia re & actione, is tũ neceſſe non habet, exẽptionẽ prædictam allegare, ſed, nec oppoſita etiam ea, Iudex remanet incompetens, niſi expreſſim voluntariè procedat corã eo. Secus, ſi exẽptus rem habeat cum alio Actore, talis exemptionis ignaro. Tunc enim, non obiecta ea Iudex competẽs manet. l. ſi quis ex aliena. ff. De Iudic.

Placitum Curiæ die vlt. Septemb. 1533.

Iudicatum Curiæ magnorum Dierum Pictauensium. Die. 18. Septemb. An. 1579. In Andibus tamen, & Cenomania subditi appellatio à Nunciis publicis. Præpositis, vel Castellanis Baronis illum non eximit Iurisdictione maioris eiusdem Domini, quam *Senescalus vel Baillivus* exercebat. §. 69 Andeg. Leg. & 80. Cenom.

dicis, & pœnam malè iudicati luit Dominus Iuridicus, nòn qui, mandante eo, pro Tribunali cognoscit, Iurisque dictionem, auctore ipso exercet. Quantò minùs æquum sit, appellantem à Dominico, iudice, de aliis interim negotiis coram eius Vicario conueniri, aut Sedis eiusdem causidicis, quasi subsidiò de noua lite ius reddituris? Nam ex tali specie facti iudicauit Senatoria Decuria, Fori vacationem, quæ partis inducitur Legibus, scriptam esse in rem, seu in Tribunal ipsum Dominicum, nedum in personam ius dicentis, à quo subditus litigator prouocarit. Decreto in Iuridicis Pictonum Sessionibus, 14. Kalend. Octob. 1579. quùm Gillotus, appellantis: Bautruus, Thoarcij Ducis: & Buysonius, domini *Desdorides* causam egissent. Tanta vis est huiusmodi *exemptionis*, vt maiori Iudici liceat, pendente coram eo appellationis articulo, summæ litis cognitionem sibi adsciscere, inuito Domino inferiori. Vt Curiæ Placito decisum fuit 17. Kal. Octob. An. 1531 Ianuiero, prouocantis: & Chomedeo, prouocati causam orantibus. Iuxta Pictonum Mores, quibus liberum fiebat superiori Iuridico, antequam de appellationis capite pronuntiaret, primariè litis notionem, quæ coram inferiori cœpta fuisset, ad se reuocare. §. 6. vetustæ Consuet. Pictauen.

Decretum Senatus die 15. Septemb. An. 1531. inter Michaëlem *Guillebault*, appellantem à Seneschallo Pictauen. & Petrum *Regrenil* intimatum. Vt egó in autographis Curiæ Regestis legi.

Nos suprà Pag. 49. & 50. scripsimus in Margine de regiis inferioris Marchiæ Castellaniis, & bina Sede regia iuridiciali ibidem constituta.

Regio, inferioris Marchiæ, Iudici decreta est apud Doratum Sedes perpetua. Rescripto Ianuar. Mens. Ann. 1561. quùm iuridicas antea Sessiones suas, *Assises*, vagas per eam Regiunculam obiret. Intercedentibus autem ei, Rescripto Canonicis Doratens., iudicatum fuit in Magno Regis Consilio die 24. Nouemb. 1565. Marchiæ populares de ordinario statoque Foro Regiis Magistrat. commodiori deliberaturos, atque interim regiam Iurisdictionem in Doraten oppido tractarum iri, absque præiudicio Ditionis, Imperijque Iuridici Canonicorum.

Qvvm igitur Fori vacatio appellantibus indulta minuat admodum Dominicam iurisdictionem, sacri Sodales phani Petri in oppidulo *du Dorat*, Senatum appellarunt pridem ab exemptionum forensium Articulo, qui Pictonicis Moribus intexitur. Prouocandi argumentum erat, quòd Doratense oppidum suæ illorum Ditionis pertineret ad Marchiam inferiorem, & Marchiani municipij Legibus parere deberet, non Pictauensis. Antiquitus enim vtrique Marchiæ, superiori ac inferiori vnus præfuit Iuridicus seu *Baillivus*, cuius Vicarij duo alter in Garactensi, alter in Doratensi Oppidis iudicandi munia exequebantur. Donec Boiorum Ducum obitu, qui Marchię Comites erant, decretum est Marchianis duplex Tribunal regium, *Dorati* nempe, in inferiori Marchia, & *Guereti*, in superiore. Cùm ergo Marchiæ inferioris populares pręconio acciti fuissent ad Pictonica Comitia, quasi cum aliis emendaturi patrios Pictonum Ritus. Syndicum ipsi crearunt: qui eos Marchianis Moribus subiici, non Pictonicis, ex præscripto obtestaretur in Conuentu Pictauen. prouinciæ. Syndicus tamen silentio suos prodidit Municipes, & mandatorum reticentia Pictoncæ Consuetudini obligauit. Octob. Mense An. 1559. Canonici autem, qui Doratensi Marchiæ inferioris Oppidulo dominàntur, illic palam declarárũt, Pictonicis sese Ritibus Institutisque non teneri. Vnde postea appellantibus ipsis ab exemptione Pictonicis Moribus sancita, Senatus vindicias dedit Sodalibus Templi Petri, edixítque ius *exemptionis*, interea dùm istorum appellatio penderet, minimè seruari in vrbe Doratensi. Arresto pridie Calend. Septemb. An. 1565. Porro superioris Marchiæ Plebiscitis ita demum procedit exemptio Iurisdictionis Dominicæ, si

5.

ob ius

ob ius denegatum diserte subditus prouocationem interposuerit. §. 106. & 107. Marchian. Leg. Tota autem Flandria, nemo à Iudice liber est, abs quo appellarit, præterquàm in appellatoria lite. Quemadmodùm Iodocus Damhouderius tradit, in Praxi rer. ciuil. Cap. 242. De Francica demum immunitate eiusmodi Sedis Iuridicæ Dominorum, ad amussim dictum est à Nobis Lib. 2. GALLICI CENSVS AVGVSTI. Tit. De Præuention. & causis exemptorum.

Flandris nulla hodie Fori exẽptio per appellationem.

Lettres obtenues par le Duc de Vendosme le 18. Iuillet 1528. que deffendent les subiects dud. Duché appellãs des Officiers dudit Duc ne pourõt en quelque matiere ciuile ou criminelle faire conoistre de leur appel, eux dire ne pretendre exempts de la iurisdiction des Officiers dudit Duc, fors en cas & matiere dont ils sont appellans. *Arrest prouisional de la Court du dernier Aoust 1565. pendant l'appel des Commissaires reformateurs de la Coustume de Poitou interuenu par ledit Champ du Dorat, par lequel arrest le proces verbal desdits Commissaires, les tiltres & enseignemens dudit Chapitre, & les Conclusions du Procureur general. Il est dict que pendant ledit appel, lesdits Chanoynes & Chapitre, ny leurs subiects, ne seront tenus d'observer ladite Coustume de Poitou, mesmes pour les articles d'exemption par appel, le tout par prouisiõ, iusques à ce que autrement en ait esté ordonné.* *Aux Coustumes locales d'Abbeuille, il y a cet article 21. Item y a vn ingé des exempts par appel desdits Maieur & Eschevins d'Abbeuille, qui cognoist d'eux & de leurs causes pendant l'appel sont le ressort de la Senescha[illegible]ssee de Ponthieu, qui est resen à serment par l'Office de mondict sieur le Senescha[illegible].*

Cap. 68.

Quant aucun se porte exempt de son seigneur, soit sur tort faict, ou par appel faict de luy ou de ses Officiers, il sera exempt dud. seigneur & de ses Officiers en celle cause & toutes autres, se bon luy semble. Toutesfois ses subiects n'en seront pource exempts, sinon que nommeement ils fussent appellans, ou maintiensissent tort leur auoir esté faict.

1. SI QVISPIAM DOMINI IVRISDICTIONE IMMVNEM SOLVTVMQVE SE FERAT EX CAVSA INIVRIÆ DAMNIVE AB ILLO DATI, VEL PROVOCATIONIS FACTÆ AD MAIOREM IVRIDICVM, EXIMETVR QVIDEM DOMINICO IMPERIO ET DOMINICI MAGISTRATVS, IN CONTROVESIA ISTA, AC RELIQVIS ALIIS, SI ITA IPSI VISVM SIT. HAVD IDEO TAMEN EIVS SVBDITIS PRÆSTATVR VACATIO FORI, NISI ET HI NOMINATIM APPELLARINT A DOMINICO IVDICE; AVT INIVRIAM SIBI PRIVATIM DAMNVMVE A DOMINO ILLATVM, OBNIXE INTENDERINT.

CENOMANA Lege, non omnis appellatio ab inferioti Iudice, appellantem eximit Dominicæ iurisdictioni, sed quam ex lite cum patrono mota subditus interponat §. 77. At Municipalis Andium Constitutio eximit quoquo modo prouocantem à Dominico iudice, vt hîc. In iniuria certè, vel damno dato simile ius est forensis Immunitatis, apud Cenomanos & Andegauos. Nam vtrobique iniuriam à Domino factam fuisse necesse est, non ab alio, antequàm subditus ea Fori vacatione adiuuetur. Sed quonam pacto hoc intelligi debeat, sigillatim ostendit Cap. 196. patriæ Consuet. quod attentius excutere legenti consultum erit. Vnde & dominus si rem iniquè petat à subdito in Iudiciis, causam præbet *exemptioni* fori: vt sanxit Ce-

§. 78. Verſeu en demãde tortionniere.

nomanus Mos vicini Andium interpres §. 78. Quinimò Dominici procuratores vetantur, commiſſoria *feudi* lege agere in Foro patroni ipſius, dempto Principe. 1. Cap. 192. Aliâs quoque regij Iudices ab inferioribus ſecernuntur, vt ab his prouocatis, in omnibus negotiis *exemptus* Foro habeatur: ab illis, non æquè. 1. §. 69. & 196. Iſthinc profanos *Franciæ Pares* excipe, Regulum putà Vindocinenſem, cuius ſubditi dilatoria ſe *exemptione* Fori vix tuebuntur, cuiuſdam appellationis obiectu: quùm & à minori Ducis Iudice appellatoriam ipſam litem dirimant Ducales Conſiliarij in iuridica Seſſione maiori. Vt. 3. edocuimus in §. 64. & 65. Quam in rem expromptum eſt ſingulare Diploma 15. Kalend. Sextiles an. 1528. ad Vindocinenſis Reguli preces. Nimirum Gallici Patritiatus iura ſunt hæc, vt ſubditi Regios locorum Iudices adire nequeant in fraudem Patritialis imperij Dominici, quod vni Pariſiorum Senatui obnoxium eſt: præterquàm in Regiæ purè notionis controuerſiis, quæ neceſſariò Principalibus Municipij Iuridicis deferuntur. Cedò nunc, ſi in Francici Patritij vrbe Regium tribunal collocatum ſit, adiecta ei prouocatoriæ litis cuiuſque notione ſuperiori, Illéne ferre tenebitur nouam hanc Iuriſdictionum in ſubditos ſeriem ordinémque, ſuo in Territorio? Conſtat vtique, Senatoriam eſſe omnino Patritialium cauſarum diſceptationem primariam: ſubditorum verò Patritij ſecundam litium cognitionem ex appellatione, rectà deuolui eandem in Curiam Max. Nota Karoli 7. Conſtitutione, ac decreto Lutetiani Senatus, pro Lingonenſi Pontifice, Idib. Septemb. an. 1564. Quò etiam, poſt luſtrum completum, acceſſit Principis Epiſtola aperta 13. Kalend. Decemb. 1569. eius rogatu Antiſtitis: Quam PATRES C. Epiſtolam publicandam curarunt 18. Kalend. Ianuar. ſeq. Quin & pari iudicio obtinuit Eſſuorum Dux nouus, patritiúſque Galliæ aduerſus Rhemenſem Archiptæſulem, qui huc-vſque ex Rethelenſi Eſſuorum regiúcula prouocationes factas primo ordine definierat, antequàm Rethelenſis Comitatus Ducali ſimul & Patritiali titulo inſignaretur. Areſto Pariſien. 6. Kalend. Sextiles an. 1582. Iuxta hæc, Lucemburgio, *De Piney* Duci, Patritióque irrogatum eſt à Principe Reſcriptum 3. Kalend. Ianuar. 1581. Quo Reſcripto, appellatorias à ſuis Magiſtratibus controuerſias purè transferri Patritialem in Curiam voluit, iuſſit. Verùm ſubſimilem Catalaunen. Epiſcopi quæſtionem Clariſſ. Ordo miſit in conſilium Nonis Ianuar. an. 1598. Bernardo, genero meo, eius Præſulis cauſam orante: Seruino, contrà, Aduocato Fiſci, qui Regios Catalauni Iudices mordicus aſſerùit, ideo præſertim inſtitutos pridem, qui in vltima hac Galliæ ora Campana, prouocatorias lites dirimerent, iſſque decidendis liberè hactenus pacatéque vacaſſe. Cæterum aliquot Prouinciarum ritu vetuſto, liberum ſit ſubdito cuilibet, aſſerere ſe ciuem Regium, nudáque hac aſſertione Dominicum forum inferius declinare. §. 137. Senonen. Conſuet. Intantùm, vt licet in rem agentibus opponi ne-

Par la franchiſe de la Patrie, exemptio fori ſubditis Pariatus Francici non cõpetit occaſione appellationis in alia cauſa.

Literæ Regiæ die 18. Iulij 1528. ne Vindocinen. Ducatus ſubditi appellantes ab officiariis Ducis, Ducale forum, appellationis prætextu, declinent, præterquàm in d. cauſa appellatoria.

En la ville, Cité & Pays Epiſcopale de Chaalons, en Chãpagne, Siege royal eſtably, auec le Reſſort par appel des cauſes dudit Pays, an. 1543.

Placitum Curiæ pro Lingonen. Epiſcopo, die 13. Sept. 1564.

Patentes Literæ, 19. Nouemb. verificatæ in Curia die 15. Dec. 1569.

Antea Rethelen. Comitatus pars *reſſortiſſoit par appel au Bailly Archiepiſcopal de Rheims*, pars altera *au Baillage de Vitry*. Sed Comitatu in Ducatũ & Pariatum Franciæ mutato, Reſſortus quoque mutatus eſt, *à la charge de la recompenſe au Roy*. Die 27. Iulij 1581.

Regiæ Literæ 30. die Dec. 1581. *La Cour des Pairs.*

Appointé au Conſeil en la Cour die 1. Ianuar. 1598. licet Areſto 14. Aug. 1567. pro Hieron. Burgenſi, Catalauni Epiſcopo, iudicatum eſſet hũc cunctis Pariatus Francici iuribus vſurũ, quibus cæteri Franciæ Pares.

Digitized by Google

queat ciuile iusſtud, regia in Tribunalia litis reuocatorium, populares tamen hoc caſu regio Foro rectè præſcribant, ſiquidem in feroculum Dominum ac formidoloſum cœperint iudicio contendere. Vtì Senatus in publica Fori diſceptatione iudicauit 12. Kalend. Februar. an. 1578. pro Steph. Bertheloto, contra Hectorem à S. Blaſio dominum *de Pouy*, cuius cauſam agebam in Seſſionibus Curiæ pomeridianis. Areſtum die 21. Ianuar. an. 1578.

2. LOCVM hunc diſertè explicant definiúntque Articuli 68. & 196. patriæ Conſuetud. Ex quibus haud dubiè elicitur, clientis exemptionem ad ſubclientes *vaſallique* ſubditos porrigi duntaxat bino caſu. Nempe ſi horum priuatim interſit, iniuriam damnúmve à patrono clienti datum non fuiſſe, ob ídque illi ſe vltrò liti obtulerint. Tunc enim clientis ſubditi, cum eo peræque, ſoluti Dominico foro dicuntur in hac cauſa, appendicibúſque eius omnibus & acceſſionibus. Item ſi cliens in lite demum obtinuerit, ita, vt patroni Sede iuridica immunis prorſus declaretur: Huic tùm quoque ſubiecti, Dominica illa eximuntur Iuriſdictione. Cæteroquin forenſis immunitatis perſonale beneficium eſt, nec ad alios producendum. Sicuti & appellationis auxilium perſonale eſt, ac [illegible] gratiam modò appellantis introductum apud Græcos, nedum more Romano. Quas enim nos appellationes, Græci proprio idiomate Νίκας φερώμενας nominant. Ab iis tamen facta prouocatio, qui communi nobiſcum iure ac defenſione nitantur, nobis prodeſt ex iuſto quodam litis conſortio. Vt ſanxit Alexander Imp. l. 1. Si vnus ex plur. appell. l. ſi qui ſeparatim §. 2. π. De appellat. Rurſus ſi grauiſſimam à patrono cliens acceperit iniuriam, putà ſi ille huius patrem necarit, patroni imperio Iuriſque dictione haud ſolus liberabitur cliens, ſed eius quoque ſubditi ac populares. Iis nimirum legibus inita Pax fuit inter Karolum 7. Galliæ Regem, & Philippum Burgundiæ Regulum, cuius ille patrem interfeciſſe ferebatur, vt hic clientelari in patronum Regem obſequio liber vacuúſque foret quoad viueret: vtì deinde ſubclientes tantiſper Regiæ militiæ vacationem haberent. Cap. 28. & 30. Atrebatici fœderis icti an. 1434. his verbis. *Item que mondit Sieur de Bourgongne ne ſera tenu de faire aucune foy, hommage, ne ſeruice au Roy des Terres & Seignories qu'il tient à preſent au Royaume de France, ne de celles qu'il doit auoir par ce preſent Traicté, & pareillement de celles qui luy pourront eſcheoir cy apres par ſucceſſion oud. Royaume: Mais ſera & demourra exempt de ſa perſonne en tous cas de ſubiection, hommage, reſſort, & ſouuerainete & autres du Roy, durant la vie de luy. Mais apres ſon decés, mond. Sieur de Bourgongne fera à ſondit fils & ſucceſſeur en la Couronne de France ſes hommages, fidelitez & ſeruices qu'il appartiendra. Et auſſi ſe mondit Sieur de Bourgongne aloit de vie à treſpas auant le Roy, ſes heritiers & ayans cauſe feront au Roy les hommages, fidelitez & ſeruices, &c. Item & au regard des feaux & ſubgez de mond. Sieur de Bourgongne, des Seignories qu'il a & tient, & doit auoir par ce preſent traicté, & qui luy pourroient eſcheoir par ſucceſſion au Royaume*

Verſ. Andeg. Leg. 68. *Toutesfois ſes ſubiects n'en ſeront point exempts, ſinon que nommement ils fuſſent appellans, ou maintinſſent tort leur auoir eſté fait.*

Le Traitté d'Arras inter Karolũ 7. Regem, & Philippũ Burgundiæ Ducem: Quale tamen Fœdus non niſi bellorum iniuriã Franciam circũquaque infeſtantium extortum fuit.

Digitized by Google

de France durant les vies du Roy & de luy, ils ne seront point contrains d'eux armer au mandement du Roy ne de ses Officiers, supposé ores qu'ils tiengnent auec ce du Roy aucunes Terres & Seignories: Mais est content le Roy, que toutes les fois qu'il plaira à Mondit sieur de Bourgongne mander ses feaux & subgez pour ses guerres, soit ou Royaume ou dehors, ils seront tenus & contrains de y aller, sans pouuoir ne deuoir venir au mandement du Roy, se lors il les y mandoit, Et pareillement sera faict au regard des seruiteurs de mondit Sieur de Bourgongne, qui sont ses familiers & de son Hostel, supposé qu'ils ne soient pas ses subgez.

Hoc ampliùs, Francorum More prisco receptum erat, vt subclientes militanti in patronum Regem clienti opem ferre possent, quùm huic ab illo ius negatum constitisset. Sic enim vetustis Gallicæ Iurisprudentiæ libris continetur, *Se li Bers à son Home lige, & il li die, venes vous en à moi: Car ie vueil guerroyer encontre le Roi mon Seignor, qui m'a vee le iugement de sa Cort, li Hom doit respondre en tel meniere a son Seignor. Sire, ie irai volontiers sauoir au Roi, s'il est einsinc com vous dites. Adonc il doit venir au Roi, & li doit dire. Sire, Mes sire me dit, que vos li auez vee le iugement de votre Cort. Por ce en sui ie venus à voz por sauoir la verité. Car Meßires m'a semons, que i aille en guerre encontre vous: Et li Rois die, qu'il ne li fera ià nul iugement en sa Cort. A son seignor s'en doit li Hom tantot retorner, & li sires le doit porueoir de ses despens: Et se il ne s'en voloit aler o lui, il en perdroit son Fié par droict. Et se li Rois li auoit respondu, ie feray droit volontiers à voßtre seignor en ma Cort, li Hom deuroit venir à son seignor & dire. Sire li Rois m'a dit, qu'il vous fera volentiers droit en sa Cort. Mais venes vos en o moi, si come ie vous ai semons: Adonques porroit bien li Hom dire, ie n'y iray mie, Il n'en perdroit ia par droit ne fié ne autre chose.* Ex Lib. Gallico, *Ci comancent li Establissement le Roi de France, selon l'vsage de Chastelet de Paris, & d'Orliens & de Baronnie.* Cap. 50. *De semonre son Home por aler guerroier contre le Roy.* 3.

Impium sanè arbitror, de bello Principi inferēdo vel cogitare quidem.

Cedò, quid si aliquis facinus patrarit feudi cōmissorium, sed quod antea feudum à patre matréque simul acquisitum donarat vasallus ipse cognato ex materna linea. Nūm patronus, cui ob feloniam vasalli feuda confiscata sunt, habeat saltem in priorem donatarium reuocatoriam mediæ partis Feudi condictionem ex lege Andium municipali? Nam hac Lege sancitum est. §. 324 *que celuy qui a heritiers en deux lignes ne peut pas assigner tout le don qu'il pourroit bien faire sur les choses de l'vne d'icelles, & n'en peut donner ou charger*

At versa vice, quùm subcliens patronum maiorem offenderit commissoria *feudi* noxa, haud ideò ad offensum redibit beneficiarius fundus, sed ad clientem, qui subbeneficiario prædium simili beneficij lege mancipatit. Cap. 1. §. illud De prohib. feudi alienat. per Frider. Vbi cliens subclientis dominus perhibetur. Etsi enim vtile rei dominium, quod primario clienti competierat, transcriptum ab eo sit subclienti: huius tamen reliquię dominij penes illum permansêre. Enimuerò si interpellatus à patrono cliens, satis ipsi faciundum non curarit à subcliente, ambo mulctabuntur re beneficiaria, quæ libetè tunc ad offensum Dominum reuertetur. cit. §. illud. Nam vt fateamur, maiorem patronum subclientis dominum non esse, nec meum dici socium qui socij mei socius existat. l. 20. D. Pro socio. Eadem certè ratio dictat, subclientem *feudo* exuendum. Sicuti enim seruitus, ita offensio afficit *Feudum.* Iacob. de Bellouis. in d. §. illud. Quòd si proximus cliens *feudi* cōmissorium facinus admiserit, nonnullis placet subclientem *feudo* excidere: quùm resoluto iure datoris, 4.

ris, ſoluatur quoque ius accipientis. Cap. 1. De alienat.feud.l. debitor.§.ſoluta. π. De pignerat.act.Sed hoc minimè in Gallia procedere arbitror, præſertim ſi patronus conſenſiſſet in ſubbeneficium: Quia hoc caſu, ſublato cliente de medio, ſubcliens in eius locum ſubſtituetur. At ſi iuſtus Dominus ſubclientem non adprobaſſet, vtriuſque clientis ius conuellitur Feudiſtica lege: ni ſubbeneficiarius Domino ſeruire paratum ſe declaret, officioſéque patronum illum obſeruet. Tunc enim ſubcliens (cæteris paribus) veniret audiendis. Argum. Cap. 1. §. 1. Verſ. excepto Qualit. ol. feud. alien. potuer. Idémque Fabro viſum, in §. vlt. Inſtitut. De vſufr. Et Zaſio in Tract. Feud. Parte 10. De feudi amiſſione.

don en chaſcune deſdites lignes que le tiers du patrimoine mouuant icelle ligne. Sed Conſuet. loquitur tãtum in fauorem hæredis ſanguinis, & non fiſci Dominici, hæredis anomali ex delicto, vel per conſolidationem feudi ex crimine: qualis anteactas vaſalli diſpoſitiones haud facilè ſoluit, & Statutum illud vltra expreſſum ſuum caſum extendi non debet.

Cap. 69.

Et au regard des Appellations interiectees du Duc d'Anion, ou de ſes Seneſchaux ou Iuges ſuzerains, les appellans d'eux ne ſeront exempts, fors en la cauſe en laquelle ils ont appellé. Et encores en icelle cauſe où ils ſont appellans, ne ſont exempts, s'il ſe peut reparer en diffinitiue. Et eſt ſur ce à ſçauoir, que pour ſimple Clain ou adiournement, s'il n'eſt nommément en cas d'appel ou ſur tort faict, iceux ſubiects ne ſont aucunement exempts de leurs Seigneurs ne de leurs Officiers. Et auec ce pour eſtre iceux ſubiects appellans des Sergens, Preuoſts, ou Chaſtelains d'aucun Baron ou Chaſtelain, ils ne ſont pource exempts de leurs Iuges. Et pareillement les Appleigemens ſimples faicts de ſubiect à Seigneur, comme de voyſin,, à voyſin, ne portent aucune Exemption d'icelny ſubiect, ne de ſes hommes.

1. CÆTERVM PROVOCANTES AB ANDIVM DVCE, VEL SVPERIORI IPSIVS MAGISTRATV, MANENT EIDEM OBNOXII IVRIDICÆ POTESTATI, PRÆTERQVAM IN EA LITE, QVÆ AD SENATVM EX APPELLATIONE DELATA SIT: IN QVA ETIAMDVM CESSABIT FORI IMMVNITAS, SI INIQVI IVDICII IACTVRAM SARCIRE VLTIMA POSSIT SENTENTIA. IN EOQVE NEGOTIO, ADVERTENDVM EST, SVBDITOS DOMINICI FORI VACATIONE ERVI ITA DEMVM, SI EX APPELLATORIO LIBELLO DOMINVM CONVENERINT, INIVRIÆVE AVT DAMNI ACCEPTI NOMINE, NON SI PVRE AC SIMPLICITER ILLVM IN IVS VOCARINT. NEQVE IDEO DOMINICA SE IVRISDICTIONE EXEMPTOS IACTARE SVBDITI POSSVNT, QVOD A BARONIS APPARITORIBVS CASTELLANIVE PROVOCARINT, SIVE A MINORIBVS VTRIVSQVE IVRIDICIS, QVOS PRÆPOSITOS AVT CASTELLANOS DICIMVS. NVDA DEINDE CITATIO CON-

Digitized by Google

VENTIOQVE IVDICIARIA, QVA IN DOMINVM EXPERTVS SIT IPSI SVBIECTVS, TANQVAM VICINVS IN VICINVM, NEQVE EI NEQVE EIVS SVBDITIS PRÆSTAT EXEMPTIONEM FORI.

Andeg. Cõsuet. 196. Verba, *sauf que en la Cour du Duc d'Anjou, n'y a exemption, fors en la cause particuliere dõt seroit question, & non pas en autres matieres.*

HVIC concinit ciuici Moris Articul. 196. vbi Nos de iis plenius. Queîs interim obiici potest, eandem videri Dominicæ *exemptionis* rationem, siue à Principali iudice, seu ab inferiori quopiam litigator appellarit. Nam & Faber Gallicorum Rituum peritissimus ait, subditum à Domino grauatum eximi Dominica Iurisdictione debere. In l. 1. Cod. De offic. Comitis sacri patrimon. Secus Iure Rom. vbi licèt quis Sententiam in se, vel suis de rebus, dictam expostulet acerbiùs, haud propterea eiusdem forum Iudicis imperiúmque detrectans auditur. Saluo eo, quòd Iudicem ipsum reiicere ex causa, permissum est Legibus Pontificum. Cap. ad hæc Cap. proposuit De appell. Neque idcirco reiici Iudex potest, quòd ab eo pars altera prouocationem emiserit. Bartol. in l. vn. D. apud eum à quo appell. Innoc. & Panor. in cit. Cap. ad hæc. Quænam ergo hodie discriminis ratio inter Regium Iudicem, & Dominicum: vt ab illo prouocans defendere se in aliis litibus teneatur apud eundem, ab hoc, contrà? Regij nimirum Magistratus impunè iudicant iure vel iniuria: Dominici verò Iudicis iniquæ Sententiæ pœna mulctantur pecuniaria, quam cùm Iuridici Domini luere debeant, ideò liberiùs suis Iudicibus functionem hanc abrogant velut precariam: Regia Lege Ruscinonensi An. 1564. Nata hinc Dominico Iudici, quàm Regio, maior occasio appellantes odio prosequendi. Quo tamen in negotio, quæri poterit de Ducali Andium Iuridico, Regiis nécne sit adnumerandus: quùm non à Rege quidem hoc tempore, sed à priuato Regulo Andensis Ducatus possideatur. At quia Dux è Regia stirpe ortus est, ac Regia vice fiduciáque obtinet Andium dominatum, Regij planè dicuntur Andenses magistratus. Vnde & Pictonum Moribus adiectum fuit disertè, forensem illam exemptionem tùm desinere, quùm ab Regio, Comitisue Pictonici magistratu prouocatum esset: Comitatus tametsi à priuatis Regulis ea tempestate detineretur. §. 414. Pictauen. Consuet. Atque, vt rem * ἀναλυτικῶς definiam, Iuridici cuiúsque interest plurimùm, talem Fori vacationem arctis finibus circumscribi: vt effusa Litium caterua, queîs nostræ vicinæque Regiunculæ scatent, vberem faciat prouentum Dominico locorum Fisco. Hac scilicet nota, sacrum Turonense Concilium, præside Alexandro 3., perstrinxit Ecclesiasticas Turonicæ Prouinciæ Diœceses, quòd harum incolæ væsano forensis litigij æstu impotentiùs deflagrarent. Cap. calumniam De pœn.

Recusatio Iudicis.

Legi certè in antiquis Fori Regestis Parisien. Præfecturæ, Magistros Lanionũ Parisien quum semel prouocassent à Præfecto Vrbi, alias suas causas egisse defendisse coràm Aduocato quodam Castelleti Parisien. tãquàm Iudice exemptorũ per appeliationem ab illo Præfecto regio, Circa annum 1418.

* Resolutiuè.

Turonen. Synodus, præsente Papa Alexandro 3. ann. 1164. De quo Sigebertus, in Chron. eius Anni.

A B Interlocutione iudicis facta prouocatio non remoratur illius 2.
executionem, nisi adeò grauis sit appellanti, vt prauæ damnum Sententiæ præparatoriæ vltima sarcire nequeat. (Edicto Ruscinonensi

Vers. Andeg. Cõsuet. supracitato). Qualis est Interlocutio, de habenda in ciuili negotio quæstione

quæſtione, apud Scæuolam Lib. 4. regularum l. 2. De appell. recip. Alias grauiorum huiuſmodi Interlocutionum ſpecies refert Vidus Papa, Deciſ. Delphinali. 75. In Gallicis vtique Tribunalibus, ſummis præſertim, interlocutiones Iudicum nil inferunt præiudicati, quò minùs litem poſteà definientes ius habeant liberè dicendæ ſententiæ. Ob id vulgò fertur, incommoda, quæ perperam interfatus Iudex inuexerit, reſarciri poſtremo Iudicio poſſe, nec perpetuum inde fieri præiudicium: niſi in caput ipſum ſalutémque, aut exiſtimationem litigantis interloquens Magiſtratus decreuit. Quod & Pontificio in foro procedere, oſtendit Senatus, luculento Areſto 5. Iduum Martiar. An. 1579. Quùm Nos pro Maria Corbienſi & Portanus pro Steph. Brayo, diximſemus. Vertebatur inter eos matrimonij controuerſia apud ſacrum Iudicem, qui ne indiſcuſſum aliquid relinqueret, probanda quædam interfatus erat, vt & rei veritas quaſi in puteum demerſa erui, & cognoſcentis religio inſtrui poſſet. Ab ea verò interlocutione Brayus appellat. Eccleſiaſticum ſuperiorem: huius Mandato, clientulæ noſtræ condictus eſt dies, pœnæ interminatione addita, ſi quid nouaſſet appellatione pendente. Mox autem cliens noſtra ab hoc Mandato prouocat Ordinem Clariſſ. apud quem pro ea ſic egimus. Baſilienſi quidem Concilio permiſſum, Iudicis ab Interlocutione ſemel, à Definitione bis prouocare. At *Concordati* lege Francicâ minimè deferendum eſſe appellationi ab Interlocutoria, vel ſemel tantùm interpoſitæ: *niſi tale grauamen extiterit, quod in Definitiua reparari nequiret.* Vt *Concordati* formulam huc tranſcribam (Tit. De friuol. appell.) quod, Legis inſtar, promulgatum fuit in Curia Pariſien. Ann. 1517. Ad hæc, iudicantem cuncta rimari oportere, nec ad vnam vtique probationis ſpeciem cognitionem ſtatim debere alligari, ſed ex animi ſui ſententia Iudicem exiſtimare, quid aut credat, aut parùm probatum ſibi opinetur. Vt Diuus Hadrianus Valeriano Vero reſcripſit. l. 3. ff. De teſtib. Nam in excutienda veritate cognitionis ſubtilis diligentia adfert plurimùm, & multa inde ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. Vti præclarè differit Cic. in Orat. pro P. Sylla, & Arcadius Lib. ſingulari De teſtib. Perorata cauſa, placuit Senatui abuſiuè receptam à ſuperiori Eccleſiaſtico prouocationem ab interlocutione minoris Iuridici ſacri. Decreto in 3. Claſſe Inquiſitionum Curiæ Pariſien. Die & Principe, quo 3. Vniuerſa certè Belgica, Hiſpanici iuris, exploditur prouocans ab iudiciaria Interlocutione, cuius incommodum ſarciri valeat vltima Sententia. Conſtitutione Bruxellis edita à Phillippo Burgundiæ Duce, 15. Calend. Martias Ann. 1458. In Luſitania pariter, Iberici nunc imperij, minimè auditur retractationem poſtulans Interlocutoriæ, libello ſupplici, formulauè *Reuiſionis*. Lege Regia, quam Aluarus Valaſcus memorat, Conſultat 51.

69. *Et encores en icelle cauſe n'eſt appellant, n'eſt exempt, s'il ſe peut reparer en definitiue.*

Grief d'interlocutoire, reparable en diffinitiue.

Placitum Curiæ die 11. Mart. an. 1579.

Bononienſe Cõcordatum Franciſci I. regis cum Leone 10. P. an. 1516.

Arcadius in l. de minore §. tormenta ff. De Quæſt.

Die 11. Febr. an. 1458. Ex Volum. Flandricarum Ordination.

Tomo 1. Conſultation. & Rerum iudicatarum in Luſitanico Regno.

3. DOMINICI quondam fori vacatio indulgebatur clientibus, ac Verſ. Andeg. Cõſuet.

69. *Pour simple clain ou adiournement, s'il n'est nommément en cas d'appel ou sur tort fait, iceux subiects ne sont aucunement exempts de leurs seigneurs, ne de leurs Officiers.*

Exemptorum Iurisdictio regia apud Lauallum, Cenomaniæ oppidum perampla, dedit causam à *vero* *glement conuentionnel* de menstruis eius Iurisdictionis commodis & emolumentis inter Petrum *Champhuon* Iudicē casuum regiorum, exemptorumque per appellationem, & Francisc. *du Chemin* ipsius Vicarium die 22. Nou. 1591. Priuatas tamen cōuentasque huiusmodi Regulas Officiorum Senatus alibi rescidit, quatenus publicis repugnarēt. Arresto die 4. Iun. 1594. *entre les Iuges du Marquisat d'Yuetz, en Champagne.*

Exemption par appel des Iuges subalternes, c'est par ce que le seigneur paye l'amende du mal iugé de ses Iuges, & sic se pourroit venger de l'appellāt secus de l'appel d'vn Iuge royal.

Par la Coustume locale de la Preuosté de Montfreul art. 27. Quiconque est exempt par appel d'aucune Iustice autre que royalle, si est exēpt en tout d'icelle Iustice, iusques à ce que lad. appellation soit vuidée, pourueu que l'appel soit interietté sans fraude, & est tenu l'appellant le faire vuider dās 6. mois, autrement icelny temps passé, exēption n'a lieu.

Par la Coustume de la Rochelle, Cap. 23. vn exemption par appel d'autre que du Iuge royal.

Placitum Curiæ pro Ren. Bellayo domino *de la Lande, & du Plessis Macé.*

Arestum *d'appointé au Conseil* die 23. Septemb. an. 1547. in magnis Diebus Turonens. inter Lyonnetam *Robert* viduam Thomæ *Aymer & Michel Aymer* *son fils*

subclientibus ex quacunque lite ab illis in Dominum mota, & quàmlibet vago generatímque concepto libello coram superiori: Donec subditus actor in iure speciatim distinctéque libellum explanans certum quid petiisset. Prisca Andium Consuetudine ita descripta, *Et est à sçauoir que par la Coustume desdits Pays, durant le temps que le Seigneur & le Subgit ont plet & proces entamé ensemble pardeuant leur Souuerain és cas qui sentent tort faict l'vn à l'autre, soit en demandant ou en deffendant, le subgit demeure exempt de son Seigneur & de ses Iuges & Officiers, & tous ses hommes subgiz. Semblablement par vn seul Clain ou aiournement baillé en Cour souueraine à la requeste du subgit au Seigneur, à tout ce que le subgit lui voudra demander, le subgit, ses hommes subgiz & sa famille demeureront exempts du Seigneur pendant l'aiournement, & iusques à la declaration d'iceluy: & se par la declaration le subgit maintient tort faict, pendant le proces l'exemption demeure comme dessus.* Sed vtrumque caput Moris patrij, de generali incertóque libello, ac subclientum exemptione, sustulit noua, priorísque emendatrix Consuetudo. §. 67. 69. ac Regia Constitut. litium ordinatoria An. 1539. Quin & recenti Municipum Legi derogat Principale Edictum Ruscinonen. (ab Ann. 1564.) in cit. Cap. 69. temperante forensem subditorum exemptionem, ne ob eas prouocationes locum haberet, quas isti à *Præposito* solùm aut *Castellano*, infimo nempe *Baronum* iudice interposuissent. Æquùm certè videbatur nostri Plebiscitum Municipij, ne minima de causa litéve triobolari, qualium duntaxat capaces sunt secundarij hi Dynastarum iudices, Dominus ipse exueretur iuridica in subditum potestate. Sed quia Proceres deinde regio iussu coacti sunt alterutrum optare Iurisdictionis suæ gradum, maiorem hi sibi delegêre *Seneschalli* aut *Bailliui* Sedem iuridicam, minore *Castellani* vel *Præpositi* exinde abolita. De eo verò iampridem hæsitatum est, an Dominus, quem vocarit subditus ad locorum Iuridicum superiorem ex damno iniuria dato, ritè postulet causæ remissionem ad priuilegiarium suum Iudicem. Exempli gratia, Petr. Lauallus Dom. *de Lezay* iudicio conuenit Ren. Bellayum, patronum suum, coram Andensi Præfecto Regio *sur clain de tort faict*. Bellayus mox flagitat, litem ad Consiliarios Palatinæ basilicæ Parisien. transferri, quos ex Priuilegio solos agnoscebat Iudices. Quæsitum fuit, nûm ad hos causa ritè transmitteretur, priuilegij nomine. Contra fori translationem vrgebat, *que le Clain sur tort faict* speciem quandam habeat appellationis: ac velut prouocatoriæ litis cognitio deuolui solet ad proximum superiorem nec aliò relegari, ita nec causæ ad superiorem delatæ *par Clain de tort faict*. Curiæ tamen Conscripti pronuntiarūt, rectè petitam à Bellayo causæ remissionem ad Palatinos Iudices libellorum supplicum, in causa *de tort faict* agitata coram Andium proprætore. Ambigitur rursus, agendo necne, vt defendendo, procedat fori immunitas ex appellatione parta. Nec enim patem fauoris rationem adesse dixeris petitori,

Digitized by Google

petitori, atque reo. Vt oſtendimus Lib. 2. FISCALIS DOMINII FRANCICI. Tit. De Prœuention. & cauſ. exempt. At ſimilem vtique controuerſiam Senatoria decuria conſilio commiſit. In iuridicis Turonum Conuentibus 9. Kal. Octob. an. 1547.

prouocantes à Plicto-num Suppræfecto in Vrbe, pro quib⁹ Henrouſius egit, & Michaelem *Roger.* Petrũ *Perſault* & conſortes intimatos: pro quibus *Leſguille* dixit, & Magiſter pro Fiſcali Procuratore.

4. DICTIO, *Applegemens*, familiaris eſt Andibus noſtris, Turonibus, ac Cenomanis. Andium præſertim Lex vocitat modò *Applegemens ſimples*. §. 69. modò *Denoncement deuement applegé*. §. 71. & 73. tum *Adueu deuement applegé*. §. 146. *Appleigement ou complaincte poſſeſſoire*, §. 167. & 168. *Appleigement de ſaiſine briſee*. §. 171. *Complaindre on appleiger*. §. 272. *Obligation miſe en requeſte applegee*. §. 471. *Et Requeſte de Lettre deuement applegee*. §. 509. Andegau. Conſuet. Sed quæ celeberrima olim fuêre *Applegemens & Contr'applegemens*, in deſuetudinem paulatim abeunt apud noſtrates ac Cenomanos: quùm ſæpius Conqueſtionem, & Condictionem redintegratoriam Formularij vſurpent in foro. Cur autem ea ſic nominentur, haud facilè dixerim. Nam *pleger*, Francis fideiubere eſt, vnde id verbi deducitur: cum tamen in his Iudiciis nihilò magis cautionibus quàm in cæteris vtamur. Veteri Britonum More, viator neminem in ius vocabat, niſi dato ſponſore Iuris, quaſi reo conſtitutæ pecuniæ, aut ſaltem iuratoria cautione ac litigatoria, à litigatore exacta iudicio ſiſtendi cauſa, peragendi iudicium, & ſoluendi iudicatum. Cap. 9. & ſeq. Quod partim ex priſca Romanor. Lege tranſſumptum fuerat, partim ex Nouellis Sanctionib. Iuſtiniani. Sed hodie quoque nonnullis caſibus ſeruatur id genus cautionis, quod nuncupant fideiuſſorium Iuris, ſeu iudicio ſiſti, ac iudicatum exolui. Vt Normanico Vſu, litigatorum vtérque fideiuſſorum dare debet iudicio ſiſti, ille perſequendi, hic defendendi, *puis qu'il y a Haro*: ſiue de delicto agatur, ſiue de poſſeſſione. Nam & eo Iure quod in Pandectas relatum fuit, in ius vocatum ire, aut ſatiſdare oportuit iudicio ſiſti: Id niſi ſponte faceret, in ius ducebatur, trahebatur. Quanquam Procuratorem mittere Conſtitutionibus permiſſum eſt, ſiquando in pecuniariæ litis formulam diſceptetur. Nouellis etiam Legibus actor cauere debet tam Apparitori qui in ius vocat quùm Reo, ſe intra duos Menſes perſecuturum conteſtaturúmque litem, aut damna in duplum aduerſario depenſurum: Reo, ad hæc, per Executorem libellum dirigere, actionem continentem, cui reus ſubſcribat præſtita cautione iudicio ſiſti, vt intra dies. 20. deliberet, agnoſcátne debitum nomen, an contendat iudiciúmque ſuſcipiat. Et quidem ex Lege Roman. in Andegauam priſcam eſt perductum ius cautionum eiuſmodi: licet vel ignoratione Iuris communis, vel quod parum neceſſariæ cautiones viderentur Maioribus noſtris, obſoleuerint, quas nec reliquæ Galliarum regiones in vniuerſum obſeruant. Faber ad §. 1. Inſtitut. De ſatiſdat. Et ad l. 1. Cod. Vti poſſid. Nam apud Pictones etiam, qui iis Iudiciis quem pulſare cupit, Iudicem adit competentem, apud quem ius ſuum exponit, & à quo inquie-

Verſ. Andeg Cõſuet. 69. *Et pareillement ſont Appleigemens ſimples faicts de ſubiects à ſeigneur, comme de voyſins à voyſin, ne portant aucune exemption d'icelug ſubiect, ne de ſon hõme.*

Appleigemens, citationes hoc ſ. & Andeg. Conſuet.

Pleige de droict, ou de fournir à droict, ou de Procedat & eſtre en Iugement, & de ſatisfaire au Iuge.

Antiqua hæc formula Contractuum Andegauiæ & Cenomaniæ, *ſans aller ne venir encõtre par applegemẽt, contr'applegemẽt, oppoſition, ne autrement.*

Pictauen. Morum §. 397. ac seqq. aliis.

tetur: dicens, *qu'il s'appleige contre luy, requerant la chose contentieuse estre saisie & tenuë en main de Court.* Subinde Iudex decernit, hanc reo querelam denunciandam à Viatore, qui primus rogabitur, admonendúmque illum, vt contrà, si videatur, quiritetur, *de soy Contr'appleger.* Ac nihilominùs diem ei dicat apud eum Iudicem; quò videat actorem, *l'Applegeur*, defendi seruatíque in ea possessione, qua de agitur: Et si defuerit reus, controuersam rem sequestrari.

Proceder au fournissement del'Applegement.

Veteri Codice Morũ Andens. hæc continentur. *Il y a deux applegemẽs, les vns simples, les autres Priuilegiez. Les simples sont de voysin à voysin en simples exploicts, qui ne portent que Loy d'amende, cõme en succession & exploict de Domaine. Les Priuilegiez sont de seigneur à subiect, cõme sur reffus de Pleige, sur saisine briſée, & en autre cas qui portent 60. sols ou le meuble d'amende.*

Qvvm ergo apud nos nulla mentio sit fideiussionis, vnde *Applegemens* cum ratione dici queant, puto nostra hæc iudicia appellationem sumpsisse à veteri sponsione ac restipulatione Romana: seu quòd Latinæ voces in Francicas versæ existimentur, & quòd res ipsa non repugnet. Nam in possessoriis Iudiciis plerunque alter alterum sponsione lacessebat certæ pecuniæ, ni restitutus esset, & alius qui prædes litis vindiciarum satis accepisset, dicta aduersario momentariæ possessione, (*la Recreance*) prouocare sponsione cum solebat, ni res sua non esset controuersa: Vti, contrà, qui satisdedisset, lacessitus restipulari cogebatur tantam pecuniam, id est, contrà spondere, Ni sua esset, quam amittebat is qui vincebatur. Quæ reciproca stipulatio generaliter locum habebat ad coërcendam improbitatem falsò quidlibet adfirmantium negantiúmve: Et nunc iudicialis erat, nunc cautionalis. l. 1. π. De Prætor. stipul. Quod non solùm ex M. Tullio, Quintiliano, Asconio, Valerio Max. sed ex Pandectis quoque Iuris Ciuilis deprehendere est. l. si rem. π. De præscr. verb. Porrò autem sponsio, Lege Roman., nunc nuda est repromissio, nunc satisdationem continet. l. sciendum. π. De Ædil. edic. Ita nostro sermone *Pleigement* vocatur, siue pro seipso quis spondeat, siue pro alio. Quare *Applegement & Contr'applegement*, hodie sponsionem & restipulationem simpliciter possumus appellare. Vt testatur itidem Armoricæ prouinciæ Mos emendatus an. 1539. & 1580. Tit. *Des Pleigemens & attentats sur iceux.* 5.

Formula du Cõtrapplegement, tel se cõtrapplege à deffendre l'applegement, tel que tel sergẽt de tellieu luy dõne à entendre, que tel a faict cõtre luy, en adiournãt à soy dudit tel la saisie des choses que led. Applegement porte.

Cap. 70.

Sans attenter, le malfaicteur exempt par appel ou par clain sur tort faict, Information precedente du cas, peut estre constitué prisonnier, si le cas de soy est subiect à emprisonnemẽt, & enuoyé auec l'information à la Iustice suzeraine. Aussi sans information peut aucun estre prins pour crime notoire, ou en presẽt meffaict.

IVRIDICO DOMINO FAS EST, CRIMINIS REVM, QVI ANTEA FORO IPSIVS SIT EXEMPTVS, PRÆCEDENTIBVS ELOGIIS VINCIRI IVBERE; (NVLLA EXEMPTIONIS FRAVDE AC PRÆIVDICIO) ET ITA VINCTVM ABDVCI CVM ELOGIO AD SVPERIOREM SEDEM IVRIDICAM: SI FACINVS QVIDEM IPSVM CORPORIS COMPREHENSIONEM 1.

Digitized by Google

PREHENSIÓNEM EXEGERIT. SIMILITER OB MANIFESTVM CRIMEN LIBERA EST MANVS INIECTIO IN CORPORA REORVM, TESTIBVS ETIAM RE NON INQVISITA, VEL SI IN MALEFICIO ILLI DEPREHENDANTVR.

IN pecuniariis litibus obtinet Dominici immunitas fori, secundùm appellantes à Domino Iudice, subditos: quantò magis in capitalibus Iudiciis? Hinc semel immunis solutúsque ea Iurisdictione, non tenetur criminis causam dicere apud Dominicos Magistratus. Vsqueadeò, vt talium causarum disceptationem totam hoc casu transferri in superius Tribunal, Senatus iudicarit. Decreto *Parlamenti* Pentecostes Ann. 1284. ita relato. *Cùm Gombaldus de Tyranno armiger, à prauo & falso iudicio ab agentibus Regis Angliæ sibi facto, vt dicebat, ad Dominum Regem appellasset, gentes dicti Regis Angliæ, dicta appellatione pendente, in omnibus causis, præterquam in illis pro quibus appellauerat, ipsum iustitiare nitebantur. Posito hoc in Arresto, pronuntiatum fuit, quòd dicta appellatione pendente, idem Gombaldus exemptus erit à Iurisdictione dicti Regis, ac si appellasset de defectu iuris, & si delinquat interea, per Senescallum Domini Regis iustitiabitur.* Ex antiquo Regesto Curiæ, Fol.69. Vers.

Exemptiones aliæ sunt Ecclesiasticor. Capitulorũ ab Episcopali Iurisdictione, nec tẽporariæ vt hic, sed perpetuæ Antiquissimam enim Capituli Andeg. exemptionẽ probat firmatque Arbitraria Sententia Stephani Turonum Archiepiscopi inter Episcopũ & Capitulum Andium die 28. Sept. an. 1334. Item canonicorum Collegium S. Laudi Trãsactione cũ Episcopo inita an. 1242. exemptũ fuit Iurisdictione Episcopali, dempto casu ad depositionẽ seu degradationem spectante, matrimonij, sacrilegij enormis, vel negligentiæ Canonicorum in iure reddendo Ex Chartario Ecclesiæ Andegauen.

2. PRIMARIA tamen de crimine inquisitio, cuiusuis est Iuridici, ex eáque prehendendum reum decernere licet etiam incompetenti, Gallica ciuili Prudentia. Tantò minùs graue videri debet, in eum qui Domini foro eximitur, de flagitio ibidem quæri summatim, & reum delatum comprehendi, auctore Dominico Iudice. Etenim singulare Ius, quàm commune, faciliùs tollitur, immunitásque priuilegiaria, quàm publica Lex ac Constitutio. Apud Iulium Paulum, l. 34. §. 1. De testam. milit. Præterea Karoli 7. Edicto cautum est, quibus manum iniici Iudex mandarit, eos in vincula coniici, appellatione ab hoc Mandato nequicquam obstante. Artic. 13. Imò nec reum carceri inclusum traducere necesse est ad Iudicem appellationis Francico Vsu, nisi nominatim appellatoria vox emissa sit aduersus Sentẽtiam capitis, exilij, fustium, publicæ mulctæ honorariæ, vel tormentorum, ac quæstionis habendæ. Verùm apud Andes quisquis iuridica Domini potestate soluitur pro tempore, ducendus est securè ad iudicem superiorem. hoc. §. 70. Cedò, cuius impendiis? Dominicis, vt opinor, ni priuatus accusator sumptum hunc suggerat. Regia Constitut. Karoli 8. §. 105. Nec enim detrusi in carcerem tenentur, Lictoribus & Apparitoribus mercedem manus in eos iniectæ pensitare. Accurs. in l. vlt. Ver. agnosces De erogat. milit. Anno. Lib. 12. Cod. Et in l. Prætorait. §. defendi. D. Quib. ex caus. in possess. eat. Cepola ad l. qui neque. §. solutum. π. De verb. signif.

Artic. 13. regiæ Constitut. Karoli 7. latæ an. 1453. *de ne differer à la captiõ du Criminel non obstãt son appel, s'il y a informatiõ precedente.*

Huic Andeg Legis artic. 70. cõsimilis deest in Legib. Cenoman.

Ordinatio Principis Mens. Iul. an. 1493.

3. ALIVD ius est in instruenda reorum purgatione, vel reprobatione testium accusatoris: quam adstrui probarique oportet sumptibus rei delati, si soluendo fuerit: sin minùs, accusatoris: vel, si

Regia Ordinatio, *que les tesmoings nommez par l'accusé pour la preuue de ses faicts iustificatifs, & de-*

desit priuatus actor, Fisci. Lege perlata à Francisco 1. Rege an. 1539. Cap. 159. cum duob. seq. Nam & cessante priuati querela, publici Actoris partes sunt, in fontes diligenter anquirere: quùm alterum vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulet. Imò etiam petenti litigatori ius gratuitò reddendum, innuit Theodoricus Rex apud Cassiodorum, dum, *Possessor*, infit, *mihi publicas pecunias libens inferat, ego illi in conuentus Iustitiæ tributa persoluam.* Variar. Lib. 12. Qua ratione, Andium Moribus statutum est, Iuridici Domini desidiam in persequendis flagitiis, mulctari iactura deuolutionèque Iurisdictionis ad proximum superiorem. Maximè verò, quoad sumptus iudiciarios attinet, eos à cliente, Iuridico inferiore refundi necesse est, cuius ignauia, superioris Magistratus officiales reum sceleris comprehenderint, vinxerint. Vt patriæ Legis verba Latinè describam. §. 198. Ediuersò quoque, si vicinus Iuridicus in alienum subditum cœperit ex Legibus quærere de crimine, ac deinceps eius Dominus reum sibi dedi rogauerit, suo in Foro diiudicandum, tenebitur hic priùs restituere in litem expensa ab illo, qui anteuerterat in maleficio cognoscendo. i. §. 74. Quin & Dominus inferior, à quo reus damnatus appellarat, eum debet suo impendio ducendum curare ad superiorem iurisdictionis Dominum: nisi ex condemnati bonis sumptus viatica possint suppeditari. Bald. ad leg. generaliter. §. his de præsentibus Cod. de reb. cred. I. Plateanus ad l. cùm sæpe De erogat. milit. Anno. Lib. 12. Atque ita Tholosanum Senatum iudicasse, refert Aufrerius, Decis. Capel. Tholos. 100. & 273. Dominico certè procuratori, actuario, vel Iudici, qui pro munere publico tantùm, aut in causam Domini purè elaborarit in suo Foro, nulla debetur operæ merces extra ordinem. Vt notatur Artic. 129. Blesen. Edicti. In causa priuata non item, seu vbi priuatus litigator iudicio interceserit. Tunc enim etsi contendat cum iurisdictionis Domino solo, putà de vectigali suarum mercium, Iudex de eo ius non reddet, neque mercium illi restitutionem addicet, quoad sumptuarias litis rationes inierit, omniáque in eam impensa persoluerit. Ex contextu. §. 51. Andeg. Consuet. Nec male suprascriptis aptatur cap. 98. *Statutorum almæ vrbis Romæ*, quæ Grægorius 13. Pontif. Max. restituenda curauit an. 1580. Lib. 3. *De mercede Notarij maleficiorum, & relaxatione Carceratorum. §. Pro adeptione possessionis bonorum Fisco incorporatorum, nihil.*

proches, soyent oyz aux despens dudit accusé s'il le peut faire: ou sinon, aux despens de partie Ciuile, s'aucune y a, sinon à nos despens.

Quòd si accusatio cœpta apud altũ Iuridicum veniat in Sedem regiam ratione venialis Diplomatis à reo impetrati, vel alio modo, tunc litis sumptus in regio foro incumbunt oneri Regis, non alti Iustitiarij, qui nec vllum mulctæ vel confiscationis ex Regio iudicio sperat emolumẽtum.

Ioh. Faber in l. 1. cod. de offic. proconsul & leg. *dict.* Quod iudex secularis, qui cœpit clericum, debet ipsũ mittere Episcopo propriis expensis: & minores iudices qui iudicare non possunt suis maioribus l. defensores Cod. de defens. ciuit. cap. vt Inquisitionis. De hæret. in 6.

Par arrest du Senat de Chambery du 18. Septemb. 1559. a esté ordonné que les Iuges seront amener tous criminels appellans en la Conciergerie de Chambery aux despens de qui il appartiendra & leur sera fait taxe desdits frais & despens, pour les repeter contre qui il appartiendra.

Ordonnance de l'Empereur Charles 5. faicte à Bruxelle le 16 de Iuillet 1531. Que les Vassaux du Prince prenans la cõfiscation des criminels condamnez seront tenus refonder les despens & mises de Iustice, à rate de la valeur des biens qu'ils auront appreheudez, & apres taxation faicte par les gens de nostre Conseil, aux appellez.

Vers. Andeg. Leg. 70. *Aussi sans information ne peut aucun estre prins pour crime notoire, ou en present mesfaict.*

IN re notiora vtique, non seruatur solennis Iudiciorum ordo, si 4.
inquisitionem spectes, testimonia, aliásve probationes. Cap. euidentia facti De accus. Cap. tua De cohabit. cleric. Cap. quoniam De fil. Presbyt. Sed iudiciarius ordo exigitur quoad rei citationem & interrogationem. Cap. ad nostram 3. De iureiur. Vt pulchrè distinguit Specul. in Tit. De Notoriis crimin. Manifestè autem delinquenti patrius Mos eum æquiparat qui deprehenditur in admisso, vt Papinianus loquitur, l. si dominus. ff. De præscr. verb. Meritò sanè,

In flagrant délict.

Digitized by Google

nè, quùm & Gellij relatu Maſurius definierit, furtum manifeſtum eſſe, quod deprehenditur, dum fit: faciendi finem eſſe, cùm perlatum eſt, quò ferri cœperat. Noct. Artic. Lib. 11. Cap. vlt. Vt apud Æſchinem contra Cteſiphontem, * ἐπ' αὐτοφώρῳ κλοπῇ. Quo deinde vocabulo vſi ſunt generaliter Græci, quoties de iis loquerentur ita deprehenſis, vt factum inficiari non poſſent. Quare deprehenſos in maleficio licet carceri includere, nullis etiam teſtimoniis, aut præuia facti inquiſitione. Sicuti noſtra fert conſuetudo. §. 70. & 73. Idcóne autem in exemptos foro Dominico animaduertet, qui eodem pro Tribunali cognoſcit? Quidni, dixeris, quùm in talibus manifeſtis opus non ſit cauſæ cognitione ampliori? At Mos Andium ſatis indicat, exemptum qui deliquerit, ad ſuperiorem eſſe remittẽdum, quouis modo delictum is commiſiſſet. Hac tantum criminum diſtinctione adhibita, vt non manifeſti reus, cum elogiis: manifeſti verò, ſine elogiis prehenſus ad ſuperiorem Iuridicum deducatur.

* Manifeſti fures.

Le priſonnier ſera ouy, auec ſes Charges & Informations, par deuãt ſon Iuge.

Cap. 71.

S'aucun faict Denoncement Criminel deuement applegé à l'encontre d'aucun, ſoit de Meurdre, de Larrecin, ou d'Embraſement, de Femme violee ou rauie, de Bature ou mutilation faicte de guet à pens, ou d'autre crime en la Cour ſuzeraine, iamais le Vaſſal n'en aura la Cour ou renuoy: Mais en aura la punition celuy qui a Preuenu en la cognoiſſance, ſuppoſé que le Denonceur ſe delaiſſe, auant que la cauſe ayt prins fin. Et ſemblablement en pourront vſer les Comtes, Barons, Seigneurs Chaſtelains, haults & moyens Iuſticiers.

1. SI QVIS AB ALIO NOMINATIM REVS DELATVS SIT PARRICIDII, FVRTI, INCENDII, STVPRI RAPTVSVE FOEMINARVM, CONSVLTO ILLATI VVLNERIS, ALTERIVSVE DELICTI APVD SVPERIOREM IVRIDICVM, INFERIOR NON AVDIETVR POSTVLANS EIVSMODI QVÆSTIONES IN SVVM FORVM IVDICIVMQVE TRANSMITTI: SED DE IIS, PROVT QVISQVE ANTEVERTERIT, ITA ANIMADVERTET, TAMETSI ACTOR ANTE LITIS EXITVM AB ACCVSATIONE DESTITERIT. EODEM FORENSIS PRÆVENTIONIS IVRE VTI POTERVNT COMITES, BARONES, CASTELLANI DOMINI, SVBLIMES MEDIIQVE IVRIDICI.

LEGE Rom. ſontes ibi puniendi ſunt, vbi deliquiſſe arguantur: Et Diuus Pius Pontio Proculo reſcripſit, poſtquam cognouiſſet de minori crimine à quodam admiſſo in ſua Prouincia, vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi maius contraxiſſet ſcelus. Ex Vlpiani

Digitized by Google

Edictum Parisiis latum Ianuar. Mens. 1563. & Ruscinoni repetitum à Principe 9. Augusti An. 1564. dicitur vernacule. *l'Edict de Rossillon.*

Leg. si cui. §. vlt. De accus. §. si verò quis comprehensorum Authen. Vt nul. iud. Idémque Ruscinonen. Edicto sancitum est Gallis An. 1564. Art. 19. Nil autem inde video proponi, quò minùs Proceres de criminibus cognoscant patratis in Territorio subditi & clientis sui. Nam Andegauæ regionis Moribus, licitum est superiori Dynastæ, de quibus suis ius dicere, quorum sit inferior capax & competens Iudex. Vt ℨ. edocuimus. Huc etiam vergunt Felyni scripta, ad Cap. Pastoralis. in prin. De offic. ordin. Post Angel. Aretin. in l. 1. §. si quis in appellatione. ℞. De appell. Argum. l. si aliquam Et l. Nec quicquam. ℞. De offic. Proconsul. In maleficiis vtique, Regiæ præuentionis extat Francica consuetudo vetus aduersùm *Barones* inferioréſque Iuridicos, haud præcisa tamen spe ad eos remittendi rei. Tali sententia, *Li Bers n'a mie en la Cort le Roy la Cort de son Home de fautes, mais des choses conneües on li rent la Cort à son gré, & à enteriner les choses conneües pardeuant la Iustice le Roy, & oyes & entenduës.* In Lib. Gallico, *Ci comencent li e Statu dou Royaume de France.* Cap *Dou droit au Roy.* Quænam verò discriminis ratio inter capitales, & pecuniarias lites, vt superior illas occupans inferiori præripiat omnem causæ notionem, (hoc. §. 71.) istas, non ita? ℨ. §. 65. 66. Scilicet ciuiles controuersiæ prorogantur longè minori litigatorum dispendio, quàm criminosæ. Nam, teste Budeo, inuidia quæ recenti accusatione calere solet, & animaduersionem vindicationemque Iudicum animos propellere, comperendinata re forensi negotio, refrigescit. Etenim longa die accusatorum iusta ira relãguescit, & lachrymę Iudicum exarescunt, qui priùs viduarum orborúmque calamitati ingemiscere videbantur. Quòd si Gallico vsu comparatum esset, vt accusationes defensionésque probationibus ac testimoniis instructæ adferrentur in iudicium, sicque præsentanea continuáque cognitione diiudicarentur, profectò audacissimis ac confidentissimis hominibus auferretur spes impunitatis. Hæc Budeus ad l. vlt. De Senator. More videlicet à Roman. Senatu repetito, apud quem inchoari non poterat forensis actio, nisi vt noctis interuentu scinderetur. Iam hoc ipsum pulchrum, ait Plinius, & antiquum, Senatum nocte dimitti, triduo vocari, triduo contineri. Lib. 2. Epist.

Priscæ istæ Gallorum Consuetudines, quæ in manuscriptis Codicibus memorãtur, eatenus debent custodiri, quatenus ipsis recens emendatæ scriptæque Consuet. auctore Principe, non repugnant.

Ivs nostræ Ciuitatis * κατάληπτικώτερον vtitur hac dictione, *denoncement Criminel*, pro appellatione à priuato instituta. §. 71. & 73. Verùm & his aptari potest denunciationis genus quoddam, legibus receptum priuati commodi causa, quoties pars læsa directò experiri nequit *propter impotentiam iuris aut facti.* Vt ait Faber ad l. ea quidẽ Cod. De accus. Quo sensu intelligitur Lex 1. ℞. De offic. præf. vrb. l. Illicitas §. ne potentiores l. congruit l. diuus. ℞. De offic. Præs. l. seruos. ℞. De alim. & cib. leg. §. sit tibi Authen. De mand. Princ. Sed huiusmodi nunciationibus parum moueri Iudices nostros, deflet Faber loco supradicto. Vulgaris certè criminum Denunciatio, apud priscos Iurecos. fuit publici iuris, & ad publicum Actorem perferri solita à Delatoribus:

* abusiue.

Vers. Andeg. Moris 71. *S'aucun fait denoncement Criminel, &c. supposé que le denonceur se delaisse, auant que la cause ait prins fin.*

§. 73. Ver. *la Partie plaintiue fist denoncement ou accusation.*

Digitized by Google

Delatoribus: non quòd istorum interesset singulorum, sed vt indictæ legibus pœnę persecutionem excitarent. Iul. Paul. leg. ab accusatione §. nunciatores Ad S. C. Turpil. l. 7. Cod. De accus. Speculat. in Tit. De denunciat. §. quis denunciare Vers. in summa. Alia denique est euangelica denunciatio, ad reos plectendos minimè adspirans, sed ad pœnitudinem scelerúmque conscientiam expiandam. De ea Pontifices rescripsêre, Epist. Decretali vlt. Tit. Qui matrim. accus. poss. cùm. 1. & à De re iudic.

3. CRIMINVM porrò Delatores, qui vulgò volitant in Foro, victoribus reis, non solent litis damno mulctari, & quâti interfit, damnari Francica Consuetudine: nisi euidens ipsorum calumnia detegatur. Vt compertum habeo ex nostrate fori Iurisprudentia, variisque S. Consultis. Argum. l. non est ignotum (& ibi Faber) Cod. De admin. tut. Bald. ad l. seueriter Cod. De excus. tut. At Vidus Papa, quoad litis sumptus, hanc adhibet distinctionem, vt si quis sigillatim reum detulerit, absoluto eo, damnetur litis impendiis: si verò criminis conscios generatim, secus. Id quod multis Gratianopolit. Curiæ præiudiciis decretum, refert Decis. Delphinal. 269. ex l. 1. De sumpt. recuperat. Lib. 10. Cod. Probabilius sanè est, delatorem, si iudicio succubuerit, quadantenus excusari: quòd Innocens licet absit à culpa, non tamen à suspicione culpæ. Cùm enim delator habeat aliquid, quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, ludificari apertè & calumniari sciens non videtur. Quare facile omnes patimur, esse quàmplurimos accúsatores: quòd innocens, si accusatus sit, absolui potest: nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Vtilius est autem, absolui innocentem, quàm nocentem causam non dicere. Vt scribit Tullius in Orat. pro Sex. Roscio Amer. Proin Tiberius Cæs. tantùm delatoribus tribuit, vt nemini fidem abrogaret, siue quid veri, siue vani referrent. Cúmque Senatus aliquando de præmiis Accusatorum abrogandis putaret agendum, Tiberius dictitans Iura subuerti, si custodes Legum amouerentur, tantùm licentiæ Delatoribus dedit, vt plerique criminis postulati, ante iudicium supplicium præuenerint. Vitellius quoque delatos Mathematicos indicta causa puniuit capite. Domitianus pariter sic aures patefecit delatoribus, vt nihil cuiquam tutum esset, delatórque delatorem metueret, ac causidici, forensibus post habitis actionibus, ad delationes se conferrent. Quod de Constantino Imp. traditur, vt delatores omni tempore admitteret, eósq; ingenti studio foueret. Non sic Nero Princeps, qui delatorum vt comprimeret licentiam, prę̃mia quæ iis Lex Papia maxima constituerat ad quartas reuocauit: Vnde Quadruplatores dicti, quòd quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequerentur. Vespasianus autem & Titus adeò insectati sunt delatores, vt flagellis cæsos per Amphiteatri arenam spectandos traducerent: quò pœnis coërciti à noxiis deferendis abstinerent. Sanè Pius Antoninus delatores, si non probarent, capi-

De Publicis Delatoribus criminum.

Fertur Dionysius tyrānus, cùm in ciues, nullo placatiore animo esset, Sagogidas dispositos habuisse, qui singulorum dicta factáque referrent.

tali pœna affecit: si probarent, oblato præmio dimisit infames. Idem factum memorant de Opilio Macrino Cæs., vt delatores minimè audiret, sed vndique conquisitos, pœnis & damno mulctaret.

Vers. Andeg. Leg. 71. *Et semblablement en pourront vser les Comtes, Barons, Seigneurs Chastelains, haults & moyens Iusticiers.*

FRVSTRA adiicitur hæc clausula patriæ Legi, quam ideò suppri- 4.
mit Cenomana, in simili Cap. 81. Antea enim disertè cautum fuerat Iure nostro Municipali, Proceres quosque, Iurisdictionis dominos, eadem in suos, qua Principem, vti occupatione causarũ, quam Præuentionem appellant. §. 65. Absurdè etiam mediis Iuridicis tribui videtur hoc loco ius anteuertendi inferioris, quùm non alius, infrà eum Iuridicæ Potestatis gradum, tractet criminum Iudicia. 3. §. 2. Subde quòd delictorum genera, quæ numerantur hoc §. 71. vindicem maiorem deposcunt, quàm medium Iuridicum. Vt liquet ex Tit. De media Iurisd. Ac sequent. aliis. Obserua igitur Moris patrij verba hæc, *haults & moyens Iusticiers*, coniunctim accipi, non disiunctim, & de iis solùm intelligenda qui plenissimæ simul mediæque præsint Iurisdictioni. Alioquin mediis Iuridicis competit quidem certorum maleficiorum castigatio, non tamen Præuentio in minimos Iuridicos: Quippe qui imæ Iurisdict. Domini nullam habeant criminum notionem, nisi fortè ciuilem in controuersiam incidentium. Imò & de falsi quæstione incidenter tantùm cognoscunt medij Iuridici peræque, ac infimi. 3. §. 39. Denique forenses Præuentiones vniuersim coarctari constringíque debent, ne nimiùm aliena minuant patrimonia seu patrimoniales Iurisdictiones inferiorum Dynastarum. Nec enim maioribus in minores Dominos eorúmque dominia abutendum imperio, docuit Tyberius August. qui alieni serui manumissionem petente Pop. Roman., haud priùs iussit eum in libertatem perduci, quàm dominus assensum suum nouo libertatis muneri accómodaret. Ex Dione Nicæo, Lib. 57. Vnde publicam modò causam, publicæve vtilitatis rationem excepit Claudius Imp. qui ægra & affecta mancipia, quę domini cunque, in Insulam Æsculapij, tædio medendi exponerent, libera esse sanxit, nec in dominorum ditionem redire: Quòd si quis necare mallet, quàm exponere, cædis crimine teneri. Vt est apud Tranquillum, Lib. 5.

Sed Feudum in Andegauia & Cenomania denotat Iurisdictionem, scilicet infimam, *basse Iustice*, i. §. 211. & aliis quos supra citauimus in Cap. 1. Art. 2.

Cap. 72.

Et si Denoncement estoit faict par vne mesme personne, & d'vn mesme cas en Cour suzeraine & en Cour subiecte, iceluy qui premier aura receu & executé le Denoncement, en aura la cognoissance: pourueu que le Seigneur subiect informe les Officiers du Suzerain qu'il ait Præuenu.

ET SI

1. ET SI QVIS, VNIVS MALEFICII ERGÔ, REVM DETVLERIT VARIO FORO, APVD MAIOREM NEMPE AC MINOREM MAGISTRATVM, EX HIS VNVS DE CRIMINE IVS DICET QVI PRIOR DENVNCIANTIS QVERELAM AVDIERIT, ET AD LIBELLVM RESPONDERIT ACCVSATORIVM: DVMMODÒ INFERIOR SVPERIORI IVRIDICO ADPROBET, SE IN EA CAVSA ANTEVERTISSE.

REGVLARITER parendum maiori Iuridico, & qui ad maius Auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, cótumax non videtur. Pauli I.C. I. contra pupillum De re Iudic. Sicuti nec pœnam contumacis patitur, quem maioris cauſæ occupatio defendat. Hermogeniani leg. contumacia Eod. titul. Similiter appellato ad ſummum Pontificem imputari non debet, quòd ſui copiam præſentiámq; non fecerit inferiori ſacrorũ Antiſtiti. Innoc. ad Cap. Cùm parati De appel. Veluti & die alicui dicta coram Rege ſimul. & Epiſcopo, Regi potiùs obſequendum putat Vido Papius, Quæſt. 276. Quo nomine ſeueriùs ſe geſſit Claudius Cæſ. aduerſus eos, qui in ius vocati non veniſſent, & nullo culpæ delectu abſentium ſecundum præſentes litem facillimè dabat. Suetonio auctore, in Claudio. Cap. 15. A ſuperioribus demùm haud longè diſtat Fabri dictum in l. 1. Cod. De offic. Præf. vrbi, *inferior non poteſt ſaiſire vel ſigillare id quod per ſuperiorem ſigillatum eſt.*

2. PRÆVENTVM hinc inde Forum explicat Lex patria, vt ex Iudicibus veteruis accuſatorio libello ſubſcripſerit prior, dicatur is anteuertiſſe. Quod ita hercle accipiendum noſtrate Fori vſu, ſi prius Iudicis decretum proximè quoque mãdetur executioni. Aliâs quicquid poſteriùs decreuerit, ſed anteriùs exequatur Magiſtratuum alter, (abducto vel citato reo) præbet ipſi ius Præuentionis in ea cauſa, Vti etiam Vidus Papa adnotauit, Deciſ. Delphinal. 202. poſt Angelum Aretin. in Tract. maleficiorum Gloz. ad verb. Iudex commiſit. Ecquid ſi, vtriúſque citationis die, pares fiant maior ſimul & minor Iuridici? Vtra præualet citatio, ad quærendam fori Præuentionem? Pro maiori Iudice reſpondit Felyn. ad Cap. Paſtoralis De offic. ordin. (Iuxta Ioh. Andreæ ſententiam in addit. Specul. eod. Tit. §. 1. Verſ prætermiſſi) cum octuplici temperamento huius Regulæ. Quò ſpectat itidem Bonifacij 8. ſanctio, de concurſu Pontif. Max. & eius Legati, Cap. Si à ſede de Prẹben. Verùm hac in ſpecie Moris patrij cẽſeo, crimínis animaduerſionem inferiori Iudici relinquẽdam. Quum enim ſua cuique cõſtare debeat Iuriſdictio propriis Territorij ſepta limitibus, Vix eſt, vt ſuperior, qui odioſæ tãtùm Occupationis lege falcé immittit in meſſem inferioris Iuridici, præripiat iſti cauſæ diſceptationé iure cõcurſus. Accedit his loci ratio, vbi delictum admiſſum ſit, inquo pariter, de crimine agi oportet. Regia Conſtitut.

Verſ. Andeg. Leg. 72. *Et ſi Denoncement eſtoit faict en Cour ſuzeraine, & en Court ſubiecte, celuy qui premier aura receu & executé le Denoncement, en aura la cognoiſſance.*

Huic Ordinationi congruit poſterior Molinenſis, Art. 35.

Digitized by Google

Ruscinonen. nec ab ea temerè discedendum. Sed, vt hac quoque in parte deferatur aliquid superiori Tribunali, operæpretium est, minorem Iuridicum, emissis ad superiorem elogiis actisque criminosi iudicij, fidem ei facere Prœuentionis suæ, séque in exquirendo crimine diligenter esse versatum. Isto Cap. 72.

REGII vtique Iudices hoc sibi proprium ius arrogant, vt dum 3.
de remittendo reo cum iis contenditur ab inferiori Dominico, valeant interim summæ litis acta gestáque in foro Principali. Id quod veteribus Andensium Legum monumentis traditum fuit, hoc modo. *Si debat est contre la Court le Roy, de l'Obeissance d'aucune cause qui pende en la Court du Roy, le debat de l'Obeissance pendant, len procedera touz iours en la Court le Roy de la chose entre les Parties non contractant le debat de l'Obeissance.*

Cap. 73.

Et si par accusation d'Office led. Criminel auoit esté Prœuenu par vne Court, & par apres la partie plainctiue fit Denoncement ou accusation applegee par autre Cour, en ce cas la cognoissance en demourra à celuy qui aura prœuenu d'office: & doit la Partie pardeuãt luy pour suir son interest, sans ce que led. Denoncé fust tenu en procez en diuerses Cours pour vn mesme cas. Et à semblable, si tel Criminel ou delinquant estoit conuenu à l'Office de Iustice en diuerses Iurisdictions capables pour raison d'vn mesme cas, à celuy qui auroit Prœuenu demourroit la cognoissance. Et est à entendre telle Prœuention, si entant que touche la partie principale, y auoit Denoncement formé & deuement applegé, ou adiournement baillé sur ledit cas d'exces. Et au regard de l'Office de Iustice, celuy aura Prœuenu qui premier prendra le Criminel ou delinquant, ou qui l'aura premier faict adiourner personnellement, ou faict saisir & inuentorier ses biens, Information precedente, simon in flagranti delicto, où l'on peut empriſonner sans Information.

SICVBI DE CRIMINE INQVIRATVR NOMINE PVBLICO, DEINDE PRIVATI INSTANTIA, ARCESSITVS SIT CRIMINIS REVS, PENES ILLVM QVI ANTEVERTERIT PRO OFFICIO, LEGITIMA ERIT CAVSÆ DICEPTATIO AC IVDICIVM: ET APVD EVNDEM LITICATOR, CVIVS PECVLIARITER INTEREST, DEBET IVS SVVM PERSEQVI: NE REVS DELATVS VNAM OB NOXAM IN VARIA TRIBVNALIA DISTRAHATVR. E DVOBVS ITEM IVDICIBVS, QVI PRO MVNERE PVBLICO SEORSIM REVM AD CAVSAM CRIMINIS DICENDAM APPELLARINT, EI COMPETET FACTI DISQVISITIO AC DIIVDICATIO, QVI PRÆVENTIONE VICERIT. CVIVSMODI PRÆVENTIONEM SIC DEFINIMVS, QVVM VEL PRIVATVS ARGVISSET REVM; 1.

EIVE

EIVE DE INIVRIA PERCVSSIONEQVE DIEM CONDIXISSET: SIVE IN PVBLICA CRIMINIS INQVISITIONE EVNDEM COMPREHENDISSET IVDEX, CITARÍQVE IVSSISSET CAVSAM DICTVRVM, VEL ABSENTIS BONA ANNOTANDA CVRASSET, IN TESTATVMQVE REDIGENDA, PRÆCEDENTIBVS QVORVMDAM TESTIMONIIS FACTAQVE*ANACRISI. ATTAMEN DEPREHENSOS IN MALEFICIO IPSO FAS EST, CITRA ELOGIA, VINCVLIS COERCERE.

* ἀνάκρισις, interrogatio teſtium, & quæſtio de aliquo facto habita.

PVBLICA ſceleris Inquiſitio, eſt priuata fauorabilior Accuſatione: quùm hæc vnam offenſi, illa vtramque & publicam & offenſi vindictam, quodammodò perſequatur. Vnde criminum quæſtionem præoccupans ex officio Iudex, non tenetur alteri cedere, de iis poſtea ex libello partis cognoſcenti. Vt tradit Angel. De Maleficiis ad Verſ. Hęc eſt quædam, in Gloz. Verſ. ſi verò. Sed rei nonnulli abutuntur hodie illo ciuili Iudicis munere, vt perluſorij ſpecie iudicij eludant partis læſæ querelam & accuſationem, quam alibi fortè ab ea inſtitutum iri ſuſpicentur. Eoque caſu minimè ſtandum erit inſidioſæ fori Præuentioni, quæ ſimulatione tegatur officij. Accurſ. in l. ſi quis poſteaquàm. ff. De Iudic. Alexand. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. ff. De legat. 1. Vidus Papa, Reſponſo. 153.

2. CAVETVR inſuper Andium Lege, accuſatores inibi ſuam perſequi debere iniuriam, vbi publicè crimen exquiri cœptum ſit. §. 73. At contrà, inquies, priuati accuſatoris interuentu ceſſat eiuſmodi ſcelerum indagatio inueſtigatióque Politica? ex opinione Bartol. in Extrauag. Ad reprimẽdam Et in l. 3. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. Hanc vtique Bartoli ſententiam refellit Baldus in l. 1. §. 2. ff. De off. Præf. vrb. Rectè ædepol, in Gallia præſertim, vbi publicus Actor omninò diſtinguitur à priuato, & legitimæ pœnæ vindex alter eſt, alter priuatæ modò contumeliæ: vt tantum huic, quanti ſua interfuerit, adiudicetur. Sed ob id quoque deſcendenti in cauſam Accuſatori libera relinquitur maleficij probatio & productio teſtium, ad veritatem facti eruendam. Angel. De maleficiis vbi ſ. ex dictatis Bartol. in l. 1. In fin. ff. De Quæſt. Alioquin tacenti priuato, cui iniuria facta ſit, nulla adiceretur litis æſtimatio pecuniaria, Iudice ex officio cognoſcente. Vt ſubnotat Iul. Paulus, Leg. quod S. Cóſultum Verſ. planè ſi actum ſit publico iudicio, denegandum eſt priuatum De iniur. Hoc tamen ita, niſi Magiſtratus vltrò mulctatitium æs quoddam ſolui iubeat damnum paſſo. Id quod feciſſe olim Curiam Pariſiorum Decreto quodam, memorat Paponius in Areſtorum Collectaneis. Lib. 24. Tit. De Accuſat.

3. PRISCI autem Legumlatores in puniendis ſontibus nullam fermè habuerunt rationem nummarię æſtimationis iniuriæ, ſed pœnę ſolùm capitalis. Quandoquidem libera corpora æſtimationem non caperent: de ſeruis, ſecus ex Lege Aquilia. Sic Lex Cornelia de ſicariis, deportationem inflixit, aut capitis pœnam. Atticæ quoque

Leges sicarios plecti voluerunt (vt Demosthenes narrat)* θανάτῳ, καὶ ἀειφυγίᾳ, καὶ δημεύσει τῆς ὑπαρχούσης. Imò etiam multis, ante Mosen Hebræum Nomothetam, annis, diuinitus sancitum est, (statim nempe post Diluuium) vt cuius nefaria manu sanguis alterius esset effusus, funderetur itidem publico Gladio eius cruor. Hinc sensim ei, quod priuati actoris interesset, prouisum fuit Talione attrocioribus iniuriis apposita: vt hoc metu coercerentur homines, minueretúrque violentia pulsandi atque lædendi. Nam Decemvirûm Lege ita scriptum est, *Si membrum rupit meum, è pacto Talio esto.* Sed cùm deinde reus depacisci nollet cum aduersario, Iudicíque Talionem imperanti non pareret, æstimata lite Iudex hominem pecuniæ damnare cœpit: atque ita si reo & pactio grauis, & acerba Talio visa fuerat, seueritas Legis ad pecuniæ mulctam redibat. Vt ait Sex. Cæcilius apud Gellium. Talionis pœna Lucernates Heluetiæ populi adhuc vtúntur, nisi parricida cum interfecti hæredibus rem pecunia transegerit. Auct. Simlero in Republ. Heluetiorum. Ast vbique ferè Talionem abiisse in desuetudinem, tradit Iustinianus, nec in toto Iure Ciuili eius supersunt vestigia: nisi si calumniatorem dicas idem Iudicium, quod innocenti reo intendit, subire debere, ideoque inscribere sese credas. Posterioribus ergo seculis redactæ sunt in nummarium pretium sceleris pœnæ inter priuatos, & quatenus offensi cuiúsque interfit. Ob id priscus Vates irrisit Tertulli, designati Consulis, sententiam, quòd Afris Matium accusantibus, septingenta millia quæ acceperat hic Africæ Proconsul, Ærario inferri decreuissет, Marioque Vrbe & Italia interdici. Quamuis enim Plinius ille Traiani panegyristes collaudarit hoc Tertulli de Mario Prisco decretum: eo tamen, quod spoliatis Afris restitui debuerat, Fisco datum ridens Iuuenalis,

Quid referam, (ait) cùm hic damnatus inani
Iudicio (quid enim salui infamia nummis?)
Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur Diis
Iratis? at tu victrix Prouincia ploras.
Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?
Hæc ego non agitem? Satyr. 1.

ITAQVE temporum successu habita ratio est pariter in capitalibus causis, quanti cuiuslibet priuatim interfit, pecuniaria damni noxæve æstimatione: Nec tantùm in læsæ partis gratiam, sed & suorum propinquorum, ac hæredum. Familiari tamen iure veriùs, quàm Hereditario, defertur actio huiusmodi, & sanguinis intuitu agnationisque potiùs quàm hæreditatis. Filio enim paternæ necis vltioné persequi licet, tametsi à paternis bonis abstinenti. Iuxta Papin. leg. quæsitũ De sepul. viol. Ac Vlpiani leg. pro hærede. §. vlt. De acquir. hęre. Iam isthîc tractandũ subit, vtri debeatur litis æstimatio, matrine quæ filij cædem iudicio prosecuta sit, an huius viduæ tutricíq; communium liberorum. Pro vidua ac tutrice dicetur, in hoc nummariæ adiudicationis genere nepotem auiæ præponẽdum: quod defunctum propiùs

4.

* Morte, exilio perpetuo, & proscriptione facultatum.

In Mosaica item Politia, Lex Talionis vsitata est: Et reste Aristotele lib. 5. Ethicorum, Rhadamanthus legem Talionis seruauit in iudicãdo.

Lex. 11. Tabul. ΤΑΛΙΩΝΙΣ ΤΟΥΤΟ, i. Talionis pœna.

Lib. 20. Cap. 1.

Iosias Simler. Tigurin.

Plinius Lib. 2. Epist. ad Atrianum suum.

Digitized by Google

propiùs contingat vtrolibet ſtirpis iure, ſeu gentilitiæ ſucceſſionis. Quemadmodum enim Liboniano S.C. conſtitutum eſt, vt proximi ſanguine admittantur parricidij accuſatores. l. 5. l. vxor tua Cod. Qui accuſ. non poſſ. Doct. ad l. ſi cui. ff. De accuſ. Et in l. 3. ff. De ſepul. viol. Ita capitalis litis æſtimatio pecuniaria verè competit proximo cuiq; ex ea familia accuſatori: eíque imprimis obuenit ad quem lege redit mortui hæreditas, ſucceſſorio velut edicto ac propinquitatis ordine. Atqui nepos auo auiæq; præfertur in paterna hęreditate. Authen. defuncto Cod. ad S.C. Tertyllianum: Igitur & in iure, paternæ cædis iudicio vindicandæ, & in quærenda litis æſtimatione quæ ex eo conſequi ſolet. Exceptò tantùm, ſi filius ſpreuerit paternis Manibus debitum officium. Tunc enim velut indigno paternæ hæreditas adimitur. l. ſororem. C. De iis quæ vt indig. auferr.

Non ſanguinis modo propinquitate, ſed vinculo multiplici defertur ſucceſſio, vt frater vtrinque coniunctus excludat vterinum, etiam in maternis, & conſanguineum, etiam in paternis. Iuxta Authent. Itaque Cod. commun. de ſucceſſ. Id quod ſolenni purpura pronuntiatum fuit Areſto Penteceſtes ſeu die 20. Maii 1550. Inter Claudium Karolum, & Danielem *Charlus* ad interpretationem Artic. 245 & 253. Aurelian. Conſuet quæ dicit. *patruus paternus*. vt Andium lex 1. §. 268. Idémque pro fratre germano contra vterinum, vel conſanguineum iudicauit Curia Die 24. Ianuar. 1550. *entre les de S. Meſmin d'Orleans*. Sed poſteriori reformatione Aurelien. Conſuet ſtatutum eſt bini vinculi prærogatiuam quoad hæredit. nullam fore. Artic. 336.

5. EDIVERSÒ autem, pro matre defuncti allegabitur in viduam quę filij tutricem ſe gerebat, cordatè illam piéq; ſolam accuſáſſe parricidij reum: litis æſtimationem, præmium eſſe accuſatorij huius muneris potiùs, quàm partem hæreditatis: quando non ad rem familiarem hæc actio, ſed magis ad vltionem pertineat. Saluij Iuliani reſponſo, l. ſepulchri De ſepul. viol. Addendú, quòd vidua mulier alium nanciſci maritum poſſit, mater ſenex alium filium non poſſit; qui orbitati liberorũ præbeat ſolatium. Sicuti ab Intaphernis quondam vxore Dario dictum Perſarum regi, accepimus. Quùm. n. ille ex inſigni flagitio raperetur ad ſupplicium, vnà cum ſuæ cóiugis fratre, fœmineis huius lachrymis Darius vitam condonauit vtriuſuis morte mulctandi, quę ipſa depoſceret. Tunc mulier fratrẽ requiſiuit: ac iuſſa ab rege dicere, cur fratrẽ viro ac filiis antepoſuiſſet, pignoribus chariſſimis, Sum, inſit, iuuenis adhuc, poſſúmque alteri nubere, & parere liberos: frater, parentibus ſenio confectis, ſi adéptus ſit, reſtitui non poteſt. Vt Herodoti Thalia perhibetur. Quoniam ergo mater decrepita, amiſſi interneccione filij deſiderium lenire nequit, nouæ ſatu prolis ac partu, Videtur æquum, vt quod illa natorũ funeri adiecit maternæ pietatis ſupremum munus querulo libello apud Quæſtores parricidij, aliqua ſaltem litis æſtimatione penſetur, piæ Accuſatrici adſignáda. Nam & ad nepotem reditura eſt breui pecunia huiuſmodi, auitæ hæreditate. Proin ſecundùm matrem LVTET. CVRIA præiudicauit Kal. Iun. An. 1554. ex facto Antonię *de Celieres* matris Gaucherij *de Quinquerant*, Baronis *de Baugey*, in Phocenſi prouincia (qui interẽptus fuerat) aduerſus KATHARINAM *d'Oraiſon* defuncti viduam, tutricé Ant. filij ſui. Partibus enim auditis, cenſuêre quidem PATRES deliberandum pleniùs, ſed decreuerunt interim, mediam portionem ſummariæ æſtimationis litis, qua damnatus fuerat parricida, manere debere penes matrẽ defuncti fiduciario iure, mediam alteram ſequeſtrò deponi in rem vſúmq; pupillarem: Portano, viduæ cóiugis: Vergneo, matris: Riantio, Filci patronis. Sic nonnunquam prudens Senatus, maternæ vel auitæ neceſſitudinis intuitu, deflectitur à vulgari fatorum ſerie op-

Areſtum Curiæ die 1. Iunij An. 1554.

nionéque præsumpta: Ne contra parentum commune votum, sua liberis ac nepotibus debita hæreditas, in extraneos deriuetur. Exempli causa, Pons Molitorum apud Lutetiam, repétino lapsu Sequanæ amni immersus est, cum vtriusuis sexus inquilinis & habitatoribus: quos Pontis ruina præcipites simul vndis absorpsit. Vndecimo Kal. Ianuar. An. 1596. Qualem & Pons iste casum subierat pridie Calend. Februar. An. 1407. Cuius nobis fidem faciunt Monumenta Curiæ Parisien. Funestius autem hoc, Decembri prædicto in flumen collapsas auiam maternam, neptémque, vnà cum genero, fluctibus obrutas ilico periisse. Haud aliter propemodùm, ac Romæ, Iubilæo Anno. 1450. quò innumera Pop. turba conuenerat, eius superstantis pondere fatiscens procubuit in Tyberim Pons Hadriani, miserósq; mortales multos in profluentem secum disiecit, cum ineluctabili ipsorum excidio. De quibus, Platina in Nicolao 5. Pontif. Max. Et Felyn. ad Decretal. epistolam, Capitulum S. Crucis de rescript. Raptis itaque inopino fato auia pariter ac nepte, oboritur forensis controuersia de mobili præsertim earum hæreditate inter germanos, & consanguineos neptis fratres. Cuiusmodi lis Romæ etiam instituta legitur, euestigiò post matris & filiæ obitum, quæ ruina pontis Adriani oppressæ obtritęque, eodem momento interierant. Sicuti de vtriúsque hæreditate consultus edidit Marianus Iuris Responsum. 117. ac Paul. Castrensis, Consilium. 199. Qui illa ætate I. Coss. summi in Italia efflоruêre. Cardo quæstionis in eo vertebatur, vtra ambarum prior viuis erepta crederetur, auia an neptis: mater, an filia. Quùm enim pater neptis illius, secunda ex consan liberos alios sustulisset, horum intererat admodùm, sororem cósanguineam, cuius mouentia cum germanis fratribus promiscuè hæreditaria capesserent, diutius auia materna vixisse: cuius alioquin hęreditate superstitis auiæ summouerentur. Ediuersò autem contendebant fratres vtrinque coniuncti, sororem ocyùs auia decessisse: quò sororis hęredi ex asse mobilium, communi auiæ succederent ipsi soli: exclusis consanguineis, qui nulla generis propinquitate auiam contingebant. Ac Legú quidem coniectura ferebat, puberem neptem, duodenúmq; paulò ampliùs annum egressam, auię superuixisse, & ita auitas pretij ingentis res mobiles ex æquo transmisisse ad consanguineos perinde, ac germanos frattes, hæredes Iuxta Morem Parisiorú, (Art. 340.) Iustinianeæ Leg. derogatoriú. Pari enim duorum in naufragio, ruina, incendióve fortuito, censetur pubes filius sene parente, robustior infirmiori, vir vxore longius vitales spiritus hausisse, protraxisse. l. ex facto. §. si quis autem D. Ad S.C. Trebel. l. inter socerum. §. 1. ff. De Pact. dotal. l. cùm hic status. §. si ambo. ff. De donat. int. vir. l. si possessor. §. si eodem momento temporis vir & vxor decesserint. ff. De relig. & sumpt. fun. Vbi Accurs. & Baldus. Præter alia Roman. I. Coss. Responsa, quæ in Tractatu Legum Parisien. citauimus. Atque adeo eximium fatalis

Chaisne du Pont aux Musniers à Paris, die. 21. Decemb. 1596. De vario autem ac multiplici lapsu ruinaque Pontium Lutetiæ, Nos. Lib. 1. Legum Parisien. Tit. 4. art. 11.

Tiberis, seu Thybris, Italiæ fluuius. ab Hetruria Latium, Ianiculunque ipsum ab vrbe Rom. dirimens.

Horum scripta Consilia. de hac quæstione, memorat Felyn. in d. Cap. Capitulum S. Crucis.

Nouella 84. De consanguineis, & vterinis fratribus.

Digitized by Google

lis eiuſce ordinis exemplum profert Palatina Taciti Hiſtoria. Nam ſæuo Imperante Nerone, necem vnà ſubierunt L. Vetus, ſocruſque eius Sextia, & Pollutia filia. Eodem nempe in cubiculo, eodem ferro abſcindunt venas, properique, & ſingulis vectibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur, pater filiam, auia neptem, illa vtróſque intuens, ac certatim precantes labenti animę celerem exitum, vt relinquerent ſuos ſuperſtites & morituros. Seruauitque ordinem fortuna: ſenior anteriùs, tum cui prima ætas, extinguuntur. Quibus forſan Naturæ argumentis & exemplis impulſus, Prę Fectus Vrbi omnes vocauit neptis fratres indiſcriminatim ad bonorum diuiſionem mobilium, quæ neptis, velut præmortuæ auiæ hæres, ad ſuos tranſtuliſſet. Verùm ab ea Sententia prouocatus Senatus animaduertit ſolertiùs, cum acutiſſimi verò ingenii Papiniano, minùs iuſtè, alienas ſucceſſiones propriis anteponi, aut commiſceri: Sed coniectura pietatis auitique voti, cenſuit fortunas auię, neptis ſimul interitu, peruenire ad alios non debere, quàm germanos huiuſce fratres, qui ex eadem auiæ filia progeniti eſſent, extrariis inde ſummotis. Ratione ſumpta. Leg. 30. Cod. De fideicom., l. cùm auus. ff. De condit. & demonſtr. l. generaliter. §. cùm autem Cod. De inſtitut. & ſubſtitut. Queîs ſubiunctum eſt, neptem quæ peſtilenti ex morbo vixdum planè reſpirarat, auia debiliorem, ſubitæ aquarum voragini promptiùs ſuccubuiſſe, ac præpropera morte extinctam videri iudicio Medicorum. Quapropter CVRIÆ CONSCRIPTIS placuit, emendenda Prætoris Lutetiani Sententia, mobilem hæreditatem, qua de agebatur, ſolidam neptis fratribus germanis addici, tanquam legitimis auiæ, nepti ſuperſtitis, hæredibus. Decreto in publica diſſertatione cauſarum. Nonis Ianuar. An. 1599. quùm Nauarrotus, appellantium: Buiſſonius, aduerſarii partes: cum Mario Fiſci patrono, eleganter propugnaſſent.

Lib. 16. Annal.

Sententia Prætoris Pariſiorum.

Curiæ Arreſtum die 5. Ianuar. An. 1599. de ſucceſſione mobili Nicolæ Paruæ, viduæ Nicolai *Quineau*. & Ianæ Balduinæ neptis, quæ ex Ioh. Balduino, & Barbara *Quineau* coniungibus nata erat. In hanc quæſtionem, Alciatus egregiè in Tract. Præſumptionū Quæſt. 49. Et Franciſc. Cremenſis, in Singulari. 52.

6. CITATIO iudiciariam inducit Præuentionem. Cap. propoſuiſti De for. compet. nec minus in criminoſis quàm pecuniæ controuerſis. Interdum enim à nuda citatione incipit criminis quæſtio, poſtulante parte. Vt in furti actione, Vlpian. l. vlt. De furt. Sic ciuili Formula in pigneratorem agitur ſeu venditorem rei priùs alteri obligatæ, qui inde tandem extraordinaria coercitione plectitur. Vlpian. l. 2. De crim. ſtellion. l. vlt. Cod. eod. Quid verò ſi generali tantum hypothecæ nexu deuincta ſit res quæ nunc venditur, an extra ordinem quoque animaduertetur in venditorem: Minimè, inquies, quùm Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerint, generali bonorum oppignoratione non tolli rei particularis commercium liberum alienandæque ipſius poteſtatem. Secus in re ſpeciali hypothecæ ſuppoſita l. ab eo De ſeru. pig. dat. manumiſ. In Codice Iuſtiniani. Pauli. I. Conſ. l. penult. Ex quib. cauſ. pign. tac. contrah. Nihilo ſeciùs CVRIÆ CONSCRIPTI, probarunt extraordinariâ in eum animaduerſionem quaſi ſtellionatus reum, qui indefinitè

Vetſ. Andeg. Conſuet. 73. *Et eſt à entendre telle preuention, ſi entant que touche la partie principale y auoit Denoncement formé & deuement applegé, ou adiournement baillé ſur ledict cas d'excez.*

Placitum Curiæ die, 26. Maii. An 1536. Cui simile alterum Die. 14. Mart. 1535. pour N. de Lautier.

obligata prædia, aliis distraxerat, Decreto 7. Kal. Iunias An. 1536. inter Franciscum à Rupe, qui appellarat à Præfecto vrbi Parisien., & Iohannē *de Beaulieu* aduersæ partis litigatorem. Motlone, appellantis: Danesio, aduersarij: & Capello, Fisci causam orantibus, Optimè, quùm generalis hypotheca speciali æquipolleat, & anterior illa huic præferatur posteriori. Leg. 6. Cod. qui potior. in pign. Nā & Alexander Imp. de stellionatu scribēs, indistinctè eloquitur. l. 1. C. De crim. stell. ac Fab. ibidem. Ver. fortè. Vlpian. l. 3. ff. eod. In Vers. vel obligatas l. si quis in pignore. §. 1. ff. De pigner. act. Nec mutat differētiæ ratio, generalis & specialis hypothecæ (de qua ꝫ.) quam libertatis fauor mancipiorum expresserit. Vt Baldus interpretatur, ad l. libertas Cod. De seru. Pign. dat. manum. Haud ideò tamen, quòd generatim obligatum seruum manumittere liceat; manumissor ipse exuitur crimine stellionatus.

Chyrographi agnitio per debitorem inducit hypothecā, quid de agnitione per curatorem bonis vacantibus datum? minimè, quia est vice omnium creditorum, nec potest alteri in alterum gratificari. l. vlt. ff. De curat. bon. dan.

Vers. Andeg. Leg. 73. *Et au regard de l'office de iustice, celuy aura preuenu, qui premier prendra le Criminel, ou qui l'aura premier faict adiourner personnellement, ou faict saisir & inuentorier ses biens &c.*

IN huius Capitis explicatione quæritur, vter iudicio præuenerit Iudex, illéne qui delinquentem ipsa re comprehenderit, an qui verbo citarit. Anteuertisse quidem illum putant Legum Professores, Bartol. ad l. sepulchri. ff. De sepul. viol. Angel. in Tract. de Malefic. in Gloz. iudex commisit quod Caius. Vido Papius, Iuris Responso. 153. & Singul. 705. Verùm in Andibus vix est, vt qui reum iudicio sistere se iusserit prior, alteri postponatur qui eundem cœperit carcerique incluserit. Alterutro enim contentus est patrius Mos præuentionis Iuridicæ, vti reum vel vadimonio pigneretur Iudex, vel in publicam abducat custodiam. Quòd si sui copiam facere nolit, eius bona sunt annotanda obsignandáque iussu Magistratus, hoc §. 73. Idem Modestino visum, Lib. 12. Pandect. l. mandatis De requir. reis. Reo autem se exhibenti purgantique bona restitui imprimis oportet: quùm in criminoso iudicio, reorum corpora simul & pignora capere non liceat. In ciuilibus negotiis, contrà: in quibus, vincto nonnunquam debitore, res eius pariter pignerari ius est, donec credita pecunia exoluatur. Bartol. in l. consentaneum. Cod. Quom. & quand. iud. Contumacibus vtique reis annus præfinitur Iure Roman. intra quem si redirent responderentque, integras res suas habebant: post annum verò, bona in Fiscum cogebantur. At Francica Lege Regia, contumaces, elapso anno, priuantur duntaxat eius prouentu fundi, cui manus iniecta sit auctore Prætore: eiusdem tamen dominio ipso priuandi, si quinquennio toto latuerint, Forúmque defugerint. Sicuti Princeps edixit. §. 20. Constitut. Ruscinonensis An. 1564. & Molinensis (An. 1566.) Artic. 28.

L. vlt. ff. De requir. reis l. 1. Cod. eod.

Digitized by Google

Cap. 74.

Et ſi par Denunciation ou Accuſation Criminelle d'Office, aucun malfaicteur eſt conuenu & approché par la Court du haut Iuſticier dont il ne ſoit eſtagier, & le Seigneur de qui il eſt eſtagier, & qui eſt voyſin du Seigneur, par la Court duquel a eſté faite la Preuention, ait telle Iuſtice, qu'il puiſſe cognoiſtre dudit cas, celuy Seigneur, duquel le malfaicteur n'eſt eſtagier, qui en aura entrepris la cognoiſſance, ſera tenu le rendre audit voyſin, de qui le malfaicteur ſera eſtagier, s'il le requiert, en quelque eſtat que ſoit le proces, en payant les fraiz. Mais ſi le delit a eſté fait ou pouoir de celuy, qui premier l'a approché, la cognoiſſance luy en demourra, & ne le rendra point aud. voyſin, duquel ledit malfaicteur eſt eſtagier.

1. SI REVS CRIMINIS QVIS AGATVR EX OFFICIO MAGISTRATVVM SVBLIMIS IVRISDICTIONIS, INFRA QVAM ILLE DOMICILIVM NON HABEAT, REMITTENDVS EST AD VICINVM IVRISDICTIONIS DOMINVM, CVI REVS SIT, EX DOMICILIO, OBNOXIVS: DVMMODÒ TALIS COGNITIONIS CAPAX SIT IVRIDICVS ISTE, ET ACCVSATI REMISSIONEM IN SVVM FORVM POSTVLARIT. EAM AVTEM POSTVLARE LICITVM EST IN QVACVNQVE IVDICII PARTE, IIS LEGIBVS, VT COEPTÆ LITIS IMPENDIA IVRIDICO, QVI PRÆVENERAT, EXOLVANTVR. SI TAMEN DELICTVM IN EIVS TERRITORIO COMMISSVM SIT QVI ANTEVERTERAT, REMITTERE REVM NON TENEBITVR AD VICINVM ILLVM IVRIDICVM, CVIVS IN DITIONE REVS LAREM FIXERIT SEDEMQVE FORTVNARVM.

HINC facilè colligas triplicem delictorum Iudicem, alium cuius in Territorio crimen patratum ſit, alium qui ſua in Regione deprehenderit auctorem maleficij, tertium ſub cuius Ditione reus larem foueat domicilij. Vt Romanis legibus prottitum eſt: iuxta quas, D. Cyprianus, ſtatutum eſt, infit, omnibus nobis, vt vniuſcuiuſque cauſa illîc audiatur, vbi eſt crimen admiſſum. Epiſtol. Lib. 1. At priſca Francorum Iuriſprudentia ſpectauit potiùs locum in quo prehenſus reus, vel vbi inſtituta accuſatio, quàm vbi contractum flagitium eſſet: niſi reus ἐν αὐτῷ deprehenderetur. Tali ſcriptura, *Là où li Crime ſont fet, doyuent eſtre li Maufeteur iugié, c'eſt voirs par noſtre Vſage, s'il eſt pris à preſent forfet, ou là où li Plez eſt entamez ſans rapeler Cort auenant, ou là où cil ſont troué qui forfirent, voirs eſt s'il ſont eſcheu, ou pour ce fet ou pour autre.* In Lib. *Ci comancent li Eſtabliſſement le Roy de France ſelon l'vſage de Chaſtelet de Paris, & d'Orliens & de Baronie.* Hoc

* In opere ipſo, ſeu in flagranti.

autem seculo ibi tantùm de crimine, vbi commissum sit, agi oportet, Gallica Constitut. Ruscinonen. an. 1564.

Præclara quæstio de Aduena delinquẽte. An patriũ in Forum remittẽdus sit, an ab extera gente, vbi deprehẽditur, puniendus.

SED de perigrino dubitatum fuit (qui in Patria admisso scelere aufugit in Gallias) petenti necne suo Principi sit restituendus, vt in eum ex legibus animaduertat. Prima fronte sentias, reiiciendum eum non esse ad locum delicti vel domicilij: salua criminis persecutione per mediam Galliam, in qua reus incolatum subierit. Nam remissio in Forum delicti vel habitationis, videtur solùm obtinere inter subditos eiusdem Principis, Monarchæ, vel Reipub. Quemadmodùm olim si Proconsul aut Quæstor Prouincialibus intulisset accepissetve iniuriam, querela Romam deferebatur, erátque Senatus de eo Iudicium, frustrà Prouincialibus opposita præscriptione fori. Cui rei indicio est causa M. Aurelij Scauri, quo expostulante, Ephesi se Quæstorem vi prohibitum, quò minùs è Fano Dianæ seruum suum qui in illud Asylum confugisset, abduceret, Romam euocatus est Pericles Ephesius, quòd auctor istius iniuriæ esse diceretur. Apud Cicer. in Verrina 3. Sic, econtrà, Athenienses liberi populi grauiter responderunt poscenti Alexandro sibi dedi Oratores vrbis à quibus violatum se quirritabatur, ipsum videlicet de contumelia agere per Procuratores posse apud Atticos magistratus, & ab iis, si ita fecisset, ius suum consequi, ciuili more Iudiciorum. Ex Demosthene Plutarchi. Ob id quoque à Romanis creatus Prætor peregrinus, quòd plerunque inter peregrinos ius redderet. Pomponio teste Leg. 2. De Orig. iur. Ne omittam interim sacræ Paginæ apophthegma vulgatum, *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, &c.* Inde etiam consultus respondit Oldradus, Anglum hominem, criminis arcessitum apud suos perpetrati, qui Romæ postmodùm deprehendatur, non esse ad patria Tribunalia, vel Regiis quidem Angliæ literis, relegandum. Consil. 124.

Boerius in Decis. 29. *dit.* Remissionem delinquẽtis rei non fieri ad terrã alterius Principis, aut ciuitatem diuersi imperij. Iuxta Baldum in l. præses ff. de offic. præs. Bart. & Alex. in l. sepulchri violati ff. de sepul. viol. Angel. in l. hæres absens ff. de iudic. Bal. in l. requirẽdi Cod. de seru. fugit.

Ex cap. 11. Ecclesiast.

2.

AST contrariæ partis sententiam tuentur firmiores rationes, hac distinctione subiuncta. Qui enim deliquêre, aut vagi sunt viatores, ceu apolides, motoriam agentes fabulam sine certis sedibus Laréque familiari: eo casu vbicunque capti sint, rei criminis peragi possunt. Ex sacro eloquio prædicto, & Vidi Papij Quæst. 202. Rursus qui è patrio solo in longinqua profecti, nunc peccarint ibidem, ad suos remitti non debent puniendi: sed isthîc plectendi, vbi facinus commiserint. Vt placuit Odofredo, in Authen. Qua in prouincia Cod. Vbi de crim. Bald. ad l. 1. Eod. Tit. Aufrer. in Decis. Tholosana 319. Oldrad. Responso 123. Verbi causa, Attici iudices vltimo supplicio damnarunt Artinium quendam exterum, quòd in Græciam clanculum missus à Xerxe Persarum rege, moliretur ibi defectionem Spartanorum ad Persas: vti videlicet è duobus Græciæ oculis alter erueretur, in Græci nominis perniciem. Haud aliter Romani Pœnis quibusdam dextras abscindi præceperunt, quos Romæ diutius resides, vt excitarent ciuiles in Rempub. seditionum faces, deprehenderant.

3.

Gallus indigena professionem adornans in Italiã, testamento dat patrimonia sua omnia Meuio. Dehinc ob homicidium in Italia capite luit, nullis in Gallia propinquis hæredibus relictis. An rex vel altus iuridicus quasi in defuncti vacantia successor & hæres repetere possit à legatario patrimoniorũ, quatenus plusquam per legẽ Municipalẽ permissum fuerit, ei legati fit. Non posse, iudicatum est in solenni purpura. Aresto Pentecostes ann. 1576. inter Ianã *Amitault* viduã Augustini *Drouet*, & Frãcis. *Maran* intimatum ex ap-

Digitized by Google

deprehenderant. In. 1. Bello Punico. Subde his Numidas aliquot exploratores, qui vltroneę deditionis ſpecie recepti à Flacco Romani exercitus Duce, luerunt detectarum inſidiarum pœnas: quùm obſeruare eos referréque Hannibali quæcunque in Rom. caſtris gererentur, innotuiſſet. Modeſtiùs tamen Porſenna Hetruriæ rex, qui Scæuolam, à quo iniuria affectum ſe expoſtulabat, Romanis reddidit: Scipio item, qui exploratores Hannibalis ad eum remiſit indemnatos.

pellatione à Bailliuo Turonen. Nimirum prohibitio Statutaria diſponẽdi de bonis vltra certum modum, intelligitur tãtum in gratiam hæredis conſanguinei, & non reſpectu Fiſci ſuccedentis.

4. NOSTRATES verò, qui in Patria deliquerint, profugos licet reuocare domum, vt ſui Iudicis animaduerſionem ſubeant ex patriis Legibus ac inſtitutis. Edo facti exemplum. Ann. 1449. impiè cæſus eſt à ſicariis quibuſdam Ægidius Armorici Ducis frater. Parricidæ mox effuſa fuga proripiunt ſe Vicum vſque Pariſienſis agri Gallici vulgò *Marcouſſis lez Montlehery*. Iſthîc latitantes intercipiunt miniſtri Ducis, abducúntque in Britanniam Celticam. Excandeſcit ilico in Britannum Gallus, auſum ſcilicet reos è Terra Gallia abripere in ſuam Prouinciam: Acriter inſtat, vt vnde traducti ſint rei Legis Corneliæ, eò reducantur, reſtituantur. Quod ſi Dux faxit, pollicetur Rex inultam ſe necem non paſſurum, ſed iuſta Nemeſi crimen vindicatum iri per ſuos Magiſtratus. Ad ea verò Armoricus Princeps, accuſatos genere Britones eſſe, natalitio iure ſibi ſubditos, in Britannia dehinc cædem factam: præterea ſe criminum quęſtiones ſummo Imperij iure decidere conſuêſſe, nec Francicum Senatum in iis agnoſcere ſuperiorem. Pacata demùm eſt inter Regem & Regulum controuerſia hoc pacto, vt hic reducendos eò fontes curaret, vnde abduci mandauerat, ſtatímque pòſt ab eiuſdem Officialibus, petita venia, inde tollerentur illi, ac in Britanniam retraherentur. Hæc circiter Ianuar. Menſem Ann. 1450. vt Britonici Annales produnt. Nec abſimilis propè fuit inter Athenienſes & Thebanos de Euphrone contentio, homine quondam ſceleraţo. Quùm enim hunc Thebanus Senatus morte affeciſſet, quærerétúrque Athenienſes, ciuem ſuum aut incolam à Thebanis condemnatum, defenderunt iſti, Euphronem Thebis natum, ſuúmque origine ciuem, etſi Athenas migraſſet, extitiſſe: Thebis inſuper admiſſum maleficium factionéſque Ciuitati pernicioſas, ex quibus pœnam ille capitis ſubiiſſet. Vt eſt apud Xenophontem in Republ. Lacedæmon. Verùm, vt ad noſtros redeam, prudenter conuentum fuit à Karolo 5. Gallorum Rege, cum Amedeo Comite Allobrogum, 4. Nonas Mart. Ann. 1376. vt ſi criminoſi quidam Delphinates Galli metu pœnæ in Sabaudiam diffugerent, repetiti, iliço Gallicum in forum relegarentur: Allobroges viciſſim, rei delati, qui Gallicas latebras fuga quæſiiſſent, patriis Iudicibus redderentur. Franciſ. Marco teſte, apud Gratianopolim Senatore clariſſimo. Deciſ. Delphin. 83. Part. 2.

Oliuarius *de Mere.* eius cædis reus cumprimis delatus fuit vt Britonum Chronicis perhibetur Sed nullo ex crimine bonorũ confiſcatio eſt in Armoricis, niſi ex læſa Maieſtate. Nam Ducatum etiam ipſum Britanniæ hoc caſu confiſcari aut cõmitti poſſe Regi Franciæ patrono, docet Militis cum Clerico Dialogus (in Somnio Viridarij) de Iohanne Montisfortis Comite Britanniæ Duce perduelli, & Karolo 5. rege lib. 1. Somnij cap. 186. 187. 188. 189.

Die 4. Mart. 1376.

5. ACCVSATI in ſuum Forum transferendi ſunt, poſtulante loco- Verſ. Andeg. Leg. 74.

Digitized by Google

s'il le requiert, en quelque estat que soit le Procez, en payant les frais.

rum Iuridico Domino, quamuis illi translationem hanc minimè desiderent. Et ita priſco S. C. decretum in *Parlamen.* ſacræ Pentecoſtes Ann. 1284. Quùm enim reus criminis vocatus eſſet ad Præfectum Vrbi Pariſien., eiúſque ſe iuriſdictioni ſubieciſſet vltrò, cenſuêre PATRES C. hunc in profanum Tribunal. Pariſien. Antiſtitis, qui eum ſibi vindicarat, remitti ex Vſu Francico oportere. Vt veteri Regeſto Curiæ expreſſum eſt, fol. 70. Tale Forum Pariſien. Epiſcopi, celebrat Bernardus Gloſſematarius Decretal. Epiſtol. (Quod Clericis De for. compet.) in hæc verba, *Epiſcopus Pariſien. habet temporalem Iuriſdictionem, & gerit vices Comitis. Vnde & præco ibi nunciat bannum nomine Epiſcopi & Regis.* In Andibus porrò multum refert, Dominus nécne Iuridicus clientelari iure ſeruiat ei, qui anteuerterit in crimine cognoſcendo. Nam hoc caſu ſuperior Iuridicus non tenetur cauſam criminis ad clientem ſuum relegare. 3. §. 71. Sinautem Dominus Territorij, quod reus incolit, altero non ſit inferior qui de maleficio cœperat ius dicere, tunc rectè petet criminis cognitionem ad ſe reiici, dummodò in ea degat vicinia: ne litigatores alioquin teſteſque longiùs traducantur ad litem ordinandam, inſtruendam. Art. 74. Moris Andeg. Quod & ſic interpretari expedit, ſi Dominus ſubditi remiſſionem poſtulans refundat litis ſumptus præuenienti Iuridico. §. cod. Cui congruit antiqua forenſis Diſciplina Francorum, hac phraſi. *Se Lerres ou Murtriers auoit été areſtez en la Cort le Roy, qui auroit meffait en la Court au Baron, li Bers ſi l'auroit, & ſi ne rendroit nus des. ij. ſ. & demi. Quar nus ne les rent à ſon ſeigneur: Ne nus Sires ne les rent à ſon home. Mais il rent bien les couz auenanz que il a deſpendus pardeuant ce que il a requis. Et ſe il le trouaſſent ſur ce, il ne leur renderoit nus des cous des illueques en auant.* In Lib. Gallico, *Ci comancēt li eStatu dou Roiaume de France*, Cap. *de Larron ou de Murtreur.*

Le For l'Eueſque, à Paris.

Non Iudex, ſit ex loci proximitate iudex.

Art. 74. in Ver. *Voyſin.*

Arreſt de la Cour du 24. Decembre 1446. *La Cour a ordonné, que l'Eueſque de Paris aura Pierre Bonnet, & Iean Martinier Preſtres, à luy autresfois rendus par ladite Cour, en payant le geollage & leur deſpenſe de pain & d'eau. Du liure de monſieur le Preſident Barme, contenant ſon recueil & memoire des anciens Arreſts.*

DOMINVS quidem Iuridicus, à quo prouocatum ſit ad ſuperiorem, tenetur impendiis ſuis ad eundem ducendos curare reos, vnà cum Elogiis & cauſæ probatoriis Inſtrumentis. Faber in l. Minimè Cod. De appell. Bald. & Salyc. in l. eos. §. ſuper his Eod. Tit. Hinc Feſtus D. Paulo, Cæſarem, inquit, appellaſti? ad Cæſarem ibis. Apoſtolic. Actor. Cap. 25. At ſi integradùm litè & indeciſa, Iuridicus cogatur reos Domino reddere, quaſi ſubditos in ſuum Forum reuocanti, expeditum eſt, omnia in litem impenſa illi ab hoc reſtituîri, cuius ille Iuridico munere fungi occœperit. Ex Fabri Notis (ad Leg. vn. Cod. De offic. Proconſ. & Leg.) ac Molinei, ad Cap. 13. Marchianæ Conſuet. Artic. 19. Quod tamen locum habere ita demum puto, ſi reus præ inopia ſumptus litis ſubminiſtrare nequiuerit. Bartol. in Tract. De carcer. Fab. ad §. vlt. Inſtitut. De action. Argum. leg. Iudices Cod. De Epiſc. audien. Bartol. ad leg. ſanctum. ff. De rer. diuiſ. 6.

Iudex ſecularis, qui cœpit clericum, debet illum mittere ad Epiſcopum propriis expenſis ipſius Epiſcopi remiſſionem petentis.

DVPLEX loci rario, in quo deliquerit ſimul & prehenſus ſit reus, vincit nudum ius reuocandi domum ei competens Iuridico, cui 7.

Verſ. Andeg. Cõſuet. 74. *Mais ſi le delict a eſté fait en pannier de celuy*

Digitized by Google

cui ille ex domicilio ſubditus foret. Inde & Franci olim ſtatuerunt, eum qui in maleficio ipſo comprehenſus eſſet, minimè reiiciendum ad patrios Iudices, hoc ſermone, *Se aucune Iontiſe prent. j. home le Roi, ou aucun iontiſable qui auroit ſauue à quelque meffait que ce ſoit, en preſent faict en ſa Iontiſe, ou en la ſeigneurie, & il nie le preſent, la Iontiſe qui le ſigra, aura la Court, & cil prouera le preſent loiaument. Et ſe li preſanz n'eſt prouez ſouffiſamment, il demourra en la Cort qu'il aura auoee, pour iontiſer par la generau Coſtume de Baronie.* Ex Gallico Volum. cui titulus eſt, *Ci comancent li Eſtabliſſement le Roi de France ſelon l'vſage de Chaſtelet de Paris, & d Orliens & de Baronie.* Sed hoc amplius Andium Moribus cautum eſt, vbiuis quis deliquerit, ibi cauſam dicere omninò compellendum, vt hîc. Longè enim tum commodiùs celeriúſque in fontes inquiritur, nec flagitia tandiu manent impunita. Proin vetuſtis quoque Exemplaribus patriæ Legis adiectum erat, ſi quis quod alibi crimen patraſſet, alibi faſſus eſſet in vinculis, eum inde remitti in ſuum Forum ac domeſticum non debere. Tali periodo, *Mais s'il confeſſe le cas, & ſon ſeigneur, de qui il eſt eſtagier, le requiert, il ne lui ſera pas rendu.* Sed Mos iſte, cùm pluſculis aliis, exoleuit: Meritò, quùm haud ſola facti confeſſione crimina diiudicari oporteat.

qui premier l'a approché, la cognoiſſance luy en demourra, & ne le rendra point auq. voyſin duquel led. malfaicteur eſt eſtagier.

Leg. non tantùm. ff. De appellat.

Cap. 75.

En matiere reelle le Suzerain ne fera aucun Renuoy à ſon Vaſſal de ſes hommes, ſi les choſes dont ſera queſtion entre les parties, ſont aſsiſes en pluſieurs & diuerſes Iuriſdictions, comme dudit Vaſſal & d'autre Seigneur. Semblablement ledit Comte, Vicomte, & Baron iouyſſent de la Preuention, & autres cas deſſuſdits ſur ſon Vaſſal, & de degré en degré, chaſcun ſur ſon ſubiect ſans diſtinction.

1. SVPERIOR IVRIDICVS AD CLIENTEM SVVM NON REMITTET IN REM ACTIONES, QVÆ AB HVIVS SVBDITIS INVICEM AGITATÆ SINT CORAM MAIORI ILLO IVDICE, SIQVIDEM CONTROVERSÆ RES VARIIS TERRITORIIS CONTINEANTVR: VTPOTE INTRA VASALLI DITIONEM ET ALTERIVS DOMINI. SIMILITER COMES, PROCOMES, AC BARO IN CLIENTES SVOS VTVNTVR PRÆVENTIONIS IVRE, ALIISQVE ꝛ. CITATIS: VT ET SINGVLI GRADATIM IN SVBDITOS PROMISCVE.

PETITORIVM iudicium ibi dictari oportet, vbi prædium, quo de agitur, ſitum eſt. l. vlt. Cod. Vbi in rem act. Qualium actionum capax eſt infimus etiam Iuridicus. ꝛ. §. 2. At ſi ita diffuſus ſit fundus, lateque pateat in varium ac multiplex Territorium, tunc ſuperior Iuridicus, apud quem viridicetur ager, non cogetur eam cognitio-

Digitized by Google

nem remittere ad inferiores cuiúsque Dominos Territórij. Idémque in possessoriis Iudiciis obtinet Cenomana lege. §. 86. Quod & Andibus seruandum reor, quùm non aliud sortiamur forum in Interdictis, quàm in rem Actionibus. l. Nulli Cod. De Iudic. Cap. vlt. Eod. Tit. In Antiq. l. vn. Cod. Vbi de possess. agi oport. Producitur hæc regula ad Hypothecariam formulam quæ pro annuo Vectigali intenditur. Quoties enim vectigales fundi, seu qui annuo Reditui obnoxij sunt, varium habent locorum situm, eóque multis subsunt Iuridicis, tunc superior præueniens non tenetur pignerati-tiam litem relegare ad dominos primariæ Iurisdictionis cuiusque loci. i. §. 79.

Hypothecarium ius in bona tutricis matris datur etiam pupillo in bona secundi mariti ipsius tutricis pro antea gestis ab ea, nedum ius personalis actionis pro socio l. si mater. C. In quib. caus. pign. In cæteris autem debitis est tantum actioni personali locus pro media, & ius in bona communitatis, non propria cuiusq. Maritus tamen, quia caput princépsq; societatis, tenetur ad debita durãte societate contracta in solidum respectu creditoris, nec societati renũciahs audiretur: saluo regressu pro dimidia in vxoris hæredes, infrà art. 307.

HÆC de pura in rem actione, quid de mixta? nil planè diuersum 2.
l. vn. Cod. Vbi de hæredit. Putà, venditi prædij condictio ex lege gentilitia Municipali, dicitur personalis in rem scripta. Quòd si non vno loco regionéque positi sint fundi qui vænierint, sed in multorum circumquaque Iurisdictione, tunc qui his præest omnibus maiori imperio, competens erit Iudex redhibitoriæ actionis, quæ de omnibus simul fundis instituta sit. i. §. 382. 405. & 406. Secus de actione in personam purè concepta, licet pro re immobili quæ variis concluſa sit Territoriis. Nam in personalibus, quoad Forum attinet, vnius domicilium personæ spectamus potiùs, quàm multiplicem aruorum situm. Accur. in l. forma. §. si verò quis agrum. π. De censib. l. quod legatur. π. De Iudic. Imò nec in rem actiones omnes relinquuntur superioris iudicio qui præuenerit, etsi regionibus inuicem discreta sint latifundia controuersa. Concedo enim, sub vna forsan Ditione præcipuam domum existere seu Prætorium, sub alia Villam & agros, velut Domus appendices: haud ideò tamen istorum notionem omniũ sibi rectè arrogarit superior Iuridicus: quùm ea vnius eiusdémque cum Domo Territorij esse existimentur. Argum. Papiniani. l. Caius. §. Titius De legat. 2. l. prædiis §. Titio De legat. 3. Peræquè enim Castri possessionem adeptus, censetur iisse in possessionem fundorum omnium, qui accessionis vice ad illud pertineant. Innoc. ad Cap. in literis De restitut. spoliat. Rursus emptionum tabulas profiteri debent Pictonenses apud Acta Iurisdictionis cuiúsque loci, vbi sitæ res sint. Nec eo seciùs satis est, vno in Foro denunciationem fieri, in quo summa res existat. Vt Tiraquello placuit, in Retractu lineari. §. 36.

Glo. 5. in Ver. *dicta Iurisdiction.*

ENIMVERÒ si nihil est præcipuum, cui videlicet cæteræ res vti 3.
appendices cedant, at disparata omnia distinctáque, posset prima fronte defendi, inspiciendam esse vnam hanc Iurisdictionem, in qua maior pars rerum venditarum collocata sit: ideóque nullam, cessante concursu Iudicantium, prærogatiuam fore superioris. Quemadmodùm si plures sint res diuersi Fori, id sequi debemus in omnium petitione, in quo maior pars earum habeatur. Vlpian. l. si fideicommissum De iudic. Paulus Lib. 2. Fideicommiss. l. qui ita §. vlt.

Ad

Digitized by Google

Ad S. C. Trebel. Bald. in l. teſtamenti C. Quemadm. teſtam. aper. Sicuti & illîc domicilium interpretamur cogimúrque ſubire Forum, vbi maior pars eſt fortunarum noſtrarum conſtituta. l. 1. & ibi Azo Cod. Vbi petant. tutor. l. 2. Et Alberic. ibidem Cod. Vbi ſenat. vel clariſſ. Nec aliter, familiæ herciſcundæ Iudex vnus ſumi debet eo loci, vbi plures degant hęredes, & hęreditatis corpora plura iacẽtia. Pomponiano reſponſo, l. 1. De quib. reb. ad eund. iudic. eat. l. 1. Cod. Vbi de hæred. Gentilium rurſus prædiorum redhibitoria actio mouenda eſt apud eum Iudicem, cuius Territorio ac ſolo maior pars ipſorum contineatur. i. §. 382. Hîc Rhodus, hîc ſaltus, vt aiunt. Ego verò in ſpecie noſtri Cap. 75. diuerſam probo ſententiam, & quùm patrimoniales ſint Francicæ Iuriſdictiones prædiariæque, cenſeo prædiolum, quaquauerſus pateat, totidem ſubeſſe Dominis territorij: atque exhinc ſuperiorem Iuridicum de toto eo prædio, ſi inferiores anteuerterit, cognoſcere ſolido iure.

Art. 382. Verſ. *ou quoy que ſoit en celles, ou la pluſpart des choſes acquiſes ſont ſituées.*

4. Ex priuilegio quoque, alibi in rem agitur quàm vbi poſita res eſt, alióve tunc transfertur eiuſmodi cauſæ cognitio, reo poſtulante. Nam Ludouicus 11. Rex Fori priuilegium irrogauit Lutetianis ciuibus, ne alibi litigare tenerentur, quàm apud Præfectum vrbi Pariſien. Reſcripto 5. Idus Nouemb. Ann. 1465. At Senatus priuilegiario Diplomati temperamentum hoc attexuit, *quòd dicti Manentes & Habitantes Villæ Pariſien. non poſſint, defendendo tantummodò, alibi litigare cogi, quàm infra muros dictæ Villæ.* Decreto 11. Kalend. Decemb. 1465. Vnde nullum Fori ius ſingulare Lutetianis ſuperforet datum à Principe, niſi in rem actione conuenti, forenſi Priuilegio vterentur. Quippe quùm in perſonalibus alioquin vulgò ſequamur forum rei. Inſuper Bituricæ vrbis ciuibus indulsêre priſci Reges, ne extraneo in Tribunali lites ſectarentur. Vt vetere Areſto Curiæ ſignificatur, in Parlam. Pentecoſtes Ann. 1276. Cuius verba S. C. recitantur in Biturigum Hiſtor. Lib. 5. Cap. 14. Forenſe hoc beneficium Principum Karolus. 7. Oppidanis reſeruauit, tum Karolus 8. Ann. 1483. Ac ne obiter patria ſileam Municipum meorum Priuilegia, conceſſum eſt Andegauæ vrbis ciuibus à Ludouico 11. Rege, ne extra ſuæ Ciuitatis pomœria in ius trahantur primario Forenſis controuerſiæ iudicio: ſiue à Scholaſticis, aut alio ſubnixis priuilegio Fori appellentur. Literis Februar. Menſ. Ann. 1474. quas Franciſcus 2. confirmauit. Quintili Menſe 1560. Karolus 9. Junio 1569. ac Erricus 3. Sexto Kalend. April. & 16. Kalend. Maias Ann. 1575. exorante Decurionum vrbis Collegio. Illinc ſolos excepit Lodoicus Aulicos, Regúmque Familiares ſtipendiarios, Auguſtæ, ac regiorum liberorum, qui priuilegiario iure Fori maiore ſuffulti erant. Nec Armoricis pariter Andium vicinis ſuum deeſt Codicillare ius domeſtici Fori, abs quo diuelli ipſi nequeunt, cuiuſuis prætextu mandatæ Iuriſdictionis ac Diplomaticæ. Epiſtolis apertis Karoli 8. Nonis Quintilibus An. 1492. & Nouemb. Menſ. 1493. Ludouici 12. Ianuar.

Regiæ forenſis Priuilegii literæ Die 9. Nouemb. ann. 1465. temperatæ à Senatu Pariſ. Die 21. eiuſd. Menſ. & an. Hoc verò in Pariſienſes fori priuilegium nouiſſimè traductum eſt in Mores ſcriptos Pariſiorum. art. 181. Vbi Not de ſimilibus Priuilegiis Vrbium quarũdam, & Prouinciarũ lib. 1. De Legib. Pariſ. Tit. 2. art. 24.

Bituricæ Vrbis priuilegia Regia vide lib. 3. Doman. Franc. Tit. 10. art. 6. Boerius in deciſ. 29. ait ſe vidiſſe priuilegij literas ciuitatis Niuernenſ. Ne extra eam nullus poſſit extrahi *pour luy faire ſon proces ailleurs: Et que pour la ville de Perigueux il a eſté ainſi iugé par Arreſt de Bordeaux, le 23. Decemb. 1518.* Idem priuilegiũ habet Ferrarienſ. Ciuitas per gloſ. in l. quis ſit fugitiuus §. idem Celſus ſcribit ff. de ædilit. edict.

Die 27. Mart. & 16. April. an. 1575. *Charte Bretę, contre les tranſports de Iuriſdictiõ, & diſtractions de reſſort du Pays de Bretagne.*

Die 7. Iulij 1492.

1498. Francisci 1. Augusto 1532. atque Errici 3. Iunio Mens. 1579. Quas Senatus Literas promulgari iussit, priores, 12. Kalend. Octob. 1532. Posteriores 3. Kalend. Septembres 1579. His consentaneum est patrij Fori beneficium, Phocensis Prouinciæ Municipibus indultum à Ludouico 2. Andium Duce, & Comite Massiliensis Prouinciæ: Ne ad peregrinum examen causarum traducerentur litigaturi, neu extra sui fines Municipij subire iudicium compellerentur. Solennibus Tabulis 11. Kalend. Octob. an. 1393. Ast præter superiora eiusmodi, Andium Annalibus fertur, Populares nostros omnes Pontificium habere priuilegium iampridem, ne ad Iudicum tribunalia vocentur extra Andegauiæ metas in primaria lite, neu in absentes hoc nomine, quasi contumaces, sacra Censura possit animaduerti. Sed de hodierno talis Priuilegij vsu, quod dederit Pontifex Max., mihi non planè liquet. Alia prætereo eximia Andegauis tributa iura ab Philippo 6. Principe, de Vinariæ mercis vectura atque commercio, Idibus Decemb. an. 1337. A Iano 2., Quarto Iduum Martiar. 1355. A Karolo Sexto, 18. Kalend. Ianuar. 1380. Ab Ludouico 11. Mart. Mens. 1461. & Septemb. 1462. Quorum Diplomata Regum visuntur in Archiis Cameræ Andegau. quam vocant, apud Præfecturam Parisien. Ratiociniorum.

Die 20. Septēb. 1532.

Die 30. August. 1579.

Pays de Prouuence.

Die 21. Sept. an. 1393. Annaliū Ioh. Bourdignei cap. 4.

Quelz habitãs du Duché d'Anion par priuilege du S. Siege Apostolic ne peuuent estre conuenus en iustice hors du Duché.

Priuilege aux habitans d'angiers du 13. Decēb. 1337. du 12. Mars 1355. & 15. Decembre 1380. Touchant les vins du Pays, contenant les defenses de n'en aliener aucuns, qui ne soyent de dedãs la Quinte d'Angiers: Es autres Priuileges dõnez aux habitans d'Anion, & du Maine, mesmes touchãs la Iurisdictiõ, où ils sont deffendeurs en premiere instance. Extraict de la Chambre d'Anion en la Chambre des Comptes à Paris.

Vers. Andeg. Leg. 75. *Semblablement les Cõtes, Vicomtes, & Barons iouyssent de la prouention, & autres cas desfusd. sur son vassal, & de degré en degré chascun sur son subiect sans distinction.*

INSIGNIORES certè Proceres iuridicam quandam retinent 5. prærogatiuam in subditos Dominorum inferiorum, quæ his tamen in suos minimè communicatur. Gallica enim prisci seculi Iurisprudentia continetur, *que se li heritages clameZ est d'autre Chastelerie que del Roy ou d'autre Seigneurie, la face aiourner son aduersere cil qui s'est parti de la Cort son Signeur, pour la defaute qu'il a trouuee. Por ce se cil, qui se part de la Cort son Seigneur pour defaute faict en la maniere deuant dicte, sesoit aiourner son aduersere en la Court au Signeur de cui les Sires tient, il n'iroit pas, s'il niert tiex Sires qu'il teniſt en Baronnie. Si comme Keuns, ou Dus, ou autres granZ Sires. Et se bas Sire prenoit de la iornee por la defaute, il conuandroit qu'il le rendiſt au Signeur de la iornee. Mes quant auersere est aiornees en la Court au Seigneur si grant come ie ay dit, il conuient qu'il moiſt & maint son Signeur ou son certain mesage aueuc luy. Et quant li demanderres requerra, que droiZ li soit feZ de son auersere, li premiers Sires requerra la Court, por ce qu'il sont si home, & que len tient la chose clamee de luy* In Lib. manuscripto. *Li liures la reigne & enseignedroit à fere, & Iustice à tenir treses peciaument.* Per contrarium item, illustri Magnati, cui priuata sit in foro controuersia cum inferioris ordinis verò, prodita sunt olim egregia quædam iura: quorum meminit Philippus *de Biaumanoir Baillis de Clermont en Biauoisis.* In Codice Legum Morúmque Bellouacens. aut Francorum potiùs omnium, condito Ann. 1283. Sententia enim Gallici scriptoris ad institutum nostrum hæc est, *NoZ n'entendons pas, se li Queus de Clermont ou aucuns autres qui ait Iustice & homes, qui en se Court doinent iuger, demande en sa Cort aucune coze por soi, que il soit iuges & partie: Ainçois est partie tant solement,*

Mira præeminentia Regiorum liberorũ in causis Duello decidendis. Sed quales litiũ decisiones iam olim explosæ sunt, Regiisq; Edictis antiquatæ.

&

& li home ſont iuge. Et bien apert que ſe li home feſoient aucun iugemẽt qui ſemblaſt malues au Seigneur, il couendroit, ſe li Sires le voloit fauſſer, que ce fuſt par apel en la Cort ſouuraine, & ſeroit li apiax demenes par gage de bataille, exceptes cex qui ſont fil de Roi. Car ſe li Queus de Clermont apelat de faus iugement de ſes homes, li arrement du pled ſeroient aporte à le Court le Roi, & là ſeroit tenu li apiax por bons ou por malues. Et cet auantage aroit il, por ce qu'il eſt fix de Roi, & fix de Roi ne doit pas combatre à ſon home por plet de mueble, por catiex, ne por heritage. Mes s'il apeloit ſon home de Murdre ou de traiſon, en tel cas conuienroit il, qu'il ſe combatiſt à ſon home. Sed ne Patrio è ſolo ſecedam longiùs, adfero Senatoriam Pariſiorum Sententiam de Iuridica Andegaui Ducis in minores Toparchas prærogatiua, Iuriſque dictionis Capitibus ſingulis: quæ illi ceu ſuperiori, quæque Vindocinen. Comiti, ceu inferiori Iuridico, viciſſim, ritè legitimèque adſcribantur. Pridie Idus Februar. an. 1446. Ex Andegaua Camera, apud Lutetianam Præfecturam rationum Regiarum.

Gage de bataille, litis decisorium.

Parisien. Curiæ Arreſtũ die 12. Febr. 1446. *Eſtant en la Chambre d'Anion, ſur les articles contentieux de Iuriſdiction d'entre le Procureur d'Anion, au nom du Roy de Sicile Duc d'Anion, & le Comte de Vendoſme.*

Cap. 76.

En matiere d'execution de lettres obligatoires paſſees ſous Seaux des contracts du Roy, & auſsi quant il eſt queſtion qu'il y ait eu fauſſeté commiſe eſd. contracts & lettres, au Roy & à ſes Iuges & officiers en appartient la cognoiſſance & preuention ſeul & pour le tout, & non à autre: Posé que les parties ſoyent nuëment ſubiets deſd. Cõtes, & Barons, Chaſtelains, & autres vaſſaux. Et n'eſt pas ainſi des lettres paſſees ſous les Seaux des contracts deſd. Comtes, Barons, & Chaſtelains: Car chaſcun ha la cognoiſſance de ſon ſubiect, ſans auoir regard au Scellé.

1. QVVM AGITVR DE EXEQVENDIS OBLIGATIONVM LITERIS, QVÆ RECIO ANVLO OBSIGNATÆ SINT, SIVE ETIAM ADVLTERINÆ HVIVSMODI ARGVANTVR CONTRACTVVM TABVLÆ, AVT PRINCIPALES CODICILLI, REGIA SOLVM COGNITIO ET OCCVPATIO EST, PRINCIPALIVMQVE MAGISTRATVVM: TAMETSI LITIGATORES PVRE SVBIICIANTVR COMITIBVS, PROCOMITIBVS, BARONIBVS, CASTELLANIS, ET CLIENTIBVS ALIIS. DIVERSVM IVS EST DE OBLIGATORIIS INSTRVMENTIS QVÆ COMITVM, BARONVM, ET CASTELLANORVM SIGILLO NOTENTVR. NAM HORVM QVISQVE POPVLARIBVS SVIS IVS DICIT SOLVS, QVALICVNQVE ANVLO SIGNATÆ FVERINT SVBDITORVM PACTITIÆ TABVLÆ, NVLLA VIDELICET ALIENI SIGILLI HABITA RATIONE.

NON eò ſpectat regij Anuli auctoritas, qui Obligatoriis inſtru-

mentis adhibetur, vt solidam de iis Iurisdictionem trãsferat in Principem. Quo magis miror, huius Legis contextu abrogatum non esse de regio Sigillo Morem priscum, Cenomanis antea familiarem, vt nostris, sed quem illi cautè sustulerunt An. 1508. Sic enim antiqua vtriusque Municipij Consuet. statutum erat, *Quant à la Cour du Prince, il est question de l'execution de lettres passees sous Seaux royaux ou du Comte du Maine, n'y eschet point de renuoy: Mais en appartient la cognoissance au Prince & à ses Iuges & officiers, & non pas à autres, &c.* Sed hoc ita posteri moderati sunt Cenomanæ Legis Restitutores, vt nó aliâs rex Procerum subditis ius diceret de executione Instrumentorum quæ Regio anulo signata sint, quàm si ipsa falsi insimularentur. Vt patet ex §. 88. Cenoman. Consuet. simul ex Renunciatione actorum in ea Consuet. emendanda. Quod & Andeg. Legis *Processu verbali* repositum fuit: cuius tamen verba Legis aliter scripta referũtur. Proin Andium dynastæ nuper in Senatu contenderunt, Iuridicam suam potestatem minui obtentu regij Sigilli non debere. Huius initio controuersiæ agebatur de exequendis Pactorum literis quæ Regio Anulo notatæ erant, quarum cognitionem anteceperat regius Baugei Andium Proprætor. Sed causæ remissionem in forum Dominicũ petiit reus, vnà cum Duce Vindocinen. Vterque mox fori præscriptione excluſus est, quòd Iure nostro Municipali purè regium sit, (vt aiunt) talia Instrumẽta exequi iubere, eorúmque executioni notionem interponere. Postmodùm in Curiam prouocantibus illis, res vltrò citróque agitata forensi patronorum oratione, à PATRIBVS consilij esse pronuntiatur. Luce 30. Iulij an. 1572. Litigatorum nomina, Gulielma *Bouſt*, Roberti Alardi vidua mulier, cuius causam appellantis tuebatur Chauuelinus: Vindocinensis regulus, pro quo, Pousse motha: & Katharina *Prouſt* vidua coniux Ægidij Alardi, pro qua Brissonius, egêre. At subsimili antea in iudiciũ deducto negotio, decretum fuerat ex tempore, Præsidales iudices Cenomanos, de Obligatoriis tabulis, quæ Regio anulo consignatæ sint, ius dicere Meduani Marchionis subditis non debere. Arestо Parisien. in causis agendis 18. Kal. Mart. an. 1572.

A Phil. Valesio regę scriptę sunt literæ (in Fõre S. Martini apud Cenomanos) die 3. Septemb. an. 1335. quibus super cõtrouersia inter Regẽ ipsum & Comitẽ Vindocinensem *touchant la Garde, souueraineté & ressort sãs nul moyen*, Cœnobitarũ & conuentus Monasterij Vindocinen. eiúsque hominũ, subditorum & possessionũ in cãpite & in mẽbris. Comes tandem eo iure cessit Regi in sacratiss. eius Consilio. Id quod Iohannes Andium Comes Philippi filius adprobauit Mense Iunio an. 1341.

Meyennola Iubiz.

Die 14. Febr. 1472.

ILLVD vtique constat, Regiæ modo præuentionis esse earum executionem Tabularum, quibus Principali signo obsignatis, paciscentes, Regiæ se nominatim adstrinxerint Iurisdictioni. Vtputà, Ioh. *Charnaire* vocatus ad Turonum Prætorem Regium, foro præscripsit, & ad suum Iudicem reiici causam postulauit. Neque huic remissioni obstare ait, quòd Dominus Iurisdictionis eum pariter non reuocaret domum: Quando & veteri Turonum Vsu liberum fuerit subditis Domini Iuridici, absque huius interuentu remissionem in forum Dominicum flagitare. Contrà verò, Iac. Goubertus actor, partium controuersiam esse de executione Contractus in scripta redacti, cui non modò Regij Sigilli auctoritas accesserit, sed & vltronea submissio consensióque in regiam Iurisdictionem. Quùm igitur 2.

Arestum in magnis Diebus Andeg. quos vocãt. Die 27. Octob. 1519.

igitur Turonenſ. Præfectus pro ſua Iuriſdictione pronuntiaſſet, CONSCRIPTIS CVRIÆ placuit rectè iudicatum, Decreto in Iuridicis Andium Conuentibus 6.Kal.Nou.an. 1539. Dn. *Rebours*, appellantis: & Bodino, aduerſarij cauſidicis. Porro Allobrogicis Conſtitutionibus *contrahentes poſſunt conueniri in loco contractus, etiam ſi non promiſerint ibi ſolutionem facere.* Quod non ſimiliter Pontificis canonibus probatum erat, auctore Innocentio 4. in cap. Romana. §. contrahentes De foro compet. In 6.

Præter antiqua hæc Statuta Sabaudiæ, binus Liber circumfertur de nouis Sabaudiæ Statutis, Edictis Emanuelis Philiberti Ducis, & decretis Senatus Chamberiaci ab anno 1559. Qui noſtris & multorum manibus teritur.

3. VBICVNQVE autem pactitij Inſtrumenti, quod regio Anulo obſignatur, promiſcua notio eſt, priuatíque Iuridici perinde ac Regis: executionem tamen ſibi arrogant Regij apparitores, exploſis Dominicis. Vt Senatus iudicio deciſum fuit in publica fori diſceptatione, Poſtridie Idus Febr. an. 1572. Verſorio, Paruo, & Elcorceueo cauſæ patronis. Nam tum quidem vetuêre PATRES C., à Cenomano Iudice regio prępipi Meduanę Marchioni ſubditíſque cauſarum notionem, quæ ex obligatoriis huiuſmodi Tabulis oriantur: At Marchionis ſimul Viatoribus interdicta eſt eò Areſto talium executio Literarum, quæ regij Anuli nota inſignirentur. Quaſi eas exequi, regiis ſolùm apparitoribus ius ſit. Cui Senatoriæ Sententiæ, hoc in capite poſtremo, congruit bina anterior, 4. Kal. Septemb. 1551. & 11. Kalend. Nou. 1555. Qua de re nihilominus lege forenſem noſtram Orationem, Lib. 2. DOMANII FRANCICI Tit. 7. art. 3. Ediuersò quoque, Principalibus Nunciis publicis non licet, inferioris Iuridici Mandata exequi, ſeu pactorum Inſtrumenta quæ ſigillo notata ſunt priuatorum Dynaſtarum. Vnde & Philippus 4. lege ſanxit, regios Viatores domicilium ſibi conſtituere in Procerum Territorio non debere. Sed quid Iuris de Regia ac fiſcali Ditione, quam Princeps bene merenti Equiti donatione tranſcripſerit? In eanè ſunt donatario ferendi officiales regij, qui antea morari ibidem aſſueuerint? De eo nos propalam in Senatu diximus pro regio Apparitore, quem Franciſca Bræzea Nogentio Carnutum oppidulo, cui dominabatur, exploſum volebat. Nempe ea in cauſa diſſerebam, Oppidulum regio munere ab illa teneri, collato in Iacobum Brezæum Equitem à Karolo 7. rege. An. 1444. Inde retentum hactenus nomen *de Nogent le Roy*. Itaque rei alienationem in priuatum tranſiiſſe cum ſua cauſa, primæuáque regij agri conditione, ac veluti colonorum iure reſeruato. Id quod pariter Imperiali Sententia in cognitionibus prolata decretum fuit, ſecundùm conductores prædij Fiſcalis. Vt refert Paulus I.C. Lib. 3. Decretor. l. vlt. De iure fiſc. His ſubnectebam, Regios Viatores iam inde à Karolo 7. commoratos ea in vrbe, vt antea, Munus ſuum publicum inibi liberè quietéque hactenus obiiſſe. Tandem hoc negotij, quod arduum quodammodò, pertineréque ad exemplum videretur, Senatus conſilio commiſit. Poſtridie Nonas Sextiles an. 1577. In Volumine cauſarum Carnutenſium, Loyſello, Brezeæ heroïdis cauſam orante.

Plaitum Curiæ Pariſ die 14. Febr. 1572.

Item va Arreſt du 4. Octobre l'an 1533. aux grands iours de Tours, pour François de Beaumont eſcuyer inthimé, contre Iean Lamy appellant du Seneſchal du Maine, par lequel fut dit, que le Seneſchal du Maine peut faire executer ſes commiſſions par vn ſergent non royal.

In Chartulario Archiiſque Andegau. Templi max. regium extat Mandatum ad *Baillinum* Turonenſem, vt ſuis Apparitoribus interdicat officij ſui exercitio & executione in terris Capituli Andegau. Curiæ Areſta die 19. Auguſt. 1551. Et 22. Octob. 1551. pro Regiis Apparitoribus Cenomanis, contrà Magiſtratus Cenomanæ vrbis & Seneſchalię, *addreſſans leurs mandemens de iuſtice aux ſergens ſubalternes*, Ordinat. regia Menſ. Mart. an. 1302.

Die 6. Auguſti an. 1177. Cauſa actitata in Senatu *aux iours du Roolle de Chartres*.

Digitized by Google

INSVPER fuit quæstionis, an eo in Municipio, vbi iudiciariam 4.
sibi Prærentionem asserit Princeps, eius Nuncij publici rectè pro-
hibeantur à Dominis inferioribus vsu exercitióque Ministerij sui.
Quùm enim in Veromanduo Campanóque agro præueniendi ius
esse penes Regem, intenderem vnà cum Patrono fisci, ob idque Re-
giis viatoribus executione Officij interdici non debuisse ab Essuo-
rum Comite, PATRES rem consilij esse pronuntiarunt. 3. Iduum
Februar. Ann. 1580. Nobis, regiorum Apparitorum: Mario, Co-
mitis: & Thuano, fisci Aduocatis. Planè fori præuentio inefficax lu-
soriáque fuerit alicubi, nisi Regiis officialibus libera ibidem sui ob-
eundi Muneris facultas relinquatur. Vnde Iabolenus ex Cassio re-
ctè censuit, cui Iurisdictio data sit, ei quoque concessa videri sine
quibus Iurisdictio explicari nequeat. Rursus controuersum fuit in
Curia, Nûm Regiæ Præturæ, quæ in alieno Dynastæ minoris Ter-
ritorio sit penè tota, Officiales arceri possint publici executione Of-
ficij. Vt putà Fani Petri Præfectura, quæ reliquas fermè sacra vetu-
state anteit Territoriíque olim latitudine, redacta est iam in eas fi-
nium angustias, vt soli ferè Niuernensi regioni imperet, notione *ca-
suum regiorum*. Quin & Niuernens. regulus nuper asseruit in Senatu,
Ædis Petri oppidum, in Niuernensi suo fundo Ditionéque consti-
tutum, cóque minùs causæ esse, cur Regij Administri forenseíque
Executores munere suo fungantur in Niuernenses. At Nos pro Re-
giis Apparitoribus Templi Petri, vrbem hanc ab vno Principe con-
ditam fuisse in solo Fiscali meréque Regio: Vt innuit B. Gregorius,
Regesti Lib. 11. Epist. 8. ad Brunichildem Francorum reginam, *quæ
Ecclesiam S. Martini in suburbano Augustudunensi, atque Monasterium an-
cillarum Dei, & Xenodochium in eadem Ciuitate construxerit.* Ab eo quip-
pe Martiniano cœnobio, velut capite, membrum propendet Mona-
sticus Primatus D. Petri, vnde & ipsa Vrbs dicta, *S. Pierre le Mon-
stier*: cuius ideò perinde, ac Martiniani delubri, conditrix habita Bru-
nechildis, eiúsque ad sacrandam memoriam Augustæ, effigies spe-
ctatur adhuc pro foribus Templi Petri. Itaque dicebam, Regiæ vrbi
cùm aliud propemodùm hodie non supersit, quàm Nouioduni ad
Ligerim, Territorium, exilem prorsus ac inutilem fore Præfecturam
regiam Fani Petri, ni Magistratus Principísque officiales inibi spar-
sim liberè ius Pop. redderent, seu exequerentur inter Nouiodunen-
ses. Ciuili modo intelligendam esse Philippinam Constitutionem,
ne regij Viatores degant exerceántve officium in Dominica ditione
minori, concluſa in Regio Municipio latè patenti: non autem in
prædiis Dominicis totam Regis Præfecturam suo ambitu comple-
ctentibus. Nam alioqui in irritum recideret Iuridica Principis po-
testas, qui aliis Iurisdictione concessa, maiorem sibi prærogatiũam
videtur semper reseruasse. Cap. 14. De Præb. In 6. Quin & regium
Iuridiciale forum extitit olim in suburbano ipso Niuernens. Ciui-
tatis Vico, cui à B. Stephano nomen inditum est. Nata hinc occa-
sione,

Essuorum Comitatus, alias Registetensis, Rethelensis, in Victriaco Campanorum municipio, & Rhemensi Veromanduorum.

Die 11. Febr. 1580.

Le Baillage de S. Pierre le Monstier.

Vltra Fani Petrioppidum, fuit & regium Tribunal *au Bourg S. Estienne de Nuers.* Quod & Præsidiali ressortui attribuitur Edicto Præsidalium iudicum. Sed Niuernen. Dux illud inde tollendum curauit, & Fano Petri vniendum: Idémque Dux à Rege obtinuit die 20. Ianuar an. 1552. vt subditi sui omnes in causis appellatoriis eximerentur Præsidali sede Fani Petri, & immediatè Senatui adirent. Literis verificatis in Curia die 26. Ianuar. eod. an.

Ne Regii Viatores in Vindocinensê Andium Ducatum admitterentur ad Officii sui exercitiũ, obtinuit Dux cõtradicto Iudicio Curiæ, die 16. Iunii 1584. *Auraport du Sf. Maulnault.* In magna Curiæ Camera *contre les forgeurs royaux, priseurs, jurez, vendeurs.*

Le Bourg S. Estienne de Nuers.

Digitized by Google

sione, quòd regiam vrbem Fani Petri Anglus cepisset quondam hostis: tametsi eam deinde Virgo bellatrix in Karoli 7. ditionem armis redegerit An. 1430. Vt Nicol. Ægidius tradit in Francicis Annalibus, Nihilò seciùs, actitata causa, placuit Senatui regios Apparitores officij exercitio prohiberi in Niuernens. Ducatus, exceptis Regij iuris capitibus iudiciariis, superioriſue Iurisdictionis: quem *Ressortum* vocant. Arresto postridie Idus April. 1580. Nobis, Apparitorum: Mario, Niuernen. Reguli causam orantibus. Iuxta vetustissimum Francicæ Curiæ decretum pro Niuernen. Comite, aduersus Procuratorem fisci. 16. Kalend. Iunias. An. 1334. Nec dissimile quicquam Sacerdotibus, profanæ Iurisdiction. dominis, Senatus adiudicauit. 15. Kalend. Februar. 1580. Placito secundùm Carnutense canonicorum Sodalitium summum, pro quo, Cauchonius in Martinum *Beaunier*, pro quo egi: & Principis Viatore, pro quibus, Escorceueus, Ducem vtique hæc PATRVM Sententia comes sequitur Transactionem Carnutensis Collegij sacri, & Karoli Valesij Carnutum Reguli An. 1306. quàm subinde Philippus 4. ac posteri longa fere Reges comprobarunt.

La Pucelle Iehanne reprint d'assault S. Pierre le Moustier.

Decretum Curiæ die 14 April. 1580. Alterum die 17. Maij 1334.

Simile Arestum pro Comite *de Harcourt, en lieu Vicomté de Chastellerault*, in Apparitores regios. Inter Aresta expedita an. 1271. post consimile aliud pro Episcopo Ducéque Lingonensi an. 1271.

Placitum Curiæ pro Capitulo Carnuten. die 18. Ianuar. 1580. iuxta veterem Transactionem cum Karolo Valesij Comite, Alenconij, Carnutũ, & Andegauiæ ann. 1306. die Lunæ, post festum D. Matthæi Apost. Quam Reges confirmarũt eod. an. Mens. Mart. 1328. Die vlt. Ianuar. 1339. 17. Ianuar. 1353. Die 5. Nouemb. 1381. &c.

5. DE Apparitoribus satis, nunc de Notariis Principalibus, qui in Dominico fundo morentur, dispiciendum. His perinde, ac illis, vetitum est Philippino Edicto, Pactorum instrumenta conscribere in territorio Dynastarum. An. 1302. Cui consentaneum cietur Curiæ Iudicium pro Toparcha Fani Valerij in Regios contractuum Scribas, ne ibidem officio fungerentur, nisi Dominico permissu ac voluntate. Decreto in publicis causarũ actionibus, 13. Kalend. Ianuar. An. 1575. quùm Anselinus pro Notariis, & Chandonius pro D. Valerij Dynasta fusè dixissent. Nec aliter à PATRIBVS definitum fuit in Registetenses quosdam Principis Notarios, pro quibus agebam, Tertio Idus Februar. 1580. A quibus haud multùm discrepat vetus S. C. in *Parlamen.* Pentecostes An. 1281. (Regesti Fol. 59.) Quod & recitatur ad verbum, Styli *Parlamentarij* Parte 7. de nouo tum Regis anulo Sigillóque posito apud D. Maxentium, Pictonum oppidum, cui Abbas Fani Maxentij dominabatur. Demus verò, in alma Vrbe Dominicas esse etiam multorum Iurisdictiones, quæri poterit, nûm Regij officiales & Dominici mutuo se concursu præpediant. Rem iudicio diremit Senatus inter Lutetianos Notarios, qui actores erãt, & Pontificem Parisiorum, Cœnobitas D. Genouefes, Canonicos B. Marcelli, Monachos S. Germani ad Vrbem, D. Maglorij, & B. Martini Campensis, Archipriorem Templi, Actuarium in Iurisdictione *Thesauri*, & Collegium Inquisitorum seu Examinatorum in Præfectura Parisien. 3. Nonas Decemb. 1569. Sic enim censuit Amplis. Ordo placere, vt quoties Regij Iuridici priùs maturiùsque bona signassent, domosque in Vrbe aut Suburbiis, Notarij tum soli Repertoria conficerent rerum ipsarum, quæis Principis anulus impressus fuisset: Diuisionis quoque earum placita rogati in publicas

Arestum Curiæ die 20. Decemb. 1575.

Die 11. Febr. 1580. *Contre les Notaires R. du Pays de Rethelois*

S. Cõsultum memorabile die 3. Dec. an. 1569. inter Regios, Notarios, & Examinatores Castelleti Parisien. Sed & alterum extat Curiæ decretum antiquiss. die 15. April. an. 1423. *sur le Plaidoye faict le 14. Febur. precedent par lequel Arrest fut dit que aus dits Notaires, & non aux Examinateurs appartient faire Inuentaires & partages de biens, selon les formes de leurs priuileges. Et que ceste Ordonnan. seroit enregistree & publiee auec les autres Ordonnances qu'on a accoustumé publier chascun an au Chastelet.*

Digitized by Google

Tabulas referrent. Sinautem alti Iuridici, bonorum ædiúmque obsignationem præoccupassent subditorum intra metas suæ Iurisdictionis, tunc iis solis addicitur ἀναγραφὴ, seu descriptio annotatióque rerum huiusmodi, nisi eas à Notariis scribi in testatúmque redigi ciues ipsi postularent. Quòd si iudicio contradicto bonorum partitionem fieri præceptum sit, tunc pro suo quisque iure exequetur Iudicatum, vel Inquisitor Præfecturæ Parisien., vel mero Imperio Iuridicus, Notariis procul inde summotis. Hoc tamen ita, nisi pars vtraque in Notarios eo nomine consenserit. Omnes verò contractus, testamenta, procurationes, testationes, voluntariósque Actus singulos chartis mandari à Notariis, decreuit Senatus, vetuítque, ne sublimes Iuridici vllas sibi de eo partes præsumerent, quamlibet à priuatis aditi ob id, ac requisiti. Porrò ne superuacua regiorum Scribarum turba minuat plus æquo exercitium Dominicæ Iurisdictionis, edixit Ludouicus 12. tales Pactorum Perscriptores intra certum numerum quouis in Municipio reuocari. Artic. 62. Constitut. latæ An. 1512. Quocirca Franciscus 1. rex Lege sanxit 20. Notariorum numerum qui Andibus præfinitus erat, ac in posterum augeri prohibuit. Pridie Idus Mart. An. 1516. At Principes dehinc ea se lege soluerunt, seu Gallici ærarij inopia coacti, seu importunis precibus ambitiosè petentium. Vnde, aucto à Rege Notariorum numero, Senatus pariter cessit tempori idétidem, & antiquis in nouitios, Numerúmque transgressos Lege agentibus indixit silentium. Decreto 17. Cal. Ianuar. Ann. 1569. quùm Brussellus pro Collegio 20. Notariorum Rhemensium orasset: Cauchonius, econtrà, pro nouo & adscito extra ordinem Pactorum Scriptore.

Literæ patentes die 14. Mart. an. 1516.

Arestum die 16. Dec. 1569. inter Communitatem 20. Notariorũ Rhemens. qui appellarant à Rhemensi Iudice regio, & nouè creatum à Rege Notarium.

Arrest de la Cour donné à l'audience, le 18. May. 1574. entre Iean Guichard demeurant à Brouassin, Notaire royal en la Baronnie du Chasteauduloir ordinaire de la Baronnie de Brouassin, & de la Motheachart, appellans d'vne sentence du Seneschal du Maine, du 1. May 1573. Et Iean Moreau Notaire en la Chastellenie de Brouassin, & de la Motheachart intimé, F. Chauuelin pour l'appellant, Paris pour l'intimé, & de Thou pour le Procureur general, qui a dit, auoir esté creez par Edict Notaires royaux en Anion, & soubs ombre de ce, les Officiers du Chasteauduloir ont pretendu que l'appellant qui a esté creé Notaire en la Chastellenie de Brouassin par le seigneur dudit lieu, ne deuoit exercer l'estat, ne passer contracts entre les subiects de la Baronnie du Chasteauduloir, ores qu'ils fussent audit Brouassin. Et malè, secùs si c'estoit hors ladite Baronnie. Aussi l'appellant ne peut pas aller instrumenter hors icelle. La Cour a mis l'appellation & ce, Et en emendant absout l'appellant de la demande des intimez. Le 16. de Ianuier 1584. au Roolle de Senlis a esté plaidé entre les Religieuses de Pontgoing, audit Baillage de Valois, appellantes de l'institution desquels Greffiers, & Sergens en leur terre & iustice faicte par le Roy, pour lesquels Lebeau, & les pourueus intimez. Sur ce que le Roy Philippes de Valois auoit fondé lesdites Religieuses, & leur donnant ladite terre & seigneurie, auoit declaré, qu'il les prenoit & leur terre, seigneurie & iustice en sa protection, & les Officiers d'icelle, comme s'ils estoient royaux, & qu'ils cognoissent instar des Iuges royaux, & que la defense des droicts & causes desdites Religieuses soit menee & conduicte par les Procureurs du Roy. Sous ombre dequoy, & comme si la Iurisdiction desdites Religieuses estoit royale, le Roy a pourueu des Clercs de Greffe, & mis vn Greffier des presentations en la terre desdites Dames, comme en iustice royale. Aussi vn de leurs sergens est allé prendre du Roy lettres d'ampliation de son estat de sergent pour exploicter par tout comme royal. De ces prouisions appel par les Religieuses. Par Arrest a este dit, mal & nullement, & ordonné que les Religieuses iouyront de leur iustice comme deuant librement.

Qvod prædictum est, Regium iudicem, de Tabulis, quæ regij 6
Anuli nota insigniuntur, cognoscere eximio iure, cessat in Literis Principum Iurisdictionem regiam solùm excitantibus. Putà, Rex ad Titij libellum rescripsit Andensi Præfecto, vt fundum illi, si ita visum sit, det, dicat, addicat. Reus ex Diplomate conuentus causæ translationem postulat in suum forum ac Dominicum. Idémque flagitat Iuridicus dominus inferior. Hæsitatum est, an petitiora lis ad Dominicum iudicem remitti debeat. Senatus remissioni isthic locum esse, iudicauit 13. Kal. Sextiles An. 1518. secundùm Alenconiensem regulum, qui à Carnutum Prætore Curiam appellarat. Vt

Die 20. Iulij an 1518.

est

est in Stylo *Parlamentari*, Parte. 7. Arestor. Parisien. Æquissimè profectò, quùm talibus Regum Codicillis exsuscitetur verius ordinarium Iudicis munus, quàm amplietur, vel speciatim mãdata Iurisdictione, augeatur. Ex Innocentio 3. Pontif. Cap. licet. De off. ordin. Et Alexandro. 3. Cap. reprehensibilis Cap. ad nostram De appell. Hinc tantùm deme illustriores Proceres, vel Heroides, quæ non nisi maioribus in Tribunalibus suscipere iudicium compellũtur. Gallica nempe Augusta vtitur regio Fori priuilegio, cæteroquin vsura priuato iure, saltem in nonnullis. Si enim ex syngrapha appelletur Regina, vel ex solennibus Obligationis tabulis, pendente iudicio damnari potest nummos exolueroaccepto repromissore. Quantùmuis enim locuples fiscus Principis habeatur, plebeiisque solutus legibus, quamuis & Plebeiæ sortis hominibus dictum videatur tale ius pigneratitium: Francicam certè Augustam vindiciario Iudicio damnauit Senatus, pecunias creditori dependere. Veteri S.C. postridie Nonas Quintiles An. 1375. Antea necnon Clariss. Ordo censuit, fiduciaria formula exequendas Cenomani Comitis Tabulas obligatorias, quales infrascriptus Decreti Curiæ tenor expromit, *Cùm procurator Comitis Cenomaniæ certas literas obligatorias, sigillo cuiusdam militis sigillatas, & quarum idem miles exemplum agnouerat, peteret executioni demandari, & si pars opponeret, manum muniri: Dictum fuit, quòd oppositione pendente, manus muniretur*, An. 1322. Vsqueadeo verum est Cæsareum Othonis Syluij istud, nihil referre, ab hoste in Acie, an in Foro sub creditoribus cadas. Tranquilli Lib. 8.

Lettres excitatiues ne derogent à la Iurisdiction d'vn Seigneur inferieur.

Quatenus Regia priuilegia Reginis communicentur, volue. Lib. 3. Domam. Franc. Tit. 5.

Garnison demain.

Arestum die. 8. Iulii. An. 1375.

7. QVINETIAM Viromanduis hæc peculiaris est Obligatorij instrumenti, quod Regio anulo notatum sit, auctoritas, vt contumax debitor illico graui ære, mulctetur, in Fiscum Principis inferendo. Quoties enim apud regium Pactorum Scribam caueat quis, solutum se nummos, aut quiduis aliud, iisdem Tabulis mulctaritiæ se obstringit Fiscali summæ assium. 60. si quidem promissis defuerit. Cuiusmodi obligatoria chartula, statim ac publicè descripta sit, ac Principali anulo obsignata, forensibus Actis intexitur regiæ Præturæ Viromanduorum: vti condicto solutioni die lapso, mandante Iudice cogatur obæratus Cõuenta exequi pignoribus captis, in rem priuati creditoris. Quo casu, Fisco itidem mulcta commissa est, siue etiam contestatione iudicij ex nuda actione; qua creditor in reum debendi sit expertus. Pari ferè Andium ciuile Iure, is qui æs alienum pendere damnatus sit ex Literis obligatoriis, varia afficitur mulcta. ĩ. §. 163. Iustè quidem, moratoris ŏdio, qui, vt ille apud Iuuenalem.

Les Reclains des vermandois, qui est vng Droict Royal des Lettres monstrees, & mises en Reclain au Greffe dud. Bailliage, dont se fait vn registre à part, sur lequel se deliure Commission executoire au Creancier, ou porteur de lettres. Ex lib. 3. Olim de clericis obligatis sub sigillo regis compulsio ad Regem spectat, non ponendo manus in clericis, vel in mobilibus eorum. Arest. An. 1274. fol. 33.

Debitor assumptos pergit non reddere nummos,
Vana supernacui dicens chyrographa ligni.

Saty. 16.

IN hæredes tamen obligati, minimè partam executionem habent authenticæ Obligationum tabulæ, ab vetusto Francorum Ritu, nedùm Principali trita Errici. 2. Sanctione. Demptis modò hinc

Henrici. 2. Reg. Ordinatio Mens. Febr. An. 1549. derogatoria paterni Edicti Mens. August. an. 1539. Art. 72.

Digitized by Google

Regiis nominibus, æreque alieno priuatorum in Nundinis confiato Briæ & Campaniæ Belgicæ. Quantum ex priscis Curiæ monumentis assequimur, in hanc phrasin. *Item est Consuetudo in Francia, Bria, Campania, Parisis, & vbique, quod vbi obligatus sub sigillis regiis debitor moritur, contra hæredem & bona eius, Obligatio non est amplius executoria, sed oportet creditorem veni iure actionis, Et hoc verum, præterquàm in debitis Regiis, vel contractis in Nundinis Briæ vel Campaniæ: quia tunc illa etiam post mortem debitorum sunt priuilegiata, & in hoc quòd sunt Executores, Et potest Rex, vel creditor in Nundinis bona debitoris defuncti facere subhastari, & plus offerenti adiudicari, & illud in debitis Nundinarum confirmari per Gardiatores Nundinarum, nec recipere oppositiones contra dictas proclamationes Nundinarum: nisi proponat quictantiam, solutionem, vel nouationem, quantacunque debitores Nundinarum bona sua post obligationem in Nundinis factam alicui vendiderint in vita sua.* Vsqueadeo publica fides societásque mortalium solutione continetur debiti æris, vt Gallicè etiam Vrbes plurimæ, ab ciuico Ritu suo, ius habeant prehensionis exteri cuiusque priuatorum ciuium debitoris, mobilíumue eius fortunarum, donec satis creditori fecerit. Talis priuilegij fidem adstruit Consuetudo Senonum, Art. 2. Tit. vlt. (De Vrbis Morib. ac Priuileg.) Tum Rupellana Lex scripta. Art. 21. Rhemensis Viromanduorum, Art. penult., & vlt. Aurelianēsis. §. 442. D. Flori, & Orilliaci Aruerniæ oppidorum Consuetudo publicitùs testata, Renunciatione actorum in Aruernis Moribus restituendis. An. 1510. Aquitanici item Municipij Lex *de La Bourt.* (§. 7. Tit. 1.) Tholosates insuper, ac Burdigala Vibiscorum sibi idem iuris arrogant Principali beneficio. Consimili se priuilegio iactitat Alethensis, Britániæ Armoricæ ciuitas, ab regia Karoli. 6. Indulgentia, tertio Nonas Quintiles. An. 1395. Promulgata apud Præfecturam rationum Regiarum. 16. Kal. Sextiles subseq. Cuiusmodi beneficium Principis vt comprobauit Karolus. 8. pronepos, Octob. mens. 1488. ita Conscripti Curiæ firmum ratúmque esse voluerunt. 16. Kalend. Februar. eod. An. Sed quæ Vrbes, talis priuilegij auctorem vnum cient patrium suum Ritum, eo non vtuntur in extraneos debitores alios, quàm qui extra Vrbem, eiusdem Municipium Vrbis incolant. Quippe quùm prouinciali Constitutioni extra Territorium suum impunè non pareatur. l. vlt. ff. De iurisd. om. iud.. Faber accuratè in l. 1. Cod. de summ. Trinit. Sic bino vtique PATRVM decreto iudicatum: Prius tertio Nonas Decemb. 1596. secundùm Cathalaunen. ciuem, Rhemis captum, pro quo Pasquerus egit: aduersus Rhemensem, pro quo, Chauuelinus. In Catalogo Viromanduarum causarum. Posterius Curiæ Atestum pridie Idus Quintiles. 1598. pro Iano Haberto prouocante à Rhemorum Suprefecto regio, cuius partes Ioh. Besnardus gener meus tuebatur, in Ianum Goulardum, & Gerardinam *Bayart* coniugem, aduersarios. Quam in disceptationem incidens Ædilitium Mou-

Collectanea hæc quæ habeo. Rogerij Barmæ. in Senatu Præsidis. è medijs Curiæ Regestis vetustis.

Priuilege de saisie & Arrest sur le debiteur forain.

Villes d'Arrest. de quibus. Nos Lib. 3. Paris. Leg. Tit. 3. Art. 1.

S. Flour. & Orillac. en Auuergne.

Const. du Pays de La Bourt, en Gascong.

S. Malo de l'Isle, en Bretagne.

Die 5. Iulij. 1395.

Die 17. Iulij.

Die 17. Ian. 1488.

Les Coustumes sont reelles.

Die 3. Dec. 1596.

Die 14. Iu. 1598.

Digitized by Google

ſonis oppidi Collegium,orante filio meo Auguſtino, ſtrenuè propugnauit antiqua ſua Iuriſdictionis etiam ſummæ Priuilegia, ne lites Oppidanorum extra pomœria transferrétur qualibet forenſium cognitionem ſerie, verùm ab Ædilitiis primorum Iudicum Sententiis prouocationes, ſupremo Præfecti Vrbi iudicio dirimerentur.Ac forenſe quidē huius hoc ſingulare ſanxit Karolus.5.An. 1379. Ericus 2. Vndecimo Kal.Iunias. Ann.1559.& Henricus 4. Maij Lucc.4. An.1594. Cuius ſolennes Regis tabulas Senatus propalam recitari iuſſit.14. Kal. Nouembres ſeq.ac Curia publicorum Vectigalium.14. Kalend.Decemb.Eod.An. His adeo conſonum voluitur.S.Conſultum Idib.Decemb.1561. ex controuerſia Perrættæ *Perſaille*, viduæ coniugis Girardi Micheleti, cum litis conſortibus: in Matthæum *de Brunet*, Mouſonij Rectoris Vicarium,& Pon.Habertum, Procuratorem Fiſci. Nonnulla quoque de Mouſoniis priuilegiis delibauimus, Lib. 2. REI DOMINICÆ GALLORVM. Quæ animo perpendentem recordatio ſubit priuilegij Apamæorum, à Traiano Cæſ.Conſtabiliti,moríſque vetuſtiſſimi,arbitrio ſuo Rempub.adminiſtrandi. Si Plinio credimus, Epiſtol.Lib.10. Vt autem è diuerticulo in viam redeamus,Hucuſq; de regij prærogatiua Anuli eſt actū,qui obligatoriis Pactorū inſtrumētis adhibetur.Ecquid iam de arcano Principis ſigillo, ac, Procerum? Aduerteque dicat Auctor Lib.Conſuetudinarij Franciæ. *L'en tient que le Seel ſecret du Roy, & des autres Seigneurs ne ſont pas authentiques quant à l'Obligation: Car ils ne ſont ordonnez que pour Lettres cloſes.* Lib 3. Tit.*des Dilatoires.*

Eſcheuins de Mouzon frontiere de Champagne.

Die 22.Maii.1559. Die 19.Octob. 1594. Die 18.Nouemb: An.1594. Die 13.Dec. 1561. *Le Lieuten.du Gouuerneur de Mouzon.* Tit.vlt.Art.13.

Verſ.Andeg.Leg.76. *Et auſſi quand il eſt queſtion qu'il y ait eu fauſſeté commiſe eſd. contracts,& lettres, au Roy & à ſes iuges & officiers en appartient la cognoiſſance & prauention ſeul & pour le tout, & non à autre, poſé que les parties ſoient nuement ſubiects deſd.Comtes,& Barons Chaſtellains, & autres vaſſaux.*

8. CONSVETVDO hæc de Teſtamentis non loquitur, an ad ea quoque producetur? Dubitationem mouet contractuum diſcrimē & ſupremarum voluntatum. Ita,vt ſtatuta,in viuorum Conuentione,ceſſent in vltimo Teſtantiū elogio. Bald.ad l.2.C. Quan.decr. op. Iaſ.in l.quę de legato.π. De Leg.1.Doct.in l. 1. §. fuit quæſitum D. Ad S. C. Trebel. Verùm hac in ſpecie Moris Andegau. eadem vtrobique ratio defert Regio iudici falſarum tabularum notionem ſolidam, ſi Teſtamentariæ, Principali anulo ſignatæ proponantur. Quin & lege publicorum iudiciorum tenentur falſi Teſtamenti ſubiectores,recitatores Teſtamentarij,ſignatores, ſeu qui vera teſtamenta ſupprimant,reſignent,deleant, quodvè ſignum adulterinum ſculpant: De falſi contractus reiś, ſecus. Illius criminis comperti in crucem tolluntur, auctore Iul.Firmico, Lib. 6. Matheſeos, & Iul. Paulo,recept.Sentent.Lib.5 Ad L.Corneliam teſtamētariam, Crebrò enim ſubiici teſtamenta, aut malis artibus exprimi, docet is qui (apud Poëtam)

Iuuenal.Satyr.12.

Libitinam ſi euaſerit æger,
Delebit tabulas incluſus carcere naſſæ,
Poſt meritum ſanè mirandum, atque omnia ſoli
Forſan Pacuuio breuiter dabit, ille ſuperbus
Incedet, victu riualibus.

Digitized by Google

In Testamentarijs solennitatibus, an inspici debeat loci consuetudo vbi fit testamentum, An vbi testantis bona sint.

EXIN quoque maior solennitatum cautio abhibenda condendis Testamentis Iure Rom. quàm Pactis conuentis: quibus cum tamen illa commune hoc habent, vt loci in quo veteris Actus scribitur, non vbi sita bona sunt, solennes formulas districtè custodiri oporteat. Sicuti Valerian. & Galien. Impp. sanxerunt. l. 2. C. Quemadm. testam. aper. Ita ad præscriptum legis Æginetarum faciundum fuit Athenienſibus testamentum, quùm illîc essent inquilini. Ex Isocratis Æginetico, Hanc in rem Nos plenius. 3. Parte. 1. Art. 9. Cæterùm si in pecuniariam litem inciderit falsi quæstio instrumenti, quod regio Anulo signatum videatur, cuiusuis est vt de ciuili ita de falsi negotio ius reddere, nedum Regij magistratus. Quemadmodum suprà demonstratum fuit. §. 39. & 42. Idque à Senatu, dicente Me, iudicatum scripsi Lib. 2. DOMANII FRANCICI.

Tit. 7. art. 6.

Vers. Andeg. Consuet. *Et n'est pas ainsi des lettres passees soubs les seaux des contrats, desd. Comtes, Barons, & Chastellains: Car ilz sont tenus à la cognoissance de son subiect sans auoir esgard au scellé.*

SVBNECTE his, Pactorum tabulas quæ authentico signo Domini loci signatæ appareãt, falsas pronũtiari posse in Foro Domini ipsius Iuridici Argum. §. 77. And. Leg. Dempto, si regius Iudex minorem anteuerterit in ea falsi cognitione cit. *§. 77. Quinetiam ius præueniendi minoris Iuridici competit Domino cuique superiori. Vnius quidem Principis est, de publico suo Anulo interponere iudicium *priuatiuè*, quod aiunt: Magnatum autem, de proprio vicissim Sigillo, non item: nisi inter proximè subditos, vel de inferiorum signo, *cumulatiuè* seu per occupationem. Vt elicitur ex d. Cap. 77. Nam forensis Præuentio Moribus data est *Baroni* cuilibet aut *Castellano*, non minùs quàm Regi in inferiores ac subditos 3. §. 65. & 75. Porrò si, mandante regio Iudice, apparitor exequatur Pactorum literas quæ authentico Domini Anulo obsignatæ sint, non eo minùs de tali executione cognoscent Dominici magistratus, vel de intercessione litigatoris executioni opposita. Nam alioquin, talia Mãdata callidè sæpius impetrarentur, vt regio iudici tribueretur causarum cognitio citra delectum, magno vtique inferioris Iuridici dispendio. Ad hæc, Principis magistratui non licet, forensia Præcepta inter subditos Dominorum emittere, nisi in Regij iuris controuersiis, regiæque purè disceptationis. Lege à Phil. Pulchro edita Mart. Mense An. 1302. Art. 18. Secundùm quam, PATRES PARIS. haud semel iudicarunt. Nimirum Engolismen. Propræfectus notionem sibi sumpserat executionis Instrumenti obligatorij, quòd istud antea, publico licet anulo Comitis Rupisfocaldi notatum, iussisset executioni mandari. Verùm hinc appellante Comite, pronuntiarunt CONSCRIPTI illi, rectè appellatum. Decreto in Iuridicis Andium Conuentibus lato. 12. Kal. Nouemb. Ann. 1539. Cuius alia necnon. S.C. capita sunt hæc insigniora, ne Proprætor Angolismorum de libello hypothecario ius dicat fundorum nomine, qui Territorio Comitis Rupisfocaldi contineantur: néve de Obligatoriis literis, prætextu iurisiurandi illis inscripti, aliisve de rebus subditorum Comitis, obtentu citatæ cuiusdam exemptionis Fo-

9.

§. 77. in Vers. *& de les faulsetés commises en leurs Lettres ou seaux, dont la cognoissance appartient à eux, & à leurs Iusticiers.* Et Ver. *sinon és cas de preuention. Commissions du Iuge Royal.*

Arestum in magnis Diebus Andegauen. die 21. Octob. an. 1539. *entre Anne de Polignac vefue de François Comte de la Rochefoucaut tutrice de François son fils appellante du Seneschal d'Angoulesme qui auoit retenu la cognoissance de toutes causes dont il auoit decerné mandement citatoire, ou en matiere de requeste d'hypotheque ou en obligations de foy de corps, ou en cas d'Exemption par appel entre les subiects dud. Comte d'vne part, & Monsieur le Procureur gene-*

ri,

ri,appellatione pendente. Neutri autem Iuridico fas eſt, ſeu Principali,ſeu inferiori Dominico,ob æs alienum pignerari iubere diurnas ſacerdotis Canonici ſportulas,quæque ipſi dictim,ab aſſiduo Templi miniſterio,ærea moneta penſitantur. Duplex enim habetur quotidiani ſtipendij Eccleſiaſtici genus. Alia nempe ordinaria exiſtunt Diaria, vulgò *Diſtributiones ordinariæ & quotidianæ*: quæ ſtatis Anni Menſibus,frumentaria, panísve ſpecie, erogantur Sodalibus Eccleſiaſticis. Quales ſtipendiariæ erogationes deputantur in fructibus Prębendi Eccleſiæ,nec minùs lucrifiunt priuilegiario abſenti Canonico, quàm maiores Sacerdotij prouentus. Ex Decreto Prætoriani Conſilij,Luce 5.Septemb.An.1573.Vnde & priuato Canonici creditori liberum fit,in ſingulos hoſce reditus ſacri Præbendi indiſcriminatim manum inuehere, adito Prætore. Alia verò Canonicorum Diaria ſunt,quæ indies manu porriguntur iis nummaria ſpecie: hinc populariter *manuales Diſtributiones* nuncupatæ. Cuiuſmodi pecuniolam,ceu diurnæ operæ prænium eximium,capere nec licet creditori pignoris nomine,nec abſenti Canonico, ſui obtentu Priuilegij. Sicuti à Lutetiano Senatu iudicatum fuit 4.Kalend.Martias An. 1597. ad appellationem ex Pictonum Sede iuridiciali, quam interpoſuerat Sebaſtian. Rouillius, ſacer Sodalis Pictonici Collegij Epiſcopalis:aduerſus Renat.Rouillium,talis diurnæ Sportulæ pigneratorem. In prima Curiæ Inquiſitoria Decuria, cui Conſcriptus gener meus Iac.Riuerius,litem collegis ſuis referebat. Ne autem Senatoria hæc diſtinctio ſacrarum Tributionum, noua ac commentitia videatur cuipiam, Iohannes 22. Pontif. eam ſedulò adnotauit ex communi Eccleſiaſtic. Collegiorum vſu ac obſeruatione. Reſcripto 11. (Cùm nonnullæ) De Præbend. In Extrauagant.commun.§. *Præterea cùm in aliquibus Eccleſiis tam cathedralibus quàm aliis* &c. Varius quoque *Diſtributionum* delectus habetur à Gloſſematario Pragmat. Sanctionis, ad §. Iubet, Quo quiſque temp.deb.In ver. diſtributiones. Vbi diſcrepantes inuicem earum effectus ad viuum reſecantur.

ral du Roy, & Bertian Maudut intimez. Chomedeo,appellantis ,& Capello. Fiſci cauſam agentibus.

Manualium,& Quotidianarum Diſtributionum Prębendæ Canonialis differentia.

Arreſtum Magni Conſilij Die 5. Septemb.1573.pro Karolo Valla. Conſiliario Clerico in Senatu Normaniæ. Cantore & Canonico Eccleſiæ Ebroicenſis.Contra Capitulum eiuſdem *Qu'il gaignerost franc tant en diſtributions quotidianes que gros en ladite Egliſe* (demptis manualibus diſtributionibus *payables par iour, ou par ſepmaine,ou argent ſec*) *ores qu'il fuſt ai ſanz à cauſe de fond.Eſtat.*

Placitum Curiæ Pariſ.Die.26 Feb. 1597.In 1.Camera Inqueſtarum. *Mal iugé par le conſeruateur de l'Vniuerſité de Poitiers. Et mais leuse faicte des diſtributions manuelles,comme ſeparees d'auec les quotidianes,& le gros de la Prebende.*

Plura de Canonici diſtributionibus à creditore ſaiſitis vide noſtro lib.3.Pariſien.Morum Tit. 3.Art.16.Poſt Declum in Conſil.280. & Rebuffum in §.1. De Collat.in Concord.Verb. diſtributionum.

Cap. 77.

Semblablement de l'execution des Sentences, Iugemens ou Appoinctemens donnez ou prononcez en la Cour du Prince, que les anciens eſcripts appellent la Cour du Roy,ne ſera point faict de Renuoy. Autant & en pareils termes eſt de l'execution des Sentences iugees & Appoinctemens donnez ou prononcez en la Cour des Comtes,Vicomtes,& Barons: Et de faulſeté commiſe en leurs Lettres ou Seaux,dont la cognoiſſance appartient à eux & à leurs Iuſticiers, ſinon és cas de Prœuention,où ils procederont par la voye deſſuſd.

Digitized by Google

PARI MODO, REGIVS MAGISTRATVS SENTEN- 1.
TIARVM EXECVTIONEM, QVÆ IN FORO SVO LATÆ SINT, RELEGARE NON TENETVR AD IVRIDICOS INFERIORES. SICVTI NEC PROCERVM IVDICES AD ALIOS REIICIVNT EXECVTIONEM RERVM AB IIS IVDICATARVM, SEV FALSI COGNITIONEM, QVOD DOMINICIS LITERIS SIGILLÓVE FALSVM OBIICIATVR. DEMPTO SOLVM REGIÆ PRÆVENTIONIS IVRE, VEL DOMINICÆ IN SVBDITOS INFERIORVM DYNASTARVM. QVO CASV, LIS APVD EOS ORDINABITVR SECVNDVM EA QVÆ ANTERIVS PRÆSCRIPTA SVNT.

GALLIS in more positum est, vt Sententiam quisquis tulerit, exequatur, seu de eius executione pronuntiet. Fab. in l. etsi non cognitio Cod. Si contra ius vel vtil. publ. At temperatur hæc Regula triplici casu, primùm in ea exceptione executioni opposita, quæ suppleat veriùs quàm oppugnet Iudicatum. Tunc enim alienæ Sententiæ executor mixtus ritè cognoscit de tali exceptionum genere: Quales in Gallia Iudices ij quibus rerum iudicatarum executio committitur. Ex Africani responso, l. penult. De confess. Cap. super eo De crim. fal. Secus in mero executore facti, qui integram remittere exceptionem tenetur ad eum qui Sententiam dixit. Philippi Imp. Rescripto Si vt proponis De execut. rei Iudic. Et Alexandri. 3. Pontif. Cap. de cætero De re iudic. Alter casus est in Priuiligiario intercedente executioni Iudicati, quam ille discutiendam reuocat ad suos Iudices. Exempli gratia, Meuio addicitur Sacerdotij possessio à Prætore Biturigum, Titio competitore victo: Mox tertius interuenit, qui Scholasticum se professus, opponit executioni Sententiæ iura quæ habere se iactat in Sacerdotium potiora: Ob idque intercessoriæ litis cognitionem transferri postulat ad suum iudicem Seruatorem scholasticorum Priuilegiorum. Hac verò fori exceptione summotus appellat Curiam Parisien. Causa propalam excussa vtrinque placuit Conscriptis Curiæ iustè prouocatum. Decreto in Iuridicis Molinorú Conuentibus Pridie Kal. Octob. An. 1540. Nempe iudiciorum Acta personalia sunt, nec alius huic vel illi Foro alligatur, quàm qui in eo sit litem contestatus. Alioquin ficto fucatoque iudicio inter duos dicto, fraus fieret indies forensi aliorum Priuilegio, ad quos summa controuersi negotij seriò pertineret. Vltimò patriæ Legis axioma cessat in mandata Iurisdictione vel limitata. Sicuti enim à Diuo Pio rescriptum fuit magistratibus Pop. Roman., ne arbiter iudéxve ab eo datus suam exequatur Sententiam: Ita rerum capitalium Quæstor, semel lata capitali Sententia, functus est officio, nec amplius iam auctor esse potest solennibus præconiis publicæque addictioni fundorum condemnati ob mulctam non solutam. Vtì & Latrunculator, post capitalem Sentétiam, nequit de-

Iuſtans d'Oppoſition à l'execution de Sentence de Maintenue du Benefice.

Arestum Curiæ magnorum Dierum Molinensium apud Borbonios die vlt. Septemb. An. 1540.

Delegata iurisdictio.

Leg. 15. v. De re iudic. Sed Pontificio Iure delegati ab Ordinario Sententias suas exequi possunt. Cap. Cum ab Ecclesiarum De off. ord.

eretum

cretum interponere adiudicationis pigneratorũ agrorum. Argum. Vlpiani l.solemus.§.vlt.De iudic. Eo modo Senatus ad prouocationem ex Andibus pronuntiauit, Aresto Februar. Mens. An. 1578. in 4. Classe Curiæ Inquisitoria, post alias de eo consultas Classes. Idem de annuis præsidibus Collegij mercatorum, qui vt regio Edicto mercimoniorum lites definiunt, sic damnati prædia qui Iudicatum non fecerit, vetantur Hastæ subiicere præconis, nec ea distrahendi auctione ius habent.

Placitum Curiæ Mens. Febr. 1578. inter M. Ioh. *Vini* & N. *le Poustelier.* et Quo infirmatum est decretum adiudicationis bonorum factum ab ordinario Iudice Quæstionum criminalium apud Andes, tametsi criminalem suam sententiam exequente. Dn. *Faucon* litis in Curia enarratore.

2. CÆTERVM si in Mandati executione Regij iudicis citetur subditus Dominorum inferiorum, is comparere debet, nec desultoria leuitate à Mandato statim appellare: vt Principis Magistratus pro suo munere existimet, sua sit nécne Iurisdictio. l. 2. D. si quis in ius vocat. Qua de re grauiter pridem disceptatum est à Cognitore publico in Senatu Parisien., aduersus Gasparem Collignyum, Castillionis toparcham, qui à citatione Præfecti Montisargi subinde in Curiam prouocarat. Thuanus, pro appellante, præiudiciis certabat Curiæ ipsius, quæ antea Iudici à quo, interdixerat retentione causarum inter subditos appellantis, néveis mandata decerneret ad exequẽdas Obligationum tabulas, quæ publico signo appellantis obsignatæ essent. Placito An. 1548. At Seguerius, contrà, pro Actore fiscali, Iudicem regium Dominicis superiorem esse, non vt inferiorum quidem sibi Iurisdictionem vsurparet, verùm vt acciti ex Dominico Territorio litigatores venirent, causæ remissionẽ in suum forum petituri. Ac ita deniq; CONSCRIPTI PATRES iudicarunt. 6. Kal. Dec. An. 1551. Diuersum vtiq; seruatur inter Dominicos populares, qui nullo casu regium agnoscant Iudicem eum, ad quem in ius vocati sint. Tunc enim iudicio sistere se non tenẽtur allegaturi exceptionem Fori. En tibi facti exẽplum. Antonius *Goujon* degebat in Subcomitatu *Dambrieres*, qui *feudi* Iuridicíque titulo imperij subiicitur Regi Suessionũ Comiti. Quùm igitur Anton. Nepos diem Goujoni dixisset apud regium Valesiorum iudicem in Sede Petrifontis oppidi, reus ilico Senatũ appellat, & vnà cum eo, Procomes *Dambrieres*. Horum Longueious patronus diu multúmque disseruit Actione forensi, discretas inuicem esse omnino Iuridiciales sedes Suessionum, & Petrifontis: Illam pendere à Viromandua prouincia & Laudunensi eius matrice Vrbe, hanc autem à Valesio Municipio. Vtramq; patriis Legibus ac magistratibus vicissim seiungi, nec alteram alteri subesse vllo Iurisdictionis gradu & ordine. Proin Vicanos loci *Dambrieres*, qui Suessionum Foro maiori suppositi sint, neutiquam respondere cogi regiæ Sedi Petrifontis. Sed postquàm his, econtrà, Versorius obiecit regiorum prærogatiuam Iudicum, vt ad eos vocati ire quoquo modo teneantur, Forum declinaturi, Senatus certè de Valesij & Veromandui agri finibus pronuntiauit non liquere: interim tamen pro maiori imperio causam reiecit ad Præfectum Viromanduorum in Laudunensi Tribunali. Decreto Nonis Februar. An. 1554.

Forensis in Senatu oratio. & Arestum die 26. Nouemb 1551. inter. Dn. Gasparem *de Colligny*, pro quo Chrysstop. Thuanus & Regium Cognitorem, pro quo Seguerius aduocatus Fisci, dicebant.

Vt regionum varietas Legum diuersitatem inducit ita quis potest esse defuncti legatarius in eius bonis regionis vbi More patrio hæres esse nequiret, alibi verò hæres esse potest, Lege patria non refragante, & sic idẽ est hæres simul & legatarius respectu diuersarum regionum. Aresto die 18. Septemb. An. 1563. inter Mariam *Burrau*, viduam M. Guliel. *Charlot*, & M. Franciscum *Dehodic*. Secus si vtrobique hæres is esse posset. Tunc enim legatarius isthic, & hæres illic, si velit esse non auditur.

Arestum Curiæ die 3. Februar. An. 1554.

RVRSVS si in exequendo Iudicato res sponte transacta sit, videa- 3.
mus, nunquid transactionis lege agi debeat coram primario litigatorum Iudice, an coram superiori, ad quem ex prouocatione delata iam cótrouersia, iudicio dirempta sit. Ponè enim, in huius executionem Iudicati liticulas irrepsisse multas, de quibus pacto deciderint litigantes: Eo casu, censeas fortassis primarium Iudicem adeundum quòd rei iudicatę executio nouata sit posteriori ambarum partium conuentione. Ait enim Vlpianus, minorem annis, cui fideicommissum solui pronuntiatum erat, caueratque se id accepisse, & cautionem eidem debitor quasi creditæ pecuniæ fecerat, restitui posse in integrum. Quia partam ex causa iudicati persecutionem, nouo contractu ad initium alterius petitionis redegisset. l. 40. De Minor. 25. An. Probabilius tamen est, de transactionis implemento rescisionéve ad eum iri superiorem Iuridicum, cuius in executione Sentétiæ tota lis transacta sit. Cui enim præparati, eidem præparatorij notio competit negotij. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. De Procurat. Atquin transactione soluta redintegratur pristina lis apud eundem Iudicem, coram quo agitabatur die ipsa dissidij trásacti. Itaq; transactionis rescissorium iudicium ibi accipiendum est, vbi antea controuersæ res partium tractabantur. Nam & si ex conuentione litigãtium cautum sit post rem iudicatam ei, cui quis sit condemnatus, neq; id nouãdi causa factum, Vlpianus putat manere ordinem executionis, nec à re iudicata recessum videri. l. 4. §. si ex conuétione De re iudic. l. 2. Cod. De execut. rei iudic. Secũdùm quæ, nominatim Curia pronuntiauit, Nobis dicentibus, pro Iacoba Clerembalda, quæ transactionis rescissionem petebat: aduersus Hardium Clerembaldũ fratrem, cuius Ambosius causam orauit. S.C. 10. Kal. Ianu. An. 1578. De toto illo Transactionum tractatu, ex Iure Cæsareo Pontificióq; respondimus publicè in celebri Legum auditorio Andensis academiæ. 11. Kalend. Iunias An. 1554. & nostræ ætatis decimo septimo.

Item Bald. in l. Ordinarij Cod. de rei vindic.

Arrestum die 23. Decemb. An. 1578. in magna Camera Curiæ *sur l'appoinctée au Conseil, du Plaidoyé des parties du mois d'Aouſt precedent.* Die 21. Maij An. 1554.

DOMINI Iuridici notio est, inter subditos duntaxat, de execu- 4.
tione obligatorij Instrumẽti quod suo anulo obsignatum sit. Nam eo casu Dominici sigilli non tanta habetur ratio, quanta conditionis domiciliique litigatorum. ff. §. 76. At Dominico sigillo literisve adulteratis, ius est ipsius Domini, reos quosque falsarum tabularum signorúmve huiusmodi iudicio castigare. hoc §. 77. Andegau. Leg. Nempe si falsa quis instrumenta scripserit, recitarit, subiecerit, signauerit, suppressérit, amouerit, resignarit, deleuerit. Tales enim falsi pœna coërcentur, ï. in Insulam deportãtur. Auctore Paulo I.C. Lib. 4. Sentent. (Tit. 7. De lege Cornel.) Nec verò mirandum, Principe inferiores Iuridicos, Legis Corneliæ iudicia in eos exercere qui signum adulterinum sculpserint, fecerint, expressérint: Quùm iidem illi Legis Corneliæ nummariæ pœnas indicant. Hac autem lege tenentur qui nummos adulterant, tingunt, fingunt, circumcidunt, radunt: qui adulterinos flant, feriunt. L. 8. & 9. D. Ad l. Cornel. de falſ.

Verſ. Andeg. Leg. 77. *Et de faulſeté commiſe en leurs lettres ou Seaux dont la cogneiſſan. appartient à eux & à leurs Iuſticiers, ſinon en cas de prouention, ou ilz procederont par la voye deſſuſdicte.*

De Lege Cornelia nummaria loquitur Cic. Act. 3. in Verrem.

Digitized by Google

falſ. Tamen in quæſtione Iuriſdictionis habenduseſt etiam delectus Falſi commiſſi, ratióque & qualitas facti ſpectanda.

5. VNVM enim falſæ Monetę iudicium tres ſibi ſimul vendicarũt Iudices, Regius Ambianorum, alter qui Atrebatis reguli, tertius Abbæ Fani Vedaſti iuriſdictione fungebantur. Hanc vtiq; controuerſiam diremit Senatus Francicus in Parlamen. Pentecoſtes An. 1285. formula eiuſmodi, *Gentes Comitis Atrebatẽ. in terra S. Vedaſti Attreba-ten., in qua præfatus Comes habet altam Iuſtitiam, quendam falſum monetarium apprehenderant: propter quod ad inſtantiam dicti Abbatis & Conuentus, qui dicebant eum non eſſe falſum monetarium, ſed ſolummodo ponentem & exponentem falſam monetam: Baillius eum Ambianen. in terra dicti Comitis cuſtodiæ appoſuerat, Auditis ſuper hoc partibus pronuntiatum fuit, quòd ſi cuderet vel fabricaret falſam Monetam, dicto Comiti Iuſtitia deberet remanere. Si verò expenderet ſeu poneret falſam Monetam, ipſis Abbati & Conuentui erat reſtituendus: Et ſuper iis Comes cognitionem haberet. Et ſic Baillius Ambianen. amouit manum ſuam.* Ex veteri Regeſto Curiæ, Fol. 72. Conſimile huic S. C. extat in monumentis Curiæ Pariſien. hac verborum conceptione, *Determinatum eſt, quòd factum eius qui expendebat ſcienter falſos ſterlingos apud Royam, propter quod fuerat ſuſpenſus, pertinebat ad altam Iuſtitiam.* In *Parlamen.* Anni 1263. Vt priſci Senatus Actis proditum legitur, Fol. 131. In procinctu ratio eſt, quia Maiores noſtri eum, qui vteretur adulterina Moneta, quaſi furem puniebãt, non quaſi falſarium. Vt Decreto conſtat *Parlamentari* omn. Sanct. An. 1270. in hunc modũ. *Viſa Charta Maioris & Parium Syluanectenſ. facta fuit eis reſtitutio de quibuſdam hominibus captis ab eis pro falſa Moneta penes eos inuenta quam expendebant, (quos Baillius eis abſtulerat) non tanquam de falſis Monetariis, ſed tanquam de latronibus ſimplicibus. Quia non fuit inuentum, quòd dictam Monetã cudiſſent ſeu fabricaſſent.* In Regeſtis Curiæ veteſtioribus, Fol. 15. Verſ. Eadẽ de cauſa, Gallicus Senatus ſublimi Iuridico adiudicauit falſarij bona, deprehenſi cum adulterata moneta. S.C. memorabili in *Parlamen.* An. 1301. cuius tenor hic eſt, *Cùm Prior S. Eligij Pariſien. requireret, quòd bona mobilia quæ fuerant Henrici & Colardi de Atrebato, quos Præpoſitus Pariſien. tanquam falſos monetarios iuſtitiauerat, per eundem Præpoſitum capta in vico Pariſien. qui dicitur vicus Thiboudi, in quo vico dictus Prior tam per Chartam prædeceſſoris noſtri, quàm per vſum ipſius aſſerebat ſe omnimodam altam & baſſam habere Iuſtitiam, ſibi deliberarentur tanquam ſibi commiſſa. Tandẽ audito ſuper hoc dicto Præpoſito* 5 *Pariſien. & viſa Charta prædicta, per iudicium noſtræ Curiæ dictum fuit, quòd niſi dicti falſarij pro eo iuſtitiati fuerint, quòd ipſum falſum metallum effundebant, & inde baſſam Monetam prædictam cudebant, eorum bona deliberarentur Priori prædicto. Et poſtea de iſto Iudicato facta fuit litera, ſed Cancellarius eam noluit ſigillare.* In antiquo Volum. Actorum Curiæ, Fol 103.

S. Vaſt & Attrat.

Vetus S. C. Curiæ Francicæ.

Antiqua Curiæ decreta de Iuriſdictione in reos falſæ monetæ.

In Normania reo capitis indultum eſt ab antiquo *le Priuilege de la Fierte de Rouen*, aliàs *de la Fierte S. Romain.* Vt huius nempe Romani, Rothomagenſium Archipræſulis caplam vincto ex crimine capitali cuicũque circumferẽdam præbuerint Decanus & Capitulum Rothomagen. Die Aſcenſionis annuatim, ei fat venia gratiaq; pœnæ mortis. Idque priuilegij obtinuit à Dagoberto rege, eius Cancellarius, & ſucceſſor D. Romani in Archiepiſc. Rothomagenſem S. Audoenus. Huius origo priuilegij deſcribitur à Fr. Natali *Taillepied* in Lib. Antiquit. Rothomagenſ. Ludouicus 12. illud confirmanit Nouem. Menſ. 1512. Sed Rothomagen. Senatus ipſum reſtrinxit die 26. Ianuar. ſequen. & An. 1532. in crimine Hæreſis, leſæ Maieſt., falſæ Monetæ, & Cædis inſidioſæ. Tamen Henrici 2. literis priuilegium in omnib⁹ confirmatum eſt. Die 14. Iun. 1557. Vide de eo reliqua, infra lib. 2. Tit. penult. In marg.

Cap. 78.

Des trefues donnees en la Court du Prince enfraintes la cognoissance, punition & correction en appartient au prince & à ses Iuges & Officiers. Et semblablement est il des Trefues & Asseuremens donnez en la Court des Vassaux, dont la cognoissance, pugnition & correction appartient à leurs Iuges & Officiers: se le Prince ou autre Suzerain n'en auoit entrepris la cognoissance par Preuention, comme dict est.

IDEM SECVRITATEMQVE PVBLICAM QVI INDIXIT, EIVS VIOLATÆ VINDEX EST REGIVS IVRIDICVS. QVEMADMODVM ET SECVRITATIS A DOMINICO IVDICE DATÆ, SI CONTRA EAM POSTEA ALIQVID TENTATVM SIT, NOTIO EST COERCITIOQVE PENES DOMINICVM EVNDEM MAGISTRATVM. SED HOC ITA, NISI IS QVI REGIO TRIBVNALI PRÆEST, DE EO INFERIORES PRÆVERTERIT: VT ANTEDICTVM EST. 1.

PVBLICÆ fidei tutelæque assertio non tollit Iurisdictionem ordinariam. Gloz. & Doct. in Cap. ad audientiam De appell. Notat. in Cap. vlt. De confirm. vtil. Idque Delphinatibus suis vsitatum tradit Vido Papius, Quæst. 56. Ei tamen, à quo publica securitas iudicio sancita sit, violatam vindicare, ius est. Masuerio teste, in Praxi Tit. De iudicibus, §. item aduertendum Vers. idem si agatur de intimatione Saluægardiæ domini Ducis, aut eius infractione, aut aliis casibus priuilegiatis. Quod in Clericos etiam protenditur Gallica profanorum Tribunalium consuetudine. Vt Burdigalensem Curiam iudicasse, refert Boërius in eo Senatu præses, Decis. Burdegalen. 197. Huc pertinent quæ Vidus Papa in Decis. Grationopolit. 77. Vers. sed an Iudex temporalis possit præsentare clericum pro infractione Saluægardiæ Regiæ Delphinalis. Domini iudices temporales Franciæ dicunt quòd sic. Argum. l. 2. Cod. Vt nemo priuat. titulos prædiis suis, Ibi, miles vel clericus. Quamuis ibidem Papius in diuersam propensior sit opinionem. Prędictorum autem omnium ratio sumitur ex præcedenti Artic. patriæ Legis.

Lettres Royaux de Commissions.

Sauuegarde du Roy & Asseurmens.

Philippina Sanctio.

NVNC ambigitur, Regiænè partes sint, cognoscere de generali securitate concessa à Principe familiaribus suis: vt pote Rescripto mandatæ quibusdam Iurisdictionis, quod Aulicis sparsim, multisq; irrogatur aliis. Dubitandi causa est, quod in tutelam regiam fidemque assumptio parti denũcianda sit nominatim, priusquam eius violatæ reum aliquem possis peragere. Sicuti Valesius rex Lege constituit, quem, Pragmatici Franci etiamdùm obseruant. Masuer. in Tit. de Possessor. Vers. item requiritur. Nihilominùs regiæ huiusmodi 2.

tutelæ

tutelæ infractio Regem vnum habet vltorem, ſeu Regium magiſtratum. Vt Burdigalen. Curiæ placuit, Decreto 7. Iduum Decemb. an. 1523. auctore Boërio, Deciſ. 3. relata. Et hoc tamen ciuiliter interpretandum, ne quis idcircò regiis Tribunalibus perpetuò maneat obnoxius, quia ab eo, quaſi inimico minaci, ſartum tectúmque aliquem tueretur Princeps, ſui magiſtratus Sententia. Nam is pro tempore modò cenſetur in præſidium Regiæ fidei receptus, imperio inhibito, mulctæque interminatione aut fraudis capitalis. Cuiuſmodi tempus arbitrio Iudicis moderandum, ait Bartol. & Guliel. Cugneus ad l. illicitas. §. ne potentiores. ff. De offic. præſ. Angel. & Imol. in l. 3. ff. De damn. inf. At ſi regiam in cuſtodiam te tradas ob publicum Munus, aulicúmve Miniſterium, ea tunc perpetua cuſtodia eſt ſecuritáſque, nec, niſi Munere eo depoſito, reuocatur. Ita quidem, vt in obeundo Officio facta iis iniuria vindicetur ab vno Principali magiſtratu. Faber in l. denunciamus Cod. De his qui ad Eccleſ. confug. Maſuer. in Tit. De Iniuriis Verſ. item ſi ſeruiens offenditur. Plura in hanc rem congeſſit Boërius, quæ ne Lectori tædium pariant, lubens iſthîc prætermitto, Nota obiter, induciarum fidem præſtare alteri non cogendum extraneum in Territorio non ſuo, niſi cui identidem immoretur. Bartol. ad Leg. ſed & ſi ſuſceperit. §. vlt. ff. De Iudic. Nec debet quis publicam ſecuritatem ab alio exigere, quam ipſi viciſſim non præſtet: quùm mutuam hanc & reciprocam dari oporteat. Felyn. ad Rubr. De treuga & pace, Aufrer. in Tholoſana Deciſ. 489. iuxta Bartol. in l. qui bona §. ſi quis ff. De damn. inf. Rurſus haud temerè proſiliendum ad iudiciariam petitionem eiuſce ſecuritatis, niſi cauſa iuſti timoris ſummatim adprobata. Bartol. ad l. capitalium §. ſtatuas. ff. De pœn. Bald. ad l. ſi patet Cod. De ceſſ. bon. Qua demùm pœna affici debeat publicæ ſecuritatis ruptor, pete ex Vidi Papæ Delphinali Deciſ. 418. Reliqua, de publicæ fidei tutelæque aſſertione, dicemus. J. §. 82. & 83.

Areſtũ Burdigalenſe die 7. Dec. an. 1523.

De Saluagardia etiã à Nobis ſcriptum eſt ſuprà §. 1. & 41.

Deciſio Delphinalis de fractione Saluæ-gardiæ, & qualiter puniatur infringens eam, & de materia Securitatis & ſalui conductus.

Cap. 79.

Autres Cas ſont, eſquels le Suzerain ne rent point la Court ne les cauſes à ſon Vaſſal, ſoit Baron, Chaſtelain, ou autre, ne ſemblablement les Barons à leurs hommes & ſubiects: C'eſt à ſçauoir d'empeſchement de Chemin peageau, de Delict faict en grand Chemin, quand par Preuention le Suzerain en a entrepris la cognoiſſance, d'auoir Meſuré à faulſe Aulne ou faulſe Meſure; de Bris de marché, de Denonciemens criminels faicts par le blecé en la Court du Suzerain, ſelon la forme deſſus declaree: En matiere d'Hypotheque vniuerſel, quand il eſt queſtion de Rentes ou Arrerages d'icelles; & que les choſes hypothequees ſont en diuerſes Juriſdictions.

ALIIS ETIAM CASIBVS INFRASCRIPTIS, IVRIDICVS SVPERIOR CAVSAS NON REMITTIT AD CLIENTEM SVVM, BARONEM PVTA, CASTELLANVM, AVT QVEMVIS ALIVM: NEC BARO PARITER LITES REIICERE TENETVR AD SIBI SVBDITOS AC INFERIORES. NEMPE SI AGATVR DE IMPEDIMENTO VECTIGALIS VIÆ, DE CRIMINE IN VIA PVBL. ADMISSO, CVIVS SVPERIOR COGNITIONEM ANTECEPERIT, DE ADVLTERINIS STATERIS SEV MENSVRIS, DE VENALIS FORI IVRE VIOLATO, DE CRIMINOSA DENVNCIATIONE ET QVERELA PARTIS OFFENSÆ APVD SVPERIOREM EX FORMVLA SVPRAMEMORATA: ITEM DE GENERALI BONORVM HYPOTHECA CONTRACTA PRO ANNVIS REDITIBVS, EORVMQVE RELIQVIIS, QVVM EA BONA IN VARIIS TERRITORIIS SITA PROPONENTVR. 1.

NONNVLLI casus, Regiæ sunt vel notionis omninò, vel Præuentionis tantùm, qui ad inferiorem Dominum, si petierit, relegantur: tertia species eorum est quæ, si præoccuparit superior, reiicere non cogitur ad inferiorem. De primo genere. 3. actum fuit, §. 76.77. De secundo, in §. 65. De vltimo, hîc, & §. 71.72.73.75. Andegau. Leg.

Ius publici Mercatus vt ad Castellanũ pertinet, ita eius violati cognitio: Sed quæ, præoccuppante eam Principe, non remittitur ad inferiorem.

NAM Viarum quidem publicarum curatio Dominis competit 2.
Castellanis; animaduersióque latrociniorum, ac delictorum quæ in illis committuntur suprà. §. 49. 59. Haud abs re tamen Princeps cognitionum genus hoc Præuentione suum facit sibíque vni asserit: Quùm publica itinera, Iure Diuino, Regia appellentur (Numer. 21.) nec absque Principali iussu restringi queant, aliúmve in locum transferri. Ex Paulo I. C. l. 23. De aq. pluu. arc. Sicuti ne deterius fieret iter publicum, vetabant Romani Prætoriis Interdictis. l. 1. π. De via publ. & itin. publ. refic. Ideò enim Viæ publicæ ius Principi reseruatum constat, quia publicandi ius habeat solus. Vlpian. l. Prætor ait. §. viam publ. D. Ne quid in loc. publ. Eodémque argumento, Rex sibi præoccupatione vendicat notionem violati Emporij publici, de quo nuncupatim statuit Mos Andium Municipalis. §. 79. Sic enim vulgus nostratium interpretari solet *Bris de Marche*, si quis mercatores intercipiat, Forum venalium cum mercibus adeuntes: si monopolium instituat Reipubl. noxium, vt penes paucos speciei alicuius vendundæ potestas sit in foro: siue armis deterreat coëuntes in Mercatum celebrem Negotiatores, eorúmve res surripiat ibidem, vel marsupium ac zonam secet, qui vè demum impedimento sit, quò minùs Domini vectigalium portoria ac iura sibi ex mercibus debita percipiant. Tales regulariter vocantur latro-

Bris de Marche.

nes,

nes, Λῃσταί, seu Viarum obsessores: de quibus proinde grauem Sententiam ferre Præsidem conuenit, iuxta Caliſtrati responsum. l. Ne quid De incend. ruin. naufr. Et atrox latro, Isauricus dicitur à vitio gentis, Leg. penult. Cod. De fer. l. vlt. Cod. Ad L. Iul. de vi publ. In Germania vtique, latrones Rotæ supplicio afficiuntur, ex Cæsarea Constitut. Karoli. 5., de capitalibus iudiciis, centesima. 37. Qualitercunque verò publicum iter impediens, ære mulctatur apud Andes. ℸ. §. 172.

Rotæ suppliciũ olim Francis in vsu fuit. (secus tamen quàm nũc grassatores plectũtur) apud Aimoynum De Gest. Francor. lib. 5. cap. 52. in Ver. rotis innexuit. Et li. 5. ca. 50. in Verb. alta rota superligatus.

3. ACCEDO ad falsæ Mensuræ iudicium, quod Regi pariter Præuentionis lege tribuitur, hoc. §. 79. Nec iniuria, quùm Solomonis adagio pondus & statera, iudicia Domini sint. Fuêre quidem Ædiles Romæ duo à C. Cæsare creati, qui cibariorum & mensurarum rationem haberent: Cereales inde dicti. Auctore Festo, & Halycarnassco. Hæc verò, in Ciuitate, bene curata res in commune prodest plurimùm, malè curata grauiter nocet Plebi. Vnde Iul. Paulus in Dardanarios ait, falsum mensurarum modum ob vtilitatem populatis Annonæ extra ordinem vindicari. De pœn. Et Vlpian. l. Annonam De extraord. crim. l. si mensor D. si mens. fals. mod. dix. Eò tendit Germanica Lex Karoli. 5. Imp. *De pœna falsariorum in mensurando, ponderando, & numerando.* Quinetiam Andium & Cenoman. More prisco, irrogabatur mulcta iis nummaria, penes quos adulterinæ stateræ, vlnæ, aut pondera quomodocunque deprehenderentur. Idque denuo Cenomanis Legibus publicè recognitis sancitum est. §. 192. Secundùm antiquos Ritus & instituta Francorum, quæ sic inseruntur Maiorum Commentariis, *Marcheans qui porte fausse Mesure & faus Draps, & il en etoit prouuez, si empert lx. solz* Cap. *De Marcheant en voiages.* Lib. *Ci comancent li eStatu dou Roiaume de France.* Rursus eodem Lib. ita scribitur, in Cap. *De Chemin trenchié, Homs coſtumiers quant il trenche Chemin ante, ſi paie. lx. ſouls d'amende à celui à cui il eſt. Et tout ainſint quant on truéue fauſſe Meſure, ſe on y vent, ou ſi on y achate.*

Verſ. Andeg. Leg. 79. *d'auoir meſuré à fauſſe aulneen fauſſe meſure.*

Leg 37. ff. De Pœn.

Germanica Constitutio 113. à Karolo 5. Cæs. edita, cum aliis quas de capitalibus Iudiciis sanxit. Hæ Germanicè primum euulgatæ sunt, deinde à Iustino Goblero Goarino I. C. in Latinum versæ.

4. VTVT sit, Regij Iudices falsa Pondera, de quibus inferiores Iuridicos præuenerint, soli diiudicant apud Andes. §. 79. Atque adeo prisci Galliæ summates, quùm Iuridicam potestatem inferioribus concederent, suæ notioni receperunt identidem falsæ Mensuræ quæstiones. Vt Pactione illa colligitur à Campano Regulo inita (cui Reges in Ditionem hanc succesſêre) cum popularibus suis & Vicanis Ferritatis pagi ad Albam flumen, hoc verborum tenore. *Ie Thibauz de Champagne & de Brie, Cuens Palatins faiz aſſauoir à toz ceaus, &c. Que ie franchis & quit toz mes Homes & totes mes Fames de la Ferté ſor Aube de totes Toltes & de totes Tailles, &c. Et ſi lor doing la Preuoté & la Ioſtiſe de la Ferté ſor Aube, & de lor Terre, & de lor Vignes, ſi come ie la tenoit au ior que ces Lettres furent faictes, por. 80. liures de proueinſiens, &c. Et eſt aſſauoir, que li forfet des Homes & des Fames de la comunité de la Ferté ſor Aube, ſont as Borios de la Ferté, ſi com ie les y ſolois auoir, & tuit li for-*

L'Aſſerté ſur Aulbe, en Champagne.

Digitized by Google

Insigniores criminũ causæ, quas maiores Domini suo quondã iudicio in Gallia reseruabant.

fet de gens etranges, qui ne sont de la Iostise de la comunité de la Ferté sor Aube tuques 20. sols, & li soreplus iert miens. Et ie retaing le Murtre, & le Rat, & le Larron là où ces choses seront cogneües & attaingtes: Et si retaing le Champion vaincu, dont y aurai mamandé as us & as costumes de la Ferté sor Aube: Et si retaing la fanse mesure, dont i'aurai 40. solz, & li Boriois en auront 20. s. Et est assauoir, que ie retaing la Iostice & la garde de mes Yglizes & de mes Cheualiers & de mes Fieuez & de mes gens: en telle meniere, que se aucuns de ceos de la Ferté sor Aube forfaisoit à aucun de ces que ie retaing, c'est assauoir às Clercs, ou às Cheualiers, ou à mes Fieuez ou mes gens, don plainte venist à moi ie ladresseroi, & l'amende seroit mois, & sera iuge l'amande as us & as costumes de la Ferté sor Aube, par le Maior & par les Iuriez de la Ferté sor Aube, &c. Mense Ianu. an. 1221.

Vers. Andeg. Leg. 79. *En matiere d'Hypotheque vniuersel, quant il est question de rentes ou arrerages d'icelles, & que les choses hypothequées sont en diuerses Iurisdictions.*

HYPOTHECARIA formula si moueatur in obligatum vel eius 5.
hæredes, eodem iure regitur, quo in personam actio cui accedit, éstque in debitoris Foro diiudicanda. Sinuerò in tertium agitetúr pignerati fundi possessorem, tunc pignoris persecutio est in rem omnino, expediendáque vel à Iudice loci prædiorum, vel (si malit creditor) domicilij possessoris. Bartol. Bald. & Castrens. ad l. vlt. C. Vbi in rem act. l. pignoris. Et ibi Bartol. C. De pignor. Chasseneus nominatim, in Rubr. *Des Censes* Burgundæ Consuet. Si tamen agri sponsores multiplici Territorio variæque Iurisdictionis lege teneantur, tunc omnium Iuridicus superior, qui de eo aditus sit prior, aliis rectè præripit Hypothecarium iudicium ac disceptationem. §. 79. Andegauen. Morum. Sicuti rerum vindicatio, quæ variæ subiiciuntur Dominorum Iurisdictioni, relinquitur superioris istorum Iudicio, qui eam cognitionem præ aliis occuparit. ℨ. §. 75. Sed forensis Præuentionis regula de pignoribus & hypothecis, intelligitur duntaxat in prædio, quod annui Vectigalis nomine obligatum sit, non ex causa æris alieni semel exoluendi. Vt hîc. Quùm enim de annuis Reditibus expressim scripta Lex faciat locum Præuentioni fori, eam reliquis casibus videtur sustulisse, aut saltem in casu omisso ad commune Ius tacitè reuocasse. Argum. l. Cùm Prætor. ff. De Iudic. Et l. si extraneus. ff. De condict. caus. dat. Meritò sanè, quùm ob pensitationem annuam res soli affecta sit penitiùs obstrictáque pignoris vinculo, quàm ob debitum numum yna vice luendum, numerandum. Hinc consequitur, iura illa purè solaria ac prædiaria magis pendere à Iuridico imperio Dominorum soli superiorum, quàm pigneratitia iura ob semel creditam pecuniam. Inde etiam creditor annui reditus directò persequi potest fundos hypothecæ. suppositos, necdum excusso debitore. ℨ. §. 474. 483. & 484. Diuersum in ære debito semel exoluendo, d. Cap. 484. Priorem vtique Legis Articulum illum probauit Curia graui maturóque Iudicio 12. Kalend. Februar. Ann. 1576. secundùm Claudiam *De Landeui* creditricem, cui patronus adfui: contra Claudiam *Deshayes* viduam coniugem Renati *De Montecler*, quæ emptionibus possidebat prædio-

§. 6. In Ver. *Contre le tenementier*, Num. 7.

Vers. *Quant il est question de rentes, ou arrerages d'icelles.*

S. Consultum die 21. Ian. an. 1576. Dn. Viola, senatore regio, litis inspectore *Sur les plaideyez, & a ioincte au Conseil d'entre les parties du 18. Decembre 1571. & aussi apres vn Arrest interlocutoire du 19. Mars 1575.*

Ren. *de Montecler*, Dn. *de Bourgon*, proauos ciebat Barones *de Trenes* ad Salmurum oppidum, hodie etiã cognomines, *de Montecler*. Illius filia natu maior Magdalena nupsit Dn. *de Boisdauphin*, Franciæ Marescallo.

Digitized by Google

la quædam, clientulæ noſtræ priùs obligata à Dn. *d'Airon* auctore ſuo. Nobis enim, pro creditrice, & Fillolio, pro poſſeſſore dicentibus, viſa res eſt Senatui plenioris deliberationis. 3. Idus Decemb. Ann. 1571. in pomeridiana Curiæ ſeſſione. At dehinc interloquente Senatu, de vſu Conſuetudinis inquiſitum fuit confuſis Pragmaticũ teſtimoniis: Decreto 14. Kal. Apriles 1575. Tandem omnibus numeris inſtructa lis finem accepit extremo S. C. illo pro pigneratitia creditrice.

Louys de Montecler ſieur de Bourgon pere de Iean de Montecler ſieur de Bourgon, mary de Beatrix de Touchieret, lequel Iean & ſa femme furent pere & mere de René de Montecler, lequel René pere de Magdelaine de Montecler, dame de Bourgon, du Buſſanparc, Torbechet, Montandin, Aroy, Bellegeart, & le Bougnounel.

6. SIC Municipalia Plebiſcita derogant Cæſareæ Conſtitut. Hoc ſi debitor De Pignor. Et ſuos quæque Regio ritus ac leges hypothecarias ſeruat. Nam & hodie in fideiuſſorem iudicio experiri licet, inexcuſſis facultatibus debitoris, *Statutis almæ Vrbis Romæ*, quæ Pontificiis auſpiciis recognita ſunt, formíſque impreſſa, Maio Menſ. Ann. 1580. Lib. 1. Cap. 155. *De fideiuſſoribus.* Moſes autem, de pignoribus ac hypothecis ſuas primùm Leges tulit Hebræis, tulêre itidem Ægyptij ſuas poſtea, quæ etiamnùm euolui poſſunt apud Diodorum Siculum, Lib. 2. Athenienſes quoque de Hypothecis certum ius habuerunt, cuius non obſcura veſtigia ſuperſunt in Orationibus Demoſthenis. Prætores inſuper, ac I. C. Romani tam copiosè deſcripſerunt Formulam hypothecariam, vt huius actionis vim, cauſam & conditionem totam explicaſſe videantur. Imprimis verò M. Tullius, ſecunda in Catilinam Oratione, nonnullos reprehendit Catilinarios, qui cùm magno in ære alieno eſſent, ſed maiores tamen haberent poſſeſſiones, nihil ex iis venditum volebant, quo ſe liberarent: ſed certabant cum vſuris fructibus prædiorum. Hoc ſtultiſſimum fuiſſe ait, quùm ſi fructus prædiorum ampliores eſſe ſoleant fœnore debito, ſtulta ſit * ἀντιχρησις. Porrò in Græcis Collectaneis Suidæ, vbi depingitur Priſcus ille Emeſenus, qui tempore Iuſtiniani falſarius inſignis fuit, ſcriptum eſt, Legem tùm extitiſſe, quæ annis. 40. hypothecarias omnes actiones excluderet, alias verò, annis 30.: ſed à Iuſtiniano impetraſſe quoſdam Emeſenæ proceres Eccleſiæ, vt ad Annos 100. in eius cauſa producerentur.

Hodiernis Romanorũ Statutis, fideiuſſores, etiam ſi Authen. Præſente C. De fideiuſſ. non renũciarint, poſſunt conueniri & cogi implere promiſſa. Sed An fideiuſſor Andegauus pro annuo reditu pecunia empto recta agere queat in tertios poſſeſſores hypothecarũ debitoris, vt eum liberent eo reditu ſolutione ſortis: quemadmodum creditor ipſe in eoſdem rectà egiſſet pro eo annuo reditu, iuxta mores Andium? Non puto fideiuſſorem poſſe, quia agit ad perſonale debitum ſemel ſoluendũ redẽptione reditus annui, quo caſu opus eſt diſcuſſione: Secus in creditore ius realẽ tãtum, & in rem quidẽ perſequenti. Huc faciũt Molinei ſcripta ad §. 152. Cenom. Leg.

* Hypothecaria poſſeſſio.

Hypothecarii certè chirographariis præferuntur creditores Andegauii in bonis debitoris. i. §. 479. Sed illi hypothecarii iiſ aliis non præponuntur ex ordine tẽporéque hypothecarum: Demptis creditoribus reditus annui ſeu realis debiti, cuius incumbãt poſſeſſioni. Quales reliquis anteferuntur i. §. 480. & 481. Contra l. creditor. l. ſi non l. Eum qui D. Qui potior. Et l. Fab. in l. quoties C. de rei vindic.

7. VERVM, vt Patriam repetam, Andium Leges hypothecarias haud vſquequaque probauit Senatus in iudicando. Hæ quippe ordinem hypothecarum in bonis debitoris reiecíſſe cenſentur, & creditores in tributum vocaſſe ſingulos pro rata æris debiti portione. ï. §. 481. Aduerſus tritam regulam Caij I. C. l. potior Qui potiores in pign. At CONSCRIPTI CVRIÆ ſuum pigneratitiis creditoribus gradum ordinémque ſeruarunt ex die contractæ hypothecæ, & Laualli oppidi Magiſtratum, qui idem decreuerat contra Cenomaniæ legem Andenſi illi perſimilem, rectè iudicaſſe pronuntiarunt. Arreſto 7. Idus Septemb. ann. 1575. ſecundùm Vilhelmam *du Pont*, viduam coniugem Franciſc. *du Chemin*, aduerſ. Franciſc. *Le Feure*, Renatam *le Tourneux*, alióſque litis conſortes. Hæc quidem ex Molinei ſententia, ad. §. 480. & 481. Andegauæ Conſuet. Tractatum eſt pa-

Placitum Curiæ die 7. Septemb. 1575. *ſur l'appel du Iuge de Laual qui auoit ordonné que leſdits du Pont & du Chemin ſeroient preferez, & par arrest mis lai*

Digitized by Google

autres opposans sur le prix du decret.

ritet in foro, nunquid Ambianus Mos, qui hypothecas prædiorum ex nudo pacto non admittit, nisi in possessionem misso creditore, cesset in re filiæ adscripta doti. Pro dote vrget Iasonis sententia, quàmlibet generale *Statutum* non complecti res dotales. (In l. 1. D. solut. matrimon.) quùm generatim concepta Lex minimè trahatur ad priuilegia. Iustiniani. leg. 1. C. De vet. iur. enucl. Et Innocentij 4. ex Concil. Lugdunens. Cap. Quia periculosum De senten. excommun. In 6. Huic rei argumento est Romanum S. C. de intercessionibus, quod non procedit in dote, cuius causa semper & vbique præcipua fuit. l. si dotare l. vlt. Cod. ad Velleian. Itaque Ambiano More, nullus vtique pignoris nexus constituitur solo Pacto: sed tacita ex Lege hypotheca non tollitur, nec minuitur. Dotium præsertim fauore semper in ambiguis respondendum, & lex vtilis Reipub., sobolis procreandæ gratia, est interpretatione adiuuanda. Argum. l. hoc modo. ff. De condit. & demonst. Iustinianea L. Assiduis C. qui potior. l. vn. §. Et vt pleniùs Cod. De rei vxor. act. Neque tamen harum Legum conditores Romani, qui tantoperè dotibus fauerunt, Hypothecariis formulis caruêre solennibus, instar Belgarum nostrorum. Apud illos quippe solebat, tabula ædibus affixa, indicari ædium Hypotheca: Eáque tabula, ὅρος à Demosthene & Menandro dicta est. Cuius adeo vestigia cernuntur lege Venuleij Saturnini, Si vitem. §. si ad ianuam meam tabulas fixeris D. quod vi aut cl. Vtcunque sit, in media ꝫ dictæ causæ apud Senatum Actione, dixit Brissonius patronus Fisci, dotem Municipali Lege illa exceptam videri. Curia demum quæstionem hanc, quæ exemplo latè pateret ad totius Municipij ciues, misit in consilium. Decreto 4. Idus Ianuar. An. 1576. ad prouocationem ex Ambianis, quâ interposuerat Adrianus *de Humieres* dominus *de Vitermont*, contra Erricum *du Fay*, equitem, & Antoniam *Dailly* eius vxorem. In Volumine causarum Ambianarum. Equidem *Roman. Vrbis Statutis*, (quæ pridem aucta sunt in lucémque emissa iussu Gregorij 13. Pontif.) mulieri ius est dotis persecutorium in nouos hypothecarum possessores, mariti hærede etiam inexcusso. Cap. 85. Lib. 1. *De executione Instrumentorum dotalium.* Ergo

quantùmuis Phrygio liceat seruire marito,
Dotalésque eius Tyrios permittere dextræ:

HAVD plenum vtique viris transcribitur dotalis agri dominium; sed rei vxoriæ actioni idcirco Romani *æquiùs meliùs* consultum voluêre. Quæso autem, si pater filij nuptiis auctoritatem non præbuerit, sed ratum dehinc habuerit coniugium, an *Doarij* in nurum lege teneatur, præmoriente filio? Quidni? dices, quùm parens cuius assensu vxorem duxerit filius familiæ, obligetur donationi propter nuptias nurui præstandæ filij superstiti. ĵ. §. 303. At enim Legis vocabulum hoc ad ratihabitionem non porrigi, Senatus iamdudum iudicauit: Dn. *de Vezins*, & N. *de Champagne* sorore Dn. *de la*

Suze,

Iuxta quantumcunq; generaliter loquentia, non intelligũtur loqui in casibus specialibus vel speciale fauorem habẽtibus. Glo. & Bart. in l. Sciendum D. Qui satisd. cog.

Belgicus Picardiæ Mos, *de mise de fait & decret du droict, pour acquerir hypotheque.*

Die 10. Ianuar. 1576. *Apointé au Conseil en plaidant du Roulle d'Amiens, pays de Nantissemẽt pour hypotheque.* Peronensi & Royensi lege Municipali ita de eo prouisum est (Attic. 169.) *que les mineurs ont hypotheque sur les biens de leurs tuteurs, & la femme pour son douaire & autres conuentions matrimoniales à hypotheque sur les biens de son mary, sãs que pource soit requis aucun nantissement,* alioqui *necessaire aud. Pays.*

§. 303. Vers. *Auctorisat. sententiæ.* Eodem. §. *le Mydouaire*, competit viduæ filij, cui pater ac mater superuixere, modò expressim nuptiis consenserint scripto, nõ tacitè, nec actibus tacitum cõsensum inducentibus. Aresto die 6.

Digitized by Google

Suze, & de Bazonges inuicem altercantibus. Qua itidem ratione, Caius I.C. respondit, tutorem statim in re contrahenda præsentem debere auctorem fieri: post negotium verò contractum, aut per Epistolam interposita eius auctoritate, nihil agi. l. obligari. §. tutor. De auctor. tut. Neque iis absonum est, quod in vetusto comperi Andensium Legum Exemplari manu exarato, nostrates Praxiarchas de vsu Consuet. 245. rogatos censuisse, nobili patri bonorum suorum alienatione non interdici hoc ipso; quòd primigenij sui nuptiis interfuisset, præfuisserque: nisi & præscriptis verbis illum connubio deuinxisset tanquam primogenitum, hæredemque primarium. Etsi autem à *Stáutaria* verborum formula recedere non liceat, nec Consuetudinis scripturam sententia ampliare interpretationéque voluntatis: tamen quod de patre nobili sanxit ibidem Andium Mos, ad nobilitatem pertinere, decreuit Curia Parisien. Arestо Idib. Septemb. an. 1577. pro eius filio natu maiori; quem Princeps singularibus Codicillis nobilem primùm appellarat.

Iul. 1590. *au Roolle de Poitou; pour Antoine de Gennes pour Françoise d'Oyer appellant de Iuges d'Angiers, & Ayrault pour Anne le Maire vefue de Iacq. le Masle, intimez.* Doarij nùmarij mobrisque ideiusdem liberatur ipso iure per acceptationem communitatis bonorum factam à vidua Doaria, saluo huic regressu in hæredes mariti pro media Doarij confusa extinctáque dictâ communitate. Vt Curia iudicauit, Harlayo Præside in solemni purpura recitante Die 14. Augusti an. 1579. Placitum Curiæ die 13 Septemb. 1577.

8. CÆTERVM in explicatione Leg. Andegauæ (quæ de Hypothecis loquitur. §. 79.) dubium est, an pigneratitia actio pro annuis Reditibus, decidenda sit ex more Regionis, vbi iacent oppignerati fundi, an vbi creditoris domicilium, aut debitoris. De Foro certè expeditum est, ibi agendũ Hypothecaria, vbi hypothecæ subiectates solo contineatur. eod. §. Sed quoad litis definitionem, aliud sequendum apparet primo intuitu. Vtputà, Ambianus ciuis, aut Peronæ Viromanduorum dat, legat mouentia suâ omnia. Eorum nomine credas etiam venire emptos pecunia Reditus de Andensi latifundio. Si enim testatoris domicilium spectemus, tales reditus legato comprehenduntur, vtì res mobiles, Ambiano ac Peronensium More. Sinautem agrorum situm expendas, qui pignoris vinculo obstricti sunt pro annuo isto Vectigali nummis parto, eiusmodi vectigal censetur immobile, nec legato cedit, Iure Municipij Andegauen. Reor vtique, eius modò loci rationem habendam, in quo adsignantur hypothecæ: sine quibus ne constare quidem hypothecarius reditus possit. Argum. Scæuolæ. l. codicillis. § instituto. De leg. 2. l. fundi Trebatiani De Vsufr. leg. Et Papiniani. l. fundus. De annu. leg. Maximè verò, apud Andes speciali hypothecæ prædiis obligatis: cuius nimirum τὸ ἐναργὲς constitutio inferat qualemcunque Dominij translationem rei pignori nexæ. J. §. 161. & seq. De suprascripta quæstione Chasseneum voluito in Consuet. Burgund. Aduerte tamen speciatim adsignatos fundos annuæ Pensitationi, non ideò transire in purum ac irreuocabile creditoris Dominium: quùm prædia prædéve, quibus initio cautum sit, ære soluto liberentur. Concedamus enim, ex tali fundorum adsignatione laudimia deberi patrono, vt vult Mos Andium, d. §. 161. 162. Debitori certè ius facultásque subest luendi pignoris perpetua, nec hypothecaria possessio illa, quæ primariæ solùm accedit obligationi,

Apud Ambianos, *les Rentes demeurent en termes de pure personalité, si elles ne sont realisées par Antissement ou vif, ou mise de fait & decret de vif.*

hanc ipsam nouat aut mutat. Molin. In Tract. Commerciorũ Quæst. 35. Sic PATRES CONSCR. pridem explanarunt ciuiles Pictonum Ritus, qui prædiariam Assignationem pro volatili Reditu admittũt, ex eáque, patrono laudimia solui constituunt. Insigni S. C. 14. Kal. Maias. An. 1573. inter Mariam *de Caussaye*, ac Petrum *Juye*, qui appellarant à Palatinis libellorum supplicum Iudicibus: & Bonaventuram *Gillier*, equitem, Dn. *de Puygareau*, contrà, litigantem.

Placitum Curiæ die 18. April. 1573. quo, vel post 30. annos, nec obstante terrarũ *assisa* & possessione pro annuo reditu, qui nummario pretio creatus fuerat, iudicatum est, debitorẽ sorte soluta, cũ vsuris legitimis, terras illas redimere posse.

Ad conueniendũ pignorũ possessorem, non satis est creditori ostendere debitorem suum cessisse bonis, nisi & iis vacantibus curatorem dandum, eaque excutiẽda curauerit. l. vlt. ff. De curat. bon. dan. Nam & qui cessit bonis tenetur iudicare bona exequẽda. Glo. in l. 1 C. qui bon. ced. Nec cedendo habet bona pro derelicto, quùm possit pœnitere l. is qui bonis. ff. de cess. bon.

Die 17. Febr. an. 1578.

L. vlt. C. de duobus reis, locũ habet tantum in personali debito, non in reali reditu annuo. Ita quod tertius detentor partis diuisæ fundi obligati pro reditu annuo, si liberè possiderit decẽnio, vel quinquennio apud Andes, non debet postea inquietari hypothecariè pro illo reditu, hoc colore, quod aliarũ partium detentores eum reditum interea exoluerint. Vt noua Consuet. Paris. statutũ est. Aliud inter correos debẽdi personaliter obligatos.

ALIA autem ratio est pignerati pro annuo Reditu agri, qui ex interuallo pactione inita, maneat creditori iusto pretio emptus: addito scilicet nummorum supplemento legitimo. Ita enim verè æstimatum pignus cedit in ius mancipiúmque creditoris: quùm & in pignoribus valeat pactum legis cõmissoriæ, si aliquo post summam obligationem tempore intercedat. Marcello auctore, Lib. singulari Responsorum. leg. Titius De pignerat. act. Cui adstipulatur Diui Seueri & Antonini rescriptum, de quo Ælius Martianus, l. si fundus. §. vlt. De pignor. l. cùm dominam C. eod. Bartolus exactè, ad l. vlt. C. de pact. pign. Nobis tamen de hac thesi differentibus, PATRES censuêre ampliùs deliberandum 13. Kal. Mart. an. 1578. Inter Vilhelmum *Pollier*, pro quo egimus, & Bonaventuram Gillierium, pro quo vicissim, Pousse motha. Vtut sit, ingenti cautione vtendum creditoribus, antequam hypothecæ data prædia sibi asserere valeant iure proprietatis. Quandò non, nisi grauissimis vrgentibus negotiis, debitor bona sua transcribi facilè creditori patiatur. Id quod Martialis versus indicat, Epigram. Lib. 12. ad Thelesinum. 9.

Cùm rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis,
Idem si pro me spondet agellus, habes.
Quod mihi non credis, veteri Thelesine sodali,
Credis colliculis arboribúsque meis?
Ecce reum Carus te detulit, adsit agellus:
Exilij comitem quæris? agellus eat.

IN proposito hercle, Seneca, non eligimus, inquit, dignos quibus tribuamus beneficium: sed nomina facturi, diligenter in patrimonium & vasa debitoris inquirimus. Semina in solum effœtum & sterile non spargimus. Quis enim decoctori pecuniam crederet, aut depositum committeret ei, qui iam pluribus abnegarit? Lib. 1. & 4. De Benefic. In summa, leue æs alienum, debitorem facit: graue, inimicum. Plinij dicto, Lib. 2. Epistol. 19.

Cap. 80.

Es causes de Relieuemẽs ou Restitutions, que autre que le Roy ne peut octroyer, les Officiers du Roy n'en rendront la Court, ne feront aucun Renuoy aux inferieurs.

COGNITIO

1. COGNITIO RESTITVTIONIS IN INTEGRVM, QVAM PRINCEPS SOLVS POTEST CONCEDERE, NON REMITTETVR A REGIIS AD DOMINICOS MAGISTRATVS INFERIORES.

IVSTINIANVS vetat, integri Reſtitutionem peti coràm iis qui Arbitrium in ſe receperint, Iudicibúſue datis ab iis, qui propriam non habeant Iuriſdictionem. l.vlt. Cod. Vbi & apud quem cognit. in integ. reſtit. Idque Gregorij 9. lege Pontificia expromitur, Cap. penult. De reſtit. in integ. Sed hæc ita, niſi aliam in litem incideret apud honorarios Arbitros quæſtio reſtitutionis in integrum. d. l. vlt. Et Cap. penult. Cum Alexandri Cæſ. l.1. De ord.cognit. In Gallia autem, reſciſſoriæ actiones vt mouentur ex beneficio Principis duntaxat, ſic apud Regium iudicem ſolum inſtitui debent: niſi alteri accederent controuerſiæ, de qua minor Magiſtratus cognoſceret. Regios porrò inter ipſos, vtri competat reſtitutorium hoc Iudicium, ardua & anceps vtrinque diſputatio. Prouinciæ enim cuiuſque Iuridicus maior ſibi adſcripſit olim de actionum genere iſto notionem ſolidam & eximiam. Minor, contrà, Prouinciæ Iudex de eo competentem ſe mordicùs obteſtabatur. Tandem Edicto pacatum eſt ciuile hoc diſſidium, & vt Edicti verba Romano eloquio referam, ſancitum fuit, in rebus controuerſis ſubditorum Regiæ Præfecturæ inferiori, Reſcripta contractuum reſciſſoria ad hanc ipſam dirigi, cognoſcenda ac diiudicanda: ſiue ea primùm litem excitent ac moueant, ſeu motæ obiter ſubſidiò accedant. Regia Conſtitut. perlata Iun. Menſe 1559. Quam Senatus publicandam duxit 3. Kalend. Sextiles eod. anno. Cautum eſt pariter Lege hac Regia, minorem Principis Iuridicum inter ſuos de contractibus quibuſvis ius dicere debere, tametſi obſignatis ſigillo Præfecturæ maioris, vel quibus partes ſe ſubiecerint Præfecti maioris Iuriſdictioni. Sed inter Procerum ſubditos, vteruis cauſæ notionem anteceperit *Baillisius*, aut *Præpoſitus* Regius, eiuſdem Iudex manebit legitimúſque diſceptator.

Le Bailly, ou Seneſchal de la Prouince.

Le Preuoſt ou Chaſtelain royal.

Lettres royaux de reſciſion, principalement, ou inridemment preſentees aux Chaſtelains royaux non ſubiectes à ressort deuant les Baillifs.

Die 30. Iulij an. 1539.

2. IN Pacta vtique priuatorum, apud Andes, crebrò imploratur reſtitutorium Principis auxilium. Fateamur cuim, viceſimo ætatis anno liberam eſſe Andegauis fundorum alienationem (infrà §. 444.) vti Romanis noſtri ſeculi (Cap. 47. lib. 1. *Statut.*) Longobardis etiam, 18. Anno natis. Leg. Longobar. Tit. 15. Diplomatica tamen integri Reſtitutio haud abnuitur noſtris hominibus patrio More, ſi cumulo accedat probabilis læſio ætati minori 25. Ann. Quùm & *Votorum locus ſit, vbi Spei nullus*, vetere Paræmia. Verbi cauſa, Ioh. Girardus agrum venundedit Antonio Quintori ſexcentis libellis Francicis, qui mille, vel octingentis valebat: Ille contractum reſcindi poſtulat Regio Diplomate, quòd & viceſimum quartum agens annum, & vili pretio rem ſuam immobilem diſtraxiſſet. His verò Ciuicum Ius

Romani hodie maiores 20. annis, in quolibet contractu, actu & negotio, tam iudiciali quàm extraiudiciali habentur pro maioribus, omneſq; diſpoſitiones, & iura de maioribus 25. annis loquentia, in eis ſeruantur. Hodierni Roman. Conſtitut.

Lettres de Reliefuement de contracts de mineurs.

Decretum Senatus die 30. Ianuar. ann. 1574. pro Iohan. *Girard sieur de Maret.*

Andium opponente emptore, placuit Senatui malè iudicatum à Baugeio Iuridico, qui venditionem Sententia sua ratam validámque declararat. Arestò 3. Kalend. Februar. Ann. 1574. Dn. Bezansonio litis inspectore in Senatoria Classe 2. Inquisitoria. De iis retrò recurre ad suprascripta. §. 40. artic. 6. Rursus ex patrio Ritu, inter cohæredes maior diuidit, minor eligit. ï. §. 279. Vnde postmodùm neganda videatur eligenti restitutio aduersus imparem & inæqualem bonorum partitionem. Talis enim à B. Augustino vocatur pacifica Consuetudo, vt si quid terrenorum partiundum sit, firmior diuidat, infirmior seligat. Lib. 16. De ciuit. Dei Cap. 20. Sumptò videlicet argumento & exemplo à diuisione bonorum, quæ inter Abrahamum & Lothum fratres interceſſerit. Cuiusmodi familiæ herciscundæ formulam commendat Seneca, Lib. 6. Declamat. Itaque semel facta optione, dixeris ius eligentis omnino esse consumptum, nec, illa perfecta, variare licere. Vt apud Ausidium Lib. 1. Regular. scriptum est. Nihilo seciùs audiuntur in Foro, qui diuisionum huiusmodi, quibus deceptos se queruntur, retractationem moliantur. Imò & si transactionis specie inumbrata sit bonorum distributio, rescissioni ipsius locũ esse Curia præiudicauit. Decreto 7. Iduum Iuliar. Ann. 1577. Me dicente pro Pet. Marsolliero, & Poussemotha causidico pro aduersariis cohæredibus. Intendebant isti, minimè ferendum clientem nostrum, qui communis hæreditatis diuisionem, in qua seruatus esset optionis Mos, eaque transactæ litis in speciem contracta, irritam fieri postularet. At Nos, ediuersò, ius eligendi in Municipio cautum, nihilo magis obesse integri restitutioni ex lege Diocletiani & Maximiani Impp. Maioribus (Commun. vtr. iudic.) quàm *Pupillo ad iura vocanti Circumscriptorem*, (vt ait Iuuenal. Satyr. 15.) Ad hæc, transactionem quæ diuidundò ineatur, diuisionis potiùs vim naturámque assumere, quàm transactionis, nec minùs rescissioni obnoxiam esse, quàm nudam rerum partitionem inter fratres. Transactionem verò, quæ super diuisione semel facta contrahatur, Rescripto conuelli non posse. Vt concinnè distinctéque edocet Phil. Decius, Respon. 351. Angel. in l. cùm hi. §. si cùm lis. π. De transact. L. causas Cod. Eod. Tit. Et Molineus nominatim ad §. 16. Legis antiquæ Parisiorum Num. 1. quo pertinet Edictum Karoli 9. de Transactionibus April. Mens. Ann. 1560. post Pascha. Proinde Senatus, de partium inæqualitate diuisionis quùm non liqueret, rem consilio permisit, aduersarij præscriptione exclusoria nequicquam obstante. Diuersa porro causa videtur sorte distributi Assis hæreditarij inter cohæredes, pro more Municipij. Talem enim familiæ partitionem irreuocabilem putat Baldus, ea tametsi, maior annis re læsum se grauiusculè expostulet. Minori autem subueniendum, extraordinario iudicio, opinatur idem, argumento Pauli I. C. l. si minor. π. De minor. 25. Ann. Quæ nihil tamen ad institutum. Bald. in Respon. 72. Lib.

Præiudicium Curiæ, die 9. Iulij an. 1577.

Vt Andium lege & Cenoman. futurus hæres sua legitima fraudari non debet, nec hæredi præcipuo nobili aliquid donari in præiudicium aliorum. i. §. 320. Sic primogenitus præsente patre non potest renunciari iuri primogenituræ in gratiam secundogeniti ducẽris vxorem. Sed non obstante hac renunciatione quæ æquipollet donationi, soror potest petere ius suum in primogeniti partem hæreditariã, qui parẽtibus superstes postea obierat. Et sic nuncupatim Curia Paris. iudicauit die 21. Mart. ann. 1581. in 4. Camera Inquestarũ Curiæ Dn. Besnardo relatore inter Andream *Guillart* Dn. *du Mortier*, & Mariam *Guillart, Dame Delprunes sa sœur inthimee sur l'appel des Requestes du Pall.*

Bonorum partitio, sorte facta.

Digitized by Google

72. Lib. 2. Theſin iſtam in minores annis executus ſum fuſiùs, J. Lib. 3. Iiſdem certè ſuccurritur aduerſus priuatam fundi emptionem, qua forte capti, ex magnitudine pretij, doceantur. l. ait prætor. §. 1. l. patri §. prædium. ff. De minor. 25. Ann. l. 1. §. ſed ſi emerit D. Si quid in fraud. patr. At longè aliud de publica addictione prædiorum. Nec enim pretio circumuentus dicitur quiſquam in media luce Fori, licitationis auctore Prætore, cum publica Haſtarum fide. Nec iniquum rei pretium exiſtimatur, quod præſentis Magiſtratus auſpiciis conſtituitur. Sicuti latius diſſerui Lib. 3. REGII GALLORVM PATRIMONII. Quin & tutor ipſe, cui negotia priuatim cum pupillo contrahere interdictum eſt, ea publicitus gerere non prohibetur. Tryphonini leg. 54. ff. De adminiſt. tutor. Et leg. Cùm ipſe Cod. De contrah. empt. Itaque Senatus minorem annis, qui propalam fundos magno licitatus fuerat, integri reſtitutione ſummouit. Extemporaneo Decreto in cauſis orandis pridie Nonas Maias Ann. 1599. poſt forenſes patronorum Actiones, Dolei pro vidua, emptrice, quæ nondum attigerat. 25. annum ætatis: & Lamethi pro creditore, qui ſolennes venalis prędij auctiones proſecutus erat.

Tit Commun. vtriuſque Iudic. Art. 10.

Tit. 18. art. 11.

Placitũ Curiæ Pariſ. *en plaidant* die 6. Maij an. 1599. inter Mariã *de Martres* vxorẽ Gaufridi *d'Arnoul demandreſſe en requeſte Ciuile contre vn Decret de la terre d'Orlac à elle faict par la Court*, & Danielem *Moreau*, & Antoniam *Deſmontils* vxorem, filiam & hæredem Claudij *Deſmontils*, reos.

Edict du Duc de Sauoye apud Auguſtam Taurinorum *du 2. Octobre 1577 que la 2. c. de reſcind. vend n'aura lieu en tranſaction, encores que la leſion fuſt enormiſſime. Pourueu que lad. tranſaction entre maieurs, que ſur icelle le decret du Iuge du lieu ſoit interposé, verifié au Senat à Chambery le 26. Nouembre 1577. declarant que leſdits contracts ſeront inſinuez deuant les Iuges Ducaux ſeulement, & non autres, & que ladite inſinuation ne ſe fera, ny l'auctoriſation iudiciaire que trente iours apres la prononciation de la tranſaction, afin que les parties plus meurement conſiderent à leur affaire.*

3. DE integri Reſtitutione in ciuili negotio, ſatis: iam in criminoſo, qualis ſit, & cuius notioni attributa, videndum eſt. Vt ſolus Princeps famæ reſtituit criminis reos, ſic Principales iudices, de reſtitutorio Diplomate cognoſcunt, eximio quodam iure. Imò nec ad alium quemuis dirigi poſſunt veniales hi Codicilli, quàm ad Suppræfectum Prouinciæ, à quo prouocatio facta, ad Senatum purè deuoluatur. Artic. 35. Regiæ Conſtitut. Molinenſis. Quinetiam Allobrogico Edicto, vnius eſt Senatus, de Venia capitali cognitio ac diſquiſitio. In Gallia autem, Nobiles ſoli, regiique Magiſtratus, rei delati, tenentur veniale Principis reſcriptum palam exhibere Senatorio Ordini: vt quod rationis eſt, de eo vtique decernat §. 9. Edicti Amboſiani, Ianuar. Menſ. Ann. 1572. Et Bleſenſis. art. 199. Idque ad noſtrates produci Andegauos planum eſt, tametſi ſuffultos Regio, ac Pontificio Xyſti 4. priuilegio forenſi, quod Ioh. Ballua, Romanus purpuratus, Andiúmque Præſul ſuis olim impetrauit à Sanctiſſ. Sede. Ex Andegauen. Chronicis, de Renato Duce, Cap. 17. In ſumma, Regij iuris notioníſque controuerſiæ, qualis eſt integri Reſtitutio, purè competunt Principis Magiſtratui, nec ad Dominicos inferiores reiiciendæ. Promo inſignem de eo hypotheſin. Vindocinenſe Cœnobium, Regiæ tutelæ patrocinióque adſcribitur: ab Andegauo ſcilicet Comite Gottofredo conditum, cui in eum Comitatum Reges ſucceſſêre. Cœnobij Magiſtet Dominicam manum in

Lettres de grace, remiſſion, pardon.

De hoc fori priuilegio Andegauorũ Not ſupra cap. 75. art. 4.

Cardinal Ballue.

Abbatia S. Trinitatis, apud Vindocinũ Andium oppidum.

Digitized by Google

fundos immittit solario suo obnoxios. Horum possessor pignerationi intercedit apud Regium in Baugeia sede Andium Proprætorem. Extemplò pignerator, litis remissionem postulat in forum Vindocinen. Iuridici Ducalis: cuius solo ac territorio, fundi contineantur. Ille, contrà, disserit, vnà cum Procuratore Fisci, profana Monasterij iura, maiore Principis conditoris tutela præsidióque tegi debere, nec eorum disceptationem minori Tribunali permittendam. Ex §. 76. 77. 78. 79. 80. Andeg. Leg. Secus hercle, si Cœnobiarcha ad profanum suum Monasticæ rei priuatæ Iuridicum relegari eam causam flagitasset: quem nempe, domesticum velut Seruatorem Monasticorum bonorum, expetens, suo Regij fori priuilegio non derogasset. Itaque postulatis excluso Præfecto Cœnobij, delectus Ego prouocationis Arbiter, quam ille interposuerat, censui rectè pronuntiatum. Nonis Sextilib. an. 1597.

Saisie Seigneuriale & Censuelle, à faute de cens non payé.

Le Bailly de l'Abbaye de Vendosme.

Die 5. Augusti 1597.

Cap. 81.

On se peut Clamer de Court inferiore en Court suzeraine en matiere de Retraict, pour iceluy cognoistre, à ce que les deniers de l'acquereur ne soient retardez, & non en autre cas.

IN ACTIONE GENTILIVM PRÆDIORVM REDHIBITORIA, IVS EST EMPTORI, QVI APVD INFERIOREM IVDICEM CONVENTVS SIT, INCLAMARE SVPERIOREM, ACTOREMQVE IN SVPERIVS TRIBVNAL EVOCARE, VT REDIMENTEM EVM PROTINVS AGNOSCAT, NEC DIV SVSPENSA LIS PECVNIÆ RESTITVTIONEM MORETVR GRAVI EMPTORIS INCOMMODO. SED ALIVD CAVSARVM GENVS IN SVPERIOREM SEDEM IVRIDICAM REO REVOCARE NON LICET. 1.

D'adiournement en Clain de pourſuitte de Retraict.

Linearis Retractus Andensium fundorũ longissimo etiã gradu remotis cognatis competit infrà §. 225. & 369 Sed vltra septimum gradum non datur, Norman. Cõsuet. art. 438. & Barroducanæ 159.

LEGIS Caput hoc nouum est, & à Duumuiris assutum Ciuici Moris nostri emendatoribus: antiquato veteri, qui in Renunciatione actorum reponendæ Consuetud. etiamdùm memoratur. Nouum autem Municipij Ritum illum refricat artic. 406. infrascriptus. Ac talis vtique Andium Constitutio est in emptoris gratiam, qui fundum ab se redimi vltrò patiatur redhibitoria Lege Familiari. Eam verò redhibitionem oppugnaturus, non potest supetius in Forum causam transferre. Vt hîc, à contrario sensu manifesto. Quòd si venditoris propinquus alter in inferius Tribunal, alter in superius vocet emptorem, quæro, licitenè maior Iudex litem ad se traxerit de gentilitia prædij redemptione quæ coram inferiori penderet? Nimirum ex facto propositum fuit in Senatu, Ioh. Guischardum emptorem, à Iano *de la Roche* venditoris agnato conuentum

Non omnia quæ immobilia dicimus, obnoxia sunt retractui: Vtpote nemoris cæsura, *coupe de bois de haute fustaye, n'est retrayable que par le seigneur fonsier, sur lequel bois, borne est assis.* Sed Normanico More aliud videtur, art. 449. modò ante cæsã syluam mota sit Retractus actio.

aux

aux Plaids de la Seigneurie du grand Mure. In eundem conſanguineus alter, ſed vlterioris gradus, pari lege egit venditi agri reuocatoria coram regio Iudice Cenomano. Huic quidem emptor protinus herbam porrigit, ac fundo cedere paratũ ſe profitetur apud regium Magiſtratum: qui proinde decreuit, *linearem Retractum* octauo pòſt die executioni mandari ab actore conſanguineo, eodémque die cognatum alterum, ex quo nuntiata ſit ei Sententia, executioni præſto eſſe debere: aliàs vtrumque gentilitiâ actione mulctatum iri. Ab hac Sententia prouocat Ianus à Rupe, fretus Cenomanæ legis argumento. §. 416. (qualis apud Andes ſcribitur, numero 405.) Econtrario autem, defendebat emptor, ſeſe quàm primùm in ius appellatus ſit, propinquis manus dediſſe in *Retractum* concurrentibus, & Renunciatione apparitoris qui executus ſit regij Iudicis Sententiam, conſenſiſſe ſe, redimi fundum à Ioh. *de la Roche*, tanquam propiore gradu cognato venditoris. Cenomano item More cautum, nummorũ emptoris reſtitutionem minimè protelandam eſſe ex controuerſia multorum *Retractus* competitorum. Deniq; in hac facti ſpecie propinquum alterum facilè conceſſiſſe, vt Ioh. à Rupe ſibi in redimendo prædio anteferretur. Ex quibus intendebat emptor, fruſtratoris agnati moram in redhibendo fundo ſibi fraudi eſſe non debere. Partibus auditis, Senatoria decuria rem conſilij eſſe pronuntiauit. In Iudicis Pictonum Seſſionibus 13. Kalend. Octob. Ann. 1551. Auberio, prouocantis: & Boularto, emptoris prouocati cauſam orantibus.

§. 416. Verſ. *Mais ſi le plus prochain auoit faict bailler adiournemẽt en Court ſubiecte, & les plus loingtains en Court ſuzeraine, il ne ſera pas ceſſé en Court ſubiecte du proces du plus prochain, &c. Et en celuy cas l'acquereur pourra cognoiſtre lad. retraict en la Court ſubiecte ainſi au regard du proces y pendant, que de ce qui en pend en lad. Court ſuzeraine &c. Et aud. cas ne ſera aud. plus prochain en Iugement baillé aſſignation à huictaine de faire execution dud. Retraict. Mais ſera baillé autre terme plus long à l'arreſtation de l'office.*

Annus retractus fundi vxorij à marito venditi currit ſolum à die rati habitionis vxoris. Bald. in l. obſeruare ff. De offic. proconſ. l. quid ergo, v. Quinot. infam. Et Areſto de eo expreſſo. die. 4. Decem. 1578. *donné en plaidant entre Ieh. Galland & conſors appellans du Seneſchal d'Anion à Angiers, & Maiour. Guiſchet intimé.* Bautruo, & Eſcorceuco cauſidicis.

Die 19. Septemb. An. 1521.

2. SEQVENS etiam Iuriſdictionis quæſtio in *Retractu* diſcuſſa eſt ab Ordine Ampliſs. Meuius vno pretio comparauit Seianum & Titianum agros: quorum ille Baugeij, hic Salmuri oppidi in finibus conſtituti erant. Emptori dies dicitur à venditoris propinquo apud Baugeium Suppræfectum, hic empta prædia vniuerſim actori adiudicat, nedum ea quæ Baugeæ regionis ſolo continentur. Senatum verò appellans emptor ſic diſſerit, *linearis Retractus* Iudices tot eſſe legitimos, quot Territoria, in quibus, comparatæ res, poſitæ ſint. Baugeio igitur Iuridico nó licuiſſe fundis, alibi ſitis notionem ſuam accommodare. At propinquus, contrà, Iuriſdictionis regulam hanc fauore emptoris introductam eſſe, non conſanguinei: ideóque liberum emptori fuiſſe, coram vno ex Iudicibus tota de re coempta decedere gentilitate prædiorum. Iſthîc cóparatorem Agri purè ſimplicitérque, apud Baugeiũ, agnouiſſe cognatum venditoris. Rurſus lege indiuiduáeſſe redhibitionem fundorum gẽtilitiam, nec in partes ſcindi debere. ℣. §. 382. Nihilo ſeciùs Curia iudicio infirmauit Baugeij Proprætoris Andium Sententiam, quoad latifundia, quæ alieno in Territorio ſita erant. Decretò pridie Nonas Iunias. 1538. quùm Riantius pro appellante, & Auberius pro aduerſa parte dixiſſent.

Areſtum die. 4. Iunij An. 1538. Renato *de Bourman* filiæ tutore, qui à Baugeio Iuridico prouocarat in Curiam, & Vincẽtio Colino, contrà, litigatoribus.

3. MAIOR hercle dubitandi ratio de foro *Retractus* agrorum, in ea Prouincia, cuius Mos nullum huic cauſarum generi Iudicem

In Angoliſmis cõſanguineus emptor Retractus lege tenetur

si gradu remotior sit quàm retrahere volens propinquus, etsi hic venditoris hæres extiterit Vt S. C. decisum est die 3. Mart. 1549. post formatim auditos testes super vsu Cõsuet. Engolismen. *entre N. de S. Maure appellant du Seneschal d'Angoulmois, & les de Ponges, & de la Boissiere à cause de leurs femmes, filles de Jacques de S. Maure vitriacis.*

certum præscripserit. Putà, Angolismenses duo litem contestantur de familiari *Retractu* in Foro cœnobitarum *de Behaigne*, vbi prædia erant. Mox interuenit dynasta *de Montausier*, cuius in Ditione emptor habebat domicilium, postulátque causam in suum Forum trásmitti. Quippe *Retractum*, esse cõdictionem ex lege, seu actionem ex empto & vendito, aut certè actionem ex distractu, eóque personalem. Vnde Palatini etiam Iudices Libellorum supplicum passim cognoscunt de actione huiusmodi, vẽditorum in familiam reuocatoria. Quarè Dn. *de Montausier* districtè contendit, Iuridicam suam potestatem in subditos, accepto clanculum iudicio inter eos, minui nõ debere. Ediuersõ autem suggerebatur, hác actionem ex lege, in rem scriptam esse veriùs quàm in personam: & Legis Engolismen. verbá de agro gentili redimẽdo, à rebus ipsis quæ abalienatæ sint, inchoare, simul vt à contractu personæ vendentis aut ementis. §. 55. Leg. Angolismen. Quùm igitur fori præscriptione summotus esset interuentor ille, & Angolismorum Iudex superior malè summotum pronuntiasset, aliis inde Curiam appellantibus, placuit de eo ampliùs deliberari, ac priuatam interim controuersiam pro maiore imperiõ remitti ad Præfectum regium Engolismen. *pour proceder en l'instance de Retraict, sans qu'on puisse imputer au demandeur en retraict aucune incompetence ou fin de non receuoir.* Decreto. 11. Kal. Maias An. 1551. post forẽsem patronorum orationem, Portelli qui pro appellante, & *de Corlieu* qui prò aduersario causam egêre.

Placitum Curiæ die. 21. April. 1551. inter Abbam & Religiosos D. Stephani *de Behaigne* & Petrum *Chartier appellantes* à Seneschalo Angolismen. Et Vidimà sancta Maura Baronem *de Montausier* intimatum.

Vers. Andeg. Leg. 81. *Quion en autre cas.*

CENOMANA Lex adiicit casum alterum euocandi in superius Forum actoris, *pour demander torsonniere : & esd. cas exoine ne doit estre receuë.* Cap. 92. Quod ad nostrates minimè porrigendum arbitror. Nam taxatiua quidem vocula producitur ad consimiles casus. Ex Bartolo in l. ob æs alienum. Cod. De præd. min. Iaſ. in l. si mora D. sol. matrim. Felyn. in Cap. Pastoralis De reſcr. At patriæ Legis verba arctiora sunt hoc loco, *& non en autre cas.* Subiuncta etiam ætiologia, rationéque ita sanciendi speciatim, ne sua emptori pecunia tardiùs refundatur. Cui congruit Artic. 375. eiusdem Consuet. Vnde nec Municipalis ista *de Retractu* Constitutio trahitur ad Hypothecariam formulam in tertium possessorem rei obligati. Cæteroquin multa sunt vtrique actionum generi communia Ritu nostrò Prouinciali (§. 386. 429. 458 4. 59. 461.) At non omnia, præsertim si pugnent cum Iure ciuili Romanorum ℣. §. 457. Vtramque verò *Retractus* speciem includit Mos patrius. (§. 81.) *Feudisticam* perinde ac Gentilitiam fundorum redemptionem. Vbi enim Lex non distinguit, nec nos, &c. l. prospexit. Ac. l. seq. D. Qui & à quib. manum.) Quùm vtriusque *Retractus* coniunctissima iura sint. ℣. §. 347. Dempto eo potissimùm, quòd Familiaris illa Dominicæ, si concurat, alienatorum conditioni antefertur. Ex veteri Francorum Vsu forensi, qui sic recitatur. *Et se aucuns achetoit d'vn autre qui ne li fut riens, iceluy achat auenoit li Sires dons il mouueroit, se il voloit, tout auant que nul*

Anno reditûi fundiario oppignerata sunt multa prædia sed quorum patrem possident quidam et creditoribus: Tunc fit confusio prorata prædiorum quæ detinent. l. 7. §. inter prædones. ff. commun. diuid. Et deductione facta patris confusæ pro modo agrorum, reliqua æstimari debet ac solui. Arresto die. 19. April. 1578. In magna Camera. Dn. *Perrot* relatore, inter Dionys. & Franc. *de Lauan* & Mariam *Lalement.*

Faber hic ait, repræsentatione vt successionem, ita

Digitized by Google

nul Eſtrange. In Lib. *Ci commancent li eStatu dou Royaume de France,* Cap. *De penre au Seingneur pour defaute delynaige.* Vt autem *linearis Retractus,* qui ex ſtemmate cognationum proficiſcitur, inductus eſt ad gentilitatem prædiorum familiæq; opes retinendas: ita dirigitur ſecúdùm iura legitimarum hæreditatum quæ propinquis deferuntur. Sicuti Faber Gallico ex More ſcripſit, in. *ſ.* cùm filius Inſtitut. De hæredit. quæ ab inteſt.

retractum peti poſſe, & in ſtirpes, non in capita, ſucceſſionum inſtar, competere Idem cautum lege. Andeg. §. 368. & ſeq. Itaque filia, patris hæreditate repudiata, poteſt tamen eius repreſentatione primogeniti mortui, adire auitam hæreditatem, & in ea vti iure primogenituræ paternæ in cohæredes. Quia aliud eſt repreſentare gradum patris in bonis auitis, vt hic, aliud repreſentare eundem patrem in bonis propriis per filiam tanquam eius hæredem. Atreſpectu viduę primogeniti, cui & aliis liberis pater diuiſione bona ſua aſſignarat, ſecus. Nam præmoriente primogenito, pater debebit duntaxat dimidium doarium viduæ filii, non integrum. Iuxta Artic 303. quia bonorum paternoum aſſignatio illa facta filio, intelligebatur tacitè, ſi filius patri ſuperuixiſſet. Sicuti hæredis inſtitutio euaneſcit retrò morte inſtitutiante teſtatorem.

5. NON abs re cautum eſt Gentis noſtræ Moribus, nummos emptori, à quo euincitur fundus gentilitio iure, confeſtim reſtituendos, hoc. §. 81. Sed hæſitatur de emptore cum pacto redimendi, cui ſubinde venditor nouo pretio tranſcripſerit ius illud fundi redhibitoriũ, cogatúrne ille agnatum pati iuris huiuſce redemptorem, integra pretij ſorte non reddita? Emptori quippe agnatus ſolum offerebat pretium facultatis redhibendi, non etiam rei priùs diuenditæ. In hanc ſententiam allegat, ſe, ſi fundum quidem retraheret venditũ cum onere pacti redhibitorij, vtrique redimendo obnoxium fore, prædio ſimul & eius reuocatoriæ legi. Vtroque autem ſeorſum diſtracto, liberum eſſe propinquis, ſolum redéptiuæ facultatis *Retractum* poſtulare. Sicuti & de iure ſeruitutis expreſſum eſt à Bart. in l. is qui vſumfructum. ff. De vſufr. leg. Boërius in Conſuet. Biturigum, de eo, qui vſum & fructum ſeparatim à fundi proprietate alienarat. Verùm, è contra, dicet emptor, redhibitoriũ ius, quod ſibi ipſe nouo ære pararit, confuſione ſublatum, nec eius *Retractui* facultatis locum ſupereſſe, niſi vnà cum fundo. Quippe alia cauſa eſt venditæ facultatis emptori ipſius prædij, alia, extraneo cuipiam. Hoc enim caſu, abundè ſatis extraneo fit, oblato facultatis pretio: illa ſpecie facti, non ita. Nam preterquàm quòd particulari ſolutio multùm adfert incommodi, hoc tantùm egit emptor ceſſione facultatis ſibi retrò quæſita, vt purè iam libereque agrum poſſideret, ſolutum commiſſoria illa ac redhibitoria lege. Verùm in ſimili negotio Conſcripti Curiæ cenſuerunt pleniùs deliberandum. Areſto in Senatoria Pictauen. ſeſſione. 14. Kal. Octob. An. 1531. quùm Magiſter, Vincentij *d' Auignõ*, qui à ſuppræfecto Andium prouocarat, cauſam oraſſet: Auberius verò, Ioh. Berruyeri, ex aduerſo, litigantis. Planè, vt dicam quod ſentio, æquius eſt, reuocatoriam diſtracti prædij facultatem, quam deinde nummis acquiſierit emptor fũdi, in eum repeti agnatione non poſſe diuiſim à ſolo & agro. Eiúſque partis opinionem amplexus eſt Guliel. Poyetus Aduocatus fiſci in media eius litis conflictatione forenſi.

Areſtum in Magnis dieb. Pictauorum Die. 18. Septemb. An. 1531.

Minore vendente, deinmaiore facto ratum habente per tranſactionem cum ſupplemento pretij quæritur, an agnati retrahere poſſint intra annum tranſactionis, quaſi nouę ratihabitionis contractus anteanullius planè, aut imperfecti. Contrà dicetur, quia proprietarius ipſemet initio vendidit, nec nulli ſunt contractus ipſo iure in Francia, niſi reſtitutorio Principis

In pari cauſæ argumento diſputatum fuit, an emptor ſub lege
6. redhibendi intra ſexennium, qua ſtatim lege venditor emptori ceſſerit, iuſtè repelleret condicentem iure propinquitatis poſt annum à ceſſione facultatis redemptiuæ. Tuebatur ius ſuum actor hoc nomine, quòd gentilitiæ actioni non præſcribatur Moribus Andium intra tempus pacto redimendi ſtatutum. ℣. §. 362. Quùm ergo ſe-

Digitized by Google

diplomate, quod mino nõ obtinuit, vti ab eius voluntate pendebat. Nec secundo contractu mutata est possessio. Arg. l. si pro fundo C. De transact. Vide tamen quæ de eo scripsit Tiraquell. In Retract. vbi in contrariam videtur inclinare sententiam.

mel contracta sit emptio sub redimendi cautione, excusandum videtur plusquàm annale propinqui silentium: qui cessionem pactæ facultatis ignorans, agere cœperit duntaxat intra annũ elapsę prorsus gratiæ factæ redimendi. Quibus adiicitur, subdolè emptorem facultatis cessionem stipulatum videri in fraudem agnatorum, secũda conuentione. Ad ea verò emptor, diuersam esse possessionis rationem eius, qui lege redhibitoria, aut qui purè simplicitérque coëmerit. Huic enim grandes arbores excindere ius esse, illi ius non esse. Ac ideò sese, quamprimùm, redimendi facultate transcripta, dominus agri purè factus sit, grandes amputasse arbores, & libera solidáque proprietarij iura executum. Nihilo minùs retrahens iudicio obtinuit. In secunda Inquisitionum Senatoria Decuria, apud Lutetiam Decreto postridie Idus Sextiles. An. 1577. Dn. *le Bossu* litis seriem enucleante, inter Ioh. & Andræam *Des hayes*, qui ab Andium Præfecto appellarant: & Ysaacum *Leuayer*, aduersæ partis litigatorem.

Placitum Curiæ die. 14. Augusti. An. 1577.

DIVERSVM tamen statueretur, si res empta, in varias plurium vicissim possessorum manus deuenisset. Verbi gratia, Titius emit à fructuario fundi proprietatem. Qua iudicio euicta, consultior factus eam sibi comparat à iusto proprietatis domino: Nec diu postea fundum vendit extraneo, quem & ilico gener venditoris huiusce repetiit condictione ex lege Municipali. Deinceps moritur fructuarius, nempe lustro completo post verè distractam proprietatem fundi: Cuius intra annum obitus lege experiuntur agnati venditoris. Hisce emptor obiicit annarium Ius præscriptionis, Moribus prę finitum actioni huic familiari. Replicant illi, tandiu ius suum durasse, quandiu vixerit fructuarius, qui iusto domino possidebat, nec talem possessionem interuertere ei licuisse. Proin sequentes nouorum possessorum actus non esse spectandos, quasi ex vitiosa clancularię possessionis origine. Fecit tamẽ diuturna illa possessio possessorúmque mutatio qui iure dominij vsi fuerát, vt gentilitia prædij redemptione cognati summouerentur. Decreto Curiæ. 7. Idus Septemb. An. 1577. pro Matthæo Bertrando, & Ioh. *Fresneau*, qui à Baugeio Iudice prouocarant, contra Ioh. Hamelinum. Dn. Iabino litis enarratore, in 5. Classe Curiæ Inquisitoria.

Annaria Lex Retractuum linearium.

Arestum Senatus die. 7. Septemb. 1577 In 5. Camera Inquestarum.

7.

Cap. 82.

Tout Adiournement pour auoir Treues, doit estre baillé nommément & declarément en demande de Treues. Autremẽt celuy qui sera adiourné, aura despens: sinon que led. demandeur monstre promptement par relation ou rapport de Sergent, que il a faict bailler led. Adiournement en demãde de Treues. Lesquelles led. deffendeur sera neantmoins tenu luy donner.

Digitized by Google

1. IS, CONTRA QVEM PVBLICÆ SECVRITATIS INDICIAS PETERE VOLVMVS, LIBELLO CITANDVS EST, NOMINATIM EA DE RE CONCEPTO. ALIAS LITIS SVMPTIBVS ACTOR MVLCTABITVR, NI PROTINVS EXHIBITA VIATORIS RENVNCIATIONE, PROBET SE IN IVS VOCASSE REVM PRÆSCRIPTIS VERBIS DE PVBLICA FIDE PRÆSTANDA: QVAM NIHILHOMINVS FIDEM REVS IPSE ACTORI DARE TENEBITVR.

REI quondam minimè libello citabantur in Francicis tribunalibus, nec dictata actionum formula: Paucis exceptis, quas recenſent Artic. 386. & 414. patriæ Leg. Sed hodie in omnibus controuerſiis certum contineat actoris citatio neceſſe eſt, ac certum petatur ab in ius vocando. Regia lege Franciſci. 1. edita An. 1539. Ac ſpecialiter certè receptum fuit More noſtro Andegauen. vt reus libello citaretur ad ſecuritatem præſtandam: quùm itaritè differéque vocatus, ſecuritatis præſtatione defungi poſſit apud Apparitorem ipſum, & forenſi moleſtia ſe actorémque ſimul minimo negotio liberare. infrà. §. ſeq.

His Artic Leg Andeg. ita ſcriptum eſt. en matiere de Retraict, & de Repetition d'icelay, d'Interruptif, d'Appel, de Peine commiſe, de Tort faict, de Treues & Sauues gardes enfraintes, de meffait dedans terme pour nier en cognoiſtre ſon Seing manuel, pour ycelle reuoquer Deffaux, & pour reprendre ou delaiſſer Proces, eſt requis ſpecial adiournement.

2. INDE quæritur, an generalis vaga incertáque rei citatio, qualem noſtrâs Mos prohibet, interrumpat temporis præſcriptionem. Expeditum eſt vtique, inepto libello porrecto, præſcriptionem non ceſſare accuſationis Adulterorum. Vt ait Modeſtinus l. accuſaturus Ad L. Iul. de adult. Et citationem nullam præſcriptionis curſum neutiquam remorari. Alexand. in l. Iuſtè. ff. De acquir. poſſeſs. Bald. in l. & poſt edictum. ff. De Iudic. Eidem tamen Baldo placuit, longæui vſus præſcriptionem generali & indiſtincta citatione interpellari. Reſponſ. 167. Volum. 1. Quòd ſi citatus vltrò reſpondeat, nec inualidam citationem cauſificetur, tenet huiuſmodi iudicij ordinatio, quaſi parte non refragante. Felyn. ad Cap. vlt. De for. compet. Iuxta Purpurat. in l. 2. ff. De iuriſd. omn. Iud. Vnde & tali citatione, vſucapientis curſus abrumpitur. Petr. Anchar. in l. 1. ff. De Feriis, vbi Bald. & Alex. Item licet actor iudicio vincere nequeat ex libello ineptè concepto, Iudex ei reſeruare poteſt ius agendi ex cauſa aptiore. Bald. in Authen. ſed & ſi quis Cod. De ſecund. nupt.

3. PRÆTEREA in Interdictis citatio nulla minimè impedit litis progreſſum & ordinationem: tametſi præſcriptione temporis extincta actio videatur. Quippe quùm Gallicis Edictis omnia ſint defenſionum genera reo cumulanda in Iudicio Vtì poſſidetis. Subdamus facti ſpeciem. Publius diem dixit Sempronio apud Prætorem almæ Vrbis Pariſ., Academicorum Priuilegiorum Seruatorem. Poſt trienne dehinc ſilentium repetita citatione, declarat actor mouere ſe interdictum voluiſſe de poſſeſſione certi Sacerdotij. Reus

Plaider à toutes fins en matiere de complainte. Artic. 73. Ordinàtion. Karoli 7. An. 1453. Et Karoli. 8. An. 1493. Art. 32.

Arreſt de la Cour en la ſeconde Chambre des Enqueſtes, au rapport de

M. Tudart Conſeiller, du 7. Septēb. 1585. au proffit d'Anne du Prat ſieur de Gondolon, près Clermont en Auuergne intimé, Contre N. de Pierreſite appellant du Seneſchal d'Auuergne à Clermont. Par lequel a eſté iugé, que quando cum peremptione inſtantiæ ſimul perit actio, tunc minor Reſcripto principis reſtituitur tam aduerſus inſtantiæ peremptionem, quam actionis.

autem Diploma impetrat à Principe, ex formula Baſilien. Decreti de pacatis poſſeſſoribus ſacrorum Beneficiorum. Obnixè enim intendit, priorem illam vocationem in ius ſibi non fuiſſe impedimento quominùs Sacerdotium triennio integro liberè poſſideret. Nam certa ſpecieſque proponi debet citatio coram delegato Iudice, ſeu Regio, ſeu Pontificio. Gallica Conſtitut. Ludouici 12. An. 1499. Et Franciſci. 1. An. 1539. iuxta Cap. Præterea de dilat. Itaque citatio inutilis ac legibus irrita, non cenſebatur obſtare Vſucapienti. l. ſi pater Cod. Ne de ſtat. defunct. Sed à parte actoris, è diuersò, ſuggerebatur, actum quidem neceſſarium ad interrumpendam diuturni ſilentij præſcriptionem, ſi nullus ſit & inefficax, eam non interpellare: aliquando tamen coniicere aduerſarium in malam fidem: vtpote ſi eius animum inſtruxerit adeo, vt prauam in fidem alienæque rei conſcientiam deduci potuerit. Quo caſu, præſcriptionis curſus abrumpitur, non eius vi actus parùm ſolennis, verùm ex malæ fidei ſuperuentu, quæ illinc Iuris coniectura opinioneque inducatur. Abbas in Cap. illud De Præſcript. Cauſa plenè cognita, regius Scholaſticorum Priuileg. Seruator iuſſit, reum Interdicto agenti reſpondere, nulla interim fraude ac præiudicio excluſoriæ præſcriptionis. Inde verò appellatus Ordo Amplis. improbauit Sententiam, & ita cenſuit placere, vt litigatores cœptum iudicium retinendæ poſſeſſionis, cumulata quauis exceptione, proſequerentur: ſalua excluſione defenſionis ratione in ſumma lite definienda Decreto pridie Iduum Martiar. An. 1535. inter Reginaldum *Pain* appellantem, & Robertum *Dugaſt* aduerſarium. Marillaco, & Thuano dicentibus.

1. Sans preiudice de la fin de non receuoir.

Areſtum Curiæ die 14. Mart. 1535.

SED demus, rectè initio citatum fuiſſe reum, Executoris conuentio hæc vt annalium præſcriptionem interrumpit Actionum, ſic eas non perpetuat, nec prorogat, niſi ad ſpatij tantumdem, quanto ipſa actio ex origine & natura ſua efficax maneret. Nempe ſi ſub Anni finem ex die turbatæ poſſeſſionis, iudicio cóueniat poſſeſſorio, huius vis interdicti profertur hinc ad Annum vſque continuò ſubſequentem. Iam inde verò annali ſilentio ante litem conteſtatam perimitur temporaria Actio, nedum eremodicium contrahitur. Accurſ. in l. Sicut Verſ. per executorem. Et in l. Cùm notiſſimi. §. imò & illud Cod. De præſcript. 30. vel 40. Ann. Nec aliter de redhibitoria actione ex Ædilitio edicto, ſenſit Bartol. ad l. ex hoc Edicto. ff. De alienat. iudic. mutan. Idque trahendum ad redhibitionem fundorum ex Lege Municipali. quæ agnatis competit, putat Tiraquellus, in Tract. *Retractuum.* Quod Andium etiam Moribus comprehenſum fuit. 7. §. 461. At ſemel conteſtata fori controuerſia, locus necne ſit annariæ legi vſucapionis, certant Pragmatici noſtrates. Pro vſucapione vrget dictio, *pourſuite* (in cit. §. 461.) quæ veriùs intelligitur poſt litis conteſtationé. Argum. leg. amplius non peti D. rem rat. hab. Vrget præterea eiuſdem Leg. Cap. 459. Alioquin ciuilis

4.

Peremption d'Inſtance, & d'Action.

Par la Couſtume de Poitbieu. Art. 166. Quād aucune choſe eſt introduicte pardeuant aucun Iuge en iud. Cōté de Poitbieu, & que par an & iour elle eſt diſcontinuée ſans proceder en icelle par an & iour, elle eſt interrupte chet en interruption. Et n'eſt tenu le defendeur d'y proceder s'il ne luy plaiſt. Si n'eſtoit que la cauſe fuſt miſe en l'audus du Iuge, ou qu'elle fuſt cōclue pour

lis hæc Andium Conſtitutio nil adderet Iuri communi: quo, reliquæ ſimul annales actiones, licet in iudicium deductæ ſint, annali ſilentio intercidunt: niſi ordinata iam lite in longius tempus producantur. Quin & poſt rem iudicatam, procedit annalis vſucapio aduerſus vendentis cognatum non redimentem ex Iudicato: huic tametſi emptor, *Retractus* Sententiam minimè denunciarit. ſ. §. 415. Eò quoque refertur fauoris ratio præſcriptionis temporum in *Statutariam* actionem ex *Retractu* alienanatorum: quæ odio digna putatur, mortaliúmque commercio, quod liberum eſſe debet, inimica. Cuiuſmodi item *Statutariæ* actiones regulariter odioſæ habentur Legum Scholiaſtis Salycet. in l. properandum Cod. De Iudic. Ad hæc iuris redhibitorij præſcriptio quùm inducta ſit fauore emptoris, tale ius conteſtato iudicio prorogari non videtur. Ex Bartol. ad leg. 2. vlt. ff. De oblig. & Action. Angel. in §. pœnales Inſtitut. De action.

cyr droict ou que ledemandeur fuſt releué par mandement royal de ladicterruption, & que prealablement elle euſt refonder les despens encontrez en lad cauſe pauuant ledit releué.

Verſ. depuis le iour qu'il ha de proceder en cauſe, & contre interruption du iour qu'il ſe deffendra au iour du Droict, & non autrement.

§. ECONTRARIÒ autem allegabitur, Prouinciales leges ſumere interpretationem à Iure communi, & ad illud referri in omiſſis ab iis caſibus oportere. Atquin temporaria actio, ſemel iudicio incluſa ſit perpetua ac perennis, auctore Vlpiano, Lib. 22. ad Edictum l. Nam poſteàquam. § ſi is qui De iureiur. Trienni ſaltem ſpatio durat, quanto opus eſt ad litis inſtantiam actáque iudicij circunducenda. Ruſcinonen. Edicto An. 1564. Rurſus clauſula hæc patriæ Conſuet. 461. ſatis oſtendit, nondùm tunc conteſtatam fuiſſe litigantium controuerſiam. Nec enim aliàs comparuiſſe quis exiſtimatur, paruiſſéque ius dicenti, quàm ſi eremodicij damnandum curarit aduerſarium, contumacémque declarandum. Vix eſt igitur, vt annui ſilentij præſcriptione agnatus ſummoueatur *Retractu*, poſt ordinatum de eo iudicium. Itaque nuper Conſcripti Curiæ decreuerunt litem ipſam, ne dicam actionem, cuius ſuſcepta erat cognitio, annui ſilentij exceptione neutiquam petiiſſe. S. Conſulto. 14. Kalend. Sextiles An. 1578. ſecundùm Iulianum *Rocquaz* curatorem Pet. Cheminardi, cui ab Andium Iuridico maiore appellanti præbuimus patrocinium. Nec diuerſum cenſuit Clariſſ. Ordo in publica Concertatione forenſi. 4. Idus Apriles. 1579. pro Pet. Roberto qui appellationem interpoſuerat ab Andium Suppræfecto, contra Ioh. *Gurie*, qui ex aduerſo contendebat. Michonio, prouocantis: & Bautruo, prouocati cauſam orantibus. At ne hallucinêre, (lector) in vtraque facti ſpecie, ex qua S.C. factum, tria hæc opponebantur eremodicij præſcriptioni, litis conteſtatio, Iuſtitium Andibus indictum occaſione bellorum ciuilium, rei denique ipſius ignauia par, qui nihilò magis litem proſecutus eſſet in Foro poſt vltimum cauſæ actum. Cuiuſmodi forenſem diligentiam reus niſi præſtiterit, anniculo eremodicio non iuuabitur. cit. §. 461. In ſecunda porro cauſarum cognitione apud ſuperiorem prouocationum Iudicem, appellantis eſt, litem maturè perſequi: quùm ea alioqui intermor-

Verſ. en faiſant par les deffendeurs apparoir de leurs part auoir comparu & obey.

Verſ. Item que les deffaut de ſa partie. Art. 460. And. Leg.

Placitum Curiæ die 19. Iulij. An. 1578 pro Iul. Rocquaz contra Gulielm. Bonuoyſinum.

Arreſtum Curiæ die 10. April. poſt prandium An. 1579.

Cum Inſtantia, perit ius partis in cauſa Appellationis;

tua triennio, ius totum consumptum sit appellantis periculo, & Iudicatum, eiusce lapsu temporis confirmetur. Authent. Item si appellatione Cod. De tempor. appellat. Et ibi Bartol. ac Baldus nuncupatim, Leg. reparat. Tit. De reparat. appellat. In Cod. Theod. Vers. *quòd si is, cui reparata sunt tempora.* Vnde nec nouæ iam prouocationis suffragio moras nectere licet executioni Sententiæ, abs qua prior interposita prouocatio, tépore exciderit. Atque ita duobus Curiæ Placitis decisum fuit: Quorum anterius in causis agendis prolatum. 4. Kalend. Mart. An. 1590. Dolibone, appellantis: Et I. Besnardo, genero meo, aduersarij causidicis. Posterius Decretum est, ex scripto lite discussa, quam Deherus Senator collegis suis enarrabat, Tertio Nonas Quintiles An. 1597. Capitalia necnon Iudicia, quæ, reo ampliato, ciuilem in disceptationem verterint, perimuntur trienni spatio: in iis tametsi publicæ disciplinæ vindex Procurator Fisci primas partes obtineat. Baldi opinione in l. 2. Cod. De abolit. Ex nota Lege Properandum. Et Tit. Cod. Vt intra cert. temp. crim. quæst. termin. Imo & arctiore vicénij prescriptione tollitur criminosa persecutio, quàm pecuniaria, quæ tricennium vsque producitur: l. querela. Cod. De fals. l. 2. 3. π. De requir. reis. Est quippe exemplo periculosæ plenum aleæ, vt in reum criminis non animaduerti, ita liberi hominis statum perdiu incertum dubiúmque pendere. Quamobrem Senatus, eiusmodi quæstionem maleficij, emortuam trienni inumbrata quiete, iudicauit. S. Consulto in Turonibus facto, concordibus omnium Curiæ Classium suffragiis. 14. Kal. Septemb. An. 1592. Durando litis expositore. Cui Decreto succinit Lutetianum alterum, sexto Idus Maias An. 1597. in secunda PATRVM Inquisitoria Decuria: pro Francisc. Sabourino, litisque consortibus, qui à Pictonum Prætore Senatum appellarant: contra Gabriel Hattonem, qui, e contrario, altercabatur.

Iudicium Curiæ Paris. *en plaidant* die. 26. Febr. An. 1590. inter Ambrosiam Danesiam, Iani *Villard* viduam, appellantem à Præfecto Vrbi Paris. Et Petrum *Bellotiere*, intimatum.

Senatus Placitum die. 5. Iulij 1597. in magna Camera inter Francis. Ferreum & Hilarium Dauidem. *au rapport de M. Debore.*

C. De Iudic.

De criminalium Instantiarum peremptione, Placita Curię die. 19. Augusti. 1592. Et die. 10. Maij. An. 1597. in Camera Inquestarum. Dn. *le Picart* relatore.

Par Arrest de la Cour donné en la 2. Chãbre des requestes au rapport de M. Aleaume le 23. may. 1586. entre vn nommé Bigot, & Tenon, il a esté iugé apres en auoir communiqué aux Chambres, que la peremption d'instance estãt en estat de iuger a lieu aux Requestes du Palais, encores que ces Iuges soient du corps du Parlemẽt. Mais en leurs Commissions des Requestes ils sont comme autres Iuges inferieurs: lesquels on a peu sommer de iuger, & à faute de ce, appeller d'eux comme de diny de Iustice.

Vers. Andeg. Leg. 81. *Sinon que led. demandeur mõstre promptement par relation ou rapport de Sergent, que il a faict bailler led. adiournement en demãde de trente, Lesquelles led. deffendeur sera neantmoins tenu de payer.*

FORENSIA Acta, quæue ad Forum pertinent, scripto proban- 6.
da sunt, nec testibus sed tabellis consignatis. Innocentij 3. Epist. Decretali Quoniam De probat. Huiusmodi Actis annumerantur renunciationes Viatorum publicorum: quibus tamen fides non habetur nisi bino teste confirmatis. j. §. 83. & 413. At Cenomani Municipes vno teste contenti sunt in gentilitiæ redhibitionis iudicio prædiorum. §. 422. Porro apud priscos Romanos, qui aduersarium in ius pertrahere volebat, priùs aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est, attestabatur vel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic interrogans, *Licétne antestari?* Illo autem respondente, *Licet*, tùm iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Apud Flaccum Lib. 1. Sermon. Satyr. 9. & Plautum in Persa. Quouismodò certè in ius vocetur is à quo publicam fidem securitatémque actor velit exigi, tenetur actori eam fidem dare solenni sacramento, vt

hîc

hîc. Alioqui negans ſecuritatis inducias, altero poſtea vulnerato, mittetur in exilium : niſi valde probabili excuſatione ſe purgarit. Ne interim commemorem, tales reos vinculis cogi poſſe ad publicæ ſecuritatis præſtationem. j. §. 152.

Cap. 83.

Et ſi au premier iour de l'Adiournement baillé declairement en demande de Treues, la partie iure qu'il auoit & entendoit auoir cauſe de demãder Treues, il n'y aura point de Deſpens: ſinon que celuy qui aura eſté adiourné, informe qu'il ayt offert donner leſd. Treues au pays deuãt le Sergent & 2. teſmoings. Auquel cas, s'il les veut auoir plus amples pardeuant le Iuge, ſera Deſpens.

1. ET SI PRIMO QVOQVE DIE, QVI IVDICIO CONDICTVS SIT AD PVBLICAM FIDEM PRÆSTANDAM, DEIERARIT ACTOR, EIVS PETENDÆ CAVSAM SIBI OCCASIONEMQVE NON DEESSE, LITIS SVMPTIBVS IN REVM NON DAMNABITVR. NISI REVS CONVENTVS LIQVIDÒ ADPROBET, SE ACTORI SECVRITATEM OBTVLISSE IN PARTIVM DOMICILIO CORAM APPARITORE ET BINO TESTE. QVO CASV, SI AMPLIORES SECVRITATIS INDVCIAS ACTOR POSTVLET APVD IVDICEM, LITIS IMPENDIA REO SOLVERE TENEBITVR.

NE quis litè pulſetur temerè, aut præcipiti libello in diſcrimen vocetur aliena exiſtimatio, ſanxit Iuſtinianus Cæſ., iuſiurandum de calumnia præſtari, iuraréq; actores, * ὡς ὑ σὺκοφαντῶντες ἐπάγουσι τὰς δίκας. In Nouella ſua Conſtitut. 50. Sic Francicis legibus iubentur litigatores, in ipſo ſtatim forenſis controuerſiæ limine, de calumnia purgare ſe ſacramento. Artic. 57. Edicti Aureliæ lati Ianuar. Menſ. An. 1560. Ac noſtræ quidem Ciuitatis Iure ſacramentum hoc prodeſt actori, ne litis ſumptibus damnetur: Quùm probabilis ratio litigandi excuſationem præbeat ab expenſis in litem. l. qui ſolidum. §. 2. ff. De legat. 2. Fab. ad. §. hæc autem De pœn. tem. litig. Apud Iuſtinianum. Argum. Pauli I. C. l. poſtquam De petit. hæred. Et Vlpiani l. ſi is à quo. §. 1. Vt in poſſeſſ. legat. In Attico etiam foro deierabat actor, ſe calumniandi animo litem non inſtituiſſe. Cuiuſmodi iuſiurãdum propriè appellabatur διωμοσία: rei verò, ἀντωμοσία.

* Quòd citra calumniã Mouerint actionem.

Fab. in §. Item actoris Inſtit. De pœna tem. litig. dicit, *quod in Curia Francia Aduocati iurant quolibet anno fideliter patrocinari, & certa Capitula ſatisrationabilia, & eodem modo in Curiis inferioribus ſecularibus.*

2. HAVD ideo tamen vſquequaque eximitur actor litis impendiis, quòd iurarit ſe probabili ratione illam aggreſſum. Si enim reus coram citante eo dederit, daréve paratus fuerit ipſi publicæ ſecuritatis fidem, cuius nomine prouocabatur in iudicium, Tunc actor, ſi minùs latis ſibi factum putet, plenioréſque ſecuritatis inducias petat in iure, aduerſario refundet in eam cauſam impenſa. hoc. §. 83.

§. 9. Verſ. *en aduertiſſant le Seigneur de Fief, ſon Receueur, ou Sergent.*

In exequenda *Retractus* repetitione, quam lex Andium dat emptori in extraneum (qui à conſanguineo priùs re-

trahente intra annum retractus acquisierit) dubium fuit, an emptor debeat refundere *à ce nonnul acquereur les droitts seigneuriaux & loyaux coustz paruant vendue par le retrayant à l'acquereur.* Ita iudicatum est contra primum emptorem, *sans toutesfois qu'il fust tenu du prix ne des droitz seigneuriaux de la vente faicte par le retrayant.* Arresto die 26. Iunij 1579. *à l'audience entre René Bitaut appellant de Senesch. d'Anion & Iul. Danian intimé.* Iuxta Artic. 398. Andeg Consuet.

Placitum Curiæ die. 12. Februar. An. 1571. ad interpretationē Artic. 177. Andeg. Consuet.

Creditur soli Apparitoris relationi quoad formam citationis, Nempe vt constet qualiter & qua de re nominatim quis citatus sit. §. 84. Andeg. Leg. Sed quoad alia accessoria, vtpote quid citatus responderit vel obtulerit actori coram apparitore non statur omnino huius relationi, nisi duorum testium dicto assertionéque firmatæ hoc. §. 83. At posterioribus Regum Edictis apparitoris renunciationi non creditur, nisi bino saltem teste vallata sit. vt suprà dictum est.

Vers. Andeg. Leg. 83. *Sinon que celuy qui aura esté adiourné, informe qu'il ayt offert donner loisd. trennes au pays deuant le sergent & 2. tesmoings.*

Vers. Andeg. Consuet. 83. *Auquel cas s'il les veult auoir plus amples pardeuant le Iuge sera deffens.*

Nimirum Lex probat aliquando coram Apparitore gesta factáque à partibus perinde, ac coram Iuridico domino, vel eius Magistratu. 3. §. 9. Sed hæc eò pertinent, vt publicus Nuntius scripto referat tantùm coram se acta, non verò vt de iis quasi cognoscens pronuntiet. Est enim merus executor facti, nullum habens ius causæ cognoscendæ. Exempli gratia, Iudex Viatori publico mandauit Sententiæ executionem *linearis Retractus*, vt fieri assolet Iure gentili nostræ Prouinciæ. §. 375. & 406. Die executioni condicta, propinquus venditoris nusquam apparet, nec vllas depromit pecunias: quò fundum ab emptore recuperet familiari lege Municipij. Ob id Sententiam exequens Apparitor, consanguineum *Retractu* exclusum declarat. Sed à tali exclusione propinquus appellat Magistratum. Re denique ad Senatum deuoluta, pro emptore defendi, Viatoris verba, quibus exclusum adgnatum declararit, haud nouam esse Sententiam, at facti ministerium nudum; reíque priùs iudicatæ executionem. Non tam enim Apparitoris elogio, depulsum Retractu videri cognatum, quàm anteriore Iudicis decreto, qui consanguineum, nisi emptori nummos intra diem octauum restitueret, iam inde gentilitia actione summouisset. Nihilo seciùs Curiæ placuit perperam iudicatum, cunctísque Apparitoribus interdici iudicio ac definitione executionis *Retractuum*: Saluo eo, vt in executione acta gestáque, de scripto renuncient Ius dicenti, qui ea de re mox laturus sit Sententiam. Arresto Parisien. pridie Idus Februar. An. 1573. inter Mariam *Picart* viduam coniugem Renati Chaillandi, pro qua appellante Bautruus dixit: & Petronillam *Bimboire*, cuius, ex aduerso, causam egi.

3. Quod dictat patria Constitutio, publicæ securitatis fidem dari posse coram Aparitore & testibus duobus, tacitè quoque decernit, idipsum scripta Renunciatione apparitoris cum bino teste Iudicibus adprobari. In citationibus vtique solis, statur publici Viatoris scripturæ, non in aliis. Gloz. in Cap. cùm parati De appell. Andræas in addit. Speculat. Tit. De citat. In iis enim duntaxat habetur ipsi fides, quæ demandata ei à Iudice, ac præcepta sint. Cyn. ad l. ea quidem Cod. De accus. Bartol. ad l. 1. §. cura carnis ff. De offic. præf. vr. Atque, vt propiùs institutum nostrum attingam, videndum, apparitori nécne credatur de responsione citati rei. Sunt enim qui illi non credendum existiment: quasi responsio ista minùs spectet officium Apparitoris. Bald. ad l. Diuus. ff. De restit. in integ. Andræas in addit. Specul. Tit. De sententiis Vers. citatio debet esse legitima. Alij, contrà, Viatoris renunciationi standum arbitrantur. Bartol. in l. tres denuntiationes Cod. Quom. & quan. Iud. Cardin. Florent. ad Clem. 1. De dol. & contum. Horum certè probalior mihi videtur opinio: quùm talis responsio connexa sit citationi, qua Iudicis Nuncio commissa, sensentur etiam commissæ appendices, accessiones. Ex ratione l. 2. ff. De Iurisd. omn.

Digitized by Google

omn.Iud.Præſertim ſi de rebus modici prætiudicij agatur.Bald & Panorm.ad Cap.poſt ceſſionem De probat.Mediam verò Iuriſprudentiam ſequi viſa eſt Andium Conſuetudo,vt fidem omnino nec arroget nec abroget ſcriptæ Viatoris teſtificationi, coram quo, ſecuritatem iuratò ſpopondiſſe ſe actori citatus allegarit. Nempe id patriis Moribus probandum eſt renunciatione Apparitoris, vnà cum bini teſtis inquiſitione: licet vtrumque actui præſto fuiſſe Viator ſcripto retulerit §. 83. Eam in rem multa Tiraquellus,in *Retractu lineari* §. 8. Verſ.*deux Records* Gloz.9.Poſt Vidum Papam.Quæſt.557.& 628.

4. LITIS impendia reo ab actore debentur, qui non contentus ſecuritate ſibi ab illo data coram vocatore in ius, ampliorem exigat in Foro, vt hîc. Sed accidit nonnunquam, reum qui publicæ ſecuritatis ſacramentum iterat in iudicio, litis ſumptus diſertè non poſtulare: Ideóne Iudex deſinet actorem mulctare litis impendiis? Minimè quidem, vt ait Bartol. ad l. dies cautioni. §. hoc autem. ff. De dam. inf.Et in l.properandum.§.ſinautem alterutra Cod. De Iudic.Idque forenſi Delphinatium vſu receptum, vt iudiciales ſumptus victori addicantur,memorat Vidus Papa, Quæſt. 221. & 405. Porrò ſi reus petierit in litem expenſa, nec Iudex de iis quicquam pronuntiarit in decidenda litigatorum controuerſia, quæritur, éane iterum petere liceat reo? Non vtique, poſt Sententiam iſtiuſmodi, quaſi ſilentio ipſo ab expenſis abſolutoriam.l.Terminato Cod.De fruct.& lit.exp. l.4.Cod.Depoſ.l.vlt.ff.De eo quod cert. loc.l. in bonæ fidei Cod.De vſur.

Edicto Molinenſian 1566. art. 13. ius eſt hypothecæ pro litis expenſis à die condemnationis: An victor condemnati filium nec hæredem, ſed donatarium anteriorem certi fundi perſequi poſſit, vt ſoluat, aut cedat fundo? Ita videbatur, quia licet victor ſit donatario poſterior tẽpore, tamen Andiũ Lege quùm filius paternæ hereditati renunciãs teneatur in maſſam hæreditatis reponere omnia ſibi donata, (l. §. 334. *Et de la Coûtume du Maine*, art. 349.) creditor videtur æquum petere, vt in hæreditatem ſibi oppigneratã filius referat ſibi donatum prædium. Sed quia hęc Cõſuet. Iuri ſcripto contraria reſpicit tantum fauorẽ aliorum filiorum qui defuncti memoriam honorant editione hæreditatis (non verò fauorem creditoris extranei) & æqualitatem inter liberos plebeios, cui fraus fieri donationibus poſſet, ideò creditor eam Conſuetud. in ſuum vſum commodúmq; detorquere, & aptare nequit.

EXPLICIT LIBER I. ANDENSIVM CONSVET.

Moris noſtri fuit antea, ſuſceptũ quemq; Tractatum vno ſpiritu contextúque Librorum abſoluere ſimul & publicare.

HACTENVS de Iuridico Andenſis agri Dominio egimus (Lib. 1.), Directum dein patronaléque (2. Lib.), ac Vtile demum exhibituri Dominium Lib. 3. Andengau. Conſuet., ſtatim ac duos hoſce poſteriores typis committere licuerit. Sed nobis pauliſper, quaſi media in via feſſis interquieſcendum, aut veluti perſonatis in ſcæna, ſeu potiùs ingraueſcente ætate Ann. 43. lentiùs ſolito perſcribentibus. Sic Roſcius ille aiebat, ſe quò plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum. (auct. Tullio De Orat. Lib. 1.) Confluunt eódem Fori occupationes maiores, augeſcénſque indies liberorum cura ac rei familiaris. Qualis

- animos ærugo & cura peculi

De Arte Poët. *Cùm ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi*
Poſſe linenda cedro, & læui ſeruanda cupreſſo?

VT cum Flacco loquar. Confido tamen, Andenſium legum Libros reliquos, qui exarati iam ſunt à Nobis, ſuprema addita manu, editum iri propediem, quàm minimo fieri poterit ætatis, fori, familiæve impedimento. Tantum animorum viriúmque Patriæ & Penatum conſpectus ſubminiſtrat, tantóque præſentia quàm recordatione ſui maiores ſpiritus largitur. Quod vtì Iuſtinus de Thebanis ſenibus dixit, qui pro Patria egregiè pugnabant: ita ſeneſcentibus Nobis dictum exiſtimamus, vt pro Patria ſcribere dudum aggreſſi ſumamus vires, nec iamiam abſoluendi Operis mole deterreamur. Sed quemadmodùm ſtrenuè militantem (ſi Claudiano credimus) non puduit longos interrupiſſe labores, ſic tenuem Muſis nec ſtatuiſſe morã: Fertur & indomitus tandem poſt prælia Mauors, laſſa per Othryſias fundere membra niues: Oblitúſque ſui, poſita clementior haſta, Pieriis aures pacificare modis.

Iuſtin. Lib. 6.

Claud. in præfat. Bell. Gildonici.

EGO interea præcipitis Fati vim veritus, inſerui carptim Primæ huic tractationi nonnulla, quæ ad Secundum & Tertium patriæ Legis Codices aliquatenus pertinerent: inſtituto tamen ſatis accommodata, vtì reor, nec aliena prorſus à ſuſcepto Lib. 1. argumento. Cur enim alioqui longioris vitæ ſpe ſibi blandiens quiſquam polliceatur nouorum editionem Voluminum? Qualia audaculus Vates, paulo pòſt morte correptus, quàm ita ceciniſſet,

Georgic. Lib. 3. *Mox verò ardentes accingar dicere pugnas*
Cæſaris, & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abeſt ab origine Cæſar.

Vtut ſit, gratulor huic ſeculo varios Legum Prouincialium Commentarios, dietim emiſſos in vulgus: quorum Gallica popularíſque phraſis lectionem reddat multò pluribus peruiam in communéque vtilem. Mihi autem Latinè ſcribendi ratio propoſita eſt in eruditorum gratiam præſertim, nedum fori Pragmaticũ municipalium: Neque me vt miretur turba, labore, contentus paucis lectoribus (iuxta illum) An tua demens Vilibus in ludis dictari carmina

Horat. Sermon. Lib. 1.

malis?

Digitized by Google

malis? Non ego, nam ſatis eſt, Equitem mihi plaudere. Id quod obiter ſemidoctis quibuſdam reſponſum velim, Scriptorum noſtrorum obſcuritatem taxantibus.

TV porrò (candile Lector) accipe has qualeſcunque Andenſium Legum primitias, quæ ſi minùs vberes fructuoſæque apparebunt, reliquorum de illis Operum fructu vbertatéque forſan penſabuntur. Quippe cùm innumera penè ex Francici fori monumentis decretíſque tranſtulerim conſultò in Secundum & Tertium patrij Iuris Libros interpretes, quòd iſtorum materies verſetur identidem in diſputatione fori vſúque communi. Longè aliter ac Prima hæc Iuriſdictionis Andegauæ explanatio, de qua vt rariùs in noſtris Tribunalibus contenditur, ſic pauciores ad ſcribendum quæſtiones exempláque Forenſia in medium proferuntur. Interim ergo Digreſſum aliquem mihi permittes ſuburbanum in Rus *Cachantium*, ſeu Latium meum: vbi non Latias quidem Muſas (quæ perpaucis ſacras conceſſiſſe ſedes feruntur Columellæ) ſed Andinas recolam noſtrates, Andiúmque Legibus vltimam ibi manum imponam. Iuxta vetus Andenſium Ducum Prætorium Villámque amœniſſimam, (vulgòdum *l'Hoſtel d'Anion* vocitatum) quam in confinio, deliciarum cauſa ſtructam à Lodoico quondam Andium Duce, Renatus nepos Karolo fratri dedit Cenomaniæ Comiti: Quùm hic in eo ab Vrbe receſſu, quam vrbem Gallo cum Rege Anglorum victore ingreſſus fuerat paulo antea, magnam cœpiſſe ſe voluptatem illi ſignificaſſet. Tabulis donationis apud Neapolim, cui Renatus tum Rex Siculus, Andiumque Dux imperabat. 5. Iduum Maiar. Ann. 1439. Atque vt Cenomani olim, Inſubriæ Italorum dominati ſunt, quæ Gallia exin Tranſalpina, Cenomania etiam, antiquis dicta: Sic Andegaui noſtri dudum Italicis Siciliæ vtriuſque prouinciis Iura dictarunt.

L'Hoſtel de Cachant, à Iano Biturigum Duce datum Bertrando Gleſquino, Magiſtro Equitum Galliæ: Qui eo dehinc Ludouicũ 1. Andium Ducẽ donauit. Vnde *l'Hoſtel d'Anion*.

Colum. in Præfat. Lib. 1.

Don de l'Hoſtel d'Anion par le Roy René, à Charles d'Anion Comte du Maine ſon frere le 17. Octobre 1441 auec les cens, rentes, iardins, foſſez à poiſſon & toutes les appartenances. Extraict de l'Inuentaire de la Chambre d'Anion, en la Chambre des Comptes de Paris. Die 11. Maii an. 1439.

T. Liuij Decade 4. Lib. 2. & 9. Cum Plinij Lib. 3. Hiſt. Cap. 18.

INDE & propter vetuſtam Andegau. Cenoman. què Heroum ac Pop. coniunctionem, Heroico iſto ſalutemus Cenomanos noſtris confines: quibus pariter ob ciuilium affinitatem Legum promiſcuè tradita à Nobis ſuperiora intelliguntur.

AD CENOMANOS,

AVCTORIS CARMEN.

VT vicina meis (Cenomani) Andibus arua,
Sic noſtris ſimiles colitis Ritúſque propinquos:
Vnde ſuos Mores ſimul illuſtrarier, ambæ
Et PATRIA *à nobis* VICINIA *& iſta repoſcunt.*
Quiſque priora ſuis, vicinis proxima debet,
Vtriſque officio niſi debita ſoluat eodem.
Dum patrias igitur, veſtras quoque deſtino Leges
Noſtris finitimas communi adſcribere Chartæ:

Vt fermè eiusdem Juris Ruriſque coloni
Nobiſcum æterni pignus ſeruetis amoris,
Hócque duplex Regio ſtabili, velut vnica, nexu
Lege, Focis, Aris, animis iungatur amicis.

TEAOΣ.

An. 1581.

DICTIONVM

Digitized by Google

DICTIONVM ALIQVOT FORENSIVM

INDEX LATINO-GALLICVS.

A.

ABBAS fani Vedasti, *l'Abbé de S. Vaast, d'Arras.* 605.

ἀκληρονόμητα, *biens Vacans par desherance.*

ἀκώλυτος, non prohibitus, hoc est admissus.

Actuarius forẽsium Sessionum, *Greffier des Assises.* 449.

ἀδιάφορα bona, *biens Vacans.* 355.

Ædes Soteris Christi, *Eglise de sainct Sauueur.* 317.

Ædiles, *Maires & Escheuins.* 34.447.

ἀειφυγία, exilium perpetuum.

Æs mulctatitium, *l'Amende pecuniere.*

Agendicum, *prouins.* 230.

Agger, *Bonde, Escluse, ou chaussee d'vn Estang.* 254.545.

Aginum, Garites: *Ville, & Païs d'Agenois.* 49.

Agraria iura, *Terrages, dixmes, & Reillages.*

Alba fluuius, *la Riuierre d'Aube.* 56.436.

Albæ malæ comitatus, *comté d'Aumale.* 30.

Albia Caducorum, *cahors.* 49.

Alenconium, *Alencon.* 71.

Allobroges, *Sauoysiens.* 17.316.372.

Aletensis ciuitas, *sainct Malo.* 538. 316. 372.

Alpini populi, *ceux de Piedmont.* 316.

Alpinorum Regulus, *Prince de Piedmont.* 316.

Ambarri populi, *Bar le Duc.* 137.

Ambarrus Ducatus, *Le Duché de Bar le Duc.* 56. 73. & 74.

Ambiani, Ambiana Prouincia, *ceux d'Amiẽs.* 55.6.567.

Amplissimus Ordo, *cour de Parlement.*

ἀναγραφὴ commentarius, breuiarium, & quod vulgò dicunt, Inuentarium. 341.

Antissiodorenses, *ceux d'Auxerrois.* 67.

Agri sponsores, *heritages hipothequez.*

Alenconius, dux, *Le Duc d'Alencon.* 71.

Ἀνακρίσις, Anacrisis facta, *Inquisition & Information du faict.* 577.

Ἀναλύτικῶς, Id est resolutiuè. 564.

Andegaui dynastæ, *seigneurs du pais d'Anion.*

Andes, vel Andenses, *Angeuins.* 67.

Andium Proprætor, *Lieutenant du Seneschal d'Anion.*

ἀνεύθυνος, *qui n'est, comptable.*

Anicensis Villaumorũ ciuitas, *la Ville du Puy en Velay.* 96.

Anicensis Ecclesia, *Du Puy, en Velay.* 217.

Anisola flumen, *la Riuiere de Braye, au Maine.* 87.312.

Anticipationis diploma, *Lettres d'Abbreuiation.*

ἀντινομία, Legum pugna. 9.

ἀντίχρησις, Hypotecaria possessio. 611.

ἀντιπελαργῶν, accepti beneficij gratiam, more ciconiarum, referte parentibus: vnde ἀντιπελάργησις accepti beneficij retaliatio.

ἀντιφερνὰ, quod vicissim à marito loco dotis vxori datur, *Doüaire.* 55.22.

Ἀντωνομασιῶς per excellentiam. 512.

ἀπραγμοσύνη, abbannatio, Exilij species. 432.

Appolides, *n'ayans domicile au Pays.*

Aquense oppidum, *Acs en Gascongne.* 68.

Aquariæ Prioratus, *le Prieuré de Lesuiere lez Angiers.* 481.

Aquæ Sextiæ, *Aix en Prouence.* 373.

Arbores grandes, *Bois marmentaux.* 294.

Archippocomus, *grand Escuyer.*

Arelate, *la ville d'Arles.*

Argentolium, *Argentueil.* 445.

Argonia regiuncula, *Argonne.* 59.

Armorici, *Bretons.* 317.67.

Armorici Duces, *les Ducs de Bretagne.* 317.

Armoricus Ducatus, *le Duché de Bretagne.*

Assignatio fundorum, *Assiette de terres.*

Atrebates, *ceux d'Artois.* 371.544.
Atrebaticum feodus. *Traicté d'Arras.* 561.
Atrebatica Consuetudo, *Coustume du pays d'Artois.* 68.
Auaricum, *la ville de Bourges.*
Auctionaria fundarum Lex, *l'Edict des Criées d'heritages.* 61.
Augusta Nemetum, *Spire en Allemagne.*
Augusta Scotica, *Royne d'Escosse douairiere de France.* 100.
Aumaleus Regulus, *le Duc d'Aumalle.*
Auraycus Regulus, *le Prince d'Orenge.* 473.
αὐτόγραφον, manu propria scriptum & quod vulgò dici solet, *l'Original.* 30.169.
αὐτονομία viuendi libertas propriis legibus.
Azincurianum prælium, *Bataille d'Azincourt en Ponthieu.* 408.

B.

BAccellarij, seu Buccellarij milites, *Bacheliers.*
Baioarij, Boij, *ceux de Bauiere.*
Baionenses, *ceux de Bayonne.*
Bannum torcularis, *Ban de pressoirages.* 251.
Baro Fani Brixij apud Fulgerias Armoricus, *le Baron de S. Brice prés Fougeres en Bretagne.* 411.
Barroducanum oppidum regio, *Bar le Duc.* 251.
Barrense ad Sequanam oppidum. Idem. 36.
Barroducana Plebiscita, *Coustumes du pays de Barrois.* 122.
Belesmia, *Belesme au Perche.*
Bellicardi, *ceux de Beaucaire.* 68.
Bellifortense oppidum, *Beaufort.* 395.
Belliiocum, *Beauieu au pays de Beauiolois.* 40.
Belliquercēses, *ceux de la Preuosté de Beauquesne, Bailliage d'Amiens.*
Bellomontanus Ducatus, *le Duché de Beaumont.*
Bellouaci, *ceux de Beauuais.* 102.
Bellouacorum Antistes, *Euesque de Beauuais.*
Beneficiaria iura, *Deuoirs nobles, & seigneuriaux.*
Beneficiarius ager, *terre Feodale.*
Beneficiaria commoda, *Droictures, que le sire Feodal doit faire à son Seigneur.*
Beneficium periculosum, *Fief de danger.*
Bigerrones, *pays de Bigorre.* 67.217.
Bitteræ, *Besiers.*
Biterrensis Episcopus, *l'Euesque de Besiers.*
Bituriges, *ceux de Berry.*
Blesensis ciuitas, *Blois.*
Boij, *ceux de Bourbonnois.* 72.
Bononia maritima, *Bologne sur la mer.*
Bononia Belgica, *idem.* 55.99.
Bonorum auctiones, *Criée d'heritages.* 434.
Brannouices, *Brianson en Dauphiné.* 32.
Braya, flumen, *la Riuiere de Braye.*
Brennei Regulus, *Comte de Brenne.*
Britanni, *Anglois.* 316.
Britanniæ Regnum, *Angleterre.* 316.317
Britannia insula, *idem.* 316.
Bulionensis Ducatus, *le Duché de Bouillon.* 73.
Bulleta, *mereau de l'Acquist du Peage.* 488.

C.

CAbilonensis iuridica sedes, *la Iurisdiction de Chaalon sur la Saone.* 67.
Cabilonensis ciuitas, *Chalon sur la Saone.* 67.
Cadomum, *Caen en Normandie,* 67.
Cadomenses, *ceux de Caën.* 67.
Coducaria iura, *droicts de Reliefs ou Rachats.* 87.
Caducæ hæreditates, *biens Vacans par faute d'heritier apparent.* 356.
Cadurcenses, *ceux de Cahors.* 67.
κλεω, *Id est voco.* 534.
Caletum, *la ville de Calais.* 55.56.385.
Caleti, *le pays de Caux en Normandie.* 55.61.
Caluimontanum Bassigneum, *Chaumont en Bassigny.* 380.296.
Camera ratiociniorum, *la Chambre des Comptes.* 189.
Cameræ horrei salarij, *Chambres du grenier à sel.*
Cameracensis Ducatus, *le Duché de Cambray.* 68.
Carilephi oppidum, *S. Caleps, au Maine.* 308. 413.
Carnutes, *Chartres.* 471.
Carnutum Vicendominus, *Vidame de Chartres.* 471.
Carolates, *Charrolois*, seu Carolesia, vel Carcellensis regio. 73.
Carolesij, *ceux de Charrolois.* 73.
Casa Gajani, ad Anisolam, *Abbaye de sainct Kalez sur la Riuiere de Braye.* 312.
Castellarij magnates, *seigneurs Chastellains.* 457.& 458.
Castrirodulphum, *Chasteauroux en Berry.*
Castrobriandum, *Chasteaubriand.*
Castronouum, *Chasteauneuf.*
Castrum Celsi, *chantoceaux.* 38.

Digitized by Google

Caſtrũ duleriũ, c'*haſteau du Loir.* 476. 70. 473.
Caſtrum gonterium, *Chaſteangontier.* 451. 452
Caſtrum-nouum Timerenſe, *Chaſteauneuf, en Timerais.* 78
κατάχρησιν τιθέσθαι, id eſt, *abuſiuè.* 572
κατ' ἐξοχήν, per excellentiam.
Catalogus Ambianarum litium, *Roolle d'Amiens au Parlement.* 67. 598
Catalogus cauſarum Viromãduorum, *Roolle de Vermandois.* 362
Catalogus, ſeu enumeratio rerum clientelariũ, *Aduen & Denombrement.* 84. 307. 159
Cathalaunum, *Chaalons en Champagne.*
Cautio, *Applegement.*
Cenomaniæ Suppræfectus, *Lieutenant du Seneſchal du Maine.*
Cenſualis penſitatio, *le cens ou cenſiue.*
Cẽſualis ſolarij profeſſio, *Declaration des ſubiects pour leurs terres roturieres.* 78
Cenſualia monumenta, *le Terrier, ou cartulaire des cenſiues.*
Chantiliacum, *Chantilly.* 290
Charta publica edito loco appenſa, *la Billete du Peage.* 407
Chartophilacium, *lieu où ſont gardez les lettres & enſeignemens.* 473
χρύσαμμος, aurea arena. 512
Claromontanus Comitatus Bellouacorum, *le Comté de Clermont en Beauuoyſis.*
Claſſis Inquiſitionum Curiæ, *chambre des Enqueſtes de la Cour de Parlement.* 148. 616
κλέπται, fures. 571
κλιβανίτης ἄρτος, *Pain de four.*
Clientes, *Vaſſaux par plain fief, & hommage plain:* Subclientes, *vaſſaux par arriere fief.* 562 517.
Cliens beneficiarius, *Vaſſal & homme de foy.* ibidem.
Clientelare obſequium, *obeiſſance feodale.* 352
Codex dominicus cenſualium profeſſionũ, *le papier Terrier.*
Codicillaris venia pœnæ capitalis, *Lettres de grace, remiſſion, ou pardon.* 363
Codicilli mandati Iuriſdictionis, *Lettres attributiues de Iuriſdiction.* 606
Codicilli veniales, *Lettres de grace, remiſſion, ou pardon.* 617
Codicilli priuilegiarij, *Lettres de priuilege.*
Codicilli regij, *Lettres royaux.*
Coercitionis ſummæ & mediæ ius, *haute & moyenne Iuſtice.*
Colonia Agrippina, *Cologne en Allemagne.*
Comes Pentebriæ, *le ſeigneur de Pontieure.* 304
Comes Vnellorum, *comte du Perche.* 473
Comitia Gallicorum ordinum, *les Eſtats de France.*
Comitia Bleſenſia, *Eſtats de France tenus à Blois.*
Compendium oppidum, *compiegne.*
Couciacum, *Coucy.* 278. 543
Concilium ordinum Gallicorum, *les Eſtats de France.*
Conſeſſus Iudicũ inferior, & Cõſeſſus maior, *petits plaids chaſtelains, & Grãdes Aſſiſes,*
Conſtantienſis, Neuſtriæ vrbs, *Conſtances en Normandie.* 67.
Conſtitutiones municipales, *Couſtumes.*
Cõſuetudinis vſum decuriatis teſtibus approbare, *Informer en Enqueſtes par turbes.*
Conuentus totius regni Gallici, *les Eſtats du Royaume de France.* 346.
Conuentus Iuridici, *les Grands iours.* 149.
Conuentus Procerum Iuridici, *Aſſiſes.*
κοσμοπολίτης, ciuis mundanus
κουροτροφεῖα, loca vbi aluntur, & educantur infantes.
Credonius Baro, *le Baron de Craon, en Anion.* 468
Cremolienſe Edictum, *Edict de Cremieu.* 114
Criminoſa perſecutio ciuilem in diſceptationem verſa. *Proces criminel reiglé en proces ordinaire.*
Creſpeiũ in Laudunon, *creſpi en Laõnois.* 278
Crux bifurca, *Gibet à deux pilliers.* 381
κτῆσις, poſſeſſio, domini comparatio, uſque poſſidendi.
Curatores regiorum feudorum per municipia Gallica, *Clercs & Procureurs des fiefs, en chaſque Baillage.*
Cũria Patritialis, *La Cour des Pairs.* 560
Curię Protopręſes, *premier preſidẽt de la Cour.*
Curiæ conſcripti, *Conſeillers de la Cour.*
Curia Diuionenſis, *le Parlement de Dijon.*
Curia oblationalis, *la Cour des Aides.*
Curia iuuaminum. *idem.* 267
Curia vectigalium publicorum. *idem.* 599.
Curia iuuaminum. *idem* 95
Cuſtodes Regiorum Anulorum, *Garde des Seaux du Roy.*
Cuſtodia nobilis, *Bail & Garde noble de mineurs.*
κυνηγέτικον, ἕυρημα τῶν θεῶν, venatio, inuentum eſt deorum.

D

DAcij, *ceux d'Acs en Gaſcongne.*
Debita plebeia, *deuoirs roturiers.*
δικαιὰ, quæ debentur, & recipi debent.
Decuriones vrbis, *Eſcheuins.* 34. 448.

Deprehensus in admisso, *surpris en flagrant delict.*
Δικαιώσιμοι, causæ quæ per appellationem aguntur.
Δικασπόλοι reges, Iuris redditores, seu Iuridici. 44.
Δήμευσις, bonorum publicatio.
Dionysiana ædes, *l'Abbaye de S. Denys en France.*
Diploma, *Lettres patentes.* 362.
Diploma anticipationis, *Lettres d'Abbreuiation.* 534.
Diploma legitimatorium, *Lettres Royaux de legitimation de Bastars.* 362.364.
Diplomatica officina, *la Chancellerie.* 500.
Diploma veniale, *Lettres de Pardon, & Remission.* 484.
Dispensator dominicarmm rationum, *Receueur ordinaire du seigneur.*
Diuionensis ciuitas, *Dijon.*
Dominicæ Iurisdictiones, *les Iustices des seigneurs.*
Dominici fori immunitas, *Exemption de la Iustice du seigneur.*
Dominicam manum à fundis tollere, *Bailler main leuée de la saisie Feodale.*
Dominicus retractus, *le retraict feodal.*
Dominus imæ Iurisdictionis, *bas Iusticier.* 101.102.103.104.
Dominus territorij, *seigneur Iusticier.*
Dominus Iuridicus.
Dominus directus, *le seigneur de fief ou foncier.*
Domini fundiarij, *Tres fonciers.*
Dommartinensis Comitatus, *le Comte de Dammartin.*
Dordanius ager, *Dourdan.*
Druides, *ceux de Dreux,*
Duensis Comitatus, *le Comté Deu.* 55.
Dumetum cuniculosum, *buisson à Connils.*
Durestalius vicus, *Durestal.* 442.
Durestali toparcha, seu dynasta, *le seigneur de Durestal.* 442.
Δύναμις, facultas & potestas.
Dynasta regionis, *le seigneur du pays.* 251.
Dynasta imus, medius, & sublimis, *bas, moyen & haut Iusticier.*

E.

EBronium cœnobium, *l'Abbaye d'Euron, au Maine.* 312.
Ebroicensis ciuitas, *Eureux en Normandie.*
Eburones, *ceux du Liege.* 68.
εἰκόνες ἐπώνυμοι, statuæ heroum, à quibus appellationem ducebant Atticæ tribus.
εἰς δίκην, Laudimia. 133.
Elogia, *Informations, & testifications des mœurs d'aucun.* 353.
Emporium, *Marché.* 409.410.
Engolisma, *Engoulesme.* 95.
Engolismorum Comes, *le comte d'Engoulesme.*
Epigraphe Libri, *Tiltre & inscription du Liure.*
Episcopi Vicarius Iuridicus, *Official de l'Euesque.*
Equitior regio Præfectus, *grand Escuyer.*
Equus obsequiosus, *cheual de seruice.* 465.
Eremodiciũ contractum, *l'instance perie.* 624
Essuorum Comitatus, *le Comté de Rethel.*
Euocatio & subeuocatio regia clientum, *Ban & arriereban.* 46.
Exclusoriæ præscriptionis formula, *Formalité de la fin de non recepuoir.*
Eximere foro & controuersia litigatores, *mettre les parties hors de Cour & de proces.*
Expositij infantes, *Enfans trouuez.* 189. 190.

F.

FAnum Carilephi, *sainct Calez.* 413.594 595.
Fanum Petri, *S. Pierre le Mouſtier.* 67.
Fanum Paulinum, *Comté de S. Paul.*
